This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A 469592

BU

C A I I

SUETONII

TRANQUILLI

ex recenſione

FR. OUDENDORPII

Pars Prior.

ECPHRASIS

TITUL

ROMA triumphatrix, cui ſtat *Victoria* dextrâ,
Celſa ſedet, cultu conſpicienda ſuo:
Suſtinet ad laevum *ruptam* lacrimabilis *haſtam*,
Quâ *Libertatis* lubrica *ſigna* cadunt:
Robore & infracto, *Populi* ſanctique *Senatus*,
En, *clipeus fiſſus* nomina vana refert.
Porticus hanc pone eſt: *duodena* exornat *imago*,
Quîs cingunt *dominas* laurea ſerta comas.
Supra *Fama* volans, binarum voce tubarum,
Horum virtutes turpiaque acta canit.
Hiſtoria haec memori chartae mandare laborans,
Et *ſpeculo* & *Veri lumine* nixa, notat:
Cui ſollers varias *Geniorum* errare per Artes
Sedulitas multam ſueta miniſtrat opem.
Litterulis paucis aeterni *nomina libri*
Apta baſis, tenui marmore ſculpta, docet.

C. V. OUDENDORP, Fr.
S. S. Theol. Stud.

CAJUS
SUETONIUS
TRANQUILLUS
ex recenſione
FR. OUDENDORPII.
LUGD. BATAV. Apud SAMUELEM LUCHTMANS

John S. Lawrence Estate
gt
4-14-1926
2-Vols.

C A J U S
SUETONIUS
TRANQUILLUS,

ex recenſione

FRANCISCI OUDENDORPII,

qui variantes lectiones, ſuasque animadverſiones adjecit; intermixtis

J. G. GRAEVII, ET J. GRONOVII,

nec non ineditis

CAROLI ANDREAE DUKERI,

adnotationibus.

LUGDUNI BATAVORUM,
APUD SAMUELEM LUCHTMANS & FILIOS.
M D C C L I.

09-16-30 Lutz

SERENISSIMO

GULIELMO CAROLO HENRICO FRISONI,

ARAUSIONENSI ET NASSAVIO

PRINCIPI,

SEPTEM FOEDERATORUM

POPULORUM

GUBERNATORI HEREDITARIO

ET

ARMORUM TERRA MARIQUE

PRAEFECTO SUPREMO

&c. &c. &c.

FRANCISCUS OUDENDORPIUS.

FOrte accidit, ut novae C. Suetonii Tranquilli Editioni meam operam inpendere coeperim eodem ferme tempore, quo Te, PRINCEPS CELSISSIME, Deus

DEDICATIO.

Deus ter Optimus Maximus ad foederatae Belgarum Reipublicae, miſerrime nutantis, ruinamque jamjam minitantis, fulturam, confirmationem, integrioremque conſtitutionem evocavit, atque in Majorum Tuorum faſtigium provexit.

Sub tam felici omine, & tam fauſtis Arauſionenſis nominis, numquam non ad Belgarum ſalutem fatalis, auſpiciis, animo, quam ante, hilariot, & defaecata mente, meum hoc qualecumque privatum opus adgreſſus ſum, tandemque ad optatum finem perduxi. Tardius tamen, quam ſperaveram: quia pectus meum acri deſiderio auguſtiſſimum Tuum os coram venerandi indies tentabatur, & Tibi laetiſſimum reſtitutae compoſitaeque Patriae ſucceſſum, quem, ex unanimi Procerum civiumque voto, inclytis Tuis virtutibus tribuit, nosque per eas ſalvos & incolumes praeſtitit Deus, gratulandi cupidine mirifice flagrabat, nec diuturni temporis moram ferebat.

Nunc itaque, ſeriores licet, aſt haud

ſucatas piasque domeſtici laboris ſub Te, patriae Conſervatore, ſuſcepti primitias Tibi lubentiſſime ac perofficioſa cum reverentia dedico; atque ut ſolita facilitate, cunctisque perſpecta magnanimae indolis bonitate, ſerenoque & Tuo vultu reſpicias, ac Tuis manibus ſinuque conſecratas, Tuique nominis fulgore frontem ſplendeſcentes, benevole comiterque tuearis, oro quaeſoque.

Scriptorem tibi, SAPIENTISSIME PRINCEPS, offero, quo praeſtantiorem, ſummaeque poteſtatis & excelſi animi virorum patrocinio digniorem, antiqua vix protulit Roma.

Nam, ne reconditam civilis prudentiae copiam, accuratam militaris diſciplinae ſcientiam, multiplicem ſacrorum rituum, & profanarum antiquitatum eruditionem, & exactiſſimam hiſtoricarum rerum, nec levis momenti, ſed quae ad Romanae Reipublicae ſummam, & totius Orbis imperium ſpectaverunt, negotiorum enarrationem, maſcula eloquentia, & ſuccincta brevitat

ex

expreſſam, diffuſa oratione collaudem; ubivis integerrima Tranquilli fides ac probitas, tum factorum in veritate, tum dictorum ſimplicitate, elucent.

Sed quid ego tibi, PRINCIPUM DOCTISSIME, & litterarum aeque ac ceterarum artium liberalium praecellentiſſime cultor & MUSAGETA, Suetonii dotes enumerem? Jam prima ab adoleſcentia ſcis optime, noviſtique, quanta induſtria, quamque curioſa diligentia publicam privatamque duodecim primorum Caeſarum & Imperatorum vitam deſcripſerit; quam libera, quam vera oratione, quam ſubtili judicio virtutes illorum & vitia exegerit; quam illuſtribus vivisque coloribus eorum mores actionesque depinxerit, ita ut, ſi reviviſcerent, non tam ſui imaginem in tabula, quam vitam ſuam in ſpeculo, haud fallaci, contueri poſſent. Hic, quantum bonorum Principum forti generoſoque animo, prudentibus conſiliis, civilitate, juſtitia, clementia, moderatione, temperantia atque continentia res Romana cre-

verit; quantam malorum Tyrannorum temeritate, ſocordia, ſuperba inpotentia, crudelitate & petulanti ſaevitia, nec non luxurie ac libidine, labem acceperit, quantumque deminuta ſit, abunde licet cognoſci. Hic, quantas vires, quantum utilitatis, decoris & majeſtatis Romanum imperium ſit adeptum per illos Imperatores, qui bene conſulta vel per ſe procurabant, vel idoneis & ſpectatis civibus exſequenda committebant, facile intelligi datur. Quantum vero damni, dedecoris & ignominiae perpeſſum ſit per iſtos, qui inmodicis turpibuſque deliciis inmerſi, ſegnitieque marceſcentes, ad libertorum, concubinarum, vel adulatorum, ſemper in palatiis, regiiſque aedibus late dominantium, arbitrium ſe regi & circumagi ſinebant, eorumque libidinibus, odiis, calumniis cives & ſocios objiciebant, vel rapinis patêre obnoxios permittebant, liquido perſpici poteſt.

Ne longior, Tibique, negotiis agendis occupatiſſime PRINCEPS, moleſtus aut

tae-

taedioſus ſim; alia Suetonii plurima, tum quae ad publicarum rerum curam & adminiſtrationem, tum ad communem vitam pertinent, ſive ſequenda, ſive vitanda, neque Te latentia, exempla praetermitto, & illuc, unde mea paullum declinavit adlocutio, revertor.

Talem, tantiſque dotibus inſtructum auctorem, nonnullis, ut opinor, mendis a me purgatum, & aliquatenus illuſtratum, Tuo, CIVILISSIME atque OPTIME PRINCEPS, favori commendo, Tuaeque tutelae permitto. Sed & me ſimul, civem tuum, modeſtae tranquillitatis, quam turbatae concuſſaeque Reipublicae & Leidanae civitati prudenter feliciterque reddidiſti, ſtudioſique otii ſectatorem, ac Tibi devotiſſimum clientem, praepollenti Tuo patrocinio ut protegas, & condecores, enixe rogo. Ac ſi bene de Academica, & Hiſtorias atque Eloquentiam addiſcendi cupida, juventute merere; quantum in me eſt, adnitar, me cum omnibus bonis, integro ſinceri pecto-

ris amore, veroque cultu Deum, Patriam, Teque, & Tuam illuſtriſſimam Familiam pie proſequentibus, benigna Tuae dignationis gratia, ut facis, porro foveas, & amplectaris, etiam atque etiam oro precorque.

Sic per extenſam plurimorum annorum ſeriem Reipublicae clavum teneas ac gubernes; quo illam, caecos praetervectam ſcopulos, & quaſcumque procellas eluctatam, ſecundo provehi curſu, diutiſſime cum Regia Conjuge, lucidiſſimo matronalis chori ſidere, ac florentiſſima Prole cernas, gaudeasque: donec proſperae longaevaeque valetudinis, Gloriaeque, & Honorum ſatur, in caelos, & ad auguſtiſſimas Naſſaviae Gentis animas adtollaris! Sic in Arauſionenſes ſuccreſcat artes, paterniſque diſciplinis & exemplo formatus, domeſticis veſtigiis inſiſtere adſueſcat, longumque liberis his populis, ſuique amantibus interſit ac praeeat Buranus Comes, GULIELMUS V! Sic uberrimam ſubolem emittat, laetoſque, ac fructibus di-

dites ramos in magnum ſeculorum numerum, ultimoſque nepotes Auriaca diffundat arbor! Sic cum illa, illiuſque ſub umbra vigeat ſemper inſtaurata & convaleſcens Reipublicae Majeſtas, tuta ſtet atque inmota Libertas, intemerata perduret Religio, ac denique GULIELMEAE Academiae ſalus, & ingenuarum, politarumque artium, qua divinarum, qua humanarum, cultura decuſque in ſeram ac beatam poſteritatem perennent, creſcantque!

LUGDUNI BATAV.

Idib. Septemb.

MDCCL.

ERU-

ERUDITO & AEQUO LECTORI S.

Ecce tibi rursus novam C. SUETONII TRANQUILLI *Editionem: cujus in limine haud te morabor caussarum, quae me ad illam procurandam impulerunt, recensione. Eas scire, tua nihil, vel parum interest. Multo minus translatitium plurimorum interpretum sequar morem, de Suetonio ipso, ejusque nomine, genere, vita, scriptis, & illorum fatis disputandi; vel exspatiandi in summas ipsius laudes, quas ingenio, eruditione, eloquentia, cura, fide & judicio meruit, perpaucis erroribus, prae humanae indolis suique aevi vitio, obnoxius; dum mores, virtutes, vitiaque Imperatorum, qua publice, qua privatim, sine ullo partium studio, vel odio & livore, sed eadem, qua ipsi vixerunt, libertate laudavit, aut notavit. Haec omnia silentio transmittendi gratiam nobis fecerunt tum doctissimi homines, quorum dissertationes maxima ex parte* [*V. & Pighium in Ann. ad A. DCCCXVIII, & J. Ant. Campani Epist. p. 545. &c. Ed. Lips.*] *suae Edi-*

Editioni Amſtelaedamenſi A. MDCCXXXVI. 4to. ſubtexuit Celeberrimus P. BURMANNUS, *tum ipſe in Praefatione, nec non Clariſſimus, ac Graece Latineque peritiſſimus, & ingenii acumine, recta judicii trutina, ſtilique nitore conſpicuus Vir* JO. AUG. ERNESTI, *qui Lipſiae A. MDCCXLVIII. 8vo. ſuis cum animadverſionibus hunc auctorem quoque in lucem emiſit; meque, dum noſtrae operae tardiſſime typos exercuerunt, & idemtidem languide ceſſarunt, invitum occupavit: quamvis alia laudatiſſimi Viri in recudendo Suetonio, alia mei inſtituti fuerit ratio. Hanc igitur ut tibi, Benevole Lector, paucis exponam, quaeque opes ac ſubſidia mihi ad ejus exſecutionem praeſto, & ad manum fuerint, enarrem, neceſſe eſt.*

Ac primo Suetonii contextum ad vetuſtiſſimorum & integerrimorum codicum fidem, nulli editioni addictus, plurimum tamen Graevianas *A. MDCLXXII, MDCXCI, MDCXCVII, MDCCII, quibus ſingulis ſingulas praefationes, inter ſe diſcrepantes, & in P. Burmanni Editione legendas, praepoſuit, vel* Gronovianam *A. MDCXCVIII, ſequens, emendavi, conformavique. Quocirca cunctas illorum virorum obſervationes & notulas, MStorum lectionibus nixas, adjeci, easque vel aliorum manu exaratorum typisque impreſſorum librorum auctoritate, hujusve ſcriptoris, Latinaeque linguae genio, aliisque argumentis, ex hiſtoria vel antiquitate ductis, confirmavi, vel, ſi res exigebat, ſive in ipſis ver-*

verbis, ſive in illorum explicatione, ſenſusque Suetoniani inluſtratione, reſelli. Qua etiam libertate circa ceterorum Interpretum, P. BURMANNI *in primis, &* J. A. ERNESTI *conatus ſum uſus, candide id, quod verum opinabar, adſtruens; ſed egregiis excellentiſſimorum virorum meritis, laudibusque nihil detrectans, &, ut humaniorum litterarum ſtudioſum decet, ab omni verborum acerbitate, & vel minima contumelia abſtinens. Nam quod hic illic forſan in non neminem gravius dictum mihi exciderit, in eam partem, ac ſic accipias velim, ut non inlata, verum per occaſionem & ab invito retorta ſit injuria; quia laeſerat prior. Ingenio, ſi quod in me eſt, ac conjecturali arti rariſſime indulſi, quotidiana experientia edoctus, nihil ea levius eſſe; eamque ad ſummum praeſtare, non, quid ſcripſerint auctores, ſed, quid ſcribere potuerint, aut (nam & eo inſolentiae proceſſit hodie iſtud inportunum inſanae Critices genus,) ſcribere debuerint. Vaniſſima haec ingenii oſtentatio, & mera quidquid ſuum ad arbitrium innovandi prurigo, non poteſt non ultimam verae doctrinae cladem, & maximam infligere calamitatem. Sed bene! quod probatiſſimi Criticae artis magiſtri, ac ſolidioris eruditionis ſtatores juvenili iſti licentiae & graſſaturae ſedulo obviam ire, totisque viribus dudum ſe opponere inceperint, eamque prudentiſſimo conſilio inhibere, artioribus frenis coërcere, juſtiſſimisque verberibus caſtigare ſint adgreſſi. Horum ego veſtigiis ſemper inſiſtens caute caſteque, ſine pom-*

pa

pa ac faſtu, Criticam exercere didici, & plus libris ac monumentis, quam titillanti ingenio, & lubricis divinationibus tribuere conſuevi. Summa itaque cum fide & cura varias Codicum adnotavi lectiones, etiam illas, quarum ratio non admodum habenda videbatur; ſed quae latius cogitandi materiam forſan aliis ſufficere queunt: easque nunc non ſeparatim collocandas curavi, (quod alias a me factum plurimis diſplicere intellexi) ſed meis notulis leviter adſutas commemoravi. Iſtas ergo, ut ut ſint, aequi bonique facias. Temporis vero chartaeque, quantum pote, parciſſimus brevitati conſului, verbulo monuiſſe contentus, quod fortaſſe longiorem orationem vel meruiſſet vel poſtulaſſet: quapropter vereor, ne, dum brevis eſſe laboravi, nonnumquam obſcurior evaſerim; praeſertim, ſi quando reſpexerim ad illa, quae in Amſtelaedamenſi Celeberrimi Burmanni editione, aliisve, ſive bene, ſive male animadverſa, exhibentur; aut ſi arrepta opportunitate aliorum auctorum loca in tranſcurſu & obiter emendare fuerim adniſus. Hic igitur ſi nonnihil peccavi, nec ſatis clare meos ſenſus expreſſi, veniam abs te peto, precorque: dum vel ſic in majorem, quam mei conſilii ratio definierat, molem haec editio excrevit. Quam etiam ob rem, ſubjici vulgo ſolitos, ſaepiusque recuſos, rerum verborumque, quae in Suetonio occurrunt, indices omittere ſatius duxi, ſolo eorum, quae notis continentur, indicii labore defunctus.

Et

Et haec de inſtituto meo ſufficiant. Res nunc exigit, ut ad alteram praefationis partem, opum ſcilicet & auxiliorum, quae in concinnandis animadverſionibus adhibui, enarrationem, tranſeam. Manuſcriptos Codd. eosdem, quibus uſus eſt Burmannus, Perizonianum & Harlemenſem, *olim a me ipſo collatum, ſed recentiſſimum utrumque, ob oculos habui, & paſſim rurſus haud ſine fructu inſpexi; Item ad ſingulas ferme voces conſului* Memmiani & Cujaciani *codicum excerpta, partim a* Salmaſio *Pariſinae Caſauboni editioni A. MDCX. minutiſſimas per litteras inſcripta, & Graevio, Gronovioque viſa, partim a* Lipſio *ad Editionis Pulmannianae exemplar, in Leidenſi bibliotheca mutilum, adlita: nec non varias lectiones codicis, unius (ut ſuſpicor) e Mediceis, qui in Laurentiana bibliotheca ſunt novem numero; ut videre eſt in Noriſii Epiſt. Conſul. T. XI. Theſ. Graev. p.* 412. *& Montfaucon. Bibl. Biblioth. p.* 367. *quas* Iſ. Voſſius *ad Torrentii Editionem A. MDXCII.* 4to. *adpoſuit, & cum Cujacianis aliquoties usque ad vitam Claudii minus bene Cl. Burmannus conſudit; quod etiam in praefatione & alibi commiſit in his* Voſſianis *excerptis, diverſisque, quae Voſſius deſcripſerat e Codice* Memmiano, *ſeu* Turonenſi, *ſeu* Salmaſiano (*unus enim idemque eſt, fuitque olim in Bibliotheca Monaſterii S. Martini. V. Valeſiana p.* 91.) *& adpinxerat ad oras Ed. Lugdunenſis A. MDCXIV.* 12mo. *in noſtrae Academiae bibliotheca quoque ſervatae. Adhaec non levi adjumento fuerunt* Cortiana *excerpta*

Eo

Ed. Caſauboni Genevenſi A. MDCXI. adjecta, atque a diligentiſſimo Longolio ad quosdam Junioris Plinii locos citata, & a Clar. Erneſti etiam uſurpata, uti in Praefatione monet: diverſa omnino a Codicibus Leyſeri, & Obſopaei, *quorum mentionem in prolegomenis fecere Cell. Burmannus & Erneſti; & de Obſopaei MS. res patet ex Barthio ad Stat. Silv. L. IV, 3, 98. coll. cum notis ad Suet. Veſp. C.* 13. *V.* ἀρχεῖ. *Illa meis uſibus comiter conceſſit clariſſimus & eruditiſſimus* J. ERHARD. KAPPIUS, *Lipſienſis Eloquentiae Profeſſor, conciliatore doctiſſimo elegantiſſimoque viro* CHRISTOPHORO SAXIO, *qui illorum excerptorum indicium etiam fecit in Novis Miſc. Lipſ. Vol.* II. *p* 638. *Quibus idcirco viris pro hoc munere debitas ago habeoque gratias. Majus tamen emolumentum acceſſit e duobus Bibliothecae Caeſareae Vindobonenſis MSStis membranaceis, numero* 18 & 24 *inſignitis, quorum varias lectiones accuratiſſime ad peſſimam M. Chriſtiani Junckeri editionem Lipſienſem A. MDCCXXII. enotatas ad me, praeter alia pro ſumma, qua praeditus eſt, humanitate, & eximio optimas litteras haud ſecus, ac Medicinam, ornandi promovendique ſtudio & amore, miſit civis meus, nobiliſſimus Baro,* GERARDUS VAN SWIETEN, *Imperatoriae Regiaeque Majeſtatis Archiater, & primus Vindobonenſis Bibliothecae Curator. Hos Codd. nominare ſoleo* Vindobonenſem primum & ſecundum, *qui primo eſt junior, ſed incor-*

ru-

ruptior, ſaepiſſime cum Cortiano conſpirans, nec tamen idem. Nam Cortiano in fine vitae Titi, & initio ac fine vitae Domitiani deſunt nonnulla: Vindobonenſis eſt integer. At maximam Suetonio nobisque utilitatem praeſtitit inſignis illa priſcorum monumentorum conſervatrix Florentia, & Laurentiana Magni Etruriae Ducis Bibliotheca. Namque mecum ultro ac lubentiſſime doctiſſimus & familiari vitae conſuetudine conjunctiſſimus vir ABRAHAMUS GRONOVIUS *praeter Salmaſiana, de quibus dixi, excerpta communicavit Editionis S. Gryphii Lugdun. A. MDXLIV.* 8vo. *exemplar, ad quod clariſſimus ejus Pater exactiſſime exaraverat varias lectiones trium e* Mediceis codicibus *antiquiſſimorum, quorum aliquam litterariae reipublicae notitiam dederat ad Arrianum p.* 58. (*& ex eo Burm.*) *ac ſaepius mentionem in praefatione & notulis, obſcuriorem tamen, injecerat. Erravit enim Burmannus ad Vitellii C.* 15. *Illos vero codices operoſius deſcribendi nobis otium fecit ipſe* JAC. GRONOVIUS. *Quippe ſuo exemplari praefixit ſequentem Indicem, e quo ſatis tibi, erudite lector, eorum praeſtantia pretiumque adparebit.*

De tribus MSS. Mediceis.

„ 1. *Poſt S. Aurelium Victorem de Imperatoribus in media pagina maximis litteris rubris legitur:*

C.

PRAEFATIO.

C. SVETONII TRANQVILLI DE VITA CAESARVM IVLIVS INCIPIT LIBER PRIMVS

„ *Ab altera parte ſequitur* ANNVM AGENS CESAR SEXTVM DECIMVM PATREM AMISIT SEQVENTIBVSQ; CONSVLIBVS *&c. Ductus, forma, aequalitasque litterarum adeo ſimilis eſt litteris MS. Senecae Tragoediarum, ut mihi videatur, quaſi eadem manu eſſent ſcripti hi duo MSS.; & quamquam atramentum nigrum & recens videatur in MS. Senecae, idem eſt in hoc MS. neque quidquam diverſum in his MSS. reperio; niſi quod manus parumper ſit probatior emendatiorque in Seneca, quam in hoc MS. in quo ſaepius vox omiſſa ſupraſcribitur. Sed tamen nihil eſt, quod querar de hoc MS. Et bene Holſtenius nominat* antiquum & probum exemplar. *In* 4to. *Membran. pluteo* 66. *quem* primum *nomino. In hoc MS. probatiſſimo in ſumma parte paginarum video* LIB. I. IVLIVS CESAR. LIB. II. OCTAVIVS. *in una quadam pagina, & in alia* DIVVS AV-

„ GVSTVS. *In multis paginis ſumma illa*
„ *abſciſa erat. Lego &* TYBERIVS. CA-
„ LIGVLA. DIVVS CLAVDIVS. NE-
„ RO. GALBA. VITELLIVS. DO-
„ MITIANVS *tantum. Quot ligaturas*
„ *hic optimus MS. comprehendat, non poteſt*
„ *videri; quoniam paginarum infima illa pars,*
„ *in qua numerus iſte ſcribitur, abſciſa erat.*

„ *Ex abbreviationibus* CESARV DIVS
„ *&c. mihi videtur circiter ſexcentorum eſſe*
„ *annorum: nam easdem abbreviationes, &*
„ *tali modo ſupraſcriptas obſervavi in turre*
„ *miranda Piſana ante DC. annos aedificata.*

„ 2. Caii Suetonii Tranquilli de vita Ce-
„ ſarū lib. I. Incipit divvs Ivlius *atramento*
„ *rubro, in MS.* ſecundo, *qui eſt quarto oblon-*
„ *gus pluteo* 64. *Non eſt adeo probatae ſcrip-*
„ *tionis, quemadmodum primus, & ſequens*
„ *tertius MS., ſed tamen antiquus.*

„ 3. *Eſt item* tertius *MS. membranaceus in*
„ *folio pluteo* 68. *probatiſſimae ſcripturae, qui*
„ *continet commentarios Caeſaris, & Sueto-*
„ *nium, digniſſimus, qui attendatur diligen-*
„ *ter. Quare hunc exactiſſime contuli, &*
„ *omnia etiam minutiſſima quaeque adnotavi.*
„ *Et poteſt conferri cum primo MS. quoci*
„ *ſemper fere conſentit. Ex his apparebit f*
„ *bitas iſtius libri, & quomodo antiqui ſ*
„ *bere ſolebant. Per columnas ſcriptus co*
„ *net ligaturas ſeu vincula X. cum VI. pag*
„ *Quodque vinculum comprehendit VIII.*

„ *In ſumma parte paginarum legitur ſemper*
„ *nomen Imperatoris, & in altera pagina* li-
„ ber I. *vel* II. *Tali modo:* TIBERIVS. *In*
„ *altera pag.* LIB. III. *& ſic ad finem: ut* DO-
„ MITIANVS, *in ultima pag.* LIB. XII.
„ *Sed primi Imperatores ita leguntur* IVLIVS
„ *& in altera parte* CESAR. *De Auguſto*
„ *ita:* DIVVS, *in altera parte* AVGVSTVS.
„ *Sequentes Imperatores non habent* DIVVS,
„ *ſed proprium nomen tantum in hoc tertio MS.*
„ *membranaceo antiquiſſimo.*

Hactenus J. Gronovius, cujus numerales notas pr. ſec. tert. *retinui, & fideliſſime expreſſi. Tantas porro divitias ingenti acceſſione auxit praeſtantiſſimus Antiquitatum & Inſcriptionum illuſtrator, humaniſſimusque vir* ANTONIUS FRANCISCUS GORIUS, *illius benevolentia per integerrimum cariſſimumque* JACOBUM PHILIPPUM D'ORVILLE, *cui debitas laudes ingeri intima amicitia vetat, mihi comparata. Is autem ſuo rogatu per honoratiſſimum virum* A. M. BISCIONIUM, *Bibliothecae Mediceo-Laurentianae praefectum, adjuvante ſtudioſo tum adoleſcente* CYRILLO MARTINIO, *excerpi curavit, quidquid praeclariſſimus litterarum inſtaurator* ANGELUS POLITIANUS *notaverat ad omnes margines* Editionis Mediolanenſis, *impreſſae per magiſtrum Philippum de Lavagnia A. MCDLXXV. die* 20 *Julii fol. in pluteo Bibl. LXIV. N.* 1. *additis reliquis hiſtoriae Auguſtae ſcriptoribus, item P. Diacono: quam editionem a ſe non viſam dolet*

Burmannus. Illius calci Politianus etiam haec adſcripſit: Recognovi cum vetuſtiſſimis duobus exemplaribus Florentiae, MCCCCLXXX. XV. Kl. Quintiles in Divi Pauli. (*Ad hanc enim aedem titulo Prioris Eccleſiae habitabat*) iterum cum tertio & ipſo vetuſtiſſimo, Ego Angelus Politianus. *Item* Perlegit in Feſulano jugo anno MCDLXXXII. Julio menſe in Laur. Medic. ſuburbano Angelus Politianus. *Per hos vero Codices Politianus haud intellexit ſolos Mediceos; ſed Vaticanum quoque, Juumque, quorum clare mentionem fecit in Vita Aug. C.* 35. *nec non ipſe & Caſaubonus ad V. Caeſ C.* 64. 78. *Cunctas inde MStas & editas lectiones laudati viri transfuderunt ad oram* Editionis Venetae, *curatae per* Dominicum Calderinum, *& una cum hiſtoriae Auguſtae ſcriptoribus, Eutropio, & P. Diacono impreſſae per Joannem Rubeum de Vercellis A. MCDXC. die XV. Julii: quam itidem non vidit Burmannus. Sed illam, a ceteris ſcriptoribus jam antea diſcerptam, & binc impreſſoris nomine & anno carere creditam, & Politianeis ornatam ad me miſit egregius Gorius, cui meo & litterariae reip. nomine ingentes idcirco debeo gratias, meque devinctum profiteor.*

Praeter haec & vulgares, quas recenſere haud vacat, Edd. tum vetuſtiſſimas, tum recentiores, in primis Pariſienſem Rob. Stephani *A. MDXLIII. meis uſibus, prae ampliſſimi viri* THADEI MULL, *Judicis Enchuſani, ac digniſſi-*

niſſimi exquiſitiſſimae bibliothecae & antiquariae ſupellectilis poſſeſſoris, beneficio, inſervit rariſſima Editio Princeps Romana, *fol. abſoluta in pinea regione, via Papae A. MCCCCLXX. ſextili menſe, Pauli Veneti II. Pont. Max. anno ſexto, & procurata per* J. Ant. Campanum; *quam Burmannus demum acceperat, quum ejus operae jam pervenerant ad Vitellii Cap.* 8. *T. II. p.* 193. *Conſulatur in praefatione. Huic, ut ab altera & poſteriore* Romana, Jo Andreae, *Epiſcopi Alerienſis, quam publica ſuppeditavit bibliotheca, diſcernatur, nomen dedi* Rom. pr. *vel* Camp. *Sed & crebro contuli aliam* Mediolanenſem Editionem *A. MCDXCIV. cum* Philippi Beroaldi *notis, mihi per optimum ſenem* CAR. ANDR. DUKERUM, *qui ejus meminit ad Livium L. IX. C.* 40. *commodatam, haud inſpectam quoque Burmanno, alia Beroaldina editione non uſo, quam quae poſt ipſius mortem A. MDVI. Bononiae prodiit. Prima autem Beroaldi* ἔκδοσις *non eſt impreſſa* Romae, *ut ibidem quaſi e Maittairio tradit, ſed* Bononiae, *A. MCDXCIII. Adi Maittair. T.* 1. *Ann. p.* 320. *Idem vero clariſſimus* DUKERUS, *cujus profundiſſima doctrina, perſpicaciſſimum ingenium, & ſubactiſſimum judicium litterato orbi ſunt notiſſima, mecum ſuas in nonnulla Suetonii loca, & praeſertim in Flaviorum vitis, animadverſiones communicavit: Illas ego in grande hujus Editionis ornamentum amiciſſimi viri permiſſu meis praefixi: ſicut etiam nonnulla Polybiſtoris* J. A. FABRICII *exhibui in vitis Gram-*

maticorum & Rhetorum, quae adleverat margini Editionis Eliae Vineti, Pictavienſis *A. MDLVI. 4to. Celeberrimi ipſius Generi* HERM. SAM. REIMARI *benevolentia per me luſtratae. Porro ex Miſcell. Obſervat. Vol IX. T. III. p.* 328. *&c. excerpſi, meisque inſerui pauculas Clar.* J. SCHEFFERI *in Caeſaris & Auguſti vitam notulas, quae Codicis* Pinelli, *Itali, ab* Ob. Giphanio *olim collati, varietates, deque iis Schefferi κρίσιν praebent. Haec ſunt, Erudite & Aeque Lector, quorum ne neſcius eſſes, volebam. Illis, noſtroque hoc labore cum benevolentia utere, fruere, & tam typographorum erratis, quam meis, ignoſce, ac vale. Dabam Leidae pridie Id. Sextil. MDCCL.*

J. GRO-

J. GRONOVIUS

LECTORI S.

QUam novam Suetonii Tranquilli formam vides, in eam ſtatuerat apud ſe jamdiu librarius hic, iſtas Caeſarum XII. vitas & uberrimum Romanae diſciplinae penu conjectum officinae ſuae, dicam, an rei litterariae conferre, inter editiones alioquin ſatis multas hanc non recte deeſſe judicans. Unde ſimulatque meum facere potui exemplar, quod promercale exſtabat, Salmaſii ſtudiis venerabile, non deſtitit ambitioſe me fatigare, ut ſi quod inde adjumentum proficiſci opinarer, id ne ſupprimerem. Hujus relationis prima pars pertinebat quidem ad ipſum ſolum, ut in qua de quaeſtu calculus ponebatur; attamen libens audivi, quum ab mea cura quoque non alienam exiſtimare cogerer hactenus, ut acrius inſpectam & rebus emendatiorem exiſtere editionem quoque deſideraverim. Vis enim crimine ab uno noſſe auctoris hujus ſtatum? Sciebam in eo ſic actum eſſe, ut poſtquam inſtituit Jo. Schildius anno 1647. edere in Auguſti capite 84. *Sermones quoque cum ſingulis, etiam cum Livia ſua graviores, nonniſi in ſcriptis & e libello habebat*, omnes poſthac, quae ab harum regionum praelis concinnatae ſunt, velut perpetua averſione fraudant & ſpoliant Suetonium vocabulo *atque*, quod ſancte ſervant priores editi & omnes pariter MSSti ſine ulla ambiguitate. Una ab hoc vitio libera manſit illa minimae formae Amſtelodami aliquoties recuſa, quam temere credunt viri docti ab P. Scriverio eſſe apparatam; quum ſedulo inquirens nullum docti ejus viri illic veſtigium

ſtigium animadverterim: & certe procedente hac opera ad hoc expiſcandum incumbens didici eſſe laborem Stephani Pigii jam anno XC. praeteriti ſaeculi editum, unde ſic nominare non dubitavi. Haec quoniam ante Schildium exornata fuit, & ſaepius poſt id tempus repetita, retinuit priſtinam integritatem, reliquis vocabulo iſto defectis. Hoc etſi leve, tamen eſt manus Suetonii, quam unam legere & videre deſidero, non aliorum negligentiam, ut ſic juſta utique eſſet cogitatio editionis novae; nec enim plura hujus venuſtatis annotare placet.

Ad poſteriorem partem, quae tota ſedebat in ſententia mea, ut veniam; quia videbatur in ea agi officium meum (nec enim abſterrendi cujusquam ab eo, quod in hoc genere mihi ſorti venerat, cauſa ulla erat) ſine difficultate ubi potui conceſſi, praeſertim quum perſuaderer hinc etiamnum aliquid boni eventurum Suetonio. Et profecto tam bonae notae iſta collatio codicis Memmiani erat, tamque ille ipſe codex Memmianus celebrari meruit, ut quaecunque ejus varietas digna ſit cognitu, nec vel vitioſa debeat ita praetermitti, tanquam nullo momento utilis futura, quum ſi non illic, certe ad alias occaſiones inſtruat, quod facili negotio curabo, ut alias appareat; nec intelligo, cur Caſaubonus tam docta congeſturus commentaria, non acrius adhaeſerit huic exemplari. Hinc utinam potuiſſet ipſe maximus Salmaſius iſto ſuo labore ad expoliendum & percenſendum omnem Suetonium uti, prout ad Hiſtoriam Auguſtam & Tertulliani pallium illa ſua plura ad iſta & alibi promittit! Sed abreptus per alia, hoc exemplar reliquit fortunae. Unde quum jam vivente adhuc Salmaſio Schildius optime exornare hunc auctorem potuiſſet, miro faſtidio pauciſſima quaedam excerpſit. Ab hoc tranſiit in alias easque egregias ſane & peritas manus, quarum quaeque ex ſuo arbitrio etiam in uſum adhibuit, ut hinc multis in chartis collatio Salmaſii fruſtatim nominetur; quarum tantum abeſt, ut a me reprehendatur libertas, ut feliciſſimis delectibus gratuler & applaudam. Mihi tantum liceat ſimiliter rem meam ex ſententia diſponere, qui imagini nobiliſſimae convenire opinor, ut quo titulo inſignire ſtatuam ſuam vivus Salmaſius decrerat, & cui per omnes occaſiones tam benigne opitulari in monumentis acerrimarum lucubrationum conatus fuit, (quae nolui

nunc

nunc tangere ſoli huic codici ejus & chirographo inhaerens) eum licet opere ſemiperfecto inſcribam, in urbe, quae tam facile & inſtructum hoſpitium Salmaſio famimiliaeque ejus iſto eruditiſſimo tempore attribuit, & hunc codicem tamdiu cuſtodivit. Habebam quidem, & habui diu, eadem ex aliis fideliſſimae ac vetuſtiſſimae ſcripturae codicibus corroborata & conſenſu perpetuo ac ſecuriſſimo ſtabilita. Sed hunc Suetonium Salmaſio inſcribere volui, quia is tanto tempore ante praeceperat, ſciveratque, quae per noſtros demum annos innotuerunt. Iſto utique juſtitiae temperatu tanti nominis memoriam inclareſcere & in libris conſpici potius veriusque eſt, quam inceſſabili aliorum & ſaepe futili vellicatione. Sicut Stephanum Byzantium cenſui futurum fuiſſe felicem, ſi ſolae Salmaſii reliquiae penitus ex fide haberentur additae; ita nunc quoque exiſtimavi de Suetonio: cujus exemplar adflatu & tritu & volutatione Salmaſii exinanitum mihi ferme indicat, quam multiplicem horum Caeſarum illuſtrationem vir ille maximus conceperit ſecumque circumtulerit, donec cum ipſo periret praeter hanc memoriam apud me in ſumma reverentia manſuram vel ad imitationis calcar. Ideo univerſam iſtam copiam huic editioni adnexui quam commode fieri potuit, inſignem ſane ac uberem meditandi oportunitatem; ſed ita, ut jam nunc inde quamplurima Suetonio reſtituerem eliminatis illis, quae ſuppoſita & ſubjecta pro genuinis erant neſcio per quos. Etiam in Latina lingua contigit, ut ſcriptoribus ſingulis ſua ſederit proprietas, ſua diverſitas. Certum eſt, & probat hic codex, ubique auctorem maluiſſe contrahere illa verba *conſuerit*, *conſuerunt*, *conſuerat*, *aſſuerat*, *cognoſſet*, *cognoſſe*. Id docet manifeſte haec collatio, atque etiam hic illic obſervationes ac teſtimonia eruditorum hominum de allis codicibus, quos viderunt in locis, quae tangebant: imo id docet quoque nota Achillis Statii in edicto cenſorio contra rhetoras. Et cur igitur in quadriſyllabum tanta eſt editionum conſenſio & conjuratio? an ut Berneccerus inde faciat acervum in indice? Contra videmus illi placuiſſe in verbis *accucurrerunt*, *tranſcucurriſſet*, *concucurriſſe*, *percucurrit*, *procucurriſſent* iſtud pentaſyllabicum adfirmantibus omnibus bonis codicibus. An noſtrum eſt talia arcere ab auctore ſuo? Haec editio quod iſtiusmodi dabat manus

nus Salmaſii, ubique igitur recepit: nec niſi in uno loco, Othonis ſcilicet capite VI. exhibet *utque conſueverat*, quia audaciae crimen vitabat, quum Salmaſius illic annotare neglexiſſet. Sic enim malo dicere, quam ut credam ita in MS. legi, quippe hanc conniventiam Salmaſii colligere licebat ex Tiberii Capite XXXIV. ubi tanto fidentius ita quoque pronunciabam, quoniam auxilia, quae ad manum mihi erant, Memmiano nequaquam viliora, de quibus nunc agere non potui, plane illud exhibebant, etiam remittentia in loco Othonis. Similiter in vocum ſerie diſcrepant indignum ad modum editi ab MSStis, qui jure meritoqoe tamen erant praeferendi; cujus idcirco ſpecimina non dubitavi cum Salmaſio ſimul annotare, ſimul recorrigere, certe in plurimis: licet enim quaedam reſervare in craſtinum & ad alteram conſiderationem. Quam profecto nonnulla ſunt, quae requirunt praeter iſta, quae nunc inde elicere & proferre potui. Nec tamen intra hunc modum ſteterunt blandimenta, quibus ad ſubeundam hujus editionis curam ſollicitatus fui. Fieri nequit, quin quo quisque humanior, eo frequentius recurrat ad haec non Caeſarum acta, ſed conſtipata totius Romanae conſuetudinis & iſtius temporis linguae ſpectacula; & quanto Graeci moris faſce ſociata? Haec ille magnus auctor incredibili, & non per noſtra tantum tempora, ſed & ſua ipſius admirationem adepto labore ita venuſte compoſuit, nt quisquis adhaerere incepit, affigi perpetim deſideret, nec id recenſione quadam arida, ſed irrigante ingenium attendentis ad infinitae meditationis ubertatem & induſtriam; eoque magis, quo plura inveteratae & tum codicum MSStorum, tum per typos editorum, conſenſu fixae & ſolidatae corruptelae offendicula idemtidem ſuſpendunt properantem. Talis utique eſt ille Nerulonenſis menſarius, quem adeo belle muſtei homines etiam commentantur, ut dicant nihil. Tales illi Nemauſenſes perverſe contra omnia vetuſtatis teſtimonia ficti. Talis illud Claudianum ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται. Talis illa de altero conſulatu vel proconſulata ſortitio Claudii ejusder Haec ut ſenio erant efferata; ita mihi ſic putebant, ulterius tolerando non fuerim Omitto alia fere ad tu plicem decada pervenientia, quibus multum contempla do lectiones ab viris doctis, quibus propter indiciu

gr

gratiae debentur, easque libens ac laudans ago, diu publicatas ſtudui cummaxime ſubvenire Suetonio praeter iſtam copiam ex Salmaſiano chirographo ſuppeditatam, ſpecimen breve mei in hoc eruditiſſimo ſcripto ſtudii, prout per ſummas temporis anguſtias licuit inſtruere. Nam futura Deus viderit, quem tibi faventem propitiumque opto.

DE

SUETONII

Genere, vita, ſtudiis & ſcriptis, veterum auctorum teſtimonia.

Ipſe in Caligula, de ponte Cajano, C. 19.

vum meum narrantem puer audiebam, cauſſam operis ab interioribus aulicis proditam, quod Thraſyllus mathematicus anxio de ſucceſſore Tiberio, & in verum nepotem proniori, affirmaſſet, non magis Cajum imperaturum, quam per Bajanum ſinum equis diſcurſurum.

In Othone, de pugna Betriacenſi, C. 10.

Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis, tertiae decimae legionis tribunus anguſticlavius. Is mox referre crebro ſolebat, &c.

In Domitiano, de fiſco Judaico, C. 12.

Interfuiſſe me adoleſcentulum memini, cum a procuratore frequentiſſimo concilio inſpiceretur nonagenarius ſenex, an circumſectus eſſet.

In Nerone extremo.

Denique cum poſt viginti annos adoleſcente me exſtitiſſet

ſtitiſſet conditionis incertae, qui ſe Neronem eſſe jactaret, tam favorabile nomen ejus apud Parthos fuit, ut vehementer adjutus, & vix redditus ſit.

Plinius Bebio Hiſpano, Epiſtolarum lib. I, 24.

Tranquillus contubernalis meus vult emere agellum, quem venditare amicus tuus dicitur. Rogo cures, quanti aequum eſt, emat. Ita enim delectabit emiſſe: nam mala emptio ſemper ingrata eſt, eo maxime quod exprobrare ſtultitiam domino videtur. In hoc autem agello (ſi modo arriſerit pretium) Tranquilli mei ſtomachum multa ſollicitant, vicinitas urbis, opportunitas viae, mediocritas villae, modus ruris, qui avocet magis quam diſtringat. Scholaſticis porro hominibus, ut hic eſt, ſufficit abunde tantum ſoli, ut relevare caput, reficere oculos, reptare per limitem, unaque ſemita terras omneſque viticulas ſuas noſſe, & numerare arbuſculas poſſint. Haec tibi expoſui, quo magis ſcires, quantum ille eſſet mihi, quantum ego tibi debiturus, ſi praediolum iſtud, quod commendatur his dotibus, tam ſalubriter emerit, ut poenitentiae locum non relinquat. Vale.

Aelius Spartianus in Hadriani vita, C. II.

Septitio Claro praefecto praetorii, & Suetonio Tranquillo epiſtolarum magiſtro multiſque aliis, quod apud Sabinam uxorem, injuſſu ejus, familiarius ſe tunc egerant, quam reverentia domus aulicae poſtulabat, ſucceſſores dedit.

C. Plinius Tranquillo ſuo S. Epiſt. lib. III, 8.

Facis pro cetera reverentia, quam mihi praeſtas, quod tam ſollicite petis, ut tribunatum, quem a Neratio Marcello, clariſſimo viro impetravi tibi, in Caeſennium Sylvanum propinquum tuum transferam. Mihi autem, ſicut jucundiſſimum, ipſum te tribunum, ita non minus gratum, alium per te videre. Neque enim eſſe congruens arbitror, quem augere honoribus cupias, huic pietatis titulos invidere, qui ſunt omnibus honoribus pulchriores. Video etiam, cum ſit egregium & me-

mereri beneficia & dare, utramque te laudem simul assecuturum, si, quod ipse meruisti, aliis tribuas. Praeterea intelligo mihi quoque gloriae fore, si ex hoc tuo facto non fuerit ignotum amicos meos non gerere tantum tribunatus posse, verum etiam dare: quare ego vero honestissimae voluntati tuae pareo. Neque enim adhuc nomen in numeros relatum est: ideoque liberum est nobis Sylvanum in locum tuum subdere: cui cupio tam gratum esse munus tuum, quam tibi meum est. Vale.

Idem Lib. x. *Epistolarum, ad Trajanum*, 95.

Suetonium Tranquillum, probissimum, honestissimum, eruditissimum virum, & mores ejus secutus & studia, jampridem, domine, in contubernium assumpsi: tantoque magis diligere coepi, quanto hunc propius inspexi. Huic jus trium liberorum necessarium faciunt duae caussae. Nam & judicia amicorum promeretur, & parum felix matrimonium expertus est: impetrandumque a tua bonitate per nos habet, quod illi fortunae malignitas denegavit. Scio, domine, quantum beneficium petam, quod peto a te, cujus in omnibus desideriis meis pleniſſimam indulgentiam experior. Potes enim colligere, quantopere cupiam, quod non rogarem absens, si mediocriter peterem.

Trajanus Plinio S.

Quam parce haec beneficia tribuam, utique, mi Secunde chariſſime, haeret tibi, cum etiam in senatu affirmare soleam, non excessisse me numerum, quem apud ampliſſimum ordinem suffecturum mihi professus sum: tuo tamen desiderio subscripsi, & ut scias dedisse me jus trium liberorum Suetonio Tranquillo ea conditione, qua assuevi, referri in commentarios meos jussi.

C. Plin. Tranquillo suo S. Epist. Lib. 1, 18.

Scribis te perterritum somnio vereri, ne quid adversi in actione patiaris: rogas, ut dilationem petam, & pau-

culos

culos dies. Certe proximum excuſem difficile eſt, ſed experiar.

ἢ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν.

Refert tamen, eventura ſoleas, an contraria, ſomniare. Mihi reputanti ſomnium meum iſtud, quod times tu, egregiam actionem portendere videtur. Suſceperam cauſſam Julii Paſtoris, quum mihi quieſcenti viſa eſt ſocrus mea advoluta genibus, ne agerem, obſecrare. Et eram acturus adoleſcentulus adhuc: eram in quadruplici judicio: eram contra potentiſſimos civitatis, atque etiam Caeſaris amicos: quae ſingula excutere mentem mihi poſt tam triſte ſomnium poterant. Egi tamen λογισάμενος illud,

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνασθαι περὶ πάτρης.

Nam mihi patria, & ſi quid charius patria, fides videbatur. Proſpere ceſſit: atque adeo illa actio mihi aures hominum, illa januam famae patefecit: proinde diſpice, an tu quoque ſub hoc exemplo ſomnium iſtud in bonum vertas: aut ſi tutius putas, illud cautiſſimi cujuſque praeceptum, *quod dubitas, ne feceris*, id ipſum reſcribe. Ego aliquam ſtrophan inveniam, agamque cauſam tuam, ut ipſam agere cum tu voles, poſſis. Eſt enim ſane alia ratio tua, alia mea fuit. nam judicium centumvirale differri nullo modo, iſtud aegre quidem, ſed tamen poteſt. Vale.

Idem Tranquillo ſuo S. Epiſt. Lib. IX, 34.

Explica aeſtum meum. Audio me male legere duntaxat verſus: orationes enim commodius, ſed tanto minus verſus. Cogito ergo, recitaturus familiaribus amicis, experiri libertum meum. Hoc quoque familiare, quod elegi non bene, ſed melius ſcio lecturum: ſi tamen non fuerit perturbatus: eſt enim tam novus lector, quam ego poëta. Ipſe nèſcio, quid illo legente interim faciam: Sedeam defixus & mutus, & ſimilis otioſo? an (ut quidam) quae pronunciabit, murmure, oculis, manu perſequar? Sed puto, me non minus male ſaltare,

quam legere. Iterum dicam, explica aeſtum meum, vereque reſcribe, num ſit melius peſſime legere, quam iſta vel non facere, vel facere. Vale.

Idem eidem lib. V, 11.

Libera tandem hendecaſyllaborum meorum fidem, qui ſcripta tua communibus amicis ſpoponderunt: appellantur quotidie & flagitantur, ac jam periculum eſt, ne eogantur ad exhibendum formulam accipere. Sum & ipſe in edendo haeſitator: tu mora tamen meam quoque cunctationem tarditatemque viciſti. Proinde aut rumpe jam moras, aut cave, ne eoſdem illos libellos, quos tibi hendecaſyllabi noſtri blanditus elicere non poſſunt, convitio ſcazontes extorqueant. Perfectum opus abſolutumque eſt, nec jam ſplendeſcit lima, ſed atteritur. Patere, me videre titulum tuum, patere audire, deſcribi, legi, vaenire volumina Tranquilli mei. Aequum eſt, nos in amore tam mutuo eamdem percipere ex te voluptatem, qua tu perfrueris ex nobis. Vale.

Auſonius de XII. *Caeſaribus per Suetonium Tranquillum ſcriptis.*

Caeſareos Proceres, in quorum regna ſecundis
Conſulibus dudum Romana potentia ceſſit,
Accipe bis ſenos: ſua quemque monoſticha ſignant,
Quorum per plenam ſeriem Suetonius olim
Nomina, res geſtas, vitamque obitumque peregit.

Flavius Vopiſcus Syracuſius, in Firmo &c. C. 1.

Minuſculos tyrannos ſcio plerosque tacuiſſe, aut breviter praeteriiſſe. Nam & Suetonius Tranquillus emendatiſſimus & candidiſſimus ſcriptor, Antonium & Vindicem tacuit, contentus eo, quod eos curſim perſtrinxerat.

Mox.

Et de Suetonio non miramur, cui familiare fuit amare brevitatem.

Idem

TESTIMONIA.

Idem in Probo C. 11.

Et mihi quidem id animi fuit, non ut Salluſtios, Livios, Tacitos, Trogos, atque omnes diſertiſſimos imitarer viros in vita principum & temporibus differendis: ſed Marium Maximum, Suetonium Tranquillum, Fabium Marcellinum, Gargillium Martialem, Julium Capitolinum, Aelium Lampridium, ceterosque, qui haec & talia non tam diſerte, quam vere, memoriae tradiderunt.

Julius Capitolinus in Maximo & Balbino C. 4.

Sed priusquam de actibus eorum loquar, placet aliqua dicere de moribus atque genere; non eo modo, quo Junius Cordus eſt proſecutus omnia, ſed illo, quo Suetonius Tranquillus & Valerius Marcellus.

Sidonius Apollinaris Epiſtolarum Lib. IX, 14.

Nam ſi omittantur, quae de titulis dictatoris invicti ſcripta Patavinis ſunt voluminibus, quis opera Suetonii, quis Juvenci Martialis hiſtoriam, quisve ad extremum Balbi ephemeridem fando adaequaverit?

Tertullianus de anima C. 44.

Sed & Neronem Suetonius, & Thraſymedem Theopompus negant umquam ſomniaſſe: niſi vix Neronem in ultimo exitu poſt pavores ſuos.

Paulus Oroſius Lib. VII. *C.* 9.

Itaque Titus Imperator ab exercitu pponunciatus templum in Hieroſolymis incendit ac diruit; quod à die conditionis primae usque ad diem everſionis ultimae manſerat annis MCII. Muros urbis univerſae ſolo adaequavit: DC. milia Judaeorum eo bello interfecta, Cornelius & Suetonius referunt.

Auctor Hiſtoriae Miſcellae Libro VI. *de Julio Caeſare loquens.*

Hanc hiſtoriam Suetonius Tranquillus pleniſſime expli

cuit, cujus nos competentes portiunculas decerpſimus.

Johannes Saresberienſis Polieratico ſive de nugis curialium Lib. VIII. *Cap.* 18.

Haec quidem poſſunt & apud allos hiſtoricos inveniri diffuſius, qui tyrannorum atrocitates & exitus miſeros plenius ſcribunt. Quae ſi quis diligentius recenſeri voluerit, legat ea, quae Trogus Pompejus, Joſephus, Egeſippus, Q. Curtius, Cornelius Tacitus, T. Livius, Serenus, & Suetonius Tranquillus, & alii hiſtorici, quos enumerare longum eſt, ſuis comprehenderunt hiſtoriis.

Servius in Aeneid. Lib. VIII, 680.

Naturaliter enim Auguſtus igneos oculos habuiſſe dicitur, adeo ut quidam eques Romanus interrogatus ab eo, cur ſe viſo verteret faciem, dixerit, quia fulmen oculorum tuorum ferre non poſſum, ſicut ait Suetonius.

Idem in VI, 699.

Suetonius ait vita Caeſaris, reſponſa eſſe data per totum orbem, naſci invictum imperatorem. *Haec Servius: niſi verius, ſemidocti cujusdam litteratoris haec ſint, qui hiſtoriam a Suetonio narratam in Veſpaſiano Cap.* 4. *memoriae vitio corrumpit.* GRON. al. *Caeſarum.* Vide Burm.

Priſcianus Lib. VI.

Quod tamen comprobat etiam Suetonius, diverſos ponens uſus in libro, qui eſt de inſtitutione officiorum.

A. Gellius Lib. IX. *Cap.* 7.

Sed de fidibus rarius dictu & mirabilius eſt, quam rem & alii docti viri & Suetonius etiam Tranquillus in libro ludicrae hiſtoriae primo ſatis compertam eſſe, ſatisque ſuper ea conſtare adfirmat, nervias in fidibus brumali die alias digitis pelli, alias ſonare.

CLA-

CLARISSIMO ERUDITISSIMOQUE

V I R O,

FRANCISCO OUDENDORPIO,

HIST. ET ELOQ. IN ACADEMIA LUGDUNO BATAVA PROF. ORD.

novam

C. SUETONII TRANQUILLI

Editionem curanti.

Scilicet aethereas ut luminis aſpicit oras,
Auſpiciisque bonis creſcere pergit homo;
Et ſubito curſu juveniles exigit annos,
Quos ſequitur tacito cana ſenecta gradu:
Omine ſic fiunt laeto, rapiuntque vigorem
Oppida, poſt parvas intereuntque moras.
Quam fauſto Auſonii ſurgebant alite muri,
Cum tenuere tuae ſceptra, Quirine, manus?
Conſulibus binis capientibus annua jura,
Romuleis rebus firma juventa ſtetit;

At ſub Caeſaribus foedum duxere colorem,
Et turpi tandem deperiere ſitu.
Omnia nam rigidos luxu merſiſſe tyrannos,
Aetatis priſcae nos monumenta docent;
Et probat, ut culto ſermone prioribus impar,
Tranquilli Hiſtorica pagina plena fide;
Quae curis, FRANCISCE, Tuis nunc purior exit,
Et privum auctoris geſtit habere decus.
Praeclaro res digna Viro, detergere ſordes,
Et Latiis Latios reſtituiſſe ſonos,
Dum pretium Aoniſin, vigilatae gloria chartae,
Dum ſuus ingeniis attribuetur honos;
Vivite, temporibus nunquam moritura futuris,
OUDENDORPIADAE ſcripta polita manu.

BARTHOLOMAEUS SIEBEN.
JCTUS.

AD EUMDEM.

Quae ſubiit miles, victricia bella, viator
Emenſus dubio tramite, gaudet, iter.
Sic etiam laetus vigilatas reſpicit horas,
Cui cura eſt artes excoluiſſe bonas.
His, fateor, ſtudiis comes eſt non parva voluptas,
Conatusque ipſi praemia juncta ferunt.
Gaudia ſed veniunt poſt actos plena labores,
Et ſperata novum gloria calcar habet.
Haec comperta Tibi, teneris qui ſuetus ab annis
Priſcorum aſſidua volvere ſcripta manu.
Sedulitas dignos ea conciliavit honores,
Et magnum in doctis nomen habere dedit.
Inde, velut lenis flammas alit aura, novatas
Vires doctrinae cepit honeſtus amor.
Non Tibi praeclaro ſuffecit munere fungi,
Unica nec Juvenes cura docere fuit.
Otia quin etiam, quotquot Tibi grata ſuperſunt,
Vix, niſi quae proſint, ulla perire ſolent.

Te-

Teſtis, ab Obſequio nomen cui, Julius; & qui
Caeſareo Romae primus honore fuit:
Et cum Frontino Annaei Pharſalia, quorum
Per Te, purgato vulnere, ſcripta nitent.
His nunc TRANQUILLUM, *multorum exempla ſecutus,*
Jungis, ut arte Tua cultius exſtet opus.
Omnia qui ſuperat, labor improbus, hos quoque vicit
Auſus, & laudes res feret illa ſuas.
Sic decet: at ſtimulos addent, hoc auguror, aeque
Fructu ne careat nunc Tibi parta quies:
Quin plura antiqui monumenta informia ſecli,
Te curante, recens ſint habitura decus:
Sic bene de Muſis pergas, Vir magne, mereri,
Dum Tibi longaevo proſpera vita fluat.

J. H. V. GROIN,
JCTUS.

Dab. Amſtelodami
d. 7. Octobr. MDCCL.

C. SUE-

1. *Hercules Gaditanus, cum navi & Genio Gadium.* ad cap. 7.
2. *Vettius Judex.* c. 27.
3 *Trojæ lusus.* c. 39.
4. *M. Brutus.* c. 82.
5. *Jul. Cæsar dictus Parens Patriæ.* c. 85.
6. *Stella crinita post Cæsaris obitum.* c. 88.
7. *Cleopatra in gemma.* c. 35.

UNIV. OF MICH.

C. SUETONII [1] TRANQUILLI
DE XII CAESARIBUS
LIBER PRIMUS.

C. JULIUS CAESAR.

CAP. I.

Annum agens ſextum decimum patrem amiſit : [4] ſequentibusque conſulibus ([5] flamen Dialis deſtinatus) dimiſſa Coſſutia, quae, familia equeſtri, ſed admodum dives, praetex-

1 TRANQUILLI.] In MS. Cod. Mediceo tertio, aliisque (v. Miſc. Obſ. V. XI. T. 3. p. 109.) ſcribitur *Tranquillini*, vitioſe, ut vel patet ex teſtimoniis auctorum, qui noſtri meminerunt. Dein in Mediol. pr. exaratur *de vita Caeſarum*: in Cort. *de vita & moribus* XII. *C.* Edd. pp. *de vita* XII. *Caeſarum.*

2 *Caeſar*] Miror quosdam eruditos affirmare Plinium & Solinum nos docere Scipionem Africanum primum Romanorum Caeſarem dictum eſſe. Sed illos a Solino deceptos eſſe, Solinum cum Plinio comparanti liquebit. Locus Plinii exſtat lib. VII. cap. 9. *Auſpicatius enecta parente gignuntur: ſicut Scipio Africanus prior natus; primusque Caeſarum a caeſo matris utero dictus: qua de cauſa & Caeſones appellati.* Solinus: *Rurſum necatis matribus natus eſt auſpicatior, ſicut Scipio Africanus prior, qui defuncta parente, quod exciſus utero in diem venerat, primus Romanorum Caeſar dictus eſt.* Atqui non hoc Plinius dicit, quem Solinus exſcribit, nec quisquam veterum, ſed ait Plinius Scipionem Africanum priorem ſic natum eſſe, eumque qui primus Caeſaris cognomen apud Romanos accepit. Conjungit Solinus quae disjungenda ſunt. Scripſiſſe debuit, *& qui defuncta parente.* In antiquiſſima Plinii editione Veneta anni 1487. *Auſpicatius enecta parente gignuntur. Sicut Scipio Africanus prior natus. Primusque Caeſar a caeſo matris utero dictus. Qua de cauſa & Caeſones appellati.* COGTIER. Recte Vir Clariſſimus, uti & Hermolaus Barbarus, & Salmaſius ad Solinum hunc errorem Solini caſtigarunt. Caeſarem a Caeſarie dici, non a caeſo utero, qui potius *Caeſones* eſſent dicendi: cum Caeſar antiqua vox ſit, quae τὴν κεφαλὴν ſignificet, unde *Caeſaries*

vel *Caesaria*, ἡ κόμη κουριῶσα, recte notavit Salmasius. Sed quod addit ante bellum Samniticum extitisse quendam Claudium Caesarem, id vero minime credendum. Plinius enim & Solinus Scipionem Africanum primum Romanorum Caesarem dictum affirmarunt. Error vero ille magni viri manavit ex corruptis Tabulis Capitolinis, depravatissime descriptis & lectis ab Hermolao Barbaro, qui sic ea laudat: CAESAR CLAUDIUS G. F. AP. N. CAECUS. Sed legendum esse CAENS. AP. CLAUDIUS C. F. AP. N. CAECUS, ut hodie legitur in tabulis Capitolinis, quod bene monuit Rupertus in epistola ad Reinesium.

Primi Caesaris mentio fit in annalibus Romanis tempore belli Punici II. Is fuit Sextus Julius Caesar, qui M. Marcello V. & T. Quintio Crispino Coss, praetor erat. Vide Liv. lib. XXVII. 22. & 29. Recte quoque Salmasius reprehendit Plinium, qui existimet Caesarem dici, qui excisus sit ex utero materno; cum ii caesones Latinis appellentur: Caesares vero esse, qui comam luxuriantem habeant, hinc a *Caesar caesaries*. GRAEVIUS. Nihil est mutandum in Plinii verbis *Primusque Caesarum*. Non dicit Plinius, Scipionem Africanum primum Romanorum *Caesarem* esse dictum; sed Scipionem natum esse enecta matre; uti etiam illum, qui primus in gente Julia, *Caesaris* a caeso matris utero habuit nomen: uti bene explicat J. Harduinus, suo tamen more Ruperti vel Graevii scrinia compilans de Censore Claudio. Ceterum de *Caesaris* nomine a Punica voce, quae *elephantinum corium* significet, deducto, & hinc elephanto in Caesaris nummis expresso, multi habent multa, satis ridicula, ut mihi quidem videtur.

3 *Julius Caesar Divus, annum agens sextum decimum.*] Codex Salmasianus & Roberti Stephani editio sic incipit: *Annum agens sextum decimum*. GRAEVIUS. Has primas tres voces delet collatio Salmasii. Sed in alio pervetusto exemplari ita concipiebatur principium; *C. Suetonii Tranquilli de vita Caesarum lib. I. incipit. Divus Julius Caesar inprimis. CAJUS JULIUS CAESAR ANNUM agens.* Ut de restitutione Casauboni non debeat dubitari. JAC. GRONOVIUS. Mihi nequaquam illa restitutio persuaderi potest; neque ullus credo, hoc principium Suetonii esse, qui verosimiliter hujus quidem libri titulum inscripsit *C.* vel *D. JULIUS CAESAR*. At pro more suo, in reliquis vitis adhibito, nonnulla praemisit de gente *Julia*, ejusque familia *Caesaria*; quemadmodum multi viri docti verissime observarunt. Ad haec sine dubio praetexuit auctor, ut debebat, quaedam de Caesaris parentibus, natalibus ac pueritia. Sed illa perierunt sequenti, ut opinor, de caussa; quod prima pagina, vel plures (incertum quo casu) praereptae sint isti codici, cui suam originem debent exemplaria, quotquot nunc supersunt, etiam antiquissima. Ejus igitur codicis sic ἀκεφάλου facti secunda tertiave pagina incipiebat a verbis *Annum agens sextum decimum*, quibus Suetonius a puerili Caesaris vita transiit ad virilem, & quae voces vere ducendae sunt primae, ex hac vita reliquae. Sicut etiam haud obscure indicant illa *sequentibusque coss.* quae innuunt, superius de aliis consulibus actum esse. Librarii vero credentes necessario addi illud nomen, de quo scribebat auctor, alii intruserunt post *agens τὸ Caesar*, ut est in MSS. meis omnibus, & Edd. primis plerisque; alii *Julius Caesar*, alii *C. Julius Caesar*, ut in Harlem. Alii ineptius *Julius Caesar Divus*. de quo vide Cel. Burmann. Quare longe plurimorum codicum fide non tantum voces *Julius Divus*; sed & auctoritate Vaticani & Memmiani ac Barthiani L. XLV. Adverf. c. 1. delevi cum R. Steph. τὸ *Caesar*. De illo sermonem institui satis docet titulus.

4 *Sequentibus Consulibus Flamen Dialis destinatus.*] Hoc est, aetatis anno 17. Sed Suetonium hic in limine ipso impegisse, nuperius V. Cl. Norisius in doctissimis dissertatio-

tionibus ad Cenotaphia Piſana L. & C. Caeſarum multis diſputat. Nam Caeſarem ait natum eſſe anno Urbis 653. annum egiſſe 16, cum pater ejus moreretur, A. V. 669. Flaminem Dialem deſtinatum anno ſequente, qui fuerit A. U. 670. Sed Marium mortuum eſſe triennio ante A. 667. Idibus Januarii. Itaque fefelliſſe memoriam accuratiſſimum ſcriptorem. Fundus hujus ſententiae eſt Vellejus Paterculus, qui lib. 11. cap. 43. tradit Caeſarem in Cottae conſularis locum paene puerum a Mario Cinnaque Flaminem Dialem conſtitutum fuiſſe. Unde conficiatur vivo Mario & Cinna Flaminem creatum eſſe Caeſarem, quod fieri non potuerit anno 17 Caeſaris, quia anno tertio ante finitus fuerit Marius. Itaque Caeſarem creatum eſſe Flaminem A. V. 654, cum eſſet puer duodecennis, a Mario qui Juliam Caeſaris amitam in matrimonio habuerit; Syllam vero, non cum rediret ex Aſia, ſed cum A. 666, quia cum lege Sulpicia provinciam belli Mithridatici ei adimere voluiſſet Marius, regrederetur Romam ex itinere ſuſcepto in Aſiam, victusque Marius, qui cum reduce manus conſeruerat, cogeretur ſolum vertere, & in Africam exul fugere, Caeſarem Flaminio multaſſe. Verum ſi haec tum geſta ſunt, non *paene* fuit *puer*, ut ſcribit Vellejus, ſed vere puer Caeſar, quippe qui nondum ad pubertatis annos pervenerat, nec aliter dici poterat quam puer. Dein non eſt credibile duodecennem puerum duxiſſe Cinnae quater Conſulis filiam, repudiata Coſſutia. Nam propter hoc matrimonium ſacerdotio, & uxoris dote, & gentilitiis hereditatibus fuit multatus. Suetonius vero non dicit a Mario Caeſarem fuiſſe Flaminem deſtinatum. Dicit id Vellejus Paterculus, qui erravit, cum ſcripſit a Mario & Cinna Flaminem creatum eſſe Julium, cum a ſolo Cinna, cujus filiam duxerat, hoc ſacerdotium ei fuiſſet deſtinatum paene puero, cum vix exceſſiſſet pubertatem. Cinna autem occiſus eſt anno V. 670. cum IV. Conſul eſſet, illo ipſo anno, quo Caeſar ageret annum ſeptimum decimum. Erravit quoque Vellejus, cum ſcripſit, ſi ſic ſcripſit, Caeſarem in Cottae locum Flaminem conſtitutum, cum in Merulae locum flamen fuerit deſtinatus, ſed non inauguratus. Nam ut Lipſius, Scheckius, G. Voſſius, & alii dudum ex Tacito, Dione, Suetonio docuerunt, nullus poſt Merulam usque ad Cornelium Maluginenſem ſub Auguſto fuit Romae Flamen Dialis. Sed locum Velleji optime ſecutus ductum antiquorum codicum conſtituit ὁ πάνυ Lipſius: *abſens Pontifex factus erat in Cottae Conſularis locum, cum paene puer*, & quae ſequuntur. Nec Plutarchus poteſt de alio ſacerdotio intelligi, quam de Flaminio Diali, cujus quo minus potiretur, obſtiterit Sylla reverſus ex Aſia, quamvis aliter ſentiat Vir doctiſſimus. Quod enim aliud ſacerdotium peteret Sylla reduce, cum diverſarum partium haberetur, & ejus metu cogeretur diſcedere ex medio, & hoc ipſo, quod ſoceri beneficio & munere conſecutus fuerat, privaretur. Sed offendit Plutarchus, cum id ſacerdotium a populo petiiſſe Caeſarem narrat, cum illud ei detuliſſet ſocer. Si id contigit ante annum 673, ut ait V. Cl. certe debuit contingere anno 672, quo Sylla rediit in Urbem, cum is tamen obſtaret, quo minus vororum potiretur. At non potuiſſe hoc fieri illo tempore ex iis, quae modo dixi, ſatis liquet. Sane Suetonius hic quidem nullius lapſus convinci poteſt. GRAEVIUS. Vehementer ſe viri docti in hoc loco exercuerunt; cum certiſſime conſtet, Caeſarem, natum C. Mario VI, L. Valerio Flacco Coſſ. A. V. DCLIII. *Aer. Cap.* DCLIV. *Aer. Varr.* menſe Quintili (Conf. Vignol. in Hiſt. Crit. Reip. Litt. T. XII. p. 23. &c.) non deſtinatum eſſe Flaminem Dialem; quando XVII annum agebat; ſed tunc dimiſiſſe Coſſutiam A. V. DCLXX. *Aer. Cap.* DCLXXI. *Aer. Varr.* Flamen autem Dialis a Mario & Cinna erat non tam *creatus*, ut alii dicunt, quam *deſtinatus* tribus annis ante, adhuc puer. Num-

textato desponsata fuerat, Corneliam Cinnæ quater consulis filiam duxit uxorem; ex qua illi mox Julia nata est: neque, ut [1] repudiaret, compelli a Dictatore Sulla ullo modo potuit. Quare & sacerdotio, & uxoris dote, & [2] gentiliciis hereditatibus multatus diversarum partium habebatur; ut etiam [3] discedere e medio, &, quamquam morbo quartanae adgravante, prope per singulas noctes commutare latebras cogeretur, seque [4] ab inquisito-

quam vero est *inauguratus*; Nam sequenti anno V. C. DCLXXI. *Aer. Cap.* DCLXXII. *Aer V.* quum XVIII. agebat annum, per Sullam victorem *illo sacerdotio remotus est, prius quam inauguraretur.* (V. in Calig. C. 12,) ita ut non acceperit illud, quod ipsi ante decreverant Sullae inimici. Adi ad Vell. 1, 41, 43. Celeb. P. Wesseling. L. 11. Obs. C. 18. Mihi itaque videntur illae voces *flamen dialis destinatus*, non suo loco nunc stare. Forsan ex praecedentibus, quae perierunt, a lectore vel librario in margine ad explicationem vocis *sacerdotio* repetitae fuerunt, & sic hoc loco in textum intrepserunt, erroris expertes Suetonio. Interim ut lectori pateat, non esse jungendas *sequentibus coss. flamen d. destinatus*, eas parentheseos notis adpositis, quantum potui, separavi. *Consutia* MSS. aliquot & in his Pinelli, collati per Ob. Giphanium, e cujus exemplari J. Schefferus quaedam excerpsit, edita in Misc. Observ. Vol. IX. p. 328. &c.

5 *Flamen.*] *Flamin* MS. Inde Flaminium. SALM.

1 *Repudiaret*] Sic quoque MSS. Medic. Vindob. Cort. Voss. & Edd. Romanae utraeque Antonii Campani & J. Andreae A. MCDLXX. sed Venetae A. MCDLXXI. & seqq. & Mediol. A. MCDLXXV. aliaeque usque ad Torrent. intruserunt *illam* e recentioribus Codd. quales sunt Perizon. & Harlem.

2 *Gentilitiis.*] *Gentilicis* S. Ita infra *cubiculoris*, *obisse*, *macellaris*, *actuaris*. Sed hinc patet male scribi vulgo *gentilitiis*, quum litera c. adhiberi debeat. Sic cap. 81. MSS. & bonae editiones *commenticiam*, quod male mutarunt posteriores. Mox *mutatus* S. GRONOV. Sic aliquot Codd. in Claud. C. 25. *nomina gentilicia*, & similia passim. Adi Salm. ad Trebell. Pollion. Trig. Tyr. C. 6. Hoc autem ex loco patet, Sullam acerbitatem legis suae, qua proscriptorum filios & nepotes, ut est apud Plutarch. p. 472, adfixit, extendisse quoque ad gentiles, certe Caesaris respectu ob ejus pertinaciam castigandam.

3 *Discederet.*] Ita habent optimi & multi codices; quum editi sine caussa habeant *discedere*. GRON. Nullam video rationem, cur recesserit hic vir clarissimus a codice Salmasii, qui habet *discedere* Scil. *cogeretur*. Nec secus Medicei duo, Vindobon. uterque, Cort. item Voss. Periz. Harlem. Sic enim & illi, non *discederet*; quod inveni in solo Mediceo pr. V. Burm. Similis est locus in Vesp. C. 5. *quasi desciscere a patre, Orientisque regnum sibi vindicare tentasset*: ubi Gron. contra MSS. & Edd. Vett. *desciscaret* retinuit.

4 *Ab inquisitoribus.*] Ἐφυπνόδικοι in Novellis Justiniani non sunt φυγαδοθῆγαι, ut videtur Casaubono, sed quaestores, qui rebus capitalibus praesunt. GRAEV. Appulej. L. VI. Met. p. 113. *Venus*, cum fugitivam puellam Psychen ad poenas quaerebat, *terrenis remediis* inquisitionis *obnoxia*.

1 *Re-*

toribus pecunia [1] redimeret: donec per virgines Veſtales, perque Mamercum Aemilium, & Aurelium Cottam, propinquos & adfines ſuos, veniam impetravit. Satis conſtat, [2] Sullam, quum deprecantibus amiciſſimis & ornatiſſimis viris aliquamdiu denegaſſet, atque illi pertinaciter contenderent, expugnatum tandem proclamaſſe, ſive divinitus, ſive aliqua conjectura, [3] *Vincerent, ac ſibi haberent: dummodo ſcirent, eum, quem incolumem.* [4] *tanto opere cuperent, quandoque optimatium partibus, quas ſecum ſimul defendiſſent, exitio futurum: nam Caeſari multos* [5] *Marios ineſſe.*

II. Sti-

1 *Redimere.*] Salmaſ. aeque ut Viterbienſis: *redimeret*, GRAEV. *Redimeret* S. & alii optimi libri; quum vulgo malint *redimere*. GRON. *Redimeret* etiam Pin. Medicei tres, Vindob. pr. Harl. a m. pr. Voſſ. & Edd. Camp. Mediol. pr. Quare, Cel. Burmanno ſuffragante, recepi. V. Clar. Drakenb. ad Liv. L. XXVII. C. 13. me ad Caeſ. L. V. B. G. C. 11.

2 *Sullam.*] Sic Cod. Salmaſ. & Rob. Steph. Vulgg. *Sullam*. GRAEV. Ut mox *Syllae*, & C. 5. *Sylla* & C. 9. Sed mirum cur id antea noluerit annotare Salmaſius. GRON. Ubique noſtri quoque MSS. & Edd. pp. *Sylla* vel *Silla*, male. Paullo ante *perpetravit* Med. pr. & tert. a m. pr.

3 *Vincerent.*] Pin. *vinceret*. Quaſi retulerit ad Caeſarem, duplexque dederit reſponſum, primo reſpectu Caeſaris *vinceret*; deinde reſpectu amicorum *ſibi haberent*. Sic illud *ac* verbis Syllae non foret adnumerandum. SCHEFFER. Fruſtra. Adi Caſaub. & alios.

4 *Tanto opere.*] Sic & Salmaſii codex. ut *magno opere* in Aug. 92. *Enatam inter juncturas lapidum anſe domum ſuam palmam in compluvium deorum penatium tranſtulit, utque coaleſceret magno opere curavit.* Ubi recte id retinuerunt emendatiores editiones. Tib. 45. *Foeminarum quoque & quidem illuſtrium capitibus quanto opere ſolitus ſit illudere*, ut ibi quoque Salmaſianus, ut & in Calig. 51. *Nam qui Deos tanto opere contemneret.* & in Veſpaſ. 2. *Aviae memoriam tanto opere dilexit.* ſic paſſim, imo ſemper fidiſſimae membranae. GRAEV. & GRON. *Tanto opere*, quod vere in textum receperunt viri docti, exaratur quoque in Pinell. & Mediceo tert. & ut bene obſervat Graevius, ubique fere in codicibus integerrimis; quod paſſim, uti & *magno opere*, *ſummo opere*, *quanto opere* accurati editores ſuis locis monuerunt, & in Caeſare, Cicerone, Livio, Plinio, aliisque auctoribus, repoſuerunt: recurret in C. 68. in V. Aug. C. 8, 27. Claud. C. 1, 21. Vit. C. 3. &c. eamque ſcripturam, multis Appuleji locis ex membrana aliquando revocabo.

5 *Marios.*] Optime explicuit Caſaubonus animum popularem, ac diverſae ipſis factionis, ſed multo vehementiorem & acriorem, quam fuerat in ipſo Mario: Item egregie hanc locutionem inluſtravit ſummus vir J. Fr. Gronov. ad Senecae Thyeſt. vſ. 242.

Animoque fume Tantalum.

Cic. L. II. ad Fam. Ep. 15. *Omnes Caſſios Antoniosque complexus eſt.* Lucan. L. II. 545. *Ad Cinnam Mariosque redis.* L. VIII. 275.

II. Stipendia prima in Asia fecit, M. Thermi Praetoris contubernio: à quo ad [1] arcessendam classem in Bithyniam missus, desedit apud Nicomedem, non sine rumore [2] prostratae regi pudicitiae: quem rumorem auxit, intra paucos rursus dies repetita Bithynia, per caussam exigendae pecuniae, quae deberetur cuidam libertino, clienti suo. Reliqua militia, secundiore fama fuit, & a Thermo in expugnatione [3] Mitylenarum corona civica donatus est.

III. Meruit & sub Servilio Isaurico in Cilicia, sed brevi tempore. Nam Sullae morte comperta, simul

multusque in pectore vano Hannibal est.

In Calig. C. 30. *Tetrinios esse ait.* Atque hoc forsan pacto legendus est corruptissimus Coelii locus in Cic. L. VIII. ad Fam. 17. *Mirabimini in me Catonem* vel *Alterum in me Catonem.* V. MSS. Acutissimus vero R. Bentlejus, hujus locutionis vim & elegantiam sibi ad animum non revocans turpiter se dedit: quum in Terentii Eunucho A. III. sc. 6. 40.

Deum sese in hominem convertisse,

intrusit ex conjectura *in pretium*: quia Jupiter per se humanam habet formam, at se tunc commutavit in auream pluviam: Sed diu ante Ampl. G. Cuperus recte docuit *in hominem se convertit* significare, humanos adfectus & ingenium sibi induit. V. L. I. Obs. C. 8. & si plura similia vis, adi Gronov. L. I. Obs. C. 6. N. Heins. & Burm. ad Ovidii L. VI. Met. vs. 629. *Ex nimia matrem pietate labare.*

1 *Arcessendam.*] S. *accersendam.* GRON. Sic quoque Medicei, Vindob. unus, & alii cum Edd. Vett. sed vitiose. *accersiendam* Cort.

2 *Prostratae.*] S. *prostatae* GRON. Merus est librarii error, sicut & *descedit* in Vindob. & Cort. & *decedit* Ed. Camp.

3 *Mitylenarum.*] Tacite Cl. Gronovius & in Tib. C. 10. edidit *Mytil.* uti vulgo in Vell. Pat. L. II. C. 53. Vitruv. L. I. C. 6. *oppidum Mytilene*, vel ut est in MSS. Voss. Franek. per *ae* in plurali. Graece enim plerumque & in nummis est Μυτιλήνη, vel Μυτιλήναι, atque in Inscript. Grut. p. MCXVII. 1, 8. Uti autem Gronovius, sic jam Chr. Cellarius eam orthographiam apud Latinos quoque praetulit, L. III. Geogr. C. 2. Adde summi judicii & consummatissimae doctrinae virum Duker. ad Thucyd. L. III. C. 5. & Is. Voss. ad Melam L. II. C. 7. ubi multi Codd. & Ed. Gronovii quoque *Mytil.* nec non Graev. in Cic. L. IV. ad Fam. Ep. 7. & alibi saepius; ac nuper Doctiss. Gottl. Erdm. Zeibichiusm in Athleta paradoxo Cap. VIII. p. 176. Hinc patet, quam inscite Thom. Bentlejus noviratis incusarit, quod ex nonnullis scriptis ita etiam exhibuerim in Caes. L. III. B. Civ. C. 102. ubi V. ac diserte *Mytil.* hic refert Ed. Rom. J. Andr. MSS. fere semper *Mitil.* vel pejus exhibent. Infra tamen Gronov. in V. Aug. C. 66. *Mityl.* retinuit: nec secus Inscr. Grut. p. CDLXXIV, 8. Gud. p. XCIV, 7. *Corona* abest Edd. aliquot; sed contra MSS. Vid. ad C. 45.

1 *Re-*

mul ſpe novae diſſenſionis, quae per M. Lepidum movebatur, Romam propere [1] rediit; & Lepidi quidem ſocietate, quamquam magnis conditionibus invitaretur, abſtinuit; quum ingenio ejus diffiſus, tum [2] occaſione, quam minorem opinione offenderat.

IV. Ceterum, compoſita ſeditione civili, [3] Corne-

1 *Rediit.*] Medicei, Vindobonens. Voſs, *redit.*

2 *Occaſione.*] Veriſſime ita reponi curavit Cl. Burmannus: uti agendum monueram ad Frontin. L. 1, 8, 5. *Paucitate ſuorum diffidens:* Namque eam lectionem confirmant praeter codd. ab ipſo aliisque laudatos Medicei ac Vindobonenſes omnes, & Cort. cum Edd. Camp. Mediol. utrisque &c. quomodo etiam in Caeſare optimorum MStorum fide reſcripſi L. 1. B. Civ. C. 12. *Diffiſus municipii voluntate.* At etiam hoc prae ignorantia carpſit Thom. Bentlejus, neſciens, Ciceronem, Hirtium & Caeſarem, atque optimos quosque τῷ *fidere* cum compoſitis Ablativum ſeu ſextum caſum jungere. V. hic Burm. & quos laudat, ac me ad Caeſar. L. III. de B. Civ. 24. Vitruv. L. II. C. 9. *naturali munitione confiſi.* Neque male, ut ait, citavi Caeſarem L. III. B. Civ. 97. *diffiſi eo loco.* Scripſi enim tantum, ibi quoque in aliquot MSS. ſic exarari pro *ei.* In Med. ſec. & aliis *tum ing.* ſed vide ad Ner. C. 46. *quum veteribus, tum novis.*

3 *Cornelium Dolabellam* &c.] Duos eodem tempore Dolabellas fuiſſe eodem praenomine; alterumque Dolabellam Caeſarem accuſaviſſe nec damnaviſſe; alterum M. Scaurum accuſaviſſe & damnaviſſe notat Aſcon. ad Orat. Cic. pro M. Scauro. Hi ambo Cn. Cornelii Dolabellae appellati, & uterque repetundarum accuſatus eſt. Quem Caeſar accuſavit, Conſul fuit cum M. Tullio Decula A. V. C. 673, & triumphavit de victis Thracibus ſecundum Faſtos; cujus triumphi mentionem facit Cicero in Piſonem. Defenderunt eum C. Aurelius Cotta & Hortenſius, quod Cicero refert in Bruto; ubi hic Dolabella Conſularis vocatur ad diſtinctionem alterius Dolabellae. Docet nos Valer. Max. lib. 8. cap. 9. in accuſatione Caeſarem dixiſſe: *extorqueri ſibi cauſam optimam C. Cottae patrocinio.* Sed abſolutus hic Dolabella, ut auctor N. hic refert. Alterum Cn. Cornelium Dolabellam accuſavit M. Aurelius Scaurus & condemnavit, ut ex Verrinis Ciceronis conſtat. Praetor hic fuit, & ex Praetura Provinciam accepit Cilicium, in qua parum integra fide verſatus eſt, & occiſo Mallcolo Quaeſtore, C. Verre Legato pro Quaeſtore uſus eſt, cujus inſidiis & perfidia circumventus cauſa cecidit. Cicero in Verrinis. Turbat & permiſcet hos Dolabellas in Commentariis ſuis paſſim ipſe Aſconius, modo condemnatum, modo abſolutum affirmans, Dolabellamque Conſularem cum Praetorio confundens. Videtur hos Dolabellas quoque non bene diſtinxiſſe Aurelius Victor de Viris illuſtribus in Julio Caeſare: *Cum ſaepe,* inquit, *ad Nicomedem regem Bithyniae commearet, impudicitiae infamatus eſt. Mox Dolabellam judicio oppreſſit.* Male. non oppreſſit judicio, ſed accuſavit tantum, nec damnare potuit ſecundum Suetonium & Plutarchum: *Opprimere judicio* eſt condemnare. Liv. lib. 2. cap. 52. *Q. Conſidius & T. Genucius auctores agrariae legis T. Menenio diem dicunt. invidiae erat amiſſum Cremerae praeſidium, quum haud procul inde ſtativa Conſul habuiſſet. Eum oppreſſere; quum &*

nelium Dolabellam, conſularem & triumphalem [1] virum, repetundarum poſtulavit: abſolutoque, Rhodum ſecedere ſtatuit, & ad declinandam invidiam, & ut per otium ac requiem [2] Apollonio Moloni, clariſſimo tunc dicendi magiſtro, operam daret. Huc dum hibernis jam menſibus trajicit, circa [3] Pharmacuſam inſulam a praedonibus captus eſt: manſitque apud eos [4] non ſine ſumma indigna-

Patres haud minus quam pro Coriolano annixi eſſent, & patris Agrippae favor haud dum exoleviſſet. Caeſar pluribus actionibus Dolabellam accuſavit: tertiae actionis mentio fit apud Gell. lib. 4. cap. 16. Reſponſionis ipſius Dolabellae, ut videtur, infra cap. 49. COETIER. De duobus Dolabellis (MSS. & Edd. Sec. XV. aliaeque hic & ſemper fere *Dolob.*) ejusdem nominis ac temporis egit jam recte J. Glandorp. in Onomaſt. aliique.

1 *Virum.*] Vox haec male deeſt Med. tertio.

2 *Apollonio Molonis*] Codex quoque Salmaſ. *Apollonio Moloni.* Non fuit immutanda veterum librorum omnium lectio. Nam ſic quoque appellatur a Quintiliano & Cicerone, more Latinorum. GRAEV. *Moloni.* Ita S. vulgo *Molonis.* GRON. *Moloni* etiam praeferunt Medicei, Voſſ. uterque Vindob. Cort. unus Medic. & Edd. Camp. Mediol. pr. *Miloni.* Latine ſatis dici poſſet *Apollonius Molonis*, ut *Hasdrubal Gisgonis.* Adi Comm. uti & ad Lucan. L. III, 213. ac Perizon. in Diſſert. Triade p. 18. Mihi alius non videtur fuiſſe *Apollonius Molonis*, alius *Apollonius Molo*; ſed ei patris nomen datum eſſe in cognomen a Latinis. Conſule commentarios hic & ad Val. Max. II, 2, 3. *Ut opinor, Molo Rhetor, qui ſtudia Ciceronis acuit.* Erat & alius *Apollonius Mollis.* V. Caſaub. ad Strab. L. XIV. p. 655.

3 *Pharmacuſam.*] Idem Codex. *Pharmacuſſam.* GRAEV. Item 2 Med. Voſſ. Vindob. Ed. Camp. &c.

4 *Non ſine ſumma indignatione.*] Non auſus ſum hanc lectionem tot manuſcriptorum & editionum fide ſuffultam ſollicitare. Nullus tamen dubito recte vidiſſe Caſaubonum, qui legit: *ſumma dignatione.* Quod jam olim Urſinus & Gruterus probarunt. GRAEV. Sic pro *& dignatione* in MSS. aliquibus *indign.* in Domit. C. 2. Berneggerus quoque probat *dignatione*; ac Burmannus, viris illis doctis in re ipſa adſenſus, inſuper divinavit legi poſſe *non niſi ſumma in dignatione.* Mendam vero vulgari lectioni ſubeſſe opinati ſunt; quia nemo umquam captivus diu *ſine indignatione* apud piratas manet, adeoque nihil Caeſari ſingulare, aut auctoris adnotatione dignum iſta verba continere videntur; ac praeterea Vellej. L. II. C. 41. teſtatur, Caeſarem piratis fuiſſe *venerationi*, & hinc in magna *dignatione* ſive aeſtimatione atque honore, quia Caeſar nihil ſe indignum committebat. Nam male quis explicaret per reverentiam & cultum, a piratis ipſi praeſtitum. Eo ſenſu haec vox non ſumitur. Sed vel ſignificat dignitatem, auctoritatem & venerationem, quae gravi viro ineſt; vel honorificum adfectum, quo major donat & dignatur minorem; atque hinc etiam muneribus ornat. Ignoſcant vero mihi tot illuſtrium virorum manes; ſi illorum ſententiae accedere nequeo, nihil mutandum cenſens. Exiſtimo enim, Suetonium haec verba *non ſine ſumma* (MS. Cort. *magna.*) *indignatione* interpoſuiſſe, ne lectorum quis ſibi in animum in-

du-

gnatione prope quadraginta dies, cum uno medico & cubiculariis duobus. Nam comites ſervosque ceteros [1] initio ſtatim ad expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiſerat. Numeratis deinde quinquaginta talentis, expoſitus in litore non diſtulit, quin, e veſtigio claſſe deducta, perſequeretur

duceret, Caeſarem ultro & ſponte apud illos tantum temporis contriviſſe; ſed coactum, invitumque, & *ab iis retentum*, ut addit Vellejus. Satis acriter quoque eum, ne aufugeret, obſervatum, & anxiis oculis cuſtoditum fuiſſe, docent Plutarchi verba p. 708. per ipſum Caſaubonum prolata, & Vellej. d. l. Nam licet cum piratis luſerit & jocatus ſit, carmina & orationes ſcripſerit, iisque recitarit, ipſos demulcendi, & otioſi temporis fallendi gratia, nihilominus in animo intus repoſitam, atque inſidentem alebat indignationem, quae, ſimulac libertatem erat nactus, erupit penitus, quamvis illam ſubinde quoque proderet liberrimis minis de illis cruci, ſi in ſua haberet poteſtate, affigendis; quas minas ejus ſimplicitati & aetati adſcribebant ridentes piratae; ſed prae qua indignatione illos continuo perſecutus eſt. Auctor etiam Julianae vitae, qui ſub Julii Celſi nomine editus eſt, haud aliter in veruſtis Tranquilli codicibus invenit. Is enim Cap. IX. Suetonium compilans ſcribit *Manſit cum praedonibus dies circa* XL *non ſine triſtitia & indignatione:* quae major fuit, quod apud ſceleratos & barbaros vilesque homines per tot dies, prius quam pecunia Mileto eſſet adportata, deſidere neceſſe habuerit. V. Barth. L. XLV. Adverſ. C. 1. Atque ita locum capere quoque Celeb. Virum Jo. Aug. Erneſti, cujus Editio A. 1748. procurata, mihique poſt confectas meas notas inſpecta eſt, video. Nam quod nonnulli *indignationem* ſumant pro contemtu, quo Caeſar piratas proſequebatur, id mihi tunc probabitur, cum idonea talis hujus vocis ſenſus exempla erunt prolata. Ceterum vocem *dignatione* perperam e MS. Fulviano Scriverius intruſit Appulejo in Floridis L. III. ſive N. XVI. *Quibus tandem verbis pro hoc tuo erga me amore gratias habiturus* te commemoratum eam? *Qua* dignatione *eam honorificam benignitatem tuam celebrem &c.?* Latinum id haud eſt. Sed *qua digna ratione* ſive modo, ut recte in MSS. reliquis: Errant enim & illi qui *oratione* legunt. Vulgo vero *τανταλόγως*, aut ſine ſenſu & contra conſtructionis nexum exhibetur *es* vel *ſum commemoratu meo*, pro quibus e Lipſiano codice, levi conjectura adjuto, refinxi id, quod vides. *Eo commemoratum* pro animus mihi eſt commemorare ſive jamjam commemoro; uti ſimilia occurrunt ſexcenta: atque hunc modum requirunt ſeqq. *celebrem, aequiparem.*

1 *Initio.*] Membranae Harlemenſes, quarum excerpta mecum olim communicavit eximii ingenii & doctrinae homo, Philippus Rulaeus, cujus deſidetium nunquam ex animo meo effluet, *in initio ſtatim ad expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiſit.* GRAEV. *In initio* habet quoque Coll. Voſſ. cum Edd. Mediol. Cald. Gryph. aliisque, frequenti librariorum aberratione. V. Burm. & me in Miſc. Obſ. V. IX. p. 213. ad Vegetii Prol. L. IV. *Initio ſeculi;* uti legendum eſt. C. 21. *Et initio quidem.* Aug. C. 81. Domit. C. 20. Med. ſec. & Voſſ. male carent *τῶν ceteros.* Dimiſit comites omnes, retento unico medico amico; item ſervos omnes, retentis 2 cubiculariis, V. Comm. *dimiſit* quoque Edd.

tur abeuntes; ac redactos in poteſtatem [1] ſubplicio, quod illis ſaepe minatus, [2] inter jocum, fuerat, adficeret. Vaſtante regiones proximas Mithridate, ne deſidere in diſcrimine ſociorum videretur, ab Rhodo, quo pertenderat, tranſiit in Aſiam: auxiliisque contractis, & praefecto regis provincia ex-

Med. Cald. & aliae; item *deſtitit* pro *diſtulit* in Cort. ut variatur quoque in Ner. C. 13. Eadem nocte, quae inſecuta eſt diem, quo redemtus eſt, deducta claſſe e Mileſiorum portu oppreſſit piratas. V. Vell. L. II, 42. Plut. p. 708. Nec putes *non diſtulit* vitioſum; quia ſequitur *e veſtigio*, aut illa abundare non magis certe, quam *initio ſtatim*, de quibus vide Burm. Jungere auctor amat bina idem fere ſignificantia. V. ad C. 40. & omnino Burm. ad Aug. C. 10. me ad C. 66. *in vicem mutuam*. Tib. C. 68. *paene prope*. Galb. C. 10. *repente ex inopinato*.

1 *Subplicio &c. afficeret.*] N. infra cap. 74. *Jugulari prius juſſit, deinde ſuffigi*. Feneſtella lib. 2. apud Diomedem Grammaticum: *quemadmodum Caeſar a piratis captus ſit, utque eos poſtea ceperit & decollaverit*. & interpretatur *ſecuri percuſſerit*. Securi videtur percuſſiſſe Caeſar piratas illos, corpus autem illorum in crucem ſuſtuliſſe, quae mitior poena fuit. Vivos enim in crucem ſublatos res nota eſt, & poena crucis ordinaria haec fuit. Sed aliquando caput fuiſſe amputatum, corpus vero cruci ſuffixum docemur ex hiſtoria Joſephi Geneſ. cap. 40. v. 19. Ubi LXX. interpretes ita habent: Ἔτι τριῶν ἡμερῶν, καὶ ἀφελεῖ Φαραὼ τὴν κεφαλήν σου ἀπὸ σοῦ· καὶ κρεμάσει σε ἐπὶ ξύλου· καὶ φάγεται τὰ ὄρνεα τὰ πετεινὰ τὰς σάρκας σου ἀπὸ σοῦ. Quibuſcum conſentit Philo Judaeus in Hiſtoria Joſephi p. mihi 422. Τὰ τρία κανὰ σύμβολον τριῶν ἡμερῶν ἐστιν· ἐπισχὼν ταύτας ὁ βασιλεὺς, ἀνασκολοπισθῆναί σε καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθῆναι κελεύσει, καὶ καταπλάσματα ὄρνεα τῶν σῶν ἐναγχισθήσεται σαρκῶν, ἄχρις ἂν ὅλης ἐξανα λωθῇς. Diodorus Siculus lib. 11. pag. 90. de Cyro Perſarum Rege: Ἡ βασίλισσα τῶν Σκυθῶν τὸ τε τρωτόπεδον τῶν Περσῶν κατέκοψεν, καὶ τὸν Κῦρον αἱμαλώτον γενόμενον ἀνεσταύρωσε. Juſtinus autem, Valerius Maximus, aliique Cyri caput amputatum in uterum humano ſanguine repletum conjici Scytharum reginam juſſiſſe auctores ſunt: quod utrumque verum eſſe potuit. Atque ita Feneſtella cum Suetonio aliisque, & Diodorus cum Juſtino & Valerio conciliari poſſunt. COETIER. De loco Feneſtellae verboque *decollandi* vide plura ad Cap. 74. in notis Cl. Burmanni, collatis cum Obſerv. Cl. P. Weſſelingii L. 1. C. 20. & ſummi Gron. ad Liv. XXVII. 17. cui accedo. Ceterum recte Weſſelingius L. II. Obſ. C. 18. obſervavit, Plutarchum in hiſce Caeſaris adoleſcentis actis turbare temporis ordinem.

2 *Inter jocum.*] MSS. quidam *per jocum*, teſte Caſaubono. Si ſint antiquiores & ceteris meliores, non abnuerem. Inferius 20. *Ut non nulli urbanorum, cum quid per jocum teſtandi gratia ſignarent*. Sic frequenter Seneca & alii, GRAEV. Ner. C. 16. *fallere ac furari per jocum*. in Tit. C. 3. *per ludum jocumque certantem*. Catull. C. 50. *reddens mutua per jocum atque vinum*; quod Carm. XII. *in joco atque vino* dicit. Quamquam ſcio, ſaepe praepoſitiones *per* & *inter* confundi in MSS. ut videre eſt apud Drak. ad Liv. XXXV. C. 11. atque etiam mihi non diſplicet Cl. Burmanni conjectura in-

expulſo, [1] nutantes ac dubias civitates retinuit in fide.

v. [2] Tribunatu militum, qui primus Romam reverſo per ſuffragia populi honor obtigit, [3] auctores reſtituendae tribunitiae poteſtatis, cujus vim Sulla

interminatus per jocum; praeſertim ſi cum MSS. Copeſ. Voſſ. Mediceis pr. tert. Cort. uti & Torrentianis ordinem vocum *i. ſ.* in *ſaepe illis* commutemus, tamen magis inclino in eorum & Cl. Dukeri ad Flor. L. II, 6, 41. ſententiam, qui *inter jocum* defendunt: atque explico *inter jocandum, dum jocabatur*, & ut Plut. ait δοκῶν παίζειν. Praepoſitio *inter* ſexcenties deſignat temporis & rei durationem, per quam interim aliud quid ſimul fit. Sic *inter tumultum, diſcordiam, certamen, caedem, pocula, coenam, rerum actum* hoc vel illud factum, dictumve eſt, de quibus conſule Paſſer. ad Propert. L. III, 8, 21. Gronov. Obſerv. L. IV, 20. Comm. ad Phaedr. F. 38. Infra ad Domit. C. 4. *inter ſpectacula muneris.* & me, ſi tanti eſt, ad Caeſ. L. I. B. G. C. 36. Apud Senecam patrem Contr. IX. vulgo legitur *Divitias putas aurum & argentum, ludibria fortunae, quae INTER JOCUM ipſis dominis veniunt* i. e. dum jocantur, ac recte haec retinet Doctiſſ. Schultingius. Alii enim tollunt *inter jocum*; & Bernecc. in Ind. Flori V. *interim* legit *quae interim cum ipſis dominis veneunt.* Non perſuadet. Sed vide comment. dein *cum uno medico* recte cum aliis defendit Conſtantius Landus in Lib. praetermiſſorum ad L. *Medico ſuo* Dig. de auro arg. leg.

1 *Nutantes ac dubias civitates.*] Codex Salmaſ. *nutantis ac dubias.* Sic idem in cap. 7. *Gadis* pro *Gades.* in cap. 27. *commeantis* pro *commeantes.* c. 28. *abſentis* pro *abſentes.* c. 66. *ſubſequentis*, pro *ſubſequentes.* c. 31. *cohortis* pro *cohortes*, cap. 76. *pluris* & *tris* pro *plures* & *tres.* & ſic mille aliis in locis cum in Suetonio, tum in Cicerone, & Virgilio. ſic *ludos ſaeculares* in antiqua inſcriptione. Vide Gellium 13. 19. & Servium ad 1. Georg. & inprimis quae congeſſit magna diligentia de his tertiae inflexionis quartis caſibus numeri multitudinis Noriſius diſſert. 4. cap. 3. de Cenotaph. Piſano. GRAEV. Cui non dictus Hylas?

2 *Tribunatu militum.*] Hoc eſt, Eo anno, *Aer Cap.* 683. quo fuit Tribunus militum comitiatus. Ac male hic, ut in Veſp. C. 2. *Tribunus* legit Torrentius, licet ſuffragetur ei Vindob. pr. Adi potius J. F. Gronov. ad Liv. V, 34. Inepti vero librarii ſenſum non capientes hinc excuderunt *tribunatum mil. auctoresque* &c. *juvit.* Quam lectionem miror ab Boxhornio unice comprobatam eſſe. Quid enim quaeſo ſibi vult *Tribunatum militum juvare?* & recte inſolentem locutionem eſſe pronunciavit etiam Schefferus. Ex meis *tribunatum* habent Cort. & Edd. Camp. Mediol. ſec. *tribunatus* Vindob. *auctoresque* praeter alios multos Medic. ſec. Vindob. ſec. Cort. Pin. Ed. Camp. An *auctores quoque?* Nam *actores auctoresque* diſtincti hic non placent. V. Comm.

3 *Auctores reſtituendae tribunitiae poteſtatis enixiſſime juvit.*] In Memmiano codice, teſte Turnebo & & Caſaubono, fuit *actores*, quamvis id non notaverit Salmaſius. In Viterbienſi, Liſlaei, & vetere Romano legi *auctoresque* idem Caſaubonus notavit. Ex veſtigiis horum codicum colligo, veram hujus loci ſcripturam fuiſſe, *actores auctoresque reſtituendae tribunitiae poteſtatis*, ut eſt apud C. Nepotem in vita Attici cap. 3. *Hunc enim in omni procuratione rei publicae actorem auctoremque habebant. Actor* eſt, qui ipſe rem agit ſeu gerit, *auctor*,

Sulla [1] deminuerat, enixiſſime juvit. L. etiam Cinnae, uxoris fratri, & qui cum eo civili diſcordia Lepidum ſecuti, [2] poſt necem conſulis ad Sertorium confugerant, reditum in civitatem rogatione

auctor, qui oſtendit quomodo res ſit gerenda, idem qui ſuaſor. Sic in cap. ſeptimo hujus libri Caſaubonus in haec verba, *arbitrium orbis terrarum portendi*, cum in MS. F. Pithaei legiſſet, *arbitrium orbis terrarum potiendi*, ſic ſcribenda eſſe non inepte conjicit *arbitrium orbis terrarum potiundi portendi interpretantes*. GRAEV.

1 *Deminuerat.*] Recte Graevius, Burm. Erneſt. monitu Caſauboni, quem alii male ſpreverunt, recepere *deminuerat*; licet MSS. mei omnes, & Edd Vett. praeter Torrentium retineant *dimin.* Nam C. XI. *auctoritatem deminueret.* Aug. C. 41. *foenore deminuto.* Domit. C. 12. *militum numerum deminuere;* & rurſus Aug. C. 99. *mentis deminutio* bene multi Codd. exhibent. Et ſane compoſita haec ſemper confuſa, diverſam tamen habere videntur ſignificationem, pro qua vel *de* vel *di* ſit ſcribendum. Scilicet *deminuitur* id quod decreſcit, ſeu minus fit quam fuerat; ideo quod ejus pars pereat ſeu adimatur; ſed tamen unum manet. uſ apud Liv. L. IV. C. 24. *quamquam deminutum cenſurae jus noluiſſent;* uti vere reſtituerunt viri docti. Frontin. L. I, 12, 9. *Sideris deminutione;* ubi vide. neque aliter legendum in Cic. I. T. Diſp. C. 28. *lunamque accretione & deminutione luminis.* vitioſe vulgo *dim.* Plin. L. II. C. 44. *adjicientem lucere dodrantes ſemuncias horarum ab ſecunda uſque ad plenum orbem, detrahentemque in deminationem.* Sic MSS. antiquiſſimi Chiffl. & Leidd. non *di*, nec ſecus in iis membranis L. XIII, 12. XV, 1. XXXIV, 13. Appul. L. IV. Met. p. 69. Ed. Pric. *duce veſtro deminuti debilem numerum reduxiſtis.* Ita MS. Dorvill. vere. Liv. II, 1, 10. *caedibus deminutus numerus.* ut eſt in optimis Edd. Ac paſſim apud Cic. *deminutio libertatis, capitis, civium, provinciae*, & in jure *deminutio capitis, juris, patrimonii.* V. Briſſon. de verb. ſignif. Hinc crebro *deminutum quid* dicitur *de, ex hac illave re*, non *dimin.* ut Liv. II, 18. ubi V. Comm. Cic. pro Plancio C. 38. pro Sulla C. 1. L. II. de Inv. C. 10. quae loca evincunt, itidem vocalem *e* reſtituendam eſſe L. III. de Orat. C. 49. *ne quid de ſermonis tui tempore verbo uno meo diminueret.* Et ſic in reliquis. *Diminuitur* vero id, quod contunditur, confringitur, & adtenuatur, aut diſſipatur in minutiores partes. ſicut bona, opes, vectigalia poſſunt *deminui* iis quid detrahendo, & *diminui* dilapidando, diſſipando vel herciſcundo. V. Cic. ad Q. Frat. II, 3. de Off. II, 21. in Rull. C. 7. Hinc toties apud Terent. *diminuere alicui caput, cerebrum* in Eun. & Adelph. Ita venti & ſol aquoſum humorem diſſipantes *diminuunt*, ut recte habent MSS. Lucretii L. V, 268, 390. Haverk. *dem.* edidit. Cic. de Orat. L. III. C. 33. *diſtributione partium ac ſeparatione magnitudines ſunt artium diminutae.* Appul. L. II. Met. p. 35. *Quidquid inde decerptum, diminutumve fuerit.* Male Ed. Junt. *dem.* Atque haec hactenus, quae in tyronum gratiam pluribus pertexere mihi ſemel lubuit.

2 *Poſt necem Conſulis.*] Caſaubonus notavit morbo tamen mortuum Lepidum eſſe, quo ſignificat non accurate locutum eſſe Suetonium, quaſi *nex* non ſignificet mortem naturalem, ſed violentam. Sic tamen Juſtinus etiam lib. XLII, 1. *poſt necem Mithridatis*, quem in praecedente libro, *glorioſa ſenectute* deceſſiſſe ſcripſit. Sic quoque Senecam *necem* pro fatali morte poſuiſſe notat ibi Freinshemius, quem vide. GRAEV.

1 *Pla-*

ne [1] Plotia confecit, habuitque & ipſe ſuper ea re concionem.

VI. Quaeſtor Juliam amitam, uxoremque Corneliam, defunctas laudavit e more [2] pro Roſtris: ſed in amitae quidem laudatione, de ejus ac patris ſui utraque origine ſic refert: *Amitae meae Juliae maternum genus ab regibus ortum, paternum cum Dis inmortalibus conjunctum eſt. Nam ab Anco Marcio ſunt Marcii Reges,* [3] *quo nomine fuit mater: à Venere Julii, cujus gentis familia eſt noſtra. Eſt ergo in genere & ſanctitas regum, qui plurimum inter homines pollent, & cerimonia Deorum, quorum ipſi in poteſtate ſunt reges.* In Corneliae autem locum Pompejam duxit, Q. Pompeji filiam, L. Sullae neptem: cum qua deinde divortium fecit, adulteratam opinatus a P. Clodio: quem inter publicas cerimonias penetraſſe ad eam [4] muliebri veſte tam con-

1 *Plotia.*] Codex Salmaſ. *lege Plocia.* GRAEV. GRON Mox *ipſe ſuper ipſa re* Vindob. pr. Periz.

2 *Pro roſtris; & in amitae quidem laudatione.*] Codex Salmaſ. & Rob. Steph. *pro roſtris. Sed in amitae quidem laudatione.* GRAEV. Nec aliter MSS. & Edd. Vett. *Et* Caſauboni conjecturae debetur, a poſterioribus receptae: pro qua bene *ſed* Graev. & ſeqq. Edd. alicujus nominis reſtituerunt. Mox *a reg.* Med. duo, Periz. & omnes cum Edd. aliquot Vett. *diis*, non *dis.* item male *Martio* & *Martii* Med. duo, Periz. & Edd. Vett.

3 *Quo nomine fuit mater.*] Scilicet Juliae amitae ipſius, quae mater erat Marcia, nupta Caeſaris avo, item Cajo dicto. Neque opus eſt cum Caſaubono inſerere voculam *ei*, aut cum Burmanno *vè patris.* Quirites enim haec verba Caeſaris, *quo nomine fuit mater*, audientes, ſatis ea intelligebant de Marcia Juliae matre. Nam Caeſaris mater tunc non *fuerat*; ſed adhuc vivebat, nempe *Aurelia*, cuivis civi nota, & multis virtutibus inſignis. V. Cap. 7, 13. Ceterum *cerimonia* & *cerimonias* hic & ſemper ſcripſi fide codicum Medic, Vindob. Cort. Periz. aliorumque, nec non Edd. primarum: uti docuerunt viri docti eſſe pronunciandam hanc vocem, non *caerem.* per diphthongum in prima, aut vocalem *e* in ſecunda ſyllaba.

4 *Muliebri veſte.*] MSS. duobus a Cl. Burmanno laudatis accedit vetuſtiſſimus codex Mediceus, dans *in muliebri veſte*: quam genuinam eſſe Suetonii lectionem omnino arbitror. Neque enim ſolis Poëtis crebertima eſt locutio *in armis, in veſte, toga, tunica eſſe*, ut ad nauſeam usque docuerunt eruditi; ſed etiam proſaicis ſcriptoribus. Curt. L. III, 3, 3. *Adduci ad ipſum* in eo veſtis habitu, *quo ipſe fuiſſet.* Sic Edd. Vett. Flor. L. I, 13. *Sicut* in trabeis erant & *ampliſſimo cultu.* Appulej. L. X. p. 233. Ed. Pric. in *barbaricis* amiculis *bellule def.* vel *diffluentibus.* Ita enim hunc locum corrigo, in quo

conſtans fama erat, ut ſenatus quaeſtionem de pollutis ſacris decreverit.

VII. Quaeſtori ulterior Hiſpania obvenit: ubi quum [1] mandatu praetoris jure dicundo conventus circumiret, [2] Gadesque veniſſet, animadverſa apud Herculis templum Magni Alexandri imagine, ingemuit: & quaſi pertaeſus ignaviam ſuam, quod [3] nihil dum a ſe memorabile actum eſſet in aetate, qua jam Alexander orbem terrarum ſubegiſſet, miſſionem continuo efflagitavit, ad captandas quam primum majorum rerum occaſiones in urbe. Etiam [4] confuſum eum ſomnio proximae noctis (nam viſus

quo vulgo *humeris* loco & *bellule*. pro quo MSS. praebent *puelle*. Appulejanum eſt *bellule*; ut L. VI. in f. *an quod aetatem portat bellule*; L. X. p. 222. *bellule ſuffarcinatus*. L. XI. in f. *bellule ſotum*.

1 *Mandatu Praetoris.*] Codex Salm. *mandatu P. R.* GRAEV. GRON. Non ſolus Memmianus cum Ed. Caſauboni habet *mandatu*, ut ait Cl. Burmannus. Sed etiam alii MSS. & Edd. ut patet ex Torrentii & Caſauboni nota, qui non de ejus vocis, ſed ſequentis corruptione agunt. Ex meis *mandatu* praeferunt Medic. ſec. & Coll. Voſſ. quam ob creberrimum conſenſum ſuſpicor ad illum codicem eſſe inſtitutam. Item in Obſop. apud Barth. JCtorum eſt *mandatus*: qualia nomina in *um* & *us* deſinentia ſunt innumera, ut *conſultum conſultus*, de quo ad C. 56. *erratum erratus*, *fretum fretus*, *guſtum guſtus*, *juſſum juſſus*, *mercatum mercatus*, *peccatum peccatus*, *promiſſum promiſſus*; quomodo etiam MSS. & Edd. Vett. in Feſti V. *ſpondere*: & alia rariora. V. hic Boxhorn. Gron. L. III. Obſ. C. 21. Drakenb. ad Liv. L. III, 62. IV, 9. Adi & ad Domit. C. 16. ſicut & multa ſunt exeuntia in *io* & *us*; de quibus alias. Ceterum vitioſe etiam MSS. Medic. Vindob. ſec. & Cort. habent *P. R.* & Vindob. pr. cum Edd. Mediol. utraque, & Cald. *reipub.* ſed *praetoris* vel *Pr.* in Ed. Camp. Steph. &c. & mox *dicendo* Med. duo, Obſop. Vind. pr. Per. Edd. Med. Cald. *Circuiret* eſt in Med. tert. uti edidit Burm.

2 *Gadesque.*] *Gadisque* S. GRON.

3 *Nihil dum.*] Prave Vind. ſec. Cort. Edd. Camp. Med. Cald. *tum*.

4 *Confuſum eum ſomnio.*] Non ſignificat hic triſtem; ſed adtonitum & perturbatum, ac, quid ex hoc ſomnio colligeret, animi incertum; uti *confuſum* explicat Livius L. I, 7. & jungit Valer. Flacc. L. I, 79. ut hic, in viſu

Incertum animi confuſaque *pectora.*

ubi V. Cl. Burm. noſtri locum aliaque citantem. Eſt enim verbum ſaepe in graviore irae, metus, triſtitiae, pudoris, quod male quidam negant, adfectu adhibitum, nec raro occurrit in prodigiis ac ſomniis. Conſule Tennul. ad Frontin. L. I. C. 12. 7. *Et id vulgo pro triſti exciperetur ſignificatione: Ne & ſic* confuſi *milites interpretarentur* &c. Sic enim illic e Cod. Petr. nunc lego, addita vocula *ne*, quae ob concurſum & *ne* in voce praecedente exciderat. Valer. Max. L. II, 4, 5. *Eo praedicto magnopere* confuſus. Ovid. Ep. XIX. Heroid. VI. 193.

Confundor *imagine noctis.*

Sil.

ſus erat per quietem [1] matri ſtuprum intuliſſe) conjectores ad ampliſſimam ſpem incitaverunt, arbitrium orbis terrarum portendi interpretantes: *quando mater, quam ſubjectam ſibi vidiſſet, non alia eſſet, quam terra, quae omnium parens haberetur.*

VIII. [2] Decedens ergo ante tempus, colonias Latinas, de petenda civitate agitantes, adiit; & ad audendum aliquid concitaſſet, niſi conſules conſcriptas in Ciliciam legiones paulliſper ob id ipſum retinuiſſent. nec eo ſecius majora mox in urbe molitus eſt.

IX. Siquidem ante paucos dies, quam aedilitatem iniret, venit in [3] ſuſpicionem conſpiraſſe cum M. Craſſo conſulari, item P. Sulla [4] & L. Autronio, poſt de-

Sil. Ital. L. XV, 763. confuſaque *pectora viſu*. Apage ergo *confiſum*: quod operarum vitio legitur in Ed. Ven. A. MCDLXXI. Pronomen *eum*, quod deletum mallet Cl. Burmannus, agnoſcunt MSS. omnes, & videtur Suetonius illud facile adjeciſſe: ut C. 19. *nihil non auſurum eum*. C. 30. *proſpicientem eum*. C. 49. *defendenti ei*: Sic enim MSS. Nec delenda eſt vocula in Aug. C. 58. *detulerunt ei*. C. 65. *laetum eum ac fidentem*. Tib. C. 32. *venientem eum non admiſerat*: ubi V. & hic atque in Aug. C. 65. Erneſtium. In Ner. C. 39. *Tranſeuntem eum* &c. Domit. C. 23. *Occiſum eum*. C. 40 *deſtituto ei*. Sed inducendum eſſe videbimus in Caeſ. C. 80. *non eſſe Conſulem eum*. Adi & Burm. ad Aug. C. 68, 95. Veſp. C. 25. fruſtraque, ne quid gravius dicam, intrudunt id pronomen Th. Bentlej. & Jurinius Caeſ. L. IV. B. G. C. 21, 23. V. & L. VI. C. 36. Ceterum Boxhorn. ex corrupta editione *navi* conjecit legendum *nam ibi*. Fruſtra, licet videri poſſet, huc facere ſcripturam Med. tert. & Ed. Camp. *viſ. er. ei*. Gadibus id ſomnium obveniſſe Caeſari ſatis innuit auctor per voces *proximae noctis*, V. Dion. p. 53. a Torrentio bene citatum. Verum ille & Plutarchus p. 712. in f. & in Apophth. p. 206. non referunt dictum ejus de Alexandro tempore quaeſturae, ſed tempore praeturae, de quo C. 18. Malo credere Suetonio, nam quaeſtor in Hiſpania fuit A. DCXCXVI. *aer. Cap.* quo natus modo erat Caeſar annos 33. quo aetatis anno obiit Alexander, Ex praetura in Hiſpaniam demum abiit A. DCCII. jam natus 39. annos.

1 *Matri ſtuprum.*] Inverſo ordine Medicei tres, Cort. Edd. Rom. dein pro *incitav.* in Med. pr. *conveneruntque* forſan pro *conciver.* Tum *terr. orb.* Med. 3. Vindob. ſec. Cort. & Edd. R. Med. item *potiundi* in Med. pr. loco *portendi*. quod juvat conjecturam Caſauboni utrumque verbum defendentis. Adde Graevium Cap. 5.

2 *Decedens.*] In Med. pr. *deſcendens*. Tum *adiit* deeſt Coll. Voſſ. V. Burm. mox *Siliciam* Per. Edd. R. Med. Cald. ac *ſetius* Cod. Salm. & Med. ſec.

3 *Suſpicionem.*] Medic. pr. *ſuſpectionem*, perpetua variatione. V. quos collegi ad Front. 1, 8, 5. Caeſ. VI. B. G. 7. Burm. ad Domit. C. 9.

4 *Et Autronio*] *& L. Autronio*. β. prout Torrentius & Caſauboni in

deſignationem conſulatus [1] ambitus condemnatis, ut principio anni ſenatum adorirentur: & trucidatis, quos placitum eſſet, dictaturam Craſſus invaderet, ipſe ab eo magiſter equitum diceretur, conſtitutaque ad arbitrium republica Sullae & Autronio conſulatus reſtitueretur. Meminerunt hujus conjurationis [2] Tanuſius Geminus in hiſtoria, M. Bibulus in edictis, C. Curio pater in orationibus. [3] De hac ſignificare videtur & Cicero in quadam ad Axium epiſtola, referens, *Caeſarem in conſulatu confirmaſſe regnum, de quo Aedilis cogitarat.* Tanuſius adjicit, Craſſum, poenitentia vel metu, diem caedi deſtinatum non [4] obiiſſe, & idcirco ne Caeſarem quidem ſignum, quod ab eo dari convenerat, dediſſe. Conveniſſe autem Curio ait, ut togam [5] de humero dejiceret. Idem Curio, ſed & M.

in omnibus libris invenerunt. GRON. MSS. etiam omnes, quos inſpexi, quorumve excerpta vidi, forſan exceptis Vindobonenſibus, item Editiones Vett., exhibent *L. Autronio;* vel corrupte *Antronio, Anthonio*, uti etiam alibi errarunt librarii. V. Pighium in Faſt. ad A. DCLXXXVII. cum tamen certo certius hic *Autronius Paetus* praenomen *Publii* habuerit aeque ac *Sulla*. Nihilominus agnoſcatur potius Suetonii qualiscumque error; quam aut *P.* intrudatur, aut *L.* ejiciatur, ut vulgo fit.

1 *Ambitus.*] Vindob. pr. Copeſiano accedit in *ambitu*.

2 *Tanuſius.*] In Marg. Pinell. *L. Tanuſius;* Giphan. *Canuſius.* Vindob. pr. cum aliis & Gland. *Tamiſius.* Ed. Camp. *Tanutius.* male. V. ad Cic. de Pet. Conſ. C. 2. G. J. Voſſ. de Hiſtor. Lat. L. 1. C. 12. Caſaub. & omnino Burm. in Add.

3 *De hac.*] Vindob. pr. addit *re.* mox *Axium*, pro quo Boxh. prave malebat *Attium*, confirmant Salm. Obſop. Medicei ſec. tert. Voſſ. Pinell. & Vindob. pr. in quo *Accium*. In aliis & Edd. Vett. *Atticum* vel *Athicum*, ut Ed. Camp. V. Comm. *Axii* multi in lapidibus occurrunt: ut patet ex Inſcriptionum indicibus.

4 *Obiiſſe.*] Male Gruterus probat nonnullorum librorum lectionem, in quibus *adiiſſe*. Nullus Latinorum ſcriptorum ſic loquitur. At *obire diem* elegantiſſimum eſt. Cic. pro Milon. c. 10. *quam, niſi obire facinoris locum tempusque voluiſſet, nunquam reliquiſſet.* Plin. IX. ep. 37. *Vides quam non delicata me cauſſa obire primum Conſulatus tui diem non ſinat.* GRAEV. Ex meis etiam ſolus Medic. ſec. a m. pr. cum Voſſ. Coll. habet *adiiſſe*. Reliqui recte *adiiſſe* vel *obiiſſe*, ut Medic. duo, Vindob. uterque, Periz. Harl. Et ſic aliorum codd. plerique. Cic. L. X. ad Fam. Ep. 26. *Annum petitionis ſuae non obierunt;* ubi V. Kort. mox male *nec Caeſ.* in Vindob. pr.

5 *De humero dejiceret.*] Conſtanter ita vel pro more *deiceret* habent MSS. ſi Hulſiani vitioſum *ejiceret* excipiamus: uti etiam in Aug. C. 54. *dejecta ab humeris toga*: quo

M. Actorius Naso, auctores sunt, conspirasse [1] eum etiam

quo loco non magis quam hic opinor quidquam esse mutandum, uti aliqui doctissimi viri existimarunt: licet sciam Livium recte scripsisse Lib. XXIII. C. 8. rejecta ab humero *toga latus succinctum gladio nudat.* & Ovid. L. IX. Met. 32. rejeci *viridem* de corpore *vestem.* Quomodo etiam dicitur *rejicere in* vel *post terga*, & *in humerum.* ut apud Festum. Armita *dicebatur virgo sacrificans, cui lacinia togae* in humerum *erat* rejecta. Sic MSS. quatuor, non *armata*, & forsan huc pertinet Glossa *Armitia*, *Θυρία*. quod temere mutant. Cum praepositione *super* construxit Plinius L. XXVIII. C. 7. *Ire per media arva* rejectis super *clunes* vestibus. Ita enim & hic e MSS. legendum non *retectis*, ut volunt alii. Vestes non reteguntur, sed membra corporis. Sed & recte dicitur *togam dejicere de humero* & *ab humeris*, duplici modo, qui uterque in Suetonii locis describitur. *Toga* enim *dejicitur humero;* quum superior sinus pars sive ejus lacinia, quae de more sinistro humero erat injecta, demittitur, sive sinendo eam humero delabi, sive detrahendo eam manu dextra: Hoc erat signum, quod dari a Caesare, concionante scil. pro rostris, vel in senatu stando sententiam dicente (V. Sall. Cat. 18.) convenerat. Et quid sit in Oratore *rejicere* & *dejicere togam*, docet nos Quintil. L. XI. C. 3. quum prius p. 1030, 1031. dixerat *Sinus, qui sub humero dextro ad sinistrum oblique ducitur, velut baltheus nec strangulet nec fluat* &c. *Tum sinus injiciendus humero* (sinistro) *cujus extremam oram* rejecisse (in tergum) *non dedecet.* Hinc p. 1032. pergit. *Sed haec amictus observatio; dum incipimus. Procedente vero actu, sinus ab humero recte velut sponte delabitur, & cum ad argumenta ac. locos ventum est,* rejecere *a sinistro togam*, dejicere *etiam, si haereat, sinum* *conveniet.* At in Augusti vita *dejicere ab humeris togam*, non *humero*, significat totam infra pectus demittere, vel sinere, ut ad pedes delabatur; laxata vel soluta in humero dextro fibula, per quam anterior ac posterior pars erat adstricta. Neque opus est, ut haec lacinia ad terram usque descenderit, eamve sinistra manu ad ima crura deduxerit Caesar, ut ait auctor C. 82. quamvis nihil obstat, quo minus eo sensu sumamus: sufficit tamen intelligi quamcumque laciniae togae dejectionem ab humero, ac demissionem ad gremium vel inferiores pectoris corporisve partes. Non enim semper verbum *dejicere* vim habet *dandi ad terram, projiciendi ad pedes, demittendi tales usque* (V. hic Burm. & ad Ovid. L. II. Met. vs. 582.) sed saepe etiam significat *inferius devergere.* Ut enim *demittere, submittere caput, oculos, vultum*, sic etiam *dejicere* in usu est. de oculis & vultu adi Propert. I, I, 3. Ovid. Ep. XI. Her. 35. II. Am. 4. II. Val. Fl. VII, 514. & passim. *Caput dejicere* dixit Appul. L. III. Met. init. *Capite jam dejecto.* p. 60. Ed. Pr. *Dejecto itaque & quassanti capite.* L. IV. p. 87. *Choragio perfecto, dejectisque capitibus domuitionem parant.* Unde emendandus est idem L. X. p. 223. *Quod nollem, relato; quod vellem rejecto capite:* pro quo recentiores ediderunt *vell. rel. nollem, rej.* Utrumque sine sensu. Legendum enim e MSS. sex, *q. noll. relato, q. vell. dejecto capite*, sive capitis declinati adnutu. Quomodo Colv. & Scriver. legunt L. II. Met. p. 21. *dejecto capite restiti:* alii *retecto.* Sed illic rectum esse *rejecto*, sive prae reverentia averso, quod Graeci ἀντρέπεσθαι & ἀποστρέφεσθαι dicunt, alias docebo.

1 *Eum etiam.*] In Vind. pr. *etiam & eum cum Pisone.* a Medic. pr. & tert. exsulat quoque praenomen.

 1 *Pre-*

etiam cum Cn. Piſone adoleſcente: cui ob ſuſpicionem urbanae conjurationis [1] provincia Hiſpania ultro extra ordinem data ſit: pactumque, ut ſimul foris ille, [2] ipſe Romae, ad res novas conſurgerent, [3] per Ambranos & Tranſpadanos: deſtitutum utriusque conſilium morte Piſonis.

x. Aedilis, [4] praeter comitium ac forum, baſili-

1 *Provincia.*] Deeſt Vind. pr. & Cort. Cavè vero, ne cum Boxhornio pro *ultro* ſcribas *ulterior*. Nam in *citeriorem* Hiſpaniam quaeſtor pro praetore miſſus eſt, adnitente Craſſo, *neque* ſenatus provinciam *invitus* dedit; quia hominem foedum a rep. procul abeſſe volebat: ut teſtatur Salluſt. C. 19. V. & Dion. L. XXXVI. p. 21.

2 *Ipſe Romae, ad r. n. conſurgerent.*] In Vindobon. pr. exaratur *conſurgeret*; quod placeret omnino, ſi in MS. Periz. legeretur *ipſe ad res novas Romae*, ut ſcribit Cl. Burm. Verum teſtaii debeo, haud ita ſeſe rem habere. Aeque ille Cod. ac reliqui, dat: *Romae ad r. n.* Forſan alium in mente habuit vir celeberr. ſed res eodem redit. In itinere & in provincia Piſo moveret id, quod Caeſar Romae. Et uterque ſimul nova molirentur. Sed Piſo, dum jam intra provinciam erat, ſed iter aliquo faciebat, ab Hiſpanis, quos injuria adfecerat, eſt occiſus, ut Salluſt. & Dio docent. V. Comm.

3 *Per Lambranos & Tr.*] *Per Ambranos* S. GRON. Nec ſecus habent plerique virorum doctorum codices, & Edd. Rom. Mediol. pr. aliaeque veteres, ſicut etiam Pinell. & mei MSS. omnes. *Umbranos* Edd. Ven. A. MCDLXXI. & Cald. *Ambrones* in MSS. aliquot Torr. & Ed. Bon. Certum mihi ſedet, non hic agi de Hiſpanis, aut Umbris aliisve, de quibus conſulantur commentar. ſed de Gallicis populis turbulentis; quare vix ullum mihi eſt dubium, quin tranſpoſitis modo litteris legi debeat *Ambronas*; relliquias latrocinantium Gallorum, quos Marius delevit, unde ſic denominati quoque ſunt decoctores, aptiſſimi certe novis rebus moliendis homines. V. Stewech. ad Veget. L. III. C. 10.; ubi *Ambronum*, quod & in meis Codd. quam plurimis exhibetur, eſſe ſcribendum ſatis evicerunt viri docti. Sed &, ne Epit. Liv. 68. ibique Freinsh. C. 17. Eutrop. V, 1. Oroſ. V, 16. Hiſt. Miſc. v. 1, 2. aliosque proferam, vide, quaeſo, Strab. L. VII. p. 183. Plut. in V. Marii p. 414, 416. ubi docet Ligures quoque dictos *Ambronas*. *Umbrorum* cis Padum notius eſt nomen, quam quod corrupiſſent librarii. Quidquid ſit, ſuſtuli litteram *L. Tranſpadani* autem ſunt illi, qui de civitate petenda agitabant, ſeu *coloniae Latinae*, non Romanorum civium, ut nonnulli exiſtimant; de quibus ſuperiori Cap.

4 *Praeter comitium ac forum.*] Aſconius Paedianus ad Ciceronis Verrinam de Praetura Urbana, ubi c. 19. haec verba habentur. *Tenem pulcherrime factum, quem quondam in comitio vidiſtis*, notavit, aediles olim ad ornandum forum ex provinciis ſtatuas petiiſſe mutuas, quas poſt ludos ſociis reddiderint: *Licebat*, inquit, *mutua haec ſigna deportare Romam aedilibus, ad ornatum ludorum, & rurſum ſociis reportare.* Idem ad c. 22. *Olim cum in foro ludi populo darentur, ſignis ac tabulis pictis partim ab amicis, partim e Graecia commodatis utebantur ad ſcenae ſpeciem, quia adhuc theatra non fuerant.* Ipſe Cicero lib. IV. in Verrem c. 3. *C. Claudius, cujus aedilitatem magnificentiſſimam ſcimus fuiſſe, uſus eſt hoc Cupidine tam-*

silicasque, etiam Capitolium ornavit, porticibus ad tempus exstructis; in quibus, abundante rerum copia, [1] pars adparatus exponeretur. Venationes autem ludosque, & cum collega, & separatim, edidit: quo factum est, ut communium quoque inpensarum solus gratiam caperet: nec dissimularet collega ejus M. Bibulus, evenisse sibi, quod Polluci: ut enim geminis fratribus aedes in foro [2] constituta tantum Castoris [3] vocaretur; ita suam Caesarisque munificentiam, unius Caesaris dici. Adjecit insuper Caesar etiam [4] gladiatorium munus, sed aliquanto paucioribus, quam destinaverat, paribus. Nam quum multiplici undique familia comparata inimicos exterruisset, cautum est de numero gladiatorum, quo ne majorem cuiquam habere Romae liceret.

XI. Conciliato populi favore, tentavit per partem tribunorum, ut sibi Aegyptus provincia [5] plebiscito daretur, [6] nactus extraordinarii imperii occa-

tamdiu, dum forum diis immortalibus populoque Romano habuit ornatum: & cum esset hospes Hejorum, Mamertini autem populi patronus, ut illis benignis usus est ad commodandum, sic ipse diligens fuit ad reportandum. GRAEV.

1 *Pars adparatus.*] In Medic. tertio itidem exaratur vitiose *par*, quod tamen Berneggero etiam placuit. In porticibus illis temporariis spectaculo curiosorum exponebatur tantummodo splendidissimi adparatus pars; quia tot res raras & pretiosas collegerat, ut eas capere non possent comitium, forum, Basilicae, &c. illis operosissime ornatae. Sed vide plura apud Cl. Burm. unde simul patebit, male a Boxhornio, qui Torrentio & Casaubono obloquitur, verbum *exponeretur* explicari per *reponeretur*, ad custodiendum, non ad omnium oculis offerendum. Petron. C. 21. Expositus *splendidissime reliquus lautitiarum* adparatus. Justin. XXV. 1. *Ingenti* adparatu expositum *grande auri argentique pondus admirantes.* Mox male Cort. *ludosque cum c.* & *expensarum* Vindob. pr.

2 *Constituta.*] Pin. *constituti*, de quo amplius cogitandum. SCHEFFER.

3 *Vocaretur.*] Vindob. pr. *continentur.* V. Dion. L. XXXVII. p. 33.

4 *Gladiatorium.*] Med. pr. Vind. sec. Cort. *gladiatorum*, frequenti aberratione, qua in Vindob. pr. etiam exaratur *partibus.* V. Burm. & me ad Claud. C. 24. Nihilominus dedit Caesar ζεύγη τριακόσια καὶ εἴκοσιν: ut tradit Plut. p. 709. *Nam* exsulat a Med pr.

5 *Plebiscito.*] In Voss. Coll. & Edd. Rom. Ven. duabus vocibus *plebis scito.* Adi Cl. Drak. ad Liv. L. XXXI, 50.

6 *Nactus.*] *Nanctus* S. GRON. ut in Tib. C. 44. Adi Cl. Drak. ad Liv. XXIV, 31. *militem nancti.* sic pas-

caſionem, quod Alexandrini regem ſuum, ſocium atque amicum a ſenatu adpellatum, expulerant, resque vulgo [1] inprobabatur. nec obtinuit, adverſante optimatium factione; quorum auctoritatem ut, quibus poſſet modis, in vicem [2] deminueret, tropaea C. Marii de Jugurtha, deque Cimbris atque Teutonis, olim a Sulla disjecta, reſtituit: atque in exercenda de ſicariis quaeſtione, eos quoque ſicariorum numero habuit, qui, proſcriptione, ob relata civium Romanorum capita, pecunias ex aerario acceperant, quamquam exceptos Corneliis legibus.

XII. Subornavit etiam, qui C. Rabirio perduellionis diem diceret: quo praecipuo [3] adjutore aliquot ante annos L. Saturnini ſeditioſum tribunatum ſenatus coërcuerat: ac ſorte judex in reum ductus, [4] tam cupide condemnavit, ut ad populum

paſſim in vetuſtiſſimis Ciceronis, & hic illic in Caeſaris codicibus inveni, & antiquam fuiſſe ſcripturam putat Cl. Burmannus. Pro *imperii* in Vindob. pr. *temporis*. ut Caeſ. L. III. B. Civ. 79. *Ne occaſioni temporis deeſſet*. Inf. C. 35. *occaſione temporum bellantem*. Nihil tamen mutes, velim. Mox *ſociumque atque a*. Harl. V. Burm. & Miſc. Obſ. V. VI. p. 566. ac ſaepiſſime alibi. In Aug. C. 71. Galb. C. 10. Catull. C. 6. *cubile clamat ſertisque ac Syrio fragrans olivo*. ſic MSS. & Edd. quaedam Vett. vel *Aſſ.* vulgo deeſt nunc *que*.

1 *Inprobabatur.*] Med. pr. & tert. *improbatur*. Vind. pr. *improbaretur*. Mox *neque* Ed. Torr. & ſemper ante vocalem. V. Cuningh. in Anim. in Bentlej. notas ad Horat. p. 44. *Optimatum* omnes Medic. Vind. Cort. Voſſ. Edd. Vett.

2 *Diminueret.*] *Deminueret* Cod. S. GRAEV. quod non item Salm. annotavit Cap. v. GRON. ubi vide. *demin.* quoque Med. ſec. Voſſ. Pin. Ed. Camp. aliaeque. Mox *trophaea* mei Codd. vitioſe. V. Caſ. item *Theutonis* Vindob. & Med. duo cum Edd. Vett. *Teutonicis* Edd. Rom. *Siccar*. bis quoque MSS. 4. & infra ſaepius, licet non monuerim.

3 *Adjutore.*] *Auctore* exhibent etiam duo Medic. & Ed. Camp. ut C. 16. & ſexcenties: ſed conſule Burm.

4 *Tam cupide condemnavit.*] Eſt, tantum partium ſtudium oſtendens in eo damnando. Cicero in orat. pro Fontejo cap. 9. *Talem virum tam cupide, tam temere dixiſſe*, & cap. 6. *Si qui ob aliquod emolumentum ſuum cupidius aliquid dicere videntur, iis credi non convenit*. Sic apud eundem cap. 6. *cupidi teſtes: Igitur teſtibus, judices, non credere cupidis & iratis & conjuratis non ſolum poteſtis, ſed & debetis*. Teſtes cupidi ſunt ſtudio partium occaecati, ut nihil penſi habeant, quid dicant, modo ſuis ſerviant commodis, aut partibus. Et *cupiditas* eſt partium ſtudium. Cic. in ead. orat. cap. 8. *Recordamini, judices, quantopere laborare ſoleatis &c.*

lum provocanti nihil aeque ac judicis acerbitas profuerit.

XIII. [1] Deposita provinciae spe, Pontificatum maximum petiit, non sine profusissima largitione. In qua reputans magnitudinem aeris alieni, quum mane ad comitia descenderet, praedixisse matri osculanti fertur, domum se nisi Pontificem non [2] reversurum. Atque ita potentissimos duos competitores, multumque & aetate & dignitate antecedentes, superavit, ut plura ipse in eorum [3] tribubus suffragia, quam uterque in omnibus tulerit.

XIV. Prae-

&c. quibus verbis utamini, ne quod nimis moderate positum, ne quod ab aliqua cupiditate prolapsum verbum videatur. Vultu denique laboratis, ne qua significari possit suspicio cupiditatis. Pro Rosc. Comoedo 16. *Levior esset auctoritas Cluvii, si diceret juratus, quam nunc est, cum dicit injuratus. Tum enim forsan improbis nimis cupidus videretur, qui, qua de re judex fuisset, testis esset.* GRAEV. Saepe hoc monuit Graev. Vide Drak. ad Liv. L. XXIV. C. 28. *Quo minus cupiditatis ac studii visa est oratio habere.* At jam ante Manut. ad Cic. L. IV. ad F. 14. Erant autem C. J. Caesar & L. Caesar duumviri perduellionis a praetore sorte constituti: ut viri docti dudum docuere.

1 *Deposita.*] Harl. *rep.* & *petit* Med. duo. Mox *in quo* Edd. nonnullae. Dein *nisi se* Harl. Edd. Camp. Cald. de quo vide Burm. & *non* haud comparet in Vindob. utroque ac Cort. Quam locutionem viri quidam docti probam censent, ut *nisi* pro *nonnisi* ponatur. Certe saepe a MSS. exsulat, ut notavi quoque ad Caes. III. B. Civ. 87. plerumque tamen, uti cum Gronovio, Dukero aliisque existimo, si non semper, librariorum culpa. Confer. congesta, nostro simillima exempla, a viris Celeb. Duk. ad Flor. I, 12. *jurejurando nisi capta urbe non remeare;* (quod & in 4. Leidd. inveni) Drak. ad Liv. L. XXXIV. C. 16. *ubi spem, nisi in virtute, haberent.* Infr. C. 79. *Parthos, nisi a rege, non posse vinci.* Male additur contra in Aug. C. 5.

2 *Reversurum.*] Edd. Rom. *rediturum.* deest vero *ita* Med. pr. Vind. pr. Cave autem mutes *potentissimos.* Plut. p. 710. μέγιστα ἐν βουλῇ δυναμένους. Confer. Comment. & Vell. L. II. C. 43.

3 *Tribubus.*] Vulgo hinc viri docti cum Gruchio & Bosio statuunt, Pontificem M. comitiis tributis esse creatum; Verum, cum constet satis, Tributa comitia recentiora esse Centuriatis, & Pontificem M. in comitiis post exactos reges usque ad A. DI. esse *auspicato* lectum *patricium*, videtur potius inde sequi, eum in comitiis *centuriatis* fuisse designatum; quamvis non esset *Magistratus* Pontifex Max. sed *privatus*, ut patet e Cic. in Catil. I, 1. de Off. I, 22. Vell. II, 3. Hinc non creabatur a toto populo, sed a solis XVII. tribubus sorte ductis, ut probarunt viri eruditi ex Cicer. Agr. II, 7. erantque comitia *calata* per Pontifices habita ante Leg. Domitiam, & post ejus rescissionem per Sullam. V. Duk. ad Liv. L. XXV. C. 5. Debuit vero Caesar omnes tribus sibi conciliare, quia nescire poterat, quaenam sortem creandi Pontifices nanciscerentur. Vocem autem *tribus* non probare, comitia fuisse *tributa*, recte monet Ernesti, & docuit dudum Gronov.

XIV. Praetor creatus, detecta conjuratione Catilinae, ſenatuque univerſo in ſocios facinoris ultimam ſtatuente poenam, ſolus municipatim dividendos, cuſtodiendosque publicatis bonis, cenſuit. Quin & tantum [1] metum injecit aſperiora ſuadentibus, idemtidem oſtentans, quanta eos in poſterum a plebe Romana maneret invidia, ut [2] Decimum Silanum, conſulem deſignatum, non piguerit, ſententiam ſuam, quia mutare turpe erat, interpretatione lenire, velut gravius, atque ipſe ſenſiſſet, exceptam: [3] obtinuiſſetque adeo, transductis ad ſe jam pluribus, & in his [4] Cicerone, conſulis fratre, niſi laban-

etiam ad Liv. L. 1. C. 43. *poſt expletas quinque & triginta tribus duplicato earum numero, centuriis juniorum, ſeniorumque.* & poſt eum multi. V. ipſum Suetonium C. 41. & C. 80. Totus enim populus ſeu XXXV tribus, vel in comitiis Pontificis M. tribus XVII. in campum conveniebant; ibique demum in claſſes & centurias ſuas ſe diſtinguebant. unde ex omnibus illis tribubus fiebant tamen comitia Centuriata, quia tum per *centurias* ſuffragia dabant; non vero per *tribus*, ut fiebat in Tributis.

1 *Metum injecit.*] Ut C. 20. Vindob. pr. cum Harl. & Edd. Med. Cald. *adjecit.* Male. *adjicere metum* eſt alium priori, qui hic non injectus eſt, ſuperaddere. ut Livio L. XXI. C. 35, *Feſſis taedio tot malorum nivis etiam caſus ingentem terrorem adjecit.* Sic infra C. 79. *Adjecit ad contumeliam arrogantius factum.* Mox *quanta eorum* Vind. ſec. & Cort. prave.

2 *Decimum.*] Ita S. quum edatur *D. Silanum.* Mirum eſt cur boni editores non etiam ita exhibeant cap. 39. Certe non magis nunc id praenomen per notam exprimi debebat. Etiam veruſtae editiones id integrum ex MSS. edidere, quarum nonnullae *Decium.* GRON. Ex meis *Decimum* omnibus litteris exhibent Vindob. ſec. Cort. & Exc. Voſſ. cum Ed. Camp. Reliqui *Decium* cum plerisque Edd. Vett. prave. Sicuti omnes MSS. a me viſi cum Edd. Vett. habent *Sillanum* vel *Syllanum;* quod vitioſum eſſe jam monuit Pulm.; cuique orthographiae contra numos nihil ponderis adjiciunt ſpurii vel mendoſi lapides. V. Cl. P. Weſſeling. Probab. C. 31. p. 369. Saepius infra hoc nomen ita eſt corruptum.

3 *Obtinuiſſetque.*] *Obtinuiſſet adeo* S. & mox hoc ordine digerit *transductis jam ad ſe.* GRON. Copula abeſt quoque a tribus Mediceis, Vindob. pr. & Ed. Camp. ſicut a plurimis aliis MSS. ut τελεῖον σίγμα poſt *exceptam* (Vindob. pr. *excepta*) ponatur. Itidem Medicei, Cort. Ed. Camp. cum aliorum libris *jam ad ſe.*

4 *Ciceronis conſulis fratre.*] Optime Cod. Salm. *Cicerone, conſulis fratre.* GRAEV. *Cicerone.* Ita S. vulgo *Ciceronis.* GRON. V. Burm. Mallem quoque delere copulam & ſi per MSS. liceret. Adi ad Aug. C. 13. mox perperam *labentem* Edd. Rom. & Junk. *laborantem* alia a Cortio viſa. Hor. L. III, 5, 45.

Donec labantes conſilio patres
Firmaret auctor.

ubi V. Torr. & paſſim.

bantem ordinem confirmaſſet M. Catonis oratio. Ac ne ſic quidem inpedire rem deſtitit, [1] quoadusque manus equitum Romanorum, quae armata praeſidii cauſſa circumſtabat, inmoderatius perſeveranti necem comminata eſt: etiam ſtrictos gladios usque eo intentans, ut ſedentem una proximi deſeruerint, vix pauci complexu togaque objecta protexerint. Tunc plane deterritus non modo ceſſit, [2] ſed etiam in reliquum anni tempus curia abſtinuit.

XV. Primo Praeturae die Q. Catulum de refectione Capitolii ad diſquiſitionem populi [3] vocavit, rogatione promulgata, qua curationem eam in alium transferebat. Verum inpar optimatium conſpirationi, quos relicto ſtatim novorum conſulum officio, frequentes, obſtinatosque ad reſiſtendum [4] concucurriſſe cernebat, hanc quidem actionem depoſuit.

XVI. Ce-

1 *Quoadusque.*] Uti a multis Caſauboni & Burmanni membranis, ſic etiam exſulat *usque* a Vindob. ſec. Cort. & Edd. Romanis. Quare accedo egregiis viris, voculam proſcribentibus. Sapit *quoadusque* ſtylum poſterioris aevi. Vide Cl. Bunemann. ad Lactant. L. IV. C. 12. *quoadusque ponam inimicos tuos.* Eadem diſcrepantia occurret in Tib. C. 14. ſed conſule Burm. Supra *nec ſic* Medic. duo, Vindob. uterque, Cort. dein *& jam ſtr.* Ed. Camp. ac *toga* ſine *que* Vindob. pr. & *texerint.*

2 *Sed etiam.*] Medicei tres, Vindob. ſec. & aliorum plurimi cum Ed. Camp. habent *ſed &*, ut apud noſtrum innumeris locis. Verum Vindob. pr. & Corſendoncenſis, quo Pulmannus eſt uſus, cum Cujacii Cod. non agnoſcunt τὸ *etiam*: quorum auctoritate voculam cum Cl. Burmanno fere delendam cenſeo, ſexcenties a librariis otioſe intruſam. V. praeter laudata ab eo in Miſc. Obſ. V. IX. p. 221. ad Caeſ. L. I. B. G. C. 18. inf. C. 68. in Aug. C. 4. MSS. & Edd. aliquot *non tantum ut piſtoris, ſed ut numularii.* C. 60, 88. *non litteras, modo, ſed ſyllabas permutant.* Claud. C. 16. *non modo albo judicum eraſit, ſed in peregrinitatem redegit.* Ner. C. 10. *non modo domi, ſed in theatro.* Galb. C. 22. *non modo exceptum, ſed ut* &c. Tito C. 7. *non modo fovere, ſed ſpectare ſuperſedit.* item Cap. 9. & aliis plurimis.

3 *Vocavit.*] In Pinell. Vindob. ſec. ac Cort. *provocavit*; quae lectio nata eſt ex aliorum librorum ſcriptura *P. Ro.* ſive *Populi Romani*; & ſupra pro *praeturae* in Ed. Mediol. pr. margine habetur al. *praefecturae.* Infra *deſiſtendum* pro *ref.* Vindob. pr.

4 *Concucurriſſe.*] Ita S. vulgo *concurriſſe* GRON. Vindob. ſec. Cort. *cucurriſſe*: ſed Medic. ſec. itidem *concucurriſſe*. V. Gron. in praef. Drak. ad Liv. I, 12. & hic Burm. Ceterum novi Conſules erant A. V.

XVI. Ceterum Caecilio Metello, Tribuno plebis, turbulentiſſimas leges adverſus collegarum interceſſionem ferenti, auctorem propugnatoremque ſe pertinaciſſime praeſtitit, donec ambo [1] adminiſtratione reipublicae decreto patrum ſubmoverentur. Ac nihilo minus permanere in magiſtratu, & jus dicere auſus, ut comperit paratos, qui vi ac per arma prohiberent, dimiſſis lictoribus, abjectaque praetexta, domum clam refugit, pro conditione temporum quieturus. Multitudinem quoque biduo poſt ſponte & ultro confluentem, operamque ſibi in adſerenda dignitate tumultuoſius pollicentem, compeſcuit. Quod quum praeter opinionem eveniſſet, ſenatus, ob eumdem coetum feſtinato coactus, gratias ei per primores viros egit; adcitumque in curiam, & ampliſſimis verbis collaudatum, in integrum reſtituit, inducto priore decreto.

XVII. Recidit rurſus in diſcrimen aliud, inter ſocios Catilinae nominatus, & apud Novium Nigrum

DCXCI. ex aera Capit. & DCXCII. ex aera Varr. quam deinceps, ut maxime nunc receptam, ſequemur, *Decimus Junius Silanus & L. Licinius Murena*, ut patet e Faſtis & Dion. L. XXXVII. p. 47. Eosque Cl. Gorius exiſtimat notatos in teſſera eburnea.

ATHAMANS
MAECENATIS
SP. K. IAN
C. SIL. L. MVN. COS

Suſpicans T. 1. Inſcript. Hetr. p. 74, poſitam eſſe N pro R. Verum fallitur vir doctiſſimus. Recte ſe habet N. uti & apud Montf. in D. It. p. 375. Intelliguntur enim Coſſ. A. V. DCCLXVI. *C. Silius Nerva & L. Munatius Plancus*, ſub quibus teſtamentum fecit Auguſtus, teſte Suet. C. 101. V. & Dion. L. LVI. p. 588. Eorumque meminit Frontin. de Aquaed. Art. 102. ubi haud accurate in nota Celeb. Poleni iis adtribuitur annus 764. Iidem Coſſ. occurrunt in Inſcr. Grut. p. DCI. N. 2. Vitioſe in Chron. Alex. p. 490. Ed. Rad. Φλάκκυ καὶ Σιλάνυ pro Πλάγκυ καὶ Σιλίυ. de Silio plura ad Suet. Aug. C. 71.

[1] *Adminiſtratione.*] Cum in tribus Medic. aeque ac Copeſ. & Voſſ. exaretur *ab miniſtratione*, & Ed. Camp. quoque *a miniſtratione*, quae vox ſatis Latina non eſt, omnino recipiendam cenſeo ſcripturam MS. Cott. ſive Exc. Leyſerianorum *ab adminiſtratione*, ut legi poſſe monuit Cl. Burm. inprobante licet Longolio ad Plin. L. X. Ep. 115. Nam ſine praepoſitione occurrit in Claud. C. 9. *honore ſubmotus eſt*, & alibi; ſed infra in plerisque C. 28. *A petitione honorum abſentes ſubmovebat.* Atque ita Vell. Pat. & Plinio *ſubmotus a rep. a proconſulatu*, ut Lexica notarunt. Conſ. Cl. Drak.

grum quaeſtorem [1] a L. Vettio Judice, & in ſenatu a Q. Curio: cui, quod primus conſilia conjuratorum detexerat, conſtituta erant publice praemia. [2] Curius e Catilina ſe cognoviſſe dicebat:

Drak. ad Liv. II, 59. *a vallo ſubmoveretur*. Ceterum inepte Boxh. in fine fere capitis *ob eundem coetum* mutari voluit in *eamdem cauſſam*. V. Torr.

1 *A. L. Vettio Judice.*] Debebat hic audiri Caſaubonus, & F. Urſinus, qui ex membranis, numis, & lapidibus dudum & hic & apud Ciceronem ſic legendum eſſe cenſuerunt. Cur enim hunc ſolum nominaret indicem, cum index quoque eſſet Q. Curius, cui tamen hoc nomen non dedit. Unde patet *Judex* eſſe Vettii cognomen. Et ſic inferius c. 20. reſtituimus quoque cum F. Urſino: *intercepiſſe Judicem*. GRAEV. Celeb. Burmannus tamen & Erneſti in aliorum conceſſere ſententiam, ac repoſuere *indice*: quod etiam in omnibus membranis, quarum excerpta habeo, quasve vidi, exaratur. Verum nusquam liquet, eum *Vettium* (ſic ſcribendum eſſe, non *Vettium*, ut librarii ſuo more ubique ſcripſere, poſt alios luculenter probavit Cl. Haverkamp. ad Morelli numos Familiarum) fuiſſe conjurationis *indicem*, qui fuit Curius, certe primus; cum quo indice ſimul Vettius accuſavit Caeſarem, tamquam conjurationis indicatae a Curio fuiſſet particeps. Alterius motus in Pelignis indicium ei tribuit Oroſ. L. VI. C. 6. Neque quidquam huc facit, quod Vettius quis in alia re fuerit *index*; ut Cap. 20. ubi nequaquam, ſicuti nec in Cicerone, *Judicem* eſt reponendum. Nam ex nullo ſcriptore, quod ſciam, probari poteſt, licet viri docti id temere adſumant, hunc Vettium Judicem, Equitem & Caeſaris accuſatorem A. DCXCII, & iſtum Vettium, ex Caeſaris inſtigatione indicem fictae conjurationis in ſe & Pompejum, fuiſſe eumdem hominem. De illo indice vide quoque Haverk. Ibidem p. 436. &c. Ab hoc autem accuſatore, & iſto indice, in carcere necato, ſive unus idemque homo ſit, nunc contra Caeſarem, tunc ab illo corruptus, ſive potius duo, diverſi ſane ſunt *T. Vettius Judex* in numis, & alius *T. Vettius Judex* A. DCXCV. praetor & ex praetura Africam ſortitus. Sed nihil inpedit, quo minus hic *L. Vettius* ejus propinquus eſſe potuerit, atque ex eadem familia. Librarii vero neſcientes, *Judicem* eſſe familiae nomen, hunc locum facile corrumpere potuerunt, praeſertim quia *Vettium indicem* legerant Cap. 20. Quare ego *Judice* malui, ut Caſaub. teſtatur eſſe in Viterb. Cod. atque ipſe reperi in Ed. Ven. A. 1471. Ceterum Burmann. recte docuit errare Torrentium, adfirmantem, Suetonium tot nominibus uti non eſſe ſolitum. Innumera exempla probant contrarium. Inſpice modo Berneggeri indicem in Nominibus *Caji*, *Lucii*, *Marci*, *Titi* &c. & in Aug. C. 4, 5. Porro in MS. Cort. ſupra legitur *inter Catilinae ſocios*, & in Vind. pr. *a Q. Curione*. Ceterum Erneſti cum nonnullis exiſtimat, Novium fuiſſe quaeſtorem de Catilinariis, ſed privatum tunc, & Caeſarem *majorem Magiſtratum* dici non reſpectu Novii; ſed quia erat praetor.

2 *Curius e Catil.* &c.] *Curio e Catilina ſe cogniſſe* vel *coguiſſe*. Ita S. certiſſimo indicio veteres libros ab Suetonio editos habuiſſe *cognoſſe*, quod admiſi, non *cognoviſſe*. GRON. *Curio* Vindob. pr. *Curio quidem per Catilinam* Medic. pr. & tert. in Copes. *a Curio quia per Catilinam*. In Harl. etiam *per Catilinam*. Quare conjici poſſet, *Et Curius quidem per Cat.* Certe *quidem* exſulare videtur. *Quidem* & *etiam* opponuntur, ut Graece μὲν, &

bat: Vettius etiam chirographum ejus Catilinae datum pollicebatur. Id vero Caesar nullo modo tolerandum existimans, quum, inplorato Ciceronis testimonio, quaedam se de conjuratione ultro ad eum detulisse, docuisset, ne Curio praemia darentur, effecit: Vettium pignoribus captis, & [1] direpta supellectile male [2] mulcatum, ac pro Rostris in concione paene discerptum, conjecit in carcerem: [3] eodem Novium Quaestorem, [4] quod compellari apud se majorem potestatem [5] passus esset.

XVIII. Ex

& δι. ut C. 52. *Quem* quidem *nonnulli similem Caesari tradiderunt; M. Antonius* etiam *agnitum ab eo adfirmavit.* vel junctim ponuntur. vide in Aug. C. 4, 17. *Ampla* &c. *Et neptis* quidem *suae profuse ab eo exstructam* etiam *diruit ad solum.* in Tiber. C. 25. *Germaniciani* quidem etiam &c.

1 *Direpta supellectile.*] *Suppellectile* S. GRON. Pin. *directa.* Equidem quid sit *dirigere* aliquando, non ignoro, & docet Salmasius in Historia Augusta: *directariorum* quoque nomen frequens in corpore Juris Romani. Tamen hic non arbitror contra reliquorum codicum consensum quid mutandum. SCHEFFER. *directa* etiam Vind. pr. corrupte. Alii voluere *dirupta.* Recte explicuit locum Torrentius de vi turbulenta, per quam in pignorum captione illa vel a lictoribus vel a plebe dilacerata & spoliata sunt, ut sic apud Cic. L. III. de Or. C. 1. contra jus *caesa* & *direpta* occurrunt, V. & Kustnerum de Pign. Capiendis.

2 *Multatum.*] Omnino scribendum ex MSS. *mulcatum*, hoc est, male habitum, pulsatum, verberatum. Phaedrus:

Male mulcatus graculus
Redire moerens coepit ad proprium genus.

ubi quoque male *multatus* in editis, sicut innumeris aliis locis, ut Victorius, Lambinus, Gronovius pridem monuerunt. Sic & Cod. Salmas. & statim ante idem, *suppellectile.* GRAEV. *Mulcatum.* Ita S. vulgo *multatum.* GRON. Vell. L. II. C. 70. *fugatum ac* male mulcatum. Ubique librarii & Edd. Vett. pro hoc verbo obtruserunt *multatum* vel *mulctatum.* V. Duker. ad Liv. L. III. 11. Mulcatus *nudatusque abibat*, & Soceri notas ad Val. Max. L. 1, 7, 4. *Servum verberibus* mulcatum. Frustra alterum defendit Torrentius. Idem error MSS. plerosque & Edd. plurimas occupavit in Appulejo L. IV. Met. p. 64. *Pedum* posteriorum *calcibus jactatis in eum crebriter, jam* mulcato *graviter atque jacente, contra* proclivum *montis adsigui fuga me liberavi.* Sic enim locus ille e melioribus membranis est legendus. Vulgo *posterioribus*, & *proclive.*

3 *Eodem.*] Vindob. pr. *eodem modo*, uti in aliis. Sed male. Si quid mutandum, non displicet Casauboni conjectura *eodem* &: Verum adi Burm. in Add. Barth. Adverss. L. XLV, 1.

4 *Quod compellari.*] Edd. per Burmannum citatis accedunt Mediol. Cald. *eo q.* Ut saepe junctim occurrit pro *ideo quia.* V. me ad Caes. L. 1. B. G. C. 23. *Sive* eo quod *re frumentaria intercludi posse confiderent.*

5 *Passus esset.*] Pin. *jussus esset* pro *jussisset.* Quod esset simile illi

pro-

XVIII. Ex praetura [1] ulteriorem ſortitus Hiſpaniam, retinentes creditores interventu ſponſorum removit: ac neque more, neque jure, antequam provinciae [2] ornarentur, profectus eſt: incertum, metune judicii, quod privato parabatur, an quo maturius ſociis inplorantibus ſubveniret. Pacataque provincia, pari feſtinatione, non exſpectato ſucceſſore, ad triumphum ſimul conſulatumque deceſſit. Sed quum [3] edictis jam comitiis ratio ejus haberi non poſſet, niſi privatus introiſſet urbem, & ambienti, ut [4] legibus ſolveretur, multi

provocatus eſſet apud Flor. Lib. II. Cap. 17, 11. probato a Salmaſio, de quo Freishemius eo loco. In margine tamen adſcripta fuit lectio recepta. SCHEFFER. V. ad Aug. C. 21.

1 *Ulteriorem.*] Vindob. pr. *majorem.* Mox alter cum Cort. *int. novorum ſponſorum.*

2 *Ordinarentur.*] Nihil certius quam ſcribendum ex libris Lambini & Urſini: *ornarentur.* Mirum dubitare Turnebum, Torrentium, Gruterum. GRAEV. *Ordinarentur.* S. GRON. Si excipias Lambini & Urſini libros, omnes hucusque viſi Codices manu exarati & Edd. Vett. habent *ordinarentur.* Nihilominus *ornarentur* eſſe reſcribendum, verbo illi Senatus actioni proprio, viri docti abunde probarunt, & in his Sigon. L. II. C. 1. de J. Prov. & ſimul frequentiſſimam in hoc verbo eſſe corruptionem oſtenderunt, qualem videbimus quoque C. 55. & in Aug. C. 12. In Medic. pr. exaratur *ordirentur*, ſuperſcripto *na*, ſi bene Clar. Gronovius enotavit. Ceterum de tempore, quo Caeſar Roma abierit, vide Cl. P. Weſſel. Probab. p. 376.

3 *Edictis comitiis.*] Bene hoc cum J. Cruceo T. 1. Syll. Crit. Grut. p. 689, reſtituerunt Torr. & Caſaub. pro *editis*, quod meorum ſoli dant Vindob. pr. Cort. Edd. Med. Cald. In reliquis, item Petiz, Harl. & Ed. Camp. eſt *edictis*, ut & debet. *Edere comitia* non dicitur, ſed *edicere.* V. Drak. ad Liv. III, 37. *Conſulibus creandis comitia ediderentur.* Qua auctoritate Junker. ediderit *indictis*, neſcio: licet alibi ita quoque variare libros, notum ſit.

4 *Legibus ſolveretur.*] Non niſi una lege ſolvi cupiebat Caeſar, qua vetabatur abſentis petitoris ratio haberi. Sed Livius, Cicero aliique veteres ſic loquebantur. *Legibus ſolvi* dicebatur, qui una tantum lege ſolvebatur. Inde quoque locutio illa manavit Principem legibus eſſe ſolutum, non quod omnibus legibus ſit ſolutus, ſed certis quibusdam, quae in antiquo monumento, quo in Veſpaſianum conferuntur omnes illi honores & immunitates, quae deceſſoribus erant a ſenatu & populo tributae, notantur. Peſſime poſtea prolapſa omni vetere diſciplina & libertate hoc loquendi genus interpretati ſunt jurisconſulti, & illos ſecuti civilis prudentiae doctores, quaſi princeps nullis legibus, niſi naturalis juris & gentium teneretur. Tales principes veteribus Platoni, Ariſtoteli, & ceteris Philoſophis dicebantur tyranni. Sed de his uberius hic agere non licet. GRAEV. Quem conſule quoque ad Cic. Phil. II, 13. *Cur M. Brutus, te referente, legibus eſt ſolutus?*

1 *Con-*

ti contradicerent, coactus est, triumphum, ne consulatu excluderetur, dimittere.

XIX. E duobus [1] consulatus competitoribus, L. [2] Lucceio, M.que Bibulo, Lucceium sibi adjunxit; pactus, ut is, quoniam inferior gratia esset, pecuniaque polleret, numos de suo, communi nomine, per centurias pronunciaret. Qua cognita re optimates, quos metus ceperat, nihil non ausurum eum in summo magistratu, concordi & consentiente collega, auctores Bibulo fuerunt tantumdem pollicendi: ac plerique pecunias contulerunt, ne Catone quidem abnuente eam largitionem [3] e Rep. fieri. Igitur cum Bibulo consul [4] creatur. Eamdem ob causam [5] opera optima-

1 *Consulatus competitoribus.*] Prima vox plane est supervacua, quam nullus dubito, e margine in textum irrepsisse; quapropter delendam censeo non solum auctoritate MS. Torrentiani; sed & Edd. primarum Romanarum, a quibus itidem abest.

2 *Lucejo.*] Ita & mox *Lucejum* vulgo edi videas; quod miror etiam fieri ab iisdem viris egregiis, qui semper in Ciceronis Ep. ad Att. & Fam. contextu exhibuerunt *Luccejus* per duo *cc*, uti in Caes. L. III. B. Civ. c. 18. Plin. VII, 48. Atque ita scribendum esse hoc nomen evincunt quam plurimae Inscriptiones, quamvis non nesciam, in aliis etiam exhiberi *Lucejus*. Confer Victorium jam laudatum a Cl. Drak. ad Epit. Liv. LXXV. Solus Medic. sec. hic *Luccejo*, & *Luccejum* servavit. Dein *qua re cogn.* Cort. & *optumates* Memm. Cod. ut monuit Gron. Mox *pollicenti* Medic. duo.

3 *E rep.*] Sive in Reip. usum ac bonum. Quod ne verbulo quidem monuissem, nisi in Germanica Junk. Ed. vidissem editum *a rep.* cum explicatione *ex aerario publico*; quo facit lectio Cod. Pin. Vind. sec. & Cortiani *aere publico*. Sed contra historiam & Suetonii mentem. Non ex aerario, in quod iis nullum jus erat, optimates, sed *de suo* pecunias contulerunt, quibus largitionem Luccei & Caesaris vinceret Bibulus.

4 *Creatur.*] Sic etiam Salmas. Cod. non *creatus est*: GRAEV. GRON. Item Vindob. uterque, Medic. tert. Cort. & Ed. Mediol. In primis Romanis *creatus* sine τῷ *est*. V. Torrent. & Casaub. Designatus autem est Cos. A. DCXCIV. Coss. L. Afranio & Q. Caecilio Metello Cretico, ut omnes Fasti & auctores docent. Unde illustrandus est Vellejus L. II. C. 44. *Hoc igitur Cos. inter eum & Cn. Pompejum & M. Crassum inita potentiae societas* &c. ubi male viri docti *Cos.* capiunt de *Caesare*; cum *Metellum* intelligat auctor, de quo egerat C. 40. cui, reliquis capitibus de praecedente Caesaris vita per excursum insertis, nunc sequentia connectit; *Hoc igitur Cos.* Non ergo peccat Vellejus, ut scribit doct. J. Masson. in V. Hor. p. 17. ad verba *motum ex Metello Cos. civicum.*

5 *Opera optimatibus data est.*] Cod. Salmas. & Rob. Steph. *opera ab optimatibus data est.* Sed vulgata non improbanda. sic mox: *Campum Stellatem majoribus consecratum*, pro

timatibus data eſt, ut provinciae futuris conſulibus minimi negotii, id eſt, ſilvae [1] callesque, decernerentur. Qua maxime injuria inſtinctus, omnibus officiis Cn. Pompejum [2] adſectatus eſt, obſenſum patribus, quod Mithridate rege victo [3] cunctantius confirmarentur acta ſua: Pompejoque

pro a majoribus. Tac. I. 1. *Veteris populi Romani proſpera vel adverſa claris ſcriptoribus memorata.* GRAEV. *Ab optimatibus.* Ita S. vulgo abeſt praepoſitio contra MSS. fidem, quidquid Torrentius tantum de duobus teſtetur. GRON. *Ab* certe addunt Medic. & Vindob. omnes, ac Cort. cum 2 Burm. & Ed. Camp. aliis. Sed tamen non comparet in Voſſ. Periz. Hulſ. Edd. Ven. pr. Med. aliisque. Quare illam praepoſitionem rurſus intrudere nolui contra alia Suetonii loca. C. 85. *ludos conſecratos ei.* In Aug. C. 1. *Ara Octavio conſecrata;* ubi V. Bernegg. C. 31. *Annum divo Julio ordinatum;* ut in nonnullis. Tac. L. XV. Ann. 41. *Aedes Statoris Jovis vota Romulo. Optimatibus* non tertius modo, ſed & ſextus eſſe caſus poteſt. V. omnino Cl. Drakenb. ad Liv. L. VI. C. 11. *M. Furio recuperari patria potuerit*, & quos laudavi ad Hirt. B. Afric. C. 78. *Quo rem geſtam ſcripſimus.* Mel. L. III. C. 6. *Geryone habitatam inſulam.* Et ſic capi debet Horatius L. I. O. 5. *Scriberis Vario — Maeonii carminis alite* ſive a Vario Epici carminis poëta: ut bene vidit Baxterus. Varie ineptiunt illic viri docti. Auſon. in Monoſticis de mortibus Imperatorum vſ. 7. *Saevo proſtratus Othone.* Verum uterque Cod. Voſſ. in quibus eſt unus aetatis venerandae, *Othoni.* Ex eodem vetuſtiſſimo codice inſcriptio illic primi carminis eſſe debet *de ordine Imperiorum. Imperia* dixit pro ipſis Imperatoribus. ut Epigr. 4. ubi vide Vinet. & Ill. Bouhier. ad Petron. Carm. de B. Civ.

Imperii deſerto nomine.

1 *Callesque.*] Prave ſolita variatione in Med. pr. a m. pr. & Med. ſec. Pinell. *collesque.* V. Comm. hic & ad Tac. Ann. IV. 27. 3. *cui Provincia vetere ex more* calles *evenerat.* Scil. adverſus latrocinia, & publicae ſecuritatis cauſſa. Tum *diſcerner.* Vind. pr. & Edd. Med. Cald. Dein *qua maxima*, ut Graevius in ſec. & tert. Ed. edidit, inveni in Cortianis Excerptis. Item *inſtructus* in Med. pr. ſed correctum a Politiano. Adi Burm. & Erneſt.

2 *Adſectatus eſt.*] Cod. Salmaſ. *adſecutus eſt* GRAEV. GRON. Peſſime. V. Burm. Mox *infenſum patrib.* Cort. Exc. e Gloſſa. Adi ſis Torrent. & Comm. ad Galb. C. 16. *ordinibus offenſ.* Burm. ad Epiſt. Cydippes vſ. 48. item Paſſer. & Broukh. ad Propert. III, 6. in f.

Cui nunc ſi qua data eſt fraudandae copia noctis,
Offenſa illa mihi, non tibi amica dedit.

Contra in Galb. C. 3. *ob repulſam conſulatus infenſus Julio Caeſari*; in aliis *off.* ubi V. Burm. & Drak. ad Liv. VII, 27. 7.

3 *Cunctantius.*] Uterque Vindob. & Cort. Ed. Camp. *cunctatius*, male omiſſa virgula, vulgari nota litterae *n.* poſitivus enim eſt *cunctanter*, non *cunctate*, cujus exemplum nondum ſcio: licet aliquot MSS. & Edd. Vett. item R. Steph. quoque exhibeant in Val. Max. L. IX. C. 3. §. 8. *Cunctatius daret:* quod Socer monere operae pretium non duxit. Appul. de Deo Socr. p. 53. Ed. Elm. *Cunctantius credere:* ubi itidem in multis *cunctatus* vel *contatius.* adde Burm. & Drak. ad Liv. V. 48. Aliud eſt *feſtinatius* in MSS. infra in V. Aug. C. 29. Hoc enim

que M. Craſſum reconciliavit, veterem inimicum ex conſulatu, quem ſumma diſcordia ſimul geſſerant: ac ſocietatem cum utroque iniit, ne quid ageretur in Rep., quod diſplicuiſſet ulli e tribus.

XX. Inito honore, primus omnium inſtituit, ut tam [1] ſenatus, quam populi diurna acta [1] confie-

enim a *feſtinato* deſcendere poteſt, ut *feſtinantius* a *feſtinanter*. De adjectivo comparativi gradus *cunctatior* videbimus ad Cap. 60. in fine Cap. *ulli ex tr.* Vind. pr.

1 *Senatus quam populi diurna acta.*] Actorum antiquiſſimorum ſenatus, anni nimirum 585. exemplum illuſtre mihi non ita pridem ex Britannia miſit virtute & doctrina in primis conſpicuus Vir, J. Lock, quem & honoris & amoris, quo eum proſequor, cauſſa nomino. Scribit id ſecum communicaſſe Illuſtriſſimum Comitem de Carbury excerptum ex perantiquo codice.

V. K. APRILES.

FASCES. PENES. AEMILIVM.
BENE. MANE. SACRIFICAVIT. AD. APOLLINIS. OVE. FECIT. LAVREATVS.
HORA. OCTAVA. SENATVS. COACTVS. IN. HOSTILIA.
SC. FACTVM. VTI. Praetores EX. SVIS. PERPETVIS. EDICTIS. IVS. DICERENT.
Q. MINVTIVS. SCAPVLA. ACCVSATVS. DE. VI. A. P. LENTVLO. APVD. CN. BAEBIVM. PR. VRB.
DEFENSVS. A. C. SVLPICIO. SENTENTIIS. CONDEMNATVS. XV. AMPLIATVS. XXXII.

IV. K. APRILES.

FASCES. PENES. LICINIVM.
FVLGVRAVIT. TONVIT. ET. QVERCVS. TACTA. IN. SVMMA, VELIA. PAVLVM. A. MERIDIE.
RIXA. AD IANVM. INFIMVM. IN. CAVPONA. ET. CAVPO. AD. VRSVM. GALEATVM. GRAVITER. SAVCIATVS.
C. TITINIVS. AEDILIS. PL. MVLTAVIT. LANIOS. QVOD. CARNEM. VENDIDISSENT. POPVLO. NON. INSPECTAM.
DE. PECVNIA. MVLTATICIA. CELLA. EXTRVCTA. AD. TELLVRIS. LAVERNAE.

III. K. APRILEIS.

FASCES. PENES. AEMILIVM.
LAPIDIBVS. PLVIT. IN. VEIENTI.
POSTVMIVS. TRIB. PL. VIATOREM. MISIT. AD. COS. QVOD. IS. EO. DIE. SENATVM. NOLVISSET. COGERE.
INTERCESSIONE. P. DECIMI. TRIB. PL. RES. EST. SUBLATA.
Q. AVFIDIVS. MENSARIVS. TABERNAE. ARGENTARIAE. AD. SCVTVM. CIMBRICVM. CVM. MAGNA. VI. AERIS. ALIENI. CESSIT. FORO. RETRACTVS. EX. ITINERE. CAVSSAM. DIXIT. APVD. P. FONTEIVM. BALBVM. PRAET. ET. CVM. LIQVIDVM. FACTVM. ESSET. EVM. NVLLA. FECISSE. DETRIMENTA. IVS. EST. IN. SOLIDVM. AES. TOTVM.

PRID.

PRID. K. APRILEIS.
FASCES. PENES. LICINIVM.
LATINAE. CELEBRATAE. ET SACRIFICATVM. IN. MONTE. LABANO. ET. DATA. VISCERATIO
INCENDIVM. IN. CAELIOLO. INSVLAE. DVAE. ABSVMPTAE. SOLO. TENVS. ED. AEDES. QVINQVE. AMBVSTAE. QVATVOR
DEMIPHON. ARCHIPIRATA. CAPTVS. A. CN. LICINIO. NERVA. LEGATO. IN. CRVCEM. ACTVS
VEXILLVM. RVBEVM. IN. ARCE. POSITVM
SACRAMENTO. NOVO. ADLEGERVNT. IVVENTVTEM. IN. CAMPO. MARTIO

KAL. APRIL.
L. AEMILIO. PAVLLO. II. C. CLINIO. CRASSO. COS.
PAVLLVS. COS. ET. CN. OCTAVIVS. PRAET. PALVDATI. EGRESSI. SVNT. VRBE. IN. PROVINCIAM. MACEDONIAM. PROFECTI. INGENTI. ATQVE. INVSITATA. FREQVENTIA. PROSEQVENTE
. . . . . TOTA. SACRA. VIA.
EX. AEDIBVS. . . . VSQVE. AD. CARINAS. ET. SACELLVM. STRENIAE. MAGNA. CONSTERNATIONE. VICINORVM.
FVNVS. MARCIAE. SEX. F. CVM. MAIORE. POMPA. IMAGINVM. QVAM. FREQVENTIA. HOMINVM.
PONTIFEX. SEMPRONIVS, EDIXIT. MEGALESIA.

IV. NON. APRIL.
VER. SACRVM. VOTVM. DE. PONTIFIC. SENTENTIA. A. BOEBIO. PRAETORE.

LAVTIA. LEGATIS. AETOLVM. DATA. AERIS. GRAVIS. IN. SINGVLOS
DIMIDIVM. EIVS. COMITIBVS
M. AEBVTIVS. IN. PROVINCIAM. SVAM. SICILIAM. PROFECTVS. EST
EPVLVM. IN. FVNERE. MARCIAE. POPVLO. DATVM. A. FILIIS. EIVS. Q. ET. L. METELLIS. ET. LVDI. SCAENICI. FACTI.
CLASSIS. CARTHAGINIENSIS. OSTIAM. INGRESSA. CVM. TRIBVTO

III. NON. APRIL.
G. POPILIVS. LAENAS. C. DECIMVS. C. HOSTILIVS. LEGATI. MITTVNTVR. AD. REGES. SYRIAE. ET. AEGYPTI. AD. BELLVM. INTER. IPSOS. COMPONENDVM
LEGATI. BENE. MANE. CVM. TVRBA. CLIENTIVM. ET. PROPINQVORVM. SACRIFICARVNT. AD. CASTORIS. DIS. PENATIBVS. P. R. TAVRO. FECERVNT. ET. PERLITARVNT.
PONT. MAX. . . . . IN. AEDE. VESTAE.
L. L. V. V.

Priorum trium dierum acta debemus Generosissimo Comiti de Carbury, & ejus munere Cl. V. Lockio. Ceteros dies excerpsi ex annalibus Stephani Pighii, (ad A. DLXXXV.) qui antiquissimae hujus tabulae fragmentum inventum fuisse narrat inter schedas Ludovici Vivis, sibique communicatum a Jacobo Susio. Ex illis hoc antiquitatis pulcherrimum monumentum retulit quoque Reinesius in opus inscriptionum a se publicatarum. GRAEV. Haec Senatus, vel ut alii volunt, Pontificum acta ego olim, tum admodum adolescens, summi Graevii auctoritate abreptus credidi esse vera; Verum non diu

post

[1] confierent, & publicarentur. Antiquum etiam retulit morem, ut, quo menſe faſces non haberet, accenſus ante eum iret, lictores pone ſequerentur. Lege autem agraria promulgata, [2] obnunciantem

poſt didici, & alibi, ni fallor, monui, ſpuria omnino eſſe: utpote in quis quamplurima memorantur, antiquitati & hiſtoriae Romanae plane contraria, & prorſus conficta. Ex. Gr. illa faſcium alternatio penes Coſſ. ſingulis diebus eſt ineptiſſima: cum conſtet, in urbe penes unum eumdemque Cos, iis cerre temporibus, faſces fuiſſe toto menſe: ut omnes docent ſcriptores, & auctor ipſe commate ſeq. Verum actorum horum aliorumque, per H. Dodwellum in Append. praelectionum Cambdenianarum ex Voſſiano codice publicatorum & illuſtratorum falſitatem & conſutoris eorum pannorum ignorantiam invictis argumentis probavit Celeb. P. Weſſeling. Probab. C. 39. ſuffragante Cl. Dukero ad Liv. L. XLIV. C. 18. §. 6. Adde Cl. Erneſtium Excurſu primo. Neque in dubium rurſus vocare ac *reficerentur* conjicere debuerat doctiſſ. & politiſſimus Vir Chriſt. Saxius in Miſc. Nov. Lipſ. V. 11. P. IV. p. 638, ſe revocans paullulum V. III. P. II. p. 257. & in Obſervat. lapidariis ad Murator. Theſ. p. 66. Alii cenſent partim vera, partim interpolata eſſe. Tota ſuppoſititia eſſe credam: donec aenea tabula ipſa vere antiqua producatur. V. & Reineſ. Cl. IV. N. 2. Fabr. Inſc. p. 504.

1 *Conficerentur & publicarentur.*] Codex Salmaſ. *populi diurna acta confierent, & publicarentur.* quod non improbem. Hoc vocabulum quia rarius occurrit, notius ei fuit ſuppoſitum. Sed & in epiſtola Balbi apud Cic. VIII. ad Att. ubi vulgo legebatur: *Quomodo in hujusmodi re, commodius cadere non potuit, quam ut res ſine ſanguine conficeretur*, reſtituit ex priſcis Codicibus Victorius ὁ πάνυ, *quam ut ne ſine ſanguine confieret.* Et Sulpitius ad Ciceronem lib. IV. ep. 5. *Et ſi hoc genus conſolationis miſerum atque acerbum eſt: propterea quia, per quos ea confieri debet, propinquos ac familiares, ipſi pari moleſtia afficiuntur.* Lucret. lib V. verſ. 889.

Ne forte ex homine & veterino ſemine equorum.

Confieri credas Centauros poſſe.

GRAEV. *Confierent.* Ita S. vulgo *conficerentur.* GRON. Confirmatur τὸ *confierent*, quod Barth. jam L. XLVII. C. 2. e Vet. Cod. legi juſſit, varia lectione ad marg. Ed. Mediol. anno MCDLXXV. & MSS. Medic. tert. ac Vindob. ſec. quorum primus vitioſe praebet *confierentur*, alter a m. pr. *conficerent.* Atque ita conjeci, nec poenitet, in Caeſ. L. VII. B. G. C. 11. *Ea qui conficeret, C. Trebonium legatum relinquit. Ipſe, ut quam* primum iter confieret, *Genabum Carnutum proficiſcitur;* ac probavit Th. Bentlejus inſuper conjiciens *ut quam maturrime res confieret.* Hoccine eſt emendare, an interpolare auctores? V. illic plura. Reſtituendum etiam puto Appulejo L. II. de Dogm. Plat. in f. *Et primum quidem confieri*, quod referendum eſt ad ſuperius *eſſe.* MSS. illic *fit, conſit, configit, conſugit, confunditur.* Multus eſt in hoc verbo Hygin. in Aſtron. L. II. C. 20. *Quae fere veris tempore confiunt.* Sic leg. e. Voſſ. Cod. vulgo deeſt *fere.* L. IV. C. 1. *Aeſtatem confieri.* Ita MSS. non *confici* aut *fieri.* Adi illic Doctiſſ. A. V. Staveren, Rurſus MSS. C. 3. *Ver & autumnus confieri exiſtimatur.* Apud Plinium quoque ſaepe *conſit.* Lucret. L. III. 413. *Sine pernicie confiet eorum*, ex emendatione Lambini.

2 *Obnunciantem.*] Prave *abnunc.* Med. ſec. & Var. Lect. Ed. Mediol.

ciantem collegam armis foro expulit. Ac poſtero die in ſenatu conqueſtum, nec quoquam reperto, qui ſuper tali conſternatione referre, aut [1] cenſere aliquid auderet, qualia multa ſaepe [2] in levioribus turbis decreta erant, in eam coëgit deſperationem, ut, quoad poteſtate abiret, domo abditus nihil aliud, quam per edicta obnunciaret. Unus ex eo tempore omnia in republica, [3] & ad arbitrium adminiſtravit: ut nonnulli urbanorum, quum quid [4] per jocum teſtandi gratia ſignarent, non *Caeſare & Bibulo*, ſed [5] *Julio & Caeſare coſſ.* actum ſcriberent,

diol. pr. Mox *conqueſtus* Edd. Rom.

1 *Cenſere aliquid.*] Ultima vox non comparet in Vindob. pr. Et ſane, ſi abeſſet, nemo deſideraret. Nullus erat in ſenatu, qui jus relationis habens *referre* ad illum ſuper tali conſternatione; nullus etiam, qui extra relationem ſuper ea *cenſere*, ſive ſententiam proferre audebat, cui reliqui adſentiri verbo vel nutu aliove modo poſſent. Sic abſolute *referre* & *cenſere* ſaepiſſime occurrit. In Aug. C. 35. *Ac ſi cenſendum magis, quam adſentiendum eſſet.* Tib. C. 4. *de praemiis referendum cenſuit.* Per *aliquid* tamen intelligi poteſt modus aliquis, vel aliquod remedium de turbis iſtis coercendis & componendis. Adi Comment.

2 *In levioribus turbis.*] Non auſim penitus damnare hanc lectionem, quam multi & optimi Codd. & margo Ed. Mediol. cum Barth. Adverſ. L. XLVII. C. 2. confirmant. Sed tamen, quoniam plerique Codd. Caſaub. Torr. aliorumque, uti & Medic. ſec. Vindob. ſec. Periz. Harl. Voſſ. Cort. & Edd. antiquae ad Baſileenſes usque oſtentant *culpis*, ſuſpicio mihi nata eſt, an non antiquitus ſcriptum fuerit *tumultibus*, e cujus vocis litteris non ſatis claris enaſci potuit gemina lectio *turbis* & *culpis*. Dein *poteſtatem* Pin.

3 *Et ad arbitrium.*] Copula non primum a Graevii Ed. abeſt, ſed jam ab ipſa Caſauboni Ed. A. 1610. neque Salmaſius ad eam quidquam e Memmiano adnotavit: ut ſuſpicari fas ſit, eam nec in illo Cod. reperiri, uti & abeſt Ed. Schild. aliisque. Sed ceteri MSS. agnoſcunt.

4 *Per jocum teſtandi gr.*] Non audiendus eſt Torrentius, qui haec verba invertit. Fuit tota illa teſtatio jocoſa, & genus libelli, quo publica vitia traducebantur, ut docet Gronovius IV. de Pec. Vet. C. IX. quem vide: GRAEV. At Lipſio, Torrentioque ſubſcribit Erneſti, cenſens, in rebus ſeriis urbanos iſtos eum adhibuiſſe jocum; alioquin longe aliter Suetonium fuiſſe locuturum. Sed rebus ſeriis talis jocus eſt indecorus, & inlegitimus.

5 *Julio & Caeſare.*] Medic. pr. *Caeſare & Julio.* Rectius. *Julio* ridiculi gratia ſcripſerunt pro *Bibulo*. Sic Dio L. XXXVIII. p. 63. Τὸν δὲ δὴ Καίσαρα δύο τῷ ἀνομαζον τῷ ψευδωνύμῳ, Γαΐόντα Καίσαρα τὸ Ἰούλιον Καίσαρα ὑπατεύοντα λέγοντες. Nam ſeqq. verba *bis eumdem praeponentes nomine atque cognomine* Torrentius, edens contra MSS. *propon.*, pro adulterinis habet, qui eam ſententiam mutaſſe videtur a Lipſio, qui illam margini adleverat: neque repugnat Caſaub. Mox *utique vulgo* in Cod. Salm. & *quiddam* etiam Vind. ſec. Cort. Edd. Camp. Burm. De campi Stellatis, quae

rent, bis eumdem praeponentes nomine atque cognomine: utque vulgo mox ferrentur hi verſus:

Non Bibulo quidquam nuper, ſed Caeſare factum eſt:
Nam Bibulo fieri conſule nil memini.

Campum Stellatem majoribus conſecratum, agrumque Campanum ad ſubſidia reip. vectigalem relictum, diviſit extra ſortem, [1] ad XX milibus civium, quibus terni pluresve liberi eſſent. Publicanos remiſſionem petentes, tertia mercedum parte relevavit: ac ne in locatione novorum vectigalium inmoderatius [2] licerentur, propalam monuit. Cetera item, quae cuique libuiſſent, dilargitus eſt, contradicente nullo, ac, ſi conaretur quis, abſterrito.

agri Campani pars erat, conſecratione, qua illum per ſacrata jura addixerunt publico in perpetua reip. vectigalia, per majores facta, vide hic Cl. Burm. & de Vectig. C. 1, 2. Cic. 1. Agr. 2, 6. Phil. 11. 39. & Comm. Capua vero, quae ex bello Punico ſec. fuerat praefectura, *civitas* rurſus & *colonia* eſt facta. V. Dion. p. 62. Comm. ad Vell. L. 11. 44. *Stellatum* Medic. pr. Ed. Camp.

1 *Ad* XX *milibus civium.*] Recepi lectionem Caſauboni emendantis: *ad* XX *milibus civium*, hoc eſt, circiter viginti milibus. Inferius c. 25. de Gallia: *patetque ad bis & tricies centum milia paſſuum.* In Octav. c. 16. *Ad* XX *ſervorum milibus manumiſſis & ad remum datis.* ubi quoque perperam in editionibus vulgatis *ac* legitur. Siſenna: *Ad binum milium numero ſauciis utrimque factis.* Firmat hanc ſcripturam Codex Salmaſ. & Roberti Stephani editio. ſed & Gronovius eam probavit, quem vide lib. 1. cap. 7. de Pecunia vetere. GRAEV. *Ad* XX. Ira S. vulgo *ac* XX. GRON. Nonnulli librarii videntes, vulgare *ac* nullum idoneum praebere ſenſum, nec intelligentes *ad* per ellipſin pro *circiter* poni, ejecerunt vel omiſerunt; ſicut exſulat ab uno Torr. a Periz. Cort. Ed. Rom. Andreae; probantibus minus bene Torrentio & Erneſtio; quia nullum producitur exemplum, quo *ad* conjungatur *militibus.* Vide ad C. 41. *Ad* CL *milia retraxit.* & ad C. 68. Item J. F. Gron. ad Plaut. Epid. 11, 2, 111. Comm. ad Liv. X, 17. ad Caeſ. L. 111. B. Civ. C. 53. de re ipſa adi Caſaub. In Vindob. pr. exaratur *ac* XX *milium civibus.*

2 *Licerentur.*] Med. duo & Ed. Camp. *ducerentur.* Ceterum *nova vectigalia* dicit auctor, non quod omnino nova tunc inpoſita ſunt, hucusque non cognita, nec etiam pro *nova locatione* poſuit: ſed quia intra quinquennium mutata provinciarum ratione, etiam vectigalium ratio mutari & innovari debuit. Mox *autem* Vind. pr. pro *item*, & inferius *accederet* perperam Vind. uterque cum Ed. Camp. &c. ſolita variatione pro *accid.* quod emendavit primus J. Cruceus T. 1. Fac. Crit. p. 689. Jam legitur pro Var. Lect. in Mediol. pr. Vide in Claud. C. 10. Non. in voce *deſubito.* Ter. Hec. 111, 3. 18. & paſſim.

1 *Tra-*

rito. M. Catonem interpellantem extrahi curia per lictorem, ducique in carcerem juſſit. L. Lucullo, liberius reſiſtenti, tantum calumniarum metum injecit, ut ad genua ultro ſibi adcideret. Cicerone in judicio quodam deplorante temporum ſtatum, P. Clodium inimicum ejus, fruſtra jam pridem a patribus ad plebem tranſire nitentem, eodem die horaque nona [1] transduxit. Poſtremo in univerſos diverſae factionis [2] inductum praemiis, ut ſe de inferenda Pompejo nece ſollicitatum a quibusdam profiteretur, productusque pro roſtris auctores ex compacto nominaret: ſed uno atque alte-

1 *Traduxit.*] Idem Codex S. & Rob. Steph. *horaque nona transduxit.* Sic & alibi & alii libri veteres *transduxit* pro *traduxit* ſcribunt. GRAEV. *Transduxit*, Ita S. vulgo *traduxit*. Sic C. 14. GRON. Nec aliter Medicei omnes, Vindob. ſec. Cort. Periz. Harl. Voſſ Edd. Camp. Ven. pr. Med. &c. ut ubique in membranis antiquis. Supra *eodemque*, uti in aliis, ſic etiam in Med. pr. exaratur.

2 *Induxit Vettium praemiis.*] Accepi hanc lectionem ex Codice Cujacii cum aliis. In codice Salmaſii legitur: *inductum praemiis, ut ſe.* Rob. Steph. editio, *induxit praemiis.* GRAEV. *Inductum praemiis.* Ita S. vulgo probant fruſtra *induxit Vettium praemiis.* Ne quaeſo tantum tribuatur uni libro contra omnes alios nequaquam inferiores. GRON. MSS. omnes cum Edd. Vett. *inductum praemiis*, quod repoſui. Urſinus autem ex conjectura legerat *induxit Vettium*, eamque in Cujacii codicis marginem puto receptam; non in antiquo contextu reperiri, ſicuti conſpicitur verbum *induxit* in marg. Ed. Mediol. pr. Lipſius *inducit Vettium.* Verum conſtat quidem, Vettium profeſſum eſſe, ſe de inferenda Pompejo Caeſarique nece a quibusdam ſollicitatum eſſe: At nequaquam conſtat, nec Romanis patuit, eum hominem fuiſſe inductum a Caeſare, ſed potius a Vatinio; adeoque Suetonius tam adfirmate ſcribere nequivit *induxit Vettium*: ſicuti non ſolet in rebus dubiis. Adi, quaeſo, Cic. 11. ad Att. Ep. 24. In Vatin. C. 11. Plut. in V. Luc. p. 528. Dion. L. XXXVIII. p. 63. Appian. L. 11. de B. Civ. p. 434. Ed. Steph. *Vettii* tamen nomen hinc abeſſe non poteſt, ne de *Clodio* capiatur locus. Quare exiſtimo, poſt vocem *factionis* intercidiſſe τὸν *Vettium inmiſiſſe*, vel *ſubornaſſe*, aut ſimile verbum, rectum ab ultima Capitis voce, *creditur*: ut duplex fuerit corruptionis cauſſa; Litterarum adfinitas in *factionis* & *Vettii* ex librariorum ſcriptura; ac longa verbi perſonalis remotio. Sic tamen Nominativus interpoſitis Acculativis. & Infinitivis longiſſime abeſt a verbo *inquit* in Cap. 49. *Cicero* &c. Item C. 81. *Qui cunctati* &c. &c. &c. *praetulerunt.* In Aug. C. 79. *dentes raros* longiſſime a verbo *habuit.* In Tib. totum fere Caput 49. pendet a τοῖς *ſatis conſtat.* Vide & Calig. C. 4. item Vitell. C. 1. Domit. C. 10. Alioquin facile quis conjiciat etiam elapſum eſſe *fertur*, *traditur*, ſed me haud adſentiente. Torrentius ſolummodo ſervans *inductum* ejecit mox τὸ *ſed*, ut cum *indicem* conjungatur. Judicet, ampliusve cogitet lector. Mox *productoque* Vindob. pr.

altero fruſtra, nec ſine ſuſpicione fraudis, nominatis, deſperans tam praecipitis conſilii eventum, intercepiſſe veneno [1] indicem creditur.

XXI. [2] Sub idem tempus Calpurniam, L. Piſonis filiam, [3] ſucceſſuri ſibi in conſulatu, duxit uxorem, [4] ſuamque, Juliam, Cn. Pompejo collocavit, repudiato priore ſponſo Servilio Caepione, cujus vel praecipua opera paullo ante Bibulum inpugnaverat. Ac poſt novam adfinitatem, Pompejum primum rogare ſententiam coepit, quum Craſſum ſoleret; eſſetque conſuetudo, ut, quem ordinem interrogandi ſententias conſul Kalendis Januariis inſtituiſſet, eum toto anno conſervaret.

XXII. Socero igitur generoque ſuffragantibus, ex omni provinciarum copia Gallias potiſſimum elegit, [5] cujus emolumento & opportunitate idonea

1 *Indicem.*] Cl. Graev. ad C. 17. ſcribit *Judicem*, uti in MSS. aliquot eſſe teſtatur Caſaub. & in Ed. Lugd. Burmannus. Male ſi quid video. A Cicerone & aliis hic diſerte vocatur *noſter ille index*; nec adparet, eumdem eſſe illi, qui ante IV annos ipſum Caeſarem accuſavit, aut ex eadem familia fuiſſe. Adi d. l.

2 *Sub idem.*] Vindob. pr. Edd. Rom. *ſ. id.* & MSS. O. de more vitioſo, *Calphurniam* vel *Calfurniam*.

3 *Succeſſuri ſ. in conſulatu.*] Uti hic, ita in ſexto caſu editur Cap. 29. *Qui fratri ſuo Marco in conſulatu ſucceſſerat.* Sed vehementer dubito, an ſatis Latine ſit dictum pro quarto caſu *in conſulatum*. Ego certe hic cum Mediceis pr. tert. & Copeſiano, item altero loco cum Hulſiano malim *conſulatum*. Ovid. L. XI. Met. vſ. 227.

In *ſuaque Aeaciden ſuccedere* vota *nepotem Juſſit*,

L. XV, 199.

In ſpecies *ſuccedere quattuor annum*.

Curt. L. VIII. C. 6. §. 15. & 18. *Succedere* in ſtationem. Juſtin. L. VI. C. 1. In locum *omnium ſolus ſucceſſit*. C. 3. In *adfinitatis* jura *ſuccedit*. Et ſic paſſim alii, niſi ſi jungant tertio caſui, ut *ſucceaere regno, muneri* &c. Quod ſi igitur retineatur, inter peculiares Suetonio dicendi formulas eſt & haec referenda; qualis illa in Aug. C. 25. *Nihil autem minus in perfecto duce convenire*, pro *duci* vel *in ducem*. Immo ſic plane in Galba C. 6. *ut in eo* (ſc. conſulatu) *ipſe Domitio ſuccederet*. ſed & ibi tamen a nonnullis abſunt *vel in eo*.

4 *Suamque.*] Pin. *filiamque J.* an ſcripſit utrumque *ſuamque filiam Jul.*? SCHEFFER. Vindob. pr. *filiamque*, & mox *oppugnaverat*. Dein *ac primo nova affinitate* corrupte in Edd. Rom. utraque. Tunc *primo rog.* Vindob. ſec. Cort. Item *Craſſus* in marg. Ed. Mediol. *fileret* male Medic. pr. ac tandem *Kal. Jan. Conſul* idem & tert.

5 *Cuivis em. e. o. idoneas & mat.*] Quum ſuboluiſſet viris doctiſſimis hunc locum hiulcum eſſe, nec pro nitore Suetonii procedere illa vulgata *cujus emolumento & opportunitate idonea ſit materia triumphorum*, ten-

nea ſit materia triumphorum. Et initio quidem Galliam Ciſalpinam, Illyrico adjecto, lege Vatinia accepit: mox per ſenatum, Comatam quoque; veritis patribus, ne, ſi ipſi negaſſent, populus & hanc daret. Quo gaudio elatus, non temperavit, quin paucos poſt dies frequenti curia jactaret, invitis & gementibus adverſariis adeptum ſe, quae [1] concupiſſet; proinde ex eo inſultaturum omnium capi-

tentarunt quidem hunc locum, ſed non emendarunt, quod opinor huic editioni primum contigiſſe, & vel ideo eam gratam fore. GRON. Quam varie hic corruptus & difficillimus locus a doctis viris tentatus, & in quam varias formas verſatus, & quam multiplicibus modis ſit explicatus, videri poteſt in majoribus Caſauboni & Graevii, Butmannique, & Erneſti editionibus. Ac mihi quidem videntur illi minime omnium ad veram lectionem acceſſiſſe, qui retinere voluerunt *cujus*, ut vel *provinciae*, vel *terrae* in genere ſubintelligatur, uti Boxhornius & Perizonius, nimis acerbe Gronovianam in conjecturam invectus, fecerunt: aut illi qui contra omnes MSS. & Edd. ac mentem Suetonii *Galliam* repoſuerunt. Nam pro ſuo more Suetonius prius totum propoſuit in genere, & tunc per ſpecies ſingula perſecutus eſt. *Gallias* igitur *elegit*, quarum *Ciſalpinam* accepit a *populo*, *Comatam* a *Senatu*. Quare, omnibus conjecturis ſedulo perpenſis & excuſſis, mihi maxime placet Cl. J. Gronovii conjectura, ut manu exaratorum Codd. ſcripturae proxime accedens, & idoneum ſenſum habens; quam propoſuit quoque vir doctus in Miſc. Obſ. V. VI. p. 603. bene addens, *ſed hoc forte ante me alius*. Unice tamen mallem vocem *idoneas* poſitam poſt *emolumento*. quando nec conſtructio erit turbata, & clara exibit ſententia. Elegit Gallias, *idoneas cuivis emolumento*, i. e. commodo & utilitati cuilibet, ex illis ad conatus ſuos efficiendos capiendae, & *opportunitate & materia triumphorum*, ſive tam per ſitum regionum Italiae proximarum, quam per materiem triumphorum ob devictas bellicoſas iſtas gentes & acceptas victorias, quas animo concipiebat de bono ſucceſſu certus. *Emolumentum* proprie quidem eſt res magni moliminis. V. quae colſegi ad Caeſ. L. I. B. G. C. 34. Sed dein ſignificare quodvis lucrum & commodum, neſcit nemo. Sic noſter ait in Aug. C. 25. *Quum major emolumenti ſpes quam damni metus.* Juſt. 1, 9. *Ad belli emolumentum pertinere ratus.* Et quis non? *Opportunitate* hic non deſignatur temporis occaſio, vel rerum gerendarum bona conditio, ut alibi ſaepe: ſed ſitus loci, ut bene etiam capit Cl. Burm. tam pag. 51. quam in Add. quae non inſpexiſſe Cl. Erneſti videtur. V. in Aug. C. 32. Caeſ. L. III. B. G. 12, 19. Sall. B. Jug. C. 47. *Si paterent opportunitates loci:* ubi adi Cort. Simulac *cuivis* abiit in *cujus*, quo nihil eſt facilius, deſiderarunt librarii verbum: unde ex *idoneas* & promptum erat facere *idonea ſit*. Eam vero corruptionis eſſe cauſſam patet; quia nulla eſt varietas in MSS. niſi in verbulo *ſit*, pro quo in 2. Codd. Gruteri, Medic. pr. & tert. ac Copeſ. exaratur *fit*. Mox vitioſe *G. Tranſalpinam* habet Vindob. pr. & *moxque* Edd. Rom.

1 *Concupiſſet.*] Vindob. pr. *concupiviſſet*, & *ſe inſult.* In Edd. Med. Cald. *deinde.* ac mox *uni ſem.* Vindob. pr. *haud* inepte.

capitibus: ac negante quodam per contumeliam, *facile hoc ulli feminae fore*, [1] respondit, quasi adludens, [2] *in Syria quoque regnasse Semiramin, magnamque Asiae partem Amazonas tenuisse* [3] *quondam.*

XXIII. Functus consulatu, C. [4] Memmio Lucio-

1 *Responderit.*] Torrentius edidit *responderet*, sine dubio, ut conveniret τῷ *jactaret*. Verum non respondit hoc Caesar, quia gaudio elatus non temperavit sibi; sed quia contumelia obscoenitatis, de qua hic non cogitavit, ipsi erat dicta. Quare puto hoc verbum nequaquam a particula *quin* pendere; sed copulanda esse *non temperavit*, ac *respondit*, ut habent non solum MSS. aliquot & Edd. a Cl. Burmanno laudati, sed & uterque Vindob. Cort. & Edd. Med. utraque, ac Cald. & hinc ita rescripsi pro *responderit*.

2 *In Assyria.*] Salmas. Cod. etiam, ut nonnulli alii, *in Suria*. Credo alterum substituisse sciolos, qui nescierunt, *Syria* saepe poni pro *Assyria*, & in Syria regnasse Semiramin veteres tradidisse. Mela lib. 1. cap. 11. de Syria: *Olim ac diu potens, sed cum eam regno Semiramis tenuit, longe potentissima.* ne dicam Syriam olim latissime patuisse, ut etiam Mesopotamiam, Assyriam, quam Mela Adiabenen vocat eodem capite, & Babyloniam fuerit complexa. Hinc & apud Aeschylum Σύριον ἅρμα, pro Assyrio, ut notat Scholiastes. Quin Graecos Syros appellasse, quos Barbari Assyrios Herodotus auctor est: Οὗτοι δὲ ὑπὲρ μὲν Ἑλλήνων ἐκαλέοντο Σύροι· ὑπὸ δὲ βαρβάρων Ἀσσύριοι ἐκλήθησαν. *A Graecis isti*, Assyrii nimirum, *Syri vocabantur, a Barbaris autem Assyrii.* GRAEV. *In Syria.* Ita S. vulgo *Assyria.* GRON. Nihil verius hac emendatione, quae exstat in Vatic. Tornac. Nonniano, Copes. & duobus optimis Mediceis. V. quos laudat Graevius ad Justin. L. 1. C. 2. *Assyrii, qui postea Syri* (vel *Syrii.* V. ad Hirt. B. Afric. C. 20.) *dicti sunt:* quod verum esset, ordine inverso. item consule eruditissimos viros Munker. & Aug. V. Staveren ad Hygin. F. 276. *Semiramis Dercetis filia in Syria Babylonem* &c. Hinc quoque rectam esse opinor lectionem, quam comperi in MS. integerrimi amici, summique viri J. P. d'Orvillii Codice Apollodori L. 111. Bibl. C. 13. §. 3. Κινύραν τῶν Συριῶν βασιλέα ἐγέννησε. vulgo Ασσυρίων. De eo vide, quae laudantur ad Hyg. F. 243. Pomp. Mela L. 11. C. 7. *Inter Ciliciam Syriasque.* Eadem est confusio in Caes. L. 111. B. Civ. C. 111. & Appulejo de Mundo p. 60. Ed. Elmenh. *Eo indiscretis finibus* (mare) *Pamphylium*, Syrium, *Aegyptium, sed ante Aegaea, Myrtoa sunt maria.* ubi in MSS. sex *Assyrium.* Mox in aliquot MSS. & Edd. *ante regea.* Lege *altero Aeg.* Scil. latere. In Graeco scriptore, quem vertit, τῇ μὲν, τῇ δέ. Jam & *Assyria puella*, quae erat Syra & Sidonia, Europe vocatur Senecae in Herc. Oet. vs. 553. *Semiramin* cum Memm. &c. ex meis solus dat Med. pr. Ceteri & Edd. pp. per *im* vel *em* efferunt.

3 *Quondam.*] Cl. Burmanno adsentior, superfluam hanc voculam delendam judicanti cum Ed. Ven. pr. vel sub ea aliud quid latere opinor, ad seq. caput referendum.

4 *Memmio.*] Vindob. duo & Cort. *Memio* male. Mox pejus Boxhorn. sine ulla caussa legi voluit *nec ullo susc.* pro *illo.* quod servant omnes libri. dein prave *assumpto* Vind. sec. & Cort. Tandem obtinuit, ne reus fie-

cioque Domitio praetoribus, de ſuperioris anni actis referentibus, cognitionem ſenatui detulit: nec illo ſuſcipiente, triduoque per irritas altercationes abſumto, in provinciam abiit: & ſtatim quaeſtor ejus in praejudicium aliquot criminibus adreptus eſt. Mox & ipſe a L. Antiſtio tribuno plebis poſtulatus, adpellato demum collegio, obtinuit, quum reip. cauſſa abeſſet, reus ne fieret. Ad ſecuritatem ergo poſteri temporis, in magno negotio habuit obligare ſemper annuos magiſtratus, & [1] e petitoribus non alios adjuvare, aut ad honorem pati pervenire, quam qui [2] ſibi recepiſſent propugnaturos abſentiam ſuam: cujus pacti non dubitavit a quibusdam jusjurandum, atque etiam ſyngraphum exigere.

XXIV. Sed quum L. Domitius, [3] conſulatus candidatus, palam minaretur, conſulem ſe effecturum, quod praetor nequiſſet, ademturumque ei exercitus, Craſſum Pompejumque, in urbem provinciae ſuae [4] Lucam extractos, compulit, ut, detrudendi Do-

fieret, vi legis Memmiae, ſed quae vel non in perpetuum erat lata, vel variis exceptionibus potius erat obnoxia. Confer Burm. & Erneſt. item in Aug. C. 10. *reos caedis abſentes deferre.*

1 *E competitoribus.*] Mirum iſtam lectionem ferri in editionibus, cum rectiſſime in MSS. Palatinis & plurimis aliis legatur *e petitoribus*, cui lectioni ratio ſuffragatur. Non enim ſuos competitores juvit, ſed petitores honorum, ſeu candidatos magiſtratuum. GRAEV. Monuerunt hoc multi viri docti; quos vide in Ed. Burm. eorumque codicibus, & unice verae ſententiae, quam etiam fovit Lipſius, ſubſcribunt Medicei tres, Pin. Vindobon. uterque, Harl. Cort. & Campani Ed. Romana. Item *alios non* Vindob. ſec. & Cort.

2 *Sibi recepiſſent.*] Sic & Salmaſ. Cod. vulgo: *pepigiſſent*, GRAEV. GRON. Aliorum MSS. multis accedunt Medic. ſec. Pin. & Exc. Voſſ. in Ed. Torrent. ac Pulm. cujus margini adlevit Iſ. Voſſ. *Forte melius.* alterum eſt gloſſema: quia *ſibi* hic non dicitur eo ſenſu, quo aliter *in ſe* additur, ſed intelligitur *Caeſari.* V. Comm. Cic. L. XIII. ad Fam. Ep. 3. *ut mihi coram recepiſti.* Mox *pugnaturos* Cort. ac *ſyngraphum* habent Medic. pr. ſec. Vindob. uterque, Cort. Perizon. & Edd. Rom. Hinc non temere proſcribendum duco; ut fit a nonnullis.

3 *Conſulatus.*] Vitioſe Medicei duo & Vindob. pr. *conſularis.* ſec. & Cort. *conſulatu.* Mox *nequiviſſet* Vind. pr.

4 *Lucam.*] Quomodo colonia *Luca*, & Hetruriae urbs potuerit adhuc pertinere ad provinciam Caeſaris Galliam Ciſalpinam & Liguſticam, in qua erat urbs *Luna*, docet Cluver. Ital. Ant. L. 1, 8.

Domitii cauſſa, [1] conſulatum alterum peterent, & ut in quinquennium ſibi imperium prorogaretur:

II, 1, 2. *Lucam* enim Plut. Cic. aliique conſtanter dicunt. V. etiam ad Front. III, II, 1. & ad Liv. L. XLI. C. 13. XLV. C. 13.

1 *Conſulatum alterum peterent.*] Codex Salmaſ. *conſulatum alterum peteret.* forte: *conſulatum alter eorum peteret*, inquit Salmaſ. Sed & ſequentia in illo libro ſic leguntur: *perfecitque utrumque, ut in quinquennium ſibi imperium propagaretur.* & dein: *alias privato ſumtu addit*, pro quo in vulgatis, *addidit.* GRAEV. Nec aliter editio Lugdunenſis Gryphii 1544. Etiam ex Torrentio & Caſaubono patet in MSS. ita legi, & ex uno Vaticano mutari locum. GRON. Primo male & contra hiſtoriam ſollicitatur *τὸ peterent*: Neceſſe enim erat, ut uterque peterent, ſi detruderetur conſulatu Domitius. Si enim ſolum modo eorum alter petiiſſet, ei collega dari potuiſſet Domitius. Rem & coitionem iſtam V. apud Plut. in Craſſ. p. 551, 552. Pomp. p. 648. in Caeſ. p. 718. in Cat. Min. p. 778. Appian. L. II. B. Civ. p. 437. Ed. Steph. Suppl. Freinsh. ad Epit. Liv. 105. Pigh. in Faſt. Dein *propagaretur* male in Edd. plerisque & citatione Graevii ad Civ. L. v. ad F. Ep. 15. v. ad Att. Ep. 17. cum primae & poſteriores recte cum MSS. tantum non omnibus dent *prorogaretur*, ut in Tib. C. 30. Adi ad Aug. C. 23. Verum majus ulcus ſedet in vocibus *perfecitque utrumque.* Has enim eo, quo vulgo nunc eduntur, loco, primus ex admonitione Lipſii, Lib. v. Antiq. Lect. C. 18. & cod. Vaticano, collocavit Torrentius; cum ante, uti in MSS. omnibus, exhiberetur *peterent. perfecitque utrumque, & ut in quinq. &c. prorogaretur. Qua;* niſi quod *τὸ* & abſit a Memm. Periz. & Edd. nonnullis. Quare vel cum Caſaubono aliisque legendum videtur *peterent: perfecitque per utrumque, ut in quinq.* aut *ut* & *in quinq.* pro etiam; vel potius cenſeri debent otioſae, & intruſae a librario ex margine, cui quis lector ex hiſtoriae cognitione adleverat *perfecit utrumque*; vel quod eſt in Ed. Camp. in qua illae voces jam poſt *Dom. cauſſa* exhibentur *perf. uterque.* Et certe Suetonius ſatis oſtendit per verbum *compulit*, Caeſarem voti compotem factum eſſe. Immo plane deſunt illae voces Cujac. Liſi. Pinell. & Cortiano. Sic contra ex ignorantia hiſtoriae alius mox poſt *alias privato* adjecit *alias publico*, & hinc eae voces in Edd. vulgares irrepſerunt; ſed quas recte ejecerunt Torr. Caſaub. aliique, nec agnoſcunt Medicei, Polit. Pin. Vindob. Cort. aliique. Niſi forte per *alias legiones publico ſumtu additas* intellexerit auctor duas illas, quas a Pompejo mutuas accepit, ut notum eſt: quae ad eum venerunt ſimul cum legione ex Gallis Padi accolis conſcripta. V. Plut. in Caeſ. p. 720. Caeſ. L. VI. B. G. C. 1, 32. Hirt. L. VIII, 54. Habuit autem Caeſar legiones X in Galliis, V. ad C. 29. quas omnes non accepit a populo, ſenatuque, ut videtur ſtatuere Cl. Burmannus. Nam primo quinquennio ei tantum decretae ſunt IV legiones, ut docent Plut. Dio ac Zonaras, praeter illas ſcil. quae in Galliis & Illyrico provinciis praeſidia agebant, ibique diſpoſitae erant: unde forſan Oroſ. L. VI. C. 6. recte ait, Caeſari *tres provincias cum* VII *legionibus in quinquennium datas.* Nam errat Eutrop. L. VI. C. 17. *decretas* ſcribens *ei* X *legiones.* Secundo vero quinquennio non leguntur publice additae eſſe plures, ſed tantum *χρήματα*, ſeu ſtipendium & X *legati*, non tot legionum, ut opinantur viri docti, ſed honoris ergo, & quaſi ob Gallias jam devictas, & ex more ordinandas. Ipſe ergo privatim reliquas conſcripſit, ad decem, non ultra. Hinc auctor etiam non ſcribit *legiones, quas acce-*

tur: perfecitque utrumque. Quà fiducia ad legiones, quas a rep. acceperat, alias privato ſumtu [1] addidit; unam etiam ex Tranſalpinis conſcriptam, vocabulo quoque Gallico; Alauda enim adpellabatur: quam diſciplina cultuque Romano inſtitutam & ornatam, poſtea univerſam civitate donavit. Nec deinde ulla belli occaſione, [2] ne injuſti quidem ac periculoſi, abſtinuit, tam foederatis, quam infeſtis ac feris gentibus ultro laceſſitis: adeo ut ſenatus quondam legatos ad explorandum ſtatum Galliarum mittendos decreverit, ac nonnulli [3] dedendum eum hoſtibus cenſuerint. Sed proſpere [4] decedentibus rebus, & ſaepius & plurium, quam quisquam umquam, dierum ſupplicationes impetravit.

XXV. Geſſit autem novem annis, quibus in impe-

pit, nempe cum prorogato quinquennio; ſed *quas acceperat*, jam antea ſcilicet, & conſul ſimul cum provinciis. Et quia publice tantum IV acceperat, hinc legionem *Alaudam* a ſe privatim conſcriptam adpellavit *Quintam*; uti vocatur in quamplurimis monumentis. Adi praeter citatos a Burm. Inſcriptiones Donii & Gudii, & confer Plut. in Pomp. p. 644, 647. in Caeſ. 714, 718. in Cat. p. 775, 780. Appian. L. II. B. Civ. p. 435, 437. Dion. L. XXXVIII. p. 63. L. XXXIX. p. 106. Cic. I. ad Fam. Ep. 7. de Prov. Conſ. C. 10, 11, 12. &c. & Comm. Caeſ. L. II. B. G. C. 2. L. V. C. 24. VI, 32, 44. L. VII, 34, 90. Hirt. L. VIII. C. 46.

1 *Addidit.*] *Addit* S. GRON. In nonnullis MSS. ut viri docti teſtantur, legitur *aliis p. ſ. additis*; atque ita dant duo Medicei. & pro *unam* in aliis *jam, nam.* V. Comm. An fuit *alias p. ſ. addit: in his unam?* Adi ad Aug. C. 13. *Ceteri, in his M. Favonius.*

2 *Ne injuſti quidem.*] Prave cum in aliis, tum in Medic. tert. Cort. & Edd. Camp. Med. Cald. deſidera-

tur vocula *ne*, elapſa per ultimam vocis *occaſione* ſyllabam. Dein *legatos quondam* in Vindob. pr.

3 *Dedendum hoſtib.*] Germanis ut foederis violatorem. V. Cl. Duk. ad Epit. Liv. 105. *Caeſari Gallia & Germania dabantur*, ut ait ille Epitomiſta magno errore, orto inde, quod Gallias & Germaniam ſaepe confuderint. V. Comm. ad Cap. 58. *in Germania.*

4 *Decedentibus rebus.*] Vere ſuſpectum fuit hoc loquendi genus Caſaubono, Latio omni incognitum, quantum licet ex ſcriptoribus, qui ſuperſunt, judicare. Quia tamen in omnibus libris ſic legitur, inter *καινοτερισμους* Suetonii exempla idem retulit, cum ante conjeciſſet, poſſe legi aut *proſpere ei cedentibus rebus*, vel *cadentibus.* Minus a librorum veſtigiis recedemus, ſi pro *decedentibus*, ſcribamus, *dein cedentibus.* GRAEV. Adi ceteros doctorum virorum commentarios. Dein *ac plurium* Vindob. pr. Mox *in* male abeſt Edd. Ber. Sab. Cald. Vide Burm. & Erneſt. ut & Hottom. ad Cicer. Verr. V, 29. *quum eſſes* in *vel* cum imperio.

perio fuit, haec fere. Omnem Galliam, quae [1] ſaltu Pyrenaeo, Alpibusque, & monte Gebenna, fluminibusque Rheno & Rhodano continetur, patetque circuitu ad bis & tricies centum milia paſſuum, praeter [2] ſocias ac bene meritas civitates, in provinciae formam redegit, eique [3] quadringenties in ſingulos annos ſtipendii nomine inpoſuit. Germanos, [4] qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum ponte fabricato adgreſſus, maximis adfecit cladibus. Adgreſſus eſt & Britannos, ignotos antea, ſuperatisque pecunias & obſides imperavit. Per tot ſucceſſus ter, nec amplius, adverſum caſum expertus: in Britannia, claſſe vi tem-

1 *Saltu Pyrenaeo* &c. *fluminibusque.*] Ita pro *a ſaltu*, & *fluminibus* reſcripſi hunc locum, ut jam ante fecerat R. Steph. partim fide Codicum a viris doctis citatorum, partim auctoritate meorum Excerptorum; quorum Medicei pr. & tert. itidem omittunt praepoſitionem. Atque iidem & Vindob. ſec. Cort. praebent *fluminibusque* addito *que*; neque aliter locum produxit P. Pithoeus in Adverſ. Subſec. L. 11. C. 7. Duplices fines, montes & fluvios, ſeparatim recenſet; ut bene monet Cl. Burm. V. ad Caeſ. L. 1. B. G. C. 2. *Helvetii continentur flumine Rheno, monte Jura:* & Eutrop. L. VI. C. 17. praeterea *ac Rhod.* dant Medicei iidem, Cort. Exc. Voſſ. Tunc *circuitu* cum Burm. edidi, ut ex meis habent iidem Medic. Vind. pr. & Edd. Rom. Med. Cald. In aliis *circamitu* perpetua variatione. Mox *paſſum* in Memm. eſſe monuit Gronov.

2 *Socias.*] Cod. Salmaſ. *ſocios.* GRAEV. GRON. Item Vind. ſec. Cort. Exc. Voſſ. Edd. Rom. Mox *ad prov. f.* Harl.

3 *Quadringenties ſtipendii nomine.*] Uti Lipſ. L. v. Ant. Lect. C. 18. ex Vaticano Urſini Cod. & Eutropio hunc locum reſtituit, ſic eum protulit quoque P. Pithoeus d. l. Mei Codd. conſentiunt vulgari bus exemplaribus, quae carent numero & *nomen* exhibent; niſi quod Med. pr. & tert. ac Vindob. pr. exaratum oſtentent *nomina.* V. Comm. Tam modicum vero inpoſuit ſtipendium, quia Gallorum animos ſibi conciliare ſtuduit. Mox *adgreſſus* & *B.* ſine verbo in Med. pr. ſed & deeſt Edd. Med. Cald. Dein *ter* & *prope* exſulant a Vind. pr. & *aſſumpta* in Vind. ſec. Cort. *adſumpta* Med. pr. Mox & *Gerg.* Edd. Rom. *Gergoniam* Vind. pr. Edd. Mediol. in quarum primae marg. eſt correctum, Cald. Tandem *Arunc.* etiam Medic. pr. & Edd. Med. Cald. pro ſolita ubivis aberratione.

4 *Qui trans Rhenum incolunt.*] Cel. Erneſtio hae voces ſunt ſuſpectae, roganti: *Quorſum enim addantur? an etiam tum Germani, ut hodie, cis Rhenum incolebant?* Immo vero. Teſtis locuples eſt ipſe Caeſar L. 11. B.G. C.3. *Reliquos omnes Belgas in armis eſſe, Germanosque, qui cis Rhenum incolunt, ſeſe cum his conjunxiſſe.* Adde Cap.4. Quin etiam diu ante Suetonii aetatem Ubii & Sygambri ab Agrippa & Tiberio auſpiciis Auguſti in Galliam erant traducti, ut cis Rhenum habitarent, de quibus videte ad Cap. 21. Aug.

1 *Nep-*

tempeſtatis prope abſumta ; & in Gallia , ad Gergoviam legione fuſa ; & in Germanorum finibus , Titurio & Aurunculejo legatis per inſidias caeſis.

XXVI. Eodem temporis ſpatio matrem primo , deinde filiam, nec multo poſt [1] nepotem amiſit. [2] Inter quae conſternata P. Clodii caede rep. quum ſenatus unum conſulem , nominatimque Cn. Pompejum fieri cenſuiſſet , egit cum tribunis plebis , collegam ſe Pompejo deſtinantibus ; id potius ad populum ferrent , ut abſenti ſibi , [3] quandoque imperii tempus expleri coepiſſet , petitio ſecundi conſulatus daretur ; ne ea cauſſa maturius , & inperfecto adhuc bello, decederet. Quod ut adeptus eſt , altiora jam meditans , [4] & ſpei plenus , nullum largitionis , aut officiorum in quemquam genus , publice privatimque , omiſit. Forum de ma-

1 *Neptem.*] Quamvis diſſeniant ſcriptores, nepos, an neptis fuerit , quia tamen non Vaticanus tantum , ſed & duo Palatini & Salmaſ. legunt *nepotem* : quibus cum aſſentiantur Lucanus & Vellejus Paterculus , merito mihi contendiſſe videtur Lipſius legendum eſſe *nepotem* , quem vide Elect. II. 17. GRAEV. *Nepotem.* ita S. vulgo *neptem.* GRON. Accedit huic ſententiae Cel. Burmann. atque ita Codd. Nonnii , Cujac. & tres Medicei. Non igitur dubito de ejus lectionis veritate , quamvis Graeci ſcriptores a Latinis , qui plus fidei patriis in rebus merentur , diſſentientes dicant *neptem.* Quantum erret Torrentius in Lucani loco L. v, 474. ibi vide.

2 *Inter quae.*] Sic ex optimorum codicum, tam ſuorum, quam Torrentianorum , fide tacitus repoſuit Caſaubonus , eumque ſequentes. Nihilominus Cl. Burmannus, motus numero recentiorum membranarum & Edd. Vett. revocavit earum lectionem *interimque.* Factum nollem. Nam *inter quae* praeter Salmaſ. & Palat. ſec. exhibent quoque vetuſtiſſimi Medic. pr. & tert. cum marg. Ed. Mediol. pr. In Vindob. pr. *interim quae. Interquae* idem eſt, quod aliis *interea , inter haec ;* ut in Calig. C. 45. Sed quid pluribus opus? Quis credat , Suetonium tam proxime junxiſſe *Interimque , nominatimque ?*

3 *Quandoque.*] Ita editio , qua uſus eſt S. & hinc ſine dubio etiam MS. Memmianus, ut & alii. Vulgo *quandocumque,* GRON. MSS. & Edd. Vett. habent & *quandocumque* vel & *quandoque* , vel & *quando* , quae triplex lectio eſt etiam in Mediceis. Placuit nihil poſt Gronovium mutare. V. Burm. & C. 81. ac Claud. C. 1. Gron. & Drak. ad Liv. I , 24, 32. IX, 10. &c. Dein & *ne ea c.* Vind. pr.

4 *Et ſpei plenus.*] *Sed ſp.* Salm. GRON. Vindob. ſec. Cort. *ac ſp. p.* In Ed. Ven. pr. *ſed.* Quare non diſplicet Medic. ſec. & tert. lectio *ſed & ſp. pl.* Dein Pin. *amiſit* a m. pr. ac *diis manibus.*

5 *HS.*

manubiis inchoavit: cujus area ſuper [1] ſeſtertium milies conſtitit. Munus populo, epulumque pronunciavit in filiae memoriam, quod ante eum [2] nemo. Quorum ut quam maxima exſpectatio eſſet, ea, quae ad epulum [3] pertinerent, quamvis macellariis oblocata, etiam domeſticatim adparabat. Gladiatores notos, ſicubi infeſtis ſpectatoribus dimicarent, vi rapiendos reſervandosque mandabat. Tirones neque in ludo, neque per laniſtas; ſed in domibus per equites Romanos, [4] atque etiam per ſenatores, armorum peritos, erudiebat: precibus enitens, quod epiſtolis ejus oſtenditur, ut diſciplinam ſingulorum ſuſciperent, ipſique dictata exercentibus darent. Legionibus ſtipendium in

1 *HS.*] *Seſtertium*, & mox *memoria* S. GRON. Omnibus litteris *ſeſtertium* exhibent quoque Medic. Vindob. Periz. Voſſ. & alii, atque Edd. Vett. ut alibi ſaepe. De hac ſumma, quae valet XXV. centena millia Philippeorum, vide hic Comment. & ad Tib. C. 48.

2 *Nemo.*] Sic ex noſtris Pinell. & Medicei: ita tamen, ut ſec. in margine quoque habeat inepte *nemo fecit*: quod eſt in Vindob. utroque, Cort. Periz. Harl. Voſſ. & Editis ad Steph. usque. Aliud egit Cl. Burmann. cum codicibus *deeſſe* ſcripſit; niſi typographorum ſit erratum. In Vindob. pr. *quod nemo ante f.* Dein Medicei male *maxime* cum Edd. Camp. Mediol. utraque, Cald.

3 *Pertinerent.*] Vindob. pr. *pertinent*: Quod non diſplicet. Mox Memm. ut monuit Gron. item duo Medic. pr. tert. cum aliis & Ed. Camp.. *ablocata*, ſive alienis & qui non e ſua domo vel familia erant, locata. V. Comment. & ad Vitell. C. VII. Juſtin. XI. C. 10. Dein *ſervandosque* Vindob. pr.

4 *Atque etiam.*] Sic vere e MS. Copes. & Ed. Rom. Andreae repoſuit Cel. Burmannus. Accedunt Medicei tres, Vindob. ſec. Cort. & Ed. Camp. ac ſemper ante vocalem non poëtae modo, ſed & ſoluti ſtyli ſcriptores dixerunt *atque*; neque ullus proferri poteſt locus, (niſi in Latinitatis multum jam prolapſae auctoribus, & una alteraque Inſcriptione;) in quo integerrimi Codd. non habeant *atque*, vel *aut*; quod innumeris exemplis Ciceronis, Vitruvii, Pomponii Melae, Plinii, Taciti, Curtii, Flori, aliorumque, ſi res tanti eſſet, probare & plurima loca, e MSS. in Adverſarios congeſta, emendare poſſem. Atque hinc patet, iſtas doctorum virorum emendationes, quae crebro ſic fiunt, ſemper eſſe vitioſas, quoties in iis *ac* comparet ante vocalem; item male loqui noſtri aevi eruditos, *ac* ante vocalem adhibere ſolitos. Sicut igitur olim in Caeſare, ita nunc in Suetonio ubique reſcripſi *atque*. vel & alibi, ut C. 20. Aug. Vide praeter laudatos a Cl. Burmanno & Drakenb. ad Liv. X, 36. XLI, 24. Arntzenium ad Plin. Paneg. C. 45, 61. Bunemann. ad Lactant. carmen de Phoenice vſ. 115. me ad Caeſ. L. VI. B. G. C. 4. Adi quoque Caſaub. & Burmann. ad Calig. C. 3, 46. In Claud. C. 12. Galb. C. 10. Mox in Vindob. ſec. eſt *diſciplinas*.

1 *Quos*

in perpetuum duplicavit. Frumentum, [1] quoties copia eſſet, etiam ſine modo menſuraque praebuit: ac ſingula interdum mancipia [2] & praedia viritim dedit.

XXVII. Ad retinendam autem Pompeji neceſſitudinem ac voluntatem, Octaviam, ſororis ſuae neptem,

1 *Quoties copia eſſet.*] Periz. Cod. *quotiens* (uti & in reliquis MSS. & Edd. Vett. ſemper) *inopia eſſet.* At male meo quidem judicio. Certe percipere nequeo, quomodo Caeſar *in frumenti inopia* illud exercitui ſine modo menſuraque praebere potuerit. Ab aliud quid ſingulare, ſed quod praeſtare potuit Caeſar, adnotat auctor. Scilicet neminem fugit, *frumentum* aeque ac *ſtipendium*, quae voces ſexcenties junguntur, certo modo menſuraque militibus dari fuiſſe ſolitum, & pro eo, ſi deliquiſſent, *hordeum*; ut contra, ſi rem bene egiſſent, ſaepe ipſis in praemia praebitum fuiſſe *duplex*, quod cum aliis Imperatoribus Caeſar etiam aliquoties fecit. Verum ut ordinariae Romanae diſciplinae morem eum omittit auctor: ſed obſervat illum *etiam*, quod ipſi privum erat, *in copia frumenti*, ſive cum ipſe Caeſar ſciebat ſe eo ſatis abundare, dediſſe non *duplex* vel *triplex*, ſed *ſine modo menſuraque*; ſicut contra illi bellum civile ingreſſo gratuitam ſine *frumento ſtipendioque* operam obtulerunt; ut ait auctor C. 68. Cererum ſtipendii nomine a Caeſare milites in diem acceperunt x aſſes, ſeu denarium, & ſic in annum c. florenos vel IX aureos Romanos, quibus quartam partem adjecit Domitianus, dans XII aureos. V. Taciti Ann. L. I. C. 17. Infra in Aug. C. 49. Domit. C. 7. Gronov. de Pec. Vet. L. III, 2. p. 174. R. H. Schelium ad Hygin. Gromat. C. 3. de Stip. Mil. p. 207. B. Branchu JCti Obſerv. C. 12.

2 *Et praedia.*] Fulv. Urſinus Gruteró, Caſaubono, & Bernecero probante, legendum conjecit: *ex praeda.* Nullus dubito Sueto. nium ſic ſcripſiſſe. ſine librorum tamen auctoritate nihil temere mutem. GRAEV. Inepta profecto eſt vulgata lectio, nec melior, quae comparet in marg. Vindob. ſec. & *prandia.* Cl. Burmann. qui conſulatur etiam in Add. legit & *pecora.* Acute, nec diſplicet Erneſtio: ſed mihi nullum eſt dubium, quin unice vera ſit lectio, tot ſummorum virorum judicio probata *ex praeda*, ac reſpiciat Tranquillus ipſius Caeſaris teſtimonium L. VII. B. G. C. 89. *Ex reliquis captivis toto exercitu* capita ſingula praedae nomine *diſtribuit.* Largitus autem eſt Caeſar militibus ea mancipia quoque contra vetera inſtituta, & ideò largitionem eam adnotavit Suetonius. Nam reliquam praedam iis quidem concedebant Imperatores: ſed hoſtes manu capti, qui erant quaſi extra praedam, debebant ſub corona vendi, & pecunia inde redacta ad aerarium deferri. Cic.. L. v. ad Att. Ep. 20. *Militibus, equis exceptis, reliquam praedam conceſſimus. Mancipia venibant Saturnalibus tertiis.* V. plura apud Cel. Duker.. ad Livii L. XXXVIII. C. 23. Si non addatur *ex praeda*, haud adparet ratio & occaſio, cur & quando dederit; quam recte adnotavit Suetonius in frumenti largitione. Quin etiam quaſi ex formula ſolent paſſim eae voces interſeri. Liv. L. XXXI. C. 19. *Argenti tulit*, ex praeda &c. *Militibus* ex praeda *CXX. aſſes dedit*: ubi certe ultimo loco non opus fuiſſet addi, quod per ſe ſatis intelligitur.

neptem, quae C. Marcello nupta erat, [1] conditionem ei detulit, ſibique filiam ejus in matrimonium petiit, Fauſto Sullae deſtinatam. Omnibus vero [2] circa eum, atque etiam parte magna ſenatus, gratuito, aut levi foenore obſtrictis, ex reliquo quoque ordinum genere vel invitatos, vel ſponte ad ſe [3] commeantes, uberrimo congiario proſequebatur; libertos inſuper, ſervulosque cujusque, prout domino patronove gratus quis eſſet. [4] Tum reorum aut obaeratorum, aut prodigae juventutis ſubſidium unicum, ac promtiſſimum erat: niſi quos gravior criminum, vel inopiae luxuriaeve vis urgueret, quam ut ſubveniri poſſet a ſe. His plane palam bello civili opus eſſe dicebat.

XXVIII. Nec minore ſtudio reges atque provincias

1 *Conditione ei detulit.*] Palatinus ſecundus: *Conditionem*, quod unice probo. Latinae linguae genium non exiſtimo noſſe, quid ſit *ferre conditione neptem alicui.* Quis ita loquitur? Sed *deferre neptem conditionem* pro ἐπεξήγησιν, pro *ut ſit conditio*, ut apud Juſtinum lib. 11. *Pretium arma reginae accepit. Conditio* vero, ut *matrimonium* & *conjugium* pro uxore, ut bene Bernecerus. Martialis:

Dum tibi noſter eques ſordida conditio eſt.

GRAEV. *Conditionem* dat quoque Mediceus ſec. quare cum Graevio & Burmanno ac Perizonio in Anim. Hiſt. p. 116. recepi, licet ceteri MSS. mordicus *conditione* retineant. Conſule inſuper Colv. ad Appuleji Flor. n. 14. & Burmann. ad Quintil. Declam. 257. *Sic homini coepi bona eſſe conditio.* Erat autem haec Octavia filia C. Octavii, & Atiae, filiae M. Atii Balbi & Juliae, nupta dein M. Antonio triumviro, & ſoror Auguſti, qui itidem nepos erat ejusdem ſororis Caeſaris. Mox *petit* Medic. duo. De Pompeja illa vide Cl. Duker. ad Flor. IV, 2. §. 90.

2 *Circa eum.*] Nempe Pompejum, non Caeſarem, ut video male a nonnullis explicari. Si familiares & amicos ac comites Caeſaris intellexiſſet auctor, *circa ſe* ſcripſiſſet: ut ſtatim *ad ſe commeantes*, quos ſic diſtinguit ab iis, qui circa Pompejum erant. Mox *gratuito* in meis omnibus, vide Burm. & Etn. Tum prave *ac levi f.* Vindob. pr. & *abſtrictis* Harl. & Edd. Med. Cald. pro *adſtr.* Dein *quemque* Burmann. ex conject. pro *quoque*, quae vox abeſt Edd. Rom. haud neceſſaria.

3 *Commeantes u. c. proſequebatur.*] *Commeantis u. c. perſequebatur* S. GRON. *Perſeq.* etiam in tribus Medic. Vindob. pr. Edd. Camp & aliorum libris. Male. Dein *cujusque* exſulat a Medic. pr. & *cujus* eſt in Vindob. pr.

4 *Tum.*] *Tam* S. GRON. Et ita Medicei duo. Rectius in Copeſ. *jam.* ἐν τούτῳ apud Dion. p 149. Sed mutatione non opus eſt. *Palam*, quod abeſt a Viterb., haud aptum videtur Cl. Erneſtio.

1 *Super-*

cias per terrarum orbem adliciebat: aliis captivorum milia dono obferens: aliis, citra ſenatus populique auctoritatem, quo vellent, & quoties vellent, auxilia ſubmittens: [1] ſuperque Italiae, Galliarumque, & Hiſpaniarum, Aſiae quoque & Graeciae potentiſſimas urbes praecipuis operibus exornans: donec adtonitis jam omnibus, & quorſum illa tenderent, reputantibus, M. Claudius Marcellus, conſul, edicto praefatus, de ſumma ſe rep. acturum, retulit ad ſenatum, ut ei ſuccederetur ante tempus: quoniam bello confecto pax eſſet, ac dimitti deberet victor exercitus: & ne abſentis ratio comitiis haberetur, [2] quando nec plebiſcito Pompejus poſtea abrogaſſet.

1. *Superque.*] Cort. *inſuperque.* Edd. Camp. Medic. Cald. *ſimiliterque.* Male. Adi Burmann. *Iſpaniarum* Vindob. pr. Dein *opibus* prave Vindob. uterque, & inferius Vindob. pr. *edicto factus praefatus.*

2 *Quando nec plebiſcito Pompejus poſtea abrogaſſet.*] Vocula *nec* hiſtoriae & menti Suetonii ſine dubio eſt contraria & corrupta. Hinc & quia in nonnullis libris MSS. uti & Harlem. & Edd. Vett. in quibus etiam utraque Mediol. & Calder. ac Dol. exſtat *ne*, alii voces *ne plebiſcito* abrupte & elliptice capiunt; alii voluerunt jungi *quandone*: Alii *nae* i. e. *certo* correxerunt. Quidam *ei* vel & non male conjecerunt eſſe legendum, quibus ſuffragatur Clar. Canneg. in Miſc. Obſ. V. VI. T. III. p. 604. Erneſtio placebat *vel.* Nonnulli, in quibus eſt Lipſius, voculam *ne* aut *nec* ex mala praecedentis *ne* repetitione irrepſiſſe exiſtimarunt: quorum ſententiae, contortas aliorum nec hiſtoriae ſatis congruentes explicationes nil morans, fere accedo: Nam ſane plebiſcito illi, quo Caeſari privilegium, cujus mentio eſt facta C. 26 populi beneficio conceſſum erat, obrogaverat ſive per oblivionem, ſeu dedita opera Cn. Pompejus iſto ſuae legis capite, quo a petitione honorum abſentes ſubmoverat, neque ullis verbis vel nomine exceperat Caeſarem; niſi privatim, lege jam in aes inciſa, quod ſe ſcire diſſimulabat, vel ut inlegitimum non curabat M. Marcellus Cos. A. DCCIII. Cogitavi etiam, an non poſſet legi *quando nunc*; ut id non capientes librarii, quia ſequitur *poſtea*, ita corruperint, eo proclivius, quia *nunc* ſolet ſcribi per notam *nc*; & hinc ſaepe in *nec* vel *ne* abiit. vide Drak. ad Liv. L. VI, 37, 6. Ut ſenſus ſit *quandoquidem, ea de cauſſa quod nunc ita res ſint conſtitutae, ut Pompejus plebiſcito iſti ſua lege obrogarit.* Quomodo *nunc quoniam*, & *quoniam nunc* ſaepius ſumuntur. Adi Broukhuſ. ad Prop. IV, 9. 73. Quidquid ſit, nequaquam ſubſcribo clariſſimi viri ſententiae, divinantis *de pleb. obrog.* ex Flori L. III. C. 17. *Auſus obrogare de legibus.* Hoc enim Latinum cum aliis viris doctis non opinor: ibique ex MS. Bibl. Leid. & Ed. Junt. delenda potius eſt praepoſitio *de*, ut eidem C. 15. *Obrogare auſo legibus ſuis:* ubi conſulatur Cl. Dukerus. Utrobique vero multi codices

set. Acciderat autem, ut is legem de jure magistratuum ferens, eo capite, quo a petitione honorum absentes submovebat, ne Caesarem quidem exciperet, per oblivionem: ac mox lege jam in aes incisa, & in aerarium condita, corrigeret errorem. Nec contentus Marcellus provincias Caesari & privilegium eripere, retulit etiam, ut colonis, quos rogatione [1] Vatinia Novumcomum deduxisset, civitas adimeretur: quod per ambitionem & ultra praescriptum data esset.

XXIX. Commotus his Caesar, ac judicans, quod saepe ex eo auditum ferunt, difficilius [2] se, principem civitatis, a primo ordine in secundum, quam ex secundo in novissimum detrudi, summa ope restitit, partim per intercessores tribunos, partim per Servium Sulpicium, alterum consulem. Insequenti quoque anno, C. Marcello, qui fratri patrueli suo Marco [3] in consulatu successerat,

dices habent *abrogare*, sicuti hic omnes MSS. & Edd. praeter Steph. Utinam nominasset codices Brissonius, in libro de verb. Signif. scribens, veteres Codd. habere hic *obr.* Sed in Claud. C. 23. *Capiti Papiae Poppaeae legis edicto abrogavit*, in MSS. multis, etiam Mediceis duobus & Vindob. pr. est *obrogavit*. Statuunt enim plerique eruditi, dicendum esse *abrogare legem* i. e. penitus & directe antiquare: sed *obrogare legi* i. e. infirmare, rescindere tacite seu implicite, & alia lege; atque sic tollere: *derogare legi* i, e. ejus partem infringere. Neque ego dissentio. Ubique autem variant scripti. V. quos laudant Duker. ad Florum, Drakenb. ad Liv. IX, 3, 4 Bunemann. ad Lactant. L. VI. C. 8. ex Cicerone. *Huic legi nec* obrogari *fas est, neque* derogari *ex hac aliquid licet; neque tota* abrogari *potest*. Corrigendus ergo etiam Modestinus L. 111. de verb. signif. *derogatur legi, aut abrogatur*. Derogatur legi, *cum pars detrahitur*; abrogatur legi, *cum prorsus tollitur*. Utrobique enim scribendum esset *obr.* vel *abrogatur lex*. Mox *a petitione* praepositionem non agnoscunt Medic. sec. Vindob. pr. Cort. Vide ad C. 16. *Absentis* in Memm.

1 *Vatinia Novumcomum.*] Vindob. pr. *Vathinio Novicomum*, male. De Como & Novocomo, unde & *cives Novocomenses* in Lapidibus, vide Cluver. in Ital. p. 248. Ridicule etiam Medic. duo *vaticinia*. In explicatione vocum *ultra praescriptum*, accedo Goesio & Ernestio: id enim excedens Caesar per ambitionem iis dederat jus Rom. civitatis, loco Latini juris.

2 *Se principem.*] In Vindob. pr. non comparet τὸ *se*. ut sit generalis γνώμη.

3 *In consulatu.*] Malim cum Cod. Hulf. *in consulatum*. vide ad C. 21. nisi forsan ut marginale glossema sit delendum cum Vindob. pr. nam non in aliud munus, quam consulatum patrueli suo Marco successisse

rat, eadem tentante, collegam ejus Aemilium Paullum, Cajumque Curionem, violentiſſimum tribunorum, ingenti mercede defenſores paravit. Sed, [1] quum obſtinatius omnia agi videret, & deſignatos etiam conſules e parte diverſa, ſenatum litteris deprecatus eſt, ne ſibi beneficium populi adimeretur; aut, ut ceteri quoque imperatores ab exercitibus diſcederent, confiſus, ut putant, facilius ſe, ſimulatque libuiſſet, veteranos convocaturum, quam Pompejum novos milites. Cum adverſariis autem pepigit, ut, dimiſſis octo legionibus, Tranſalpinaque Gallia, duae ſibi legiones, & Ciſalpina provincia, vel etiam una legio cum Illyrico, concederetur, quoad conſul fieret.

XXX. Verum, neque ſenatu interveniente, & adverſariis negantibus, ullam ſe de rep. facturos pactionem, [2] tranſiit in citeriorem Galliam: conventibuſque peractis, Ravennae ſubſtitit, bello vindicaturus; ſi quid de tribunis plebis, intercedentibus pro ſe, gravius a ſenatu conſtitutum eſſet. Et [3] praetextum quidem illi civilium armorum

ceſſiſſe anno DCCIV. ſatis patet lectori ex multis praecedentibus. Dein *tempeſtate* vitioſe ſcribitur in Pin. & eodem Vindob. Edd. Med. Cald. ut in aliis; ortum ex more librariorum exarantium *temptante*, ut in Mediceis & marg. Periz. ubi ſic, non *tentabat*. Vide & Scheff. Miſc. Obſ. V. IX. p. 330.

1 *Quum obſtinatius.*] MS. Cort. & Edd. Caſ. aliaeque *obſtinatius cum*. Vindob. pr. *obſtinatus*. Mox *a p.* nimis ambigue & vitioſe Ed. Junk. etſi ſic legitur in Periz. ac dein *ſimuladque* Vindob. pr.

2 *Tranſiit.*] Edd. Mediol Cald. *tranſit*. Tum *conventisque* Vindob. pr. & Edd. eaedem. Pro *plebis* in Med. pr. *plurimis*.

3 *Praetextum.*] Sic in neutro genere προφασιν, ſive fictam vel ſimulatam cauſſam dixit ſaepius Tacitus. ut L. II. Hiſt. C. 100. praetexto *claſſem adloquendi*. L. III. C. 8. *Ut* praetexto *Reip. concordiam ſuaderent*. Vide etiam J. Gron. & Ryk. ad L. I. C. 76. *Nomine urbis* & praetexto *Senatus*: ubi tamen ſenſu *praetextae*, ſeu προφύγας, ac ſplendoris & auctoritatis eſt ſumendum, uti Cap. 19. de quo hic vide Caſaub. & tic antiquiſſimae membranae Leidenſes duae apud Plin. L. VIII. H. N. C. 48. *Servii Tullii* praetexta *duravere ad Sejani exitum*, vulgo *praetextae*. Manil. L. III. vſ. 130.

Et genus & ſpecioſo
Gratia praetexto.

Sic MS. Venet. teſte J. F. Gronov. ad Senec. Ep. 71. at nihil monens Bentlejus, licet ea excerpta quoque habuerit, edidit *praetextu*. In Tib. C. 28. *Omnium inimicitiae*

rum hoc fuit: cauſſas autem [1] alias fuiſſe opinantur. Cn. Pompejus ita dictitabat, quod neque opera conſummare, quae inſtituerat, neque populi exſpectationem, quam de [2] adventu ſuo fecerat, privatis opibus explere poſſet, turbare omnia ac permiſcere voluiſſe. Alii timuiſſe dicunt, ne eorum, quae primo conſulatu adverſus auſpicia, legesque, & interceſſiones geſſiſſet, rationem reddere cogeretur: quum M. Cato idemtidem, nec ſine jurejurando, denunciaret, delaturum ſe nomen ejus, [3] ſimulac primum exercitum dimiſiſſet: quumque vulgo fore praedicarent, ut, ſi privatus rediſſet, Milonis exemplo circumpoſitis armatis cauſſam apud judices diceret. Quod probabilius facit Aſinius Pollio, Pharſalica acie caeſos

hoc praetexto *ad vos deferentur*. Sic enim e MSS. legendum.

1 *Alias.*] Celeb. Burmannus conjecit excidiſſe vocem *alii*. Et accederem, ſi Suetonius ſcripſiſſet *cauſſam aliam*. Sed cum in plurali *alias* dixerit, non modo non neceſſaria eſt vox *alii*, ut cenſet Erneſtius: at patet, auctorem breviter innuiſſe opinatos eſſe homines, fuiſſe Caeſari alias cauſſas; ſed illos diſſenſiſſe; cum alius aliam cauſſam veram eſſe credebat, aut *dictitabat*, pro quo verbo contra MSS. & Edd. Vett. exhibetur *dictabat* in Edd. Graevii ac Burmanni operarum, ut credo, vitio & incuria, licet ſecutus ſit Erneſtius. Mox *conſumare* MS. Cort. & ex hoc ſcribendi more corruptius Edd. Ven. pr. Mediol. pr. in qua Politianus correxit, & Mediol. ſec. Cald. *conſumere*. V. Longol. ad Plin. L. x. Ep. 48. *Conſummare opera ut inchoata ſunt.*

2 *Adventu ſuo.*] *Sui* S. GRON. Atque ita in Ed. pr. Graevii. Neque eam inprobo lectionem, quam habet etiam liber quidam, quo uſus eſt Cl. Burmann. male nominans *Periz.* Nam in illo exaratur *ſuo*. Saepiſſime autem librarii hunc Genitivum corruperunt. Vide me ad Caeſar. L. 1. B. G. C. 4. *Omnem ſui familiam.* Mel. L. 11. C. ult. in f. *ex ſpatio ſui*, ut in plurimis MSS. Boëth. L. 111. Conſ. Phil. pr. 16. *Rei natura ſui principio melior.* Ita MSS. Leidd. In Appuleji L. 1. Met. initio *mei proſapia* dant MSS. aliquot; quomodo ille ſaepiſſime loquitur. Ovid. L. 111. ex P. 7, 32.

An Fortuna mihi ſic mea nota fuit?

In Cod. per me collato *mei ſic mihi*. V. etiam ad Cap. 82. in Aug. C. 49. *in ſui cuſtodiam*, ubi eadem varietas. C. 98. *honori ſui inſtitutum* in Memm. Porro Vindob pr. *fecerat ſuo*. Ed. Camp. *faceret*: Dein *leges & int.* male MS. Cort. V. ad C. x1.

3 *Simulac primum.*] Cortius forte delendum eſſe τὸ *primum* margini adlevit. quod & alii ſuſpicati ſunt. Conſule Cl. Drak. ad Liv. v1, 1. Sed vide Burmann & ſic Ner. C. 43. *ſimulac primum provinciam adtigiſſet*, non *primam*. Amat particulas ejusdem ſenſus geminare auctor. Adi ad C. 6. Paullo ante *ſe* de-

ſos profligatosque adverſarios proſpicientem, haec eum ad verbum dixiſſe referens: *Hoc voluerunt: tantis* [1] *rebus geſtis C. Caeſar condemnatus eſſem niſi ab exercitu auxilium* [2] *petiſſem.* Quidam putant captum imperii conſuetudine, penſitatisque ſuis & inimicorum viribus, uſum occaſione rapiendae dominationis, quam [3] aetate prima concupiſſet. Quod exiſtimaſſe videbatur & Cicero, ſcribens De officiis tertio libro, ſemper Caeſarem in ore [4] habuiſſe Euripidis verſus, quos ſic ipſe convertit:

Nam

deſideratur in Vindob. pr. ac *rediiſſet* male Periz. Harl. Ed. Med. ſic *puniſſet* in Galb. C. 12. *redimiſſet* Ed. Cald. & infra *proſpiciente* Memm.

1 *Rebus g. C. Caeſar.*] In Periz. eſt *bellis*, ut apud Plutarch. p. 730. in hoc dicto πολέμους. Sed in ſimili dicto Auximatium Caeſ. L. 1. B. Civ. C. 13. *C. Caeſarem tantis rebus geſtis*, quae loca recte citavit Cauſaub. ut a Torrentii & Lipſii pravo judicio defenderet praenomen *C.* quod miror, contra omnes MSS. & Edd. exſulare etiam ab Ed. Gronovii. V. & in Ner. C. 2. In Caeſaris loco verba, quae ſequuntur, forſan ſic corrigenda; *proin habeat rationem, dum poteſt, civitatis* vel *neceſſitatis, & periculi ſui* ex J. Celſo. Vide locam.

2 *Petiſſem.*] Sic repoſui pro *petiiſſem* auctoritate trium Mediceorum, utriusque Vindob. Cors. Harl. Edd. Rom. utriusque, Ven. pr. paſſim ita noſter aliique & *petit* pro *petiit*, ut in Tito C. 10. mox C. 47. *petiſſe*. C. 53. *adpetiſſe*. Cal. C. 58. Ner. C. 28. V. hic Burmann. & ad Aug. C. 63. In Seneca Trag. innumeris locis contra metrum & MSS. quos vidi, prave nunc edunt *petiit, abiit, obiit, periit* &c. unde & *petimus* pro *petivimus* in plurimis Codd. antiquiſſimis Lucani L. IX, 430. Nam fruſtra ibi deſideratur auctoritas. Sufficit analogia ex ſimili deſumta. Sic Cl. Burmann. *adi* reſcripſit pro *adii* in Val. Fl. L. V, 503. cujus contractionis aliam auctoritatem non facile quis invenerit.

3 *Aetate prima.*] Sic omnes MSS. & Edd. Nihilominus ſenſum auctoris poſtulare exiſtimo, ut addatur vel particula *jam* vel *ab*, ut conjecit Cel. Duk. ad Liv. XLII. C. 34. *Quam primum in aetatem veni.* V. in Aug. C. 3, 84. Ner. C. 22. Niſi potius exciderit ob ſeq. ſyllabam *etatis* (ſic enim ſaepe in MSS.) copula &; ut vſ. ſeq. pro *etiam in prima jam aetate.*

4 *Habuiſſe quod eſt in Phoeniſſis Euripidis,*

Ἐιπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι
Κάλλιστον ἀδίκημα· τἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών.

Quod ſic ipſe convertit.] In editione Caſauboni 1610 Graeca appoſita ſunt ad marginem, quibus Salmaſius praeſcripſit (*eſt in Phoeniſſis* ita v. cod.) Miror a viris doctis brevitatem praetexi, ut deleantur Graeca in omnibus vetuſtis libris ſervata, quum certe ab Suetonio veniſſe inde pateat. An brevitas Suetonii etiam tolerat citationem libri tertii de officiis? Itaque quod univerſa antiquitas teſtatur Suetonii eſſe, id ex fide optima ei nunc reddo. Apparet manifeſte vocem *verſus* non

Nam ſi violandum eſt jus, [1] *regnandi gratia*
Violandum eſt: aliis rebus pietatem colas.

XXXI. Quum ergo ſublatam tribunorum interceſſionem, ipſosque urbe ceſſiſſe, [2] nunciatum eſt, praemiſſis confeſtim clam cohortibus, ne qua ſuſpicio moveretur, & ſpectaculo publico per diſſimu-

eſſe Suetonii, ſed alicujus ſcribae, qui Graecorum ignarus, pro ipſis Graecis poſuit vocem *verſus*; ut innueret ibi verſus ſcriptos fuiſſe, ſed quos ille aſſequi nequivit. Ita ſolitos eos facere patet ex multis exemplis. GRON. Graecos verſus addi etiam volebat Scriverius. Et certe comparent quoque in meorum plurimis. Sed ita, ut facile adpareat e Gloſſemate in textum irrepſiſſe. Nam eodem ordine, ac Memmianus, poſt verbum *habuiſſe* inſerunt Medicei. Cort. *eſt* vel *& eſt in phoeniſſis ἴσης* &c. *Euripidis verſus.* In Vindob. pr. *ut eſt in phoeniſſis ἴσης* &c. *Euripidis verſus.* Edd. Romanae *& in phoeniſſis ἴσης* &c. *Eur. verſus.* In Codd. Pulm. *Eos in phoeniſſis ἴσης* &c. *Eurip. verſus*, quomodo hinc ediderunt Veneti, Mediol. aliique multi. Sed Vindob. pr. ſine Graecis tantum inſerit *in phoen.* & Harlem. modo *eos.* V. plura in Ed. Cel. Burmanni. Sed quis hinc cum Caſaubono, Graevio, Burmanno, aliisque clare non perſpicit, illa omnia ex marginalibus Gloſſis, partim ex Ciceronis *tertio libro* (gloſſa hic loci) C. 21. partim ex Euripide vſ. 527. deſumtis in textum irrepſiſſe? Cuncti autem, exceptis Mediceis, habent ſecundo verſu quoque *ἀδίκειν*; ſed *ἀδίκημα* ex Mediceis, vel Vaticano, ut videre eſt in mea praefatione, ad marg. Ed. Mediol. reſcripſit Politianus. In Mēdic. pr. & tert. *χρεών. Iſtos Eur. verſ.* legit Pulm. *Verſus quos* conſtanter habent MSS. omnes etiam Memm. quas voces audacter nimis partim ejecit, partim mutavit Cl. Gronovius, a quo deceptus Burm. aliter exhibuit Codicis Memm. lectionem. *Ipſe* non poteſt non intelligi *Cicero*, qui teſtatur, ſe eos verſus ſic convertiſſe. Aliquoties autem pro Graecis eorum verſionem modo refert auctor, ut in Tib. C. 53. Ner. C. 20. &c.

1 *Regnandi gratia.*] Ita ſine ulla varietate exhibent Ciceronis MSS. & J. Celſus de Vita Caeſ. p. 179. Ed. Lond. Verum hic in pauciſſimis admodum; adeo ut etiam Editorum primus ſic ediderit Rapheleng. A. 1596. In prioribus & MSS. plurimis aliorum, item Vindob. pr. eſt *imperii.* In Vindob. ſec. Cort. Edd. Romanis *regni.* In Buhier. *dominandi.* quae varietas orta; quod multi Codd. hanc vocem omittant, ut tres Medicei & Exc. Voſſ. *regnandi* videtur exaratum eſſe in Memmiano, nam nullam ex illo varietatem adnotavit Salmaſius, niſi forte & illi codici deeſt. Quidquid ſit, opinor ego, vocem *Imperii* profectam eſſe a Suetonio, ita memoriae vitio Ciceroniana citante, & in hoc Senario, uti in ſeq., dactylum quarta ſede ponente. Seq. verſu *eſt* exſulat a Vind. pr.

2 *Nunciatum eſt.*] Verbum ſubſtantivum non conſpicitur in Medic. tert. Mox *inſpectae* Vind. pr. item *gladiatorum* cum Edd. primis. Ceterum male Fabrettus Inſcr. p. 298. ludum iſtum Ravennae confundit cum *Ludo Magno* Romae, qui erat in tertia regione, frequens in Inſcript. V. Rufum & Victorem. Item Onuphr. Panv. T. III. Th. Gr. p. 288. Fabr. p. 293. Habebat etiam ludum Capuae Caeſar. Vide ipſum L. I. B. Civ. C. 14.

mulationem interfuit, & formam, qua ludum gladiatorium erat aedificaturus, consideravit, & ex consuetudine convivio se frequenti dedit. Dein post Solis occasum, mulis e proximo pistrino ad vehiculum junctis, occultissimum iter modico comitatu ingressus est: &, quum, luminibus exstinctis, decessisset via, diu errabundus, tandem [1] ad lucem duce reperto, per angustissimos tramites pedibus evasit: consecutusque [2] cohortes ad Rubiconem flumen, qui provinciae ejus finis erat, paullum

1 *Ad lucem.*] Ante primum diei diluculum, seu *ad auroram*, ut ait Celsus, sive *sub lucem* vel *prope lucem*, ut alibi auctor loquitur. Hoc non est *cum jam erat lux*, ut minus bene capiunt viri docti, qui consuli possunt: sed *antequam lucesceret;* ut apud Censorin. de die Nat. C. 24. *Ad mediam noctem: Tunc media nox. Ad meridiem: Tunc meridies.* Sic enim etiam locum hunc interpretandum esse putem; atque sic optime cepit Graevius in Domit. V. Cap. 16. *Ad mediam noctem.* Apud Ovid. in Epist. Cydippes XXI. vs. 4. dies quae *instat*, dicitur *ad ipsum tempus.* Cic. L. III. Ep. 7. *ad hiemem.* V. & Domit. C. 17. *ad ipsam horam.* Quum Caesar ducem illum reperit, non procul a cohortibus jam abfuisse videtur, quas per tramites compendiosos adsecutus & adlocutus flumen transiit, & Ariminum, quum nondum plane per solem lucesceret, cepit. Lucan. L. I. vs. 228.

Sic fatus, noctis tenebris rapit agmina ductor
Inpiger. It torto Balearis verbere fundae
Ocior, & missa Parthi post terga sagitta,
Vicinumque minax invadit Ariminum. Et ignes
Solis lucifero fugiebant astra relicto.

Ubi vide. Ariminon captam περὶ ἡμέρας, aut περὶ ἕω dicunt Graeci. *Ante lucem* ergo debuit ducem reperisse, nec tamen ita rescribi opus est. Quamquam fateor, plerumque *ad l.* occurrere sensu lucescentis jam diei. Et forsan jungenda sunt *ad lucem evasit*, postquam jam antea ducem aliquem itineris per noctem invenerat. Praeterea recte quidem distinguit Casaubonus inter *lucem* diei, & *lumen* facium ac lychnorum, sive quodvis factum. Haud tamen id ita perpetuum est, ut non aliquando, sicut *lumen* pro luce diei, ita contra *lux* quoque de lumine sive quovis splendore, per quem homo oculis suis uti possit, occurrat. Docet contrarium satis Ciceto pro Coelio C. 28. *Lux denique alia est solis ac lychnorum.* Virg. II. Aen. 561. *Dant clara incendia lucem.* V. & Burm. ad Virgil. L. II. Aen. 683. Hinc eleganter ludens Appulej. L. II. Met. p. 36. *Lucerna praegrandis & oleum* ad lucem luci sufficiens: ubi male P. Faber ejicere volebat duo postrema verba, & prave Scriverius edidit *loci.* Postulabat oleum *ad lucem* dandum, usque *ad lucem* seu diluculum diei, ut bene capiunt Beroaldus, & alii. Horat. L. III. O. 8. 14. *Vigiles* lucernas *profer in* lucem.

2 *Cohortes.*] *Cohortis* S. GRON. Dein *quo prov.* Vind. pr. & haud male *pr. ei finis* Vindob. sec. item *paululum.*

lum [1] conſtitit: ac reputans, quantum moliretur, converſus ad proximos, *Etiam nunc*, inquit, *regredi poſſumus: quod ſi ponticulum tranſierimus, omnia armis agenda erunt.*

XXXII. Cunctanti oſtentum tale factum eſt. Quidam eximia magnitudine & forma, in proximo ſedens repente adparuit, [2] arundine canens: ad quem audiendum quum, praeter paſtores, plurimi etiam ex ſtationibus milites concurriſſent, interque eos & aeneatores, rapta ab uno tuba, [3] proſiluit ad flumen: & ingenti ſpiritu claſſicum exorſus pertendit ad alteram ripam. Tunc Caeſar, *Eatur*, inquit, *quo deorum oſtenta, & inimicorum iniquitas vocat:* [4] *Jacta alea eſt*, inquit.

XXXIII. Atque ita trajecto exercitu, adhibitis tri-

1 *Conſtitit.*] Palatino pr. & Copeſ. accedunt Med. pr. & Celſus, in quibus *ſubſtitit*, ut C. praec. *Ravennae ſubſtitit.* In Tib. C. 11. *paullum ſubſtitit.* In Oth. C. 9. *Subſtititque Brixelli.* & paſſim alii. V. tamen Burm. Dein *ſic reput.* Vindob. pr. *aut rep.* Med. pr. Mox & *nunc* Ed. Camp. & *ag. ſunt* Vind. pr.

2 *Arundine.*] *Harundine* S. GRON. Item Exc. Voſſ. & Edd. quaed. Tum *e ſtat.* Edd. Rom.

3 *Proſiluit.*] *Proſilivit* S. GRON. Sic etiam Periz. Edd. Rom. Male vero Boxhorn. e Feſto legi vult *aenatores*: ut illic habent ſcripti. Verum Codd. noſtri, Frontini, Amm. Marcell. & aliorum, atque ipſi lapides apud Grut. p. 85, & 264. conſtanter *aeneat.* uti ad Veget. L. III. C. 4. in Feſto legit Stewech. & Turn. Adv. XXVIII, 5. ſed forſan illic praeſtet *aënat.* ſeu *ahen.* Apud aurei aevi ſcriptores vox non invenitur.

4 *Jacta alea eſt, inquit.*] Cum hoc ordine etiam ponantur voces in Mediceis, Vindob. ſec. Cort. Voſſ. ſicut in multis aliorum MSS. non *eſt alea*, ut in vetuſtioribus Edd. adſentior viris doctis ſcribentibus *eſto*, ut ediderunt Junk. Burm. Erneſt. ex Plutarchi & Appiani ἀνερρίφθω, & Petronii vſ. 174. de B. Civ. *Judice Fortuna cadat alea.* Ceterum *inquit*, quod ſuperfluum videtur, & ex Urſini Codice tolli volebant quidam viri docti, & omiſere Junk. & Erneſt. ſuique libri margine deleverat Lipſius, agnoſcunt MSS. reliqui omnes; & aeque poſſet dici, prius *inquit* inducendum, vel poſt *vocat* addendum &. Sed malim credere eſſe idiotismum quemdam, quo *inquam* & *inquit* additur, ubi nobis nequaquam neceſſarium videtur. Adi N. Heinſ. ad Vellej. L. 1. C. 17. laudatum a Burm. ad Phaedri F. XXV. Juſtin. L. 1, 8. *Caput Cyri* &c. *conjici regina* jubet, *cum hac exprobratione crudelitatis: Satia te*, inquit: ubi Schefferus quoque delere, vel & inſerere volebat. Similia in Caeſare occurrunt multa. Atque ita Graeci poſt ἵλιξεν, εἶπεν, ἀπεκρίνατο addunt paſſim ἔφη: ut centies in ſolo Xenophonte. Mox *plebis* abeſt a Vindob. pr. ac dein *adhortandoque* Med. pr. & tert. Pinell. & Ed. Mediol.

1 *Qua-*

tribunis plebis, qui pulſi ſupervenerant, pro concione fidem militum flens, ac veſte a pectore diſciſſa, invocavit. Exiſtimatur etiam equeſtres cenſus pollicitus ſingulis: quod accidit opinione falſa. Nam quum in adloquendo exhortandoque, ſaepius digitum laevae manus oſtentans, adfirmaret, ſe ad ſatisfaciendum omnibus, per quos dignitatem ſuam defenſurus eſſet, anulum quoque aequo animo detracturum ſibi; extrema concio, cui facilius erat videre conclonantem, quam audire, pro dicto accepit, quod viſu ſuſpicabatur: promiſſumque jus anulorum cum milibus [1] quadringenis [2] fama diſtulit.

XXXIV. Ordo & ſumma rerum, quas deinceps geſſit, ſic ſe habent. Picenum, Umbriam, [3] Etruriam occupavit: & L. Domitio, qui, per tumultum [4] ſucceſſor ei nominatus, Corfinium praeſidio tenebat, [5] in deditionem redacto, atque dimiſſo, ſe-

1 *Quadringenis.*] Medicei quoque tres, Pin. & uterque Vindobon. ac Cort. cum Ed. Camp. Med. Cald. habent, ut alii, *quadragenis*, certiſſimo contra equeſtrem cenſum vitio, orto ex ſcriptura IVgenit. quale etiam occupavit omnes Livii Codd. L. XXX, 45. ubi V. viros doctos. & infra aliquoties recurret. V. in Ner. C. 10, 20, 30. Supra *viſui* in MS. Cort.

2 *Fama diſtulit.*] Recte Cl. Burm. docet *fama* eſſe nominativum, quae diſperſit eam opinionem, uti paſſim *fert*, *loquitur*, *ſuſurrat* & ſimilia, immo & *ſcit fama*. Non enim opinor illud ubique mutandum in *ſic*, de quo alias. Ita Appulej. L. VIII. Met. init. *Idque ſic erat*, & *fama dicebat*. ubi nequaquam cum Pricaeo & N. Heinſio, invitis MSS. ſubſtituendum *dicebatur*. Ovid. Ep. Cyd. XXI, 51.

Neve nihil credas in te quoque dicere famam.

Sen. Hippol. vſ. 789.

Omnes per populos fabula diſtulit. Vell. L. II, 93, 121. *Fama loquitur*, *narravit*. Plinio L. VIII. C. II. *Nunciavit hoc fama regi*. Livio *adtulerat fama* L. XXIX. 6. Ceterum *turpi fama aliquem differre* dixit quoque Accius apud Nonium C. 2. in voce *incilare*.

3 *Etruriam.*] Vind. ſec. & Edd. aliquot *Hetruriam*. Sed vide Comm. ad Liv. 1, 2. §. 3.

4 *Succeſſor.*] Unde hoc illi exprobat Caeſar apud Lucan. L. VII, 606.

Jam magni deſeris arma
Succeſſor Domiti.

quod male a multis ſollicitatum eſt. V. Comm. & in Ner. C. 2.

5 *In deditionem redacto.*] *In dicionem* S. GRON. Praeter eum & Copeſ. habent quoque *in ditionem* Medic. pr. & ſec. perpetua confuſione; de qua cum multis viris doctis ſaepius dicendum habui. Nunc ita cenſeo, recte dici, *accipi*, *venire*, & praeſertim *redigi in deditionem* urbes obſeſſas, & in primis

ſecundum ſuperum mare Brundiſium tetendit, quo Conſules Pompejusque confugerant, quam primum transfretaturi. Hos fruſtra per omnes moras exitu prohibere conatus, Romam iter convertit; adpellatisque de rep. patribus, validiſſimas Pompeji copias, quae ſub tribus legatis M. Petreio, & L. Afranio, & M. Varrone in Hiſpania erant, invaſit; profeſſus ante inter ſuos, *ire ſe ad exercitum ſine duce, & inde reverſurum ad ducem ſine exercitu.* Et, quamquam obſidione Maſſiliae, quae ſibi in itinere portas clauſerat, ſummaque frumentariae rei penuria retardante, brevi tamen omnia ſubegit.

XXXV. Hinc urbe repetita, [1] in Macedoniam transgreſſus, Pompejum per quatuor paene menſes maximis obſeſſum operibus, ad extremum Pharſalico proelio [2] fudit: & fugientem Alexandriam perſecutus, ut occiſum deprehendit, cum Ptolemaeo rege, a quo ſibi quoque inſidias tendi videbat, bel-

homines, qui obſidione vel oppugnatione adducuntur, ut dedere ſe cogantur, ſive ad deditionem compelluntur; ſicuti hic Domitius; & apud Flor. L. III. C. 10. in f. *Noviſſime civitatem in deditionem redegit*, quomodo in MSS. O. Hinc malo quoque cum plerisque codicibus infra C. 74. *Piratas, a quibus captus eſt, quum in deditionem redegiſſet.* Non enim illi in ditionem Caeſaris vel populi Romani venerunt; ſed dediderunt ſe praedones, ilico morte puniti. Ita & nunc retineo in Frontino L. III, 5, 1. *Thraces obſeſſi tandem in deditionem venerunt.* Vide me ad Caeſ. L. VI. B. G. C. 9. ſed infra in Veſp. C. 4. omnino legendum *Inſulam Veſtim, Britanniae proximam, in ditionem redegit.* Conſulendi ſunt Celeb. Duker. & Drakenb. ad Liv. L. XXVI. C. 21. *Civitates omnes, quae defecerant, in ditionem redegit*, & me ad Caeſ. L. II. B. G. C. 39. *Omnes eas civitates in ditionem poteſtatemque P. R. eſſe redactas.* Mox *Brunduſium* cum Edd. ante Steph. male MS. Cort. V. Burm. & Drak. ad Liv. XLII, 17. ac dein corrupte Vind. pr. *p. o. mores ex abitu prob. c. R. i. vertit.* In fine Cap. *ſubjecit* Pinell. ſed in marg. *ſubegit.*

1 *In Macedoniam transgreſſus.*] Cum aliis τῷ *in* carent Edd. Mediol. Cald. vitioſe. Aliud enim eſt *transgredi, tranſire regionem.* aliud *in regionem.* V. Drak. ad Liv. L. XL. C. 53. De verbo *transgredi* contra Aſinium Pollionem & Nonium, in transmiſſione maritima uſurpato, egit quoque Cortius ad Salluſtii fragm. p. 955. *Transgreſſos omnes recipit mons.* Vell. L. II. 50. *Quum transgreſſos reperiſſet Conſules.*

2 *Fudit.*] Ita S. cum in Caſ. editione ſit *fundit.* GRON. MSS. O. in praeterito exhibent, & Edd. ante Chriſt. Plant. Tunc *effugientem* in Mediceis duobus, & ſic Politianus e ſuis Codd. correxit ad marg. Ed. Mediol pr. uti & in MSS. plerisque & Edd. Vett. *Ptolomeo.*

1 *Tem-*

bellum ſane difficillimum geſſit: neque loco, neque [1] tempore aequo, ſed hieme anni, & intra moenia copioſiſſimi ac ſollertiſſimi hoſtis, inops ipſe rerum omnium, atque inparatus. Regnum Aegypti victor, Cleopatrae fratrique ejus minori permiſit: veritus provinciam facere, ne quandoque violentiorem praeſidem nacta, novarum rerum [2] materia eſſet. Ab Alexandria in Syriam, & inde Pontum tranſiit, urguentibus de Pharnace nunciis: quem Mithridatis Magni filium, ac tunc occaſione temporum bellantem, jamque multiplici ſucceſſu praeferocem, intra quintum, quam adfuerat, diem, quatuor, [3] quibus in conſpectum venit, horis, una profligavit acie; crebro commemorans Pompeji felicitatem, cui praecipua militiae laus de tam inbelli genere hoſtium contigiſſet. Dehinc Scipionem ac

1 *Tempore aequo, ſed hieme anni.*] Male e ſuo codice ſollicitavit hunc locum Urſinus, legi jubens *t. anni aequo, ſed hieme:* ut Liv. L. v. C. 10. *ne hiemi quidem aut tempori anni.* Sed ſi auctor *tempore anni* hic ſcripſit, ſubdidiſſet potius *hiberne.* ut Hirt. B. Alex. C. 43. *hiberno tempore anni ac difficili:* de quo vide me ibid. C. 3. *Intercluſum tempeſtatibus propter anni tempus* i. e. *anni hiemem,* quam bene hic viri docti, qui conſulendi ſunt, defenderunt, ac confirmavit Pricaeus ad Appul. in Apol. p. 81. *Hiems anni erat; ego ex fatigatione itineris adfectus apud Appios* ſcitos *amicos meos* (*quos honoris & amoris gratia nomino,*) *decumbo.* Sic enim lego pro *veteres.* Nam in MSS. Flor. eſt *ſitos.* in Dorvill. *Scytas. Amici ſciti* ſunt docti. V. Gron. ad Gell. L. IV. C. 1. N. Heinſ. ad Ovid. Art. 1. 518. crebroque ea voce uſus eſt Appuleius. Paullo ante Vind. pr. *nec loco,* & mox Medic. duo ac Cort. cum Edd. Rom. *omnium rer.*

2 *Materia eſſet.*] Codex Salmaſ. *materieſſet* pro *materies eſſet.* GRAEV. *Materieſſet* pro *materies eſſet.* S. GRON. Ipſam Salmaſii manum ex marg. Ed. Caſauboni expreſſit Gronovius, cujus mentem non cepit ſagaciſſimus alioquin Burmann. nec quid Graevius adnotaſſet, adtendit. Non placet tamen *materies es.* & Suetonius aliis locis *materia* praetulit. Mox cum Clar. viro malim *inde in P.* ſed nullus addicit codex, contra prave hic loci *Syriam* ſine praepoſitione dant Edd. Med. Cald.

3 *Quibus in conſpectum v. horis.*] Vel non intelligo Cl. Burmannum, vel hic quoque, ut verſu praec. *intra quintum quam adfuerat* (vitioſe *abf.* MS. Cort.) *diem,* viderur praeferre *quam.* Sed adi Perizon. ad Sanct. Min. L. II. C. 9. §. 6. Ceterum Vind. pr. *venit in conſp.* Medic. tert. & Edd. Rom. *in conſpectu v.* ſolenni variatione. V. ad Phaedr. L. V. F. 1. *In conſpectu meo audet venire.* ad Caeſ. L. IV. B. G. C. 12. VIII, 8. 23. 27. II. B. Civ. 27. Infra in Ner. C. 43. Mox *aciem* Edd. Med. Cald.

ac Jubam, reliquias partium [1] in Africa refoventes, devicit: Pompeji liberos in Hiſpania.

XXXVI. Omnibus civilibus bellis nullam cladem, niſi per legatos ſuos, paſſus eſt: quorum C. Curio in Africa periit: C. Antonius in Illyrico in adverſariorum devenit poteſtatem: P. Dolabella claſſem in eodem Illyrico, Cn. Domitius Calvinus in Ponto exercitum [2] amiſerunt. Ipſe proſperrime ſemper, ac ne ancipiti quidem umquam fortuna, praeterquam bis, dimicavit: ſemel ad Dyrrachium, ubi pulſus, non inſtante Pompejo, negavit, eum vincere ſcire: iterum in Hiſpania ultimo proelio, quum deſperatis rebus etiam de conſciſcenda nece cogitavit.

XXXVII. Confectis bellis, [3] quinquies triumphavit,

1 *In Africa.*] *Africam* S. GRON. Non ita adhiberetur caſus Accuſativus, ut Cap. 8. *conſcriptas in Ciliciam legiones*, ſive ut in Ciliciam mitterentur, de qua locutione alias; ſed pro *intra*, eodemque ablativi ſenſu, quo adhibetur etiam in lapidibus. Vide ad Leg. Papenbr. N. 19. ſaepius tamen librariorum eſſe aberrationem exiſtimo. Mox Vindob. pr. *Pomp. liberos ſecutus in Uſpania.* quae lectio nata videtur ex corrupta gloſſa *Sextum & Cneum.*

2 *Amiſerunt.*] Vindob. pr. *amiſit.* Dein vitioſe *ac nec* Edd. quaedam Germanicae. In fine capitis *morte* pro *nece* Perizon. a m. pr. ut in Claud. C. 31. *etiam de conſciſcenda morte cogitaſſe.*

3 *Quinquies.*] *Quinquies quinquenni* S. GRON. Sic & Turon. ac Voſſ. in marg. & Barth. Cod. *quinquenni.* Unde Cel. Burm. conjecit *biennio* vel *in biennio.* Neſcio, an non praeſtaret *unoque anno*, vel *uno paene anno*, non *eodem*, ſed intra decurſum 12 menſium. Nam ex Africa anno DCCVIII. aerae Varr. non rediit Romam, niſi XXVI. die Quintilis. V. Hirt. B. Afr. C. ult. ac tunc tot decreta ei a ſenatu ſunt facta & ſupplicationes habitae, tantique adparatus in triumphos futuros ſunt acti, ut non prius quam menſe Octobri, vel initio *Novembris* triumphaſſe potuerit; quando etiam primo die ob axem currus fractum *ad lumina* Capitolium adſcendit. Anno vero ſeq. ex Hiſpania initio Septembris reverſus triumphavit ejus menſis fine vel initio Octobris, ut e Faſtis Capitolinis, exeſis licet, adparet. Vide etiam Vell. L. II. C. 56. infra C. 83. Verum quo minus hanc conjecturam praeſtem veram, facit Caeſaris conſtitutio, qua eodem anno DCCVIII. poſtquam quater triumphaverat, inter menſem Novembrem & Decembrem inſeri juſſit 67 dies. Nam menſis intercalarius ſeu Mercedonius jam inſertus fuerat ſolito more poſt Februarium; ita ut is annus XV menſium fuerit; ut eſt notiſſimum ex Cap. 40. quamquam Suetonius in Faſtis & Hiſtoriis legens dictis menſibus actos eſſe triumphos, nec in memoriam ſibi revocans, magnam illam per iſtud temporis intervallum intercalationem ad Julianum ex ea annum digerendum accidiſſe, immo vel ſic non

vit, poſt devictum Scipionem quater eodem menſe, ſed interjectis diebus: & rurſus ſemel poſt ſuperatos Pompeji liberos. Primum & excellentiſſimum triumphum egit Gallicum, ſequentem Alexandrinum, deinde Ponticum, huic proximum Africanum, noviſſimum Hiſpanienſem, diverſo quemque adparatu & inſtrumento. Gallici triumphi die [1] Velabrum praetervehens paene curru excuſſus eſt, [2] axe diffracto: [3] adſcenditque Capito-

non illius, ſed menſium nominis rationem habens, facile ſcribere potuit *unoque*, vel *uno paene anno*. V. praeter alios Dion. a pag. 220. ad 227. Ceterum ex quinque his triumphis Plutarchus in Caeſ. p. 733, 734. omittit *Gallicum*, Appian. L. II. B. Civ. p. 491, 494. Ed. Steph. *Hiſpanienſem*. ut obſervavit jam Cel. Duk. ad Flor. IV. 2. 88. Appianum ſecutus eſt Oroſius L. VI. C. 16, 17.

1. *Velabrum praetervehens.*] Uti in MS. Torrentii, Abb. Gand. & Edd. Venetis, ſic etiam in utraque Mediol. & Cald. exhibetur *praevehens*; certe vulgato elegantius: quamvis contra pleroſque MSS. in hoc & aliis Suetonii locis illud intrudere non auſim: ut C. 78. Aug. C. 93. 98. Ner. C. 34. Conſule tamen Cl. Burmann. & me ad Caeſar L. III. B. Civ. C. 26. *Dyrrachiumque praetervehuntur*: ubi prave *perveh.* in nonnullis Edd. excudi, docuit late, & aliud quid eſſe mecum probavit vir ſummi judicii, Cel. Dukerus, nupera ad Florum praefatione; licet nolim contendere, *per* numquam in ſignificatione & *praeter* occurrere, ſaltem in itinere maritimo. Vide virum doctum, quocum res eſt Cl. Dukero, in Miſc. Obſ. A. 1744. p. 628, 631. & Ovidium L. I. Tr. El. 10, 35. de navi:

Et ab his per Apollinis urbem
Acta.

ubi fruſtra Illuſtr. N. Heinſius comminiſcitur inſulam, inter quam & Apolloniam erat curſus. *Praevehi* reſtitui quoque debet Melae L. II. C. 2. *Praevectiſque Maſtuſiam ſinus intrandus eſt, qui alterum Cherſoneſi latus adluens.* Sic enim locus ille MSStorum fide eſt emendandus. Supra *quaeque* eſt in Exc. Voſſ. & haud ineleganter in Cort. & Vindob. ſec. & *adpar.* & *inſt.* ut millies ſolet noſter.

2. *Axe diffracto.*] Recentiores Codd. cum aliquot Edd. habent *defracto*, ſive axis parte eminentiore vel exteriore fracta. Sic Novius *digitos defregi meos* apud Nonium V. *Limen*. Sed Medicei quoque tres, item uterque Vindobon. & Cort. cum aliis a Torrentio & Caſaubono viſis, item Exc. Voſſ. & Periz. margo ac Politiani V V. LL. in Ed. Mediol. pr. cum Edd. Romanis dant *disfracto*, ut nonnulli etiam in Aug. C. 17. *gubernaculo disfracto.* vel *diffracto*, ſive medio dirupto: non, ut interpretatur Erneſtius, in multas partes dilapſo: quare omnino Caeſari alio axe vel curru potius opus fuit. V. Dion. p. 224. De varia ſignificatione praepoſitionum *de* & *dis* in hoc verbo conſule Caſaub. Burm. uti & Bentlej. ad Horat. L. II. S. 1, 79. porro verbum *eſt* non comparet in Periz. Harl. Edd. Ven. Med. Cald. aliisque.

3. *Adſcenditque Capitolium ad lumina.*] Nequaquam hic ex uno alteroque codice *ad limina*, aut e conjectura *deſcenditque* eſt innovandum: licet *deſcendere montem* ſatis

Lati-

pitolium ad lumina, quadraginta elephantis [1] dextra atque ſiniſtra lychnuchos geſtantibus. Pontico triumpho inter pompae fercula trium verborum praetulit titulum, VENI. VIDI. VICI. non

Latinum ſit; atque ita legendum videatur in Severo de Aetna vſ. 337.

Tutoque licet deſcendere montes. Vulgo *diſcedere* ſine ullo ſenſu. Nec *diſcedere* poteſt ſecum habere quartum caſum a verbo rectum; ut putat Cl. Menken. in Miſc. Nov. Lipſ. V. v. T. 2. p. 341. nam & apud Senecam Herc. Fur. vſ. 321. *diſcedens fretum* non ſignificat *in fretum*, ſed ipſum *fretum diſcedens*, ſive decedens. At hic rectiſſime ſe habet vulgaris lectio, cui deeſt *ad* in Cortianó MS. Caeſaris triumphus illo axis diffracti caſu & comparatione alius currus adeo fuit retardatus, ut clivum Capitolinum adſcendere non potuerit; niſi ſole jam occaſo; & accenſis ubique luminibus: cum etiam per anni tempus jam brevior dies fuerit, & multitudo rerum, quae transvehebantur, itidem pompam retardarit: Quare praelucendi cauſſa Caeſari etiam neceſſario adhibendae fuerunt faces in hoc caſu extraordinario: ut ante Erneſtium veriſſime explicuit Celeb. Duker. ad Flor. L. 11. C. 2. §. 10. Quando Caeſar domum deductus eſt elephantis praelucentibus, egerat Africum triumphum; ſi Dioni p. 224. fides eſt. Hae duae res ergo ſunt diſtinguendae, ut etiam ſubodoratus eſt Ampliſſ. Cuperus diſſ. de Eleph. L. 11. C. 6. De locutione *ad lumina* ſeu *luminibus accenſis*, vel *prima face* vide praeter citata Drakenb. ad Sil. Ital. L. 1. 66. & me ad Hirt. B. Afric. C. 89. *circiterque luminibus accenſis Uticam pervenit.*

1. *Dextra atque ſiniſtra lychnuchos geſtantibus.*] Bene MSS. *lychnos geſtantibus*, Faces enim proboſcide geſtarunt. Hinc vocat Dio, λαμπάδας φέροντας. Non hoc primum feciſſe Caeſarem, ſed a Graecis accepiſſe, ſive Aſiaticis regibus ex Antiochi Dionyſii numo praeclare docuit Vir dignitate & eruditione ſummus Ezechiel Spanhemius in diſſertatione tertia de praeſtantia & uſu numiſmatum. GRAEV. Duos nummos elephanto Lychnophoro inſignitos exhibuit Ampl. Cuperus diſſ. de Eleph. 1, 6, 7. qui λαμπάδα ſeu facem proboſcide gerunt. ac tales hic quoque intelligendi videntur, non, ut in tergo habuerint juvenes vel juvenum ſimulacra, qui vecti elephantis lychnos praetulerint; ut ſuſpicatur Torrentius: Neque, ut locum cepit Cl. Burmannus, receptacula lychnorum dependerint ex elephantorum lateribus dextra ſiniſtraque. Sed enim elephanti a dextra & ſiniſtra viae ſive dextra laevaque praeductorum ferculorum & currus triumphalis incedentes, proboſcide geſtarunt lychnos, & vicem ſervorum *ad lychnum*, ut in Inſcr. Don. ſeu λυχνοφόρων, ſive δαδούχων, praeſtiterunt. Ceterum *dextra ſiniſtraque* in Copeſ. Vindob. ſec. & Cort. ac *lychnuchos* penſiles ſcilicet, quam vocem primus Politianus reponi juſſit & Ed. Mediol. margini e ſuis Codd. adſcripſit, aut *lichinicos* vel *lichnucos* ſervant Medicei cum Palat. duobus, Obſop. Memmiano & Exc. Voſſ. aliisque. Sed ceteri Codd. cum Edd. primis habent *lychnos*, cui lectioni adſtipulatur quoque Berneccerus. Certe *lychnuchi* fuerunt potius ipſi elephanti, qui *lychnos* ſive λαμπάδας ac faces geſtarunt. V. Giphan. Ind. Lucret. niſi *lychnuchos* κατάχρησιν pro ipſis *lychnis* capiamus, aut faces ſeu lychni ſteterint in inſtrumentis per elephantos in proboſcide geſtis. Adi Caſaub. & Burm. Alioquin mihi

non acta belli ſignificantem, ſicut [1] ceteris, ſed celeriter confecti notam.

XXXVIII. Veteranis legionibus praedae nomine in pedites ſingulos ſuper bina ſeſtertia, quae initio civilis tumultus numeraverat, [2] vicena milia numûm dedit. Adſignavit & agros, ſed non continuos, ne quis poſſeſſorum expelleretur. Populo praeter frumenti denos modios, ac totidem olei libras, trecenos quoque numos, quos pollicitus olim erat, viritim diviſit: & hoc amplius, centenos

hi *lychnos* praeplaceret. Apud Victorem in Reg. x. *Aedes Apollinis, ubi lychni pendebant inſtar arboris mala ferentis.* Panvin. *Lychnuchi*; uti nunc editur in Plinio L. XXXIV. C. 3. plura v. ad Domit. Cap. 4. ubi eadem confuſio.

1. *Ceteri.*] *Ceteris* S. GRON. Optime Salmaſ. & Robert. Steph. *ſicut ceteris*, ſcilicet in triumphis. GRAEV. Male Caſaub. e Viterb. Cod. repoſuit *ceteri* ſc. triumphatores, quamvis ei adſtipulentur Vindob. uterque & Cort. cum Aldo. Ipſe Caeſar etiam in prioribus triumphis praetulerat titulum acta bellorum ſignificantem; ſed nunc tantum notam belli confecti. *Ceteris* itaque cum MSS. Mediceis & aliorum praeeunte Burm. reſtitui, mirans Boxhornii pravum judicium, *notantem* reſcribi jubentis.

2. *In equites vicena quaterna milia.*] Codices ſcripti Vaticanus, Memmianus, Viterbienſis, Pithoei, Palatinus primus & ſecundus non habent τὸ *in equites*. Nec Groſlotianus τὸ *quaterna*. Haec ipſa Suetonii ſcriptura eſt, conſentiuntque Appianus & Dio. Τὸ *in equites* adjecerant, qui putabant pedites non debere nominari, niſi & equitum mentio fieret. At Suetonius de ſolis peditibus commemoravit, cum omnibus notum eſſet, quod peditibus daretur, id duplicari centurionibus, dari triplex equiti, quadruplum tribunis & praefectis equitum. ſic Gronovius lib. II. de Pec. vet. c. 2. quem vide, ut & Lipſium Admirand. II. c. 22. qui & ipſe hanc lectionem aſſeruit, & in textum jam olim recepit Berneccerus. *In equites* deſideratur etiam in Salmaſ. inferius idem codex: *bina caſtra ex adverſum conſtituta.* GRAEV. *Vic.* Ita S. vulgo *in equites vic.* GRON. Optime primo docuerunt viri docti iſta *in equites* eſſe ſuppoſititia, & bene cum Graevio deleverunt Gron. ac Burm. ſicut etiam non comparent in Cort. nec Mediceo pr. qui praeterea non agnoſcit, niſi ſupra ſcriptum, τὸ *quaterna*; ac teſte Burmanno, deeſt Exc. Cujac. & Ed. Bon. Veriſſime. Graeci enim habent modo πεντακισχιλίας δραχμάς, quae ſunt 20000. numûm. Quare & ego delevi. Super L. Philippeos, quos numeraverat initio, dedit *in ſingulos* ſeu diſtribuit ſingulis peditibus D. Philippeos, centurionibus M, equitibus MD, tribunis & praefectis MM. uti portiones illae ſemper ſolebant duplicari. Minus bene hunc locum ante Gronovium interpretes intelligentes in pejus corruperunt. Dein *adſignavitque agr.* Edd. Rom. *adſignavitque & agr.* Mediol. Mox prave *trecentos* Ed. Camp. & M. Gryph. nec non in aliquot Edd. *tric.* ut monuit jam Turnebus, indice Pulmanno. V. & ad Aug. C. 41. Item *dimiſit* Ed. Camp. pro *diviſ.* ac *dimiſit* Vindob. pr. pro *remiſ.*

Annuam

nos pro mora. [1] Annuam etiam habitationem Romae uſque ad bina milia numûm, in Italia non ultra quingenos ſeſtertios remiſit. Adjecit epulum [2] ad viſcerationem, & poſt Hiſpanienſem victoriam duo prandia. Nam quum prius parce, neque pro liberalitate ſua praebitum judicaret, quinto poſt die aliud largiſſimum [3] praebuit.

XXXIX. [4] Edidit ſpectacula varii generis: munus gladiatorium, ludos etiam regionatim urbe tota, & quidem per omnium linguarum hiſtriones: item circenſes, athletas, naumachiam. [5] Munere in

1. *Annuam habitationem Romae uſque ad bina milia numum.*] Et hunc locum Gronovius optime interpretatur lib. II. de Pec. vet. cap. 2. ubi oſtendit & male Torrentium haec verba accepiſſe, nec recte Caſaubonum optimum Suetonii interpretem contrarium Suetonio feciſſe, ſi hic recte explicetur, nimirum *uſque ad bina milia* habitantibus, ſeu qui binis milibus habitarent, ſive Romae, ſive in Italia iis largitum aliquid Caeſarem. Romae quidem iis remiſiſſe habitationem annuam, hoc eſt, pro iis ſolviſſe de ſuo Dominis aedium omnem penſionem anni; qui vero in Italia, pro iis remiſiſſe habitationis annuae non ultra quingentos ſeſtertios, hoc eſt, pro iis tantum pependiſſe *quingenos ſeſtertios*, quae non niſi trium menſium penſio erat. Vide plura in dicto loco. GRAEV.

2. *Ad viſcerationem.*] Secutus codices & Edd. quos citavit Cl. Burm. quibuſque accedunt Vindob. uterque, & aliquot Edd. etiam Junkeri, ita quoque exhibui pro *ac*, quod Graev. & Gron. retinuerant cum pleriſque MSS. & Edd. primis aliisque. Simili modo poſteriores corruperunt Vitruvium L. II. C. 2. *Thales aquam putavit omnium rerum eſſe principium. Heraclitus ignem. Pythagoraeorum vero diſciplina adjecit & aquam & ignem, aëra & terrenum.* Immo vero leg. e MSS. 2. Voſſ. Franek. & Edd. Vett. ac Phil. *adjecit ad aquam & ignem aëra & terrenum.* duobus prioribus elementis addidit aëra & terr. Idem L. I. C. 6. *crebras redundantias adjiciendo ad membra.* Alia dedit Burm.

3. *Praebuit.*] Licet *fecit*, quod exararatur in Hulſ. Cod. ſit bene Latinum, non puto tamen a Suetonio ſic ſcriptum, quia praecedit *praebitum.* amant optimi quivis ſcriptores in talibus idem verbum repetere. C. 41. *Quos ipſe edidiſſet & edebat.* Adi Comm. ad Vell. I, 3. *Quod cum alii faciant, Tragici frequentiſſime faciunt.* Me ad Caeſarem L. VI. B. G. 34. *quantum diligentia provideri poterat, providebat.* ad Hirt. VIII. 3. *Accidit, quod accidere fuit neceſſe.* In Ed. Camp. *largiſſimi.* Forſan *largiſſime* voluit editor.

4. *Edidit ſpectacula.*] *Ed. exſpectacula* S. quo indicatur & *ſpectacula.* GRON. Item Barth. ſed nullius momenti eſt iſta lectio, & tantum ſollemnis librariorum aberratio vel ſcribendi mos. V. Burm. *dedit* in Periz. Dein *gladiatorum* rurſus Medicei duo, Vindob. ſec. Cort. Harl. Edd. Camp. Cald. aliaeque, male.

5. *Munere in foro.*] Retinent duas poſteriores voces quoque, ut debent, MSS. mei omnes. Intelli-

gi

in foro depugnavit Furius Leptinus, ſtirpe praetoria, & Q. Calpenus ſenator quondam actorque cauſſarum. Pyrricham ſaltaverunt Aſiae Bithyniaeque principum liberi. Ludis Decimus Laberius eques Romanus mimum ſuum egit: donatusque quingentis ſeſtertiis, & anulo aureo, ſeſſum in quatuordecim [1] e ſcena per orcheſtram tranſiit. Circenſibus, ſpatio circi ab utraque parte producto, & in gyrum Euripo addito, quadrigas bigaſque, & equos deſultorios agitaverunt nobiliſſimi juvenes. Trojam luſit turma duplex, majorum

git hoc munus Plin. L. XV. C. 18. *Ara inde ſublata gladiatorio munere Divi Julii, quod noviſſime pugnavit in foro:* ubi ſuſpectum verbum *pugnavit*: forte *pugnatum ei* ex L. VIII. C. 7. *pugnavere Caeſari dictatori:* Et errat Harduinus, ſcribens de hoc gladiatorio munere agere Suetonium C. 10. atqui illic egit de munere per Caeſarem, ut aedilem, pronunciato & edito: quod vidi poſtea Cl. Burmannum monuiſſe in addendis. Hoc ſcilicet dedit in memoriam filiae; poſt actos quatuor priores triumphos & abitum in Hiſpaniam. V. Plut. in Caeſ. p. 733. Dion. L. XLIII. p. 225. Sed errorem hunc de more tranſcripſerat Harduinus ex Dalecampio ad L. XIX. C. 1. *Caeſar dictator totum forum intexit, quod munere ipſo gladiatorio admirabilius.* Mox Q. non *A. Calpenus* exſtat in MSStorum omnium excerptis, quae habeo; item Pinell. & Edd. Rom. Med. & *auctorque* Med. pr. Malim autem *Senator actorque quondam c.* Tum enim Senatorem fuiſſe, ſed & pugnare prohibitum a Caeſare refert Dio p. 225. *Fulvium Setinum* adpellans.

1. *E ſcena per orcheſtram.*] Haec lectio debetur Turnebo, Pulmanno, Torrentio & ſeqq. Antea vulgo edebatur *ſcena per ſolium orcheſtram*, niſi quod primae Edd. *ſolium* non agnoſcant: ſicuti in ſolo Mediceo pr. ex meis invenitur; ſed & in ſec. ſupra ſcriptum. At Medicei omnes cum Cort. item Harl. Voſſ. aliisque per viros doctos citatis, & Edd. Camp. Med. &c. carent praepoſitione *e*, quam videntur agnoſcere Vindob. uterque, ſi excerpta non fallunt, cum Cod. Pithoei. Bapt. Pius & Jac. Cruceus *in q. ſcanna per orcheſtram* ex MSS. probant, T. 1. Fac. Crit. p. 561, 890. Quid alii eruditi conjecerint, videre eſt in eorum commentariis. Boxhorn. divinavit *praeter ſolitum.* Ni longius abirent litterae, cogitavi *in quatuordecim, ſcenae per pulpitum, orcheſtram tranſiit.* Sive tranſiit ſedilia ſenatorum, in ea deſcendens e ſcena per proſcenii pulpitum, ut locum caperet inter equites. Ex orcheſtra enim per pulpitum in ſcenam fiebat gradibus adſcenſus. Vide omnino Vitruv. L. V. C. 6. & 7. Polluc. L. IV. §. 127. Ner. C. 12. Sed hoc eſt hariolari; & in Aug. C. 43. ait *tranſiit e loco ſuo, atque in ea parte conſedit.* In Gramm. C. 4. *e ludo tranſiit in forum:* ubi MSS. etiam carent τῶ e. in Ner. C. 20. *a balneis in theatrum tranſiit.* Potius *ſolium* videtur gloſſa vocis *orcheſtram*, uti in aliis. *Scamna* eſt gloſſema τῶν *quatuordecim.* Paullo ante *donatuſque eſt* habent quoque Medic. duo, Periz. Cort. Edd. Camp. Med. aliaeque,

Pu-

rum minorumque [1] puerorum. Venationes edit
per dies quinque, ac noviſſime pugna diviſa in du
acies: [2] quingenis peditibus, elephantis vicenis
tricenis equitibus hinc & inde commiſſis. Na
quo laxius dimicaretur, ſublatae metae, inque e
rum locum bina caſtra [3] ex adverſo conſtituta eran
Athletae, ſtadio ad tempus [4] exſtructo, regior
Martii campi certaverunt per triduum. Nava
proelio [5] in minore Codeta defoſſo lacu, birem

1. *Puerorum.*] *Puerum* S. GRON. *Minorum p.* Med. tert. item *noviſſimo* Vindob. pr. de qua terminatione alibi.

2. *Quingenis.*] Praeter MSS. & Edd. Codd. a Burmanno prolatos, in quibus eſt *quinquagenis*, habent ita quoque Medic. ſec. Vindob. pr. Corn Edd. Camp. Mediol. Cald. ac videtur ita legere Harduinus ad Plinium L. VIII. C. 7. ubi recte defendit *elephanti viginti contra pedites quingentos*, licet ſenſus Plinii diverſus ſit a Suetonio, qui intelligit pedites 500. contra pedites pari numero, elephantos 20. contra tot belluas, equites 30. contra tot equites pugnaſſe, cum Dione & Appiano. *Quingenis* itaque praefero, uti jam correctum eſt in marg. Mediol. Pedites enim oportet multo plures numero fuiſſe equitibus ex proportione in re militari Romanorum obſervata. Dein *latius* excuſum eſt in Edd. Rom.

3. *Exadverſum.*] Ita S. vulgo *ex adverſo*, ut iterum Salmaſius notavit in Tiberii cap. 33. ubi idcirco etiam repoſui. Certe non magis hic negligi oportebat, quam illic. Et eſt doctius, quam ut non ab Suetonio veniſſe ſupponatur. GRON. Vocem *exadverſum* praeter alios probavit quoque Voſſius Lib. IV. de Anal. C. 23. Sed acriter ſe illi terminationi obponit Cl. Burm. ad locum in Vita Tiberii, exiſtimans natam ex ſcriptura τῦ *exadverſom.* Quod vero illic inconſtantiam arguat R. Bentleji, quaſi in Terent. Phorm. 1, 2, 38. edentis *exadverſo*, & vſ. 47. *exadverſum*; qu ſit, neſcio. Utrobique enim *um* c dit. Sed prius *ex adverſum*, de *ex advorſum.* quod & ego illis l cis probo: huc non temere intr derem; licet & Cujac. ac Bart & Medic. ſec. *exadverſum* pra beant hic: nam infra ſoli Memm. Cujac. ac Voſſ. Exc. ita habent. *diverſo* legitur quoque vulgo Front. L. III. C. 9 §. 10. *Ipſe diverſo aggreſſus civitatem cepit.* S ibi *a diverſo* ſcribendum vidimus

4 *Exſtructo, regione.*] Ita S. vu go *exſtructo in regione.* Sed quu id prorſus ſit Romanae monetae libens abegi praepoſitionem n tham omnino. GRON. Non cor paret etiam praepoſitio *in* in Cod Medic. pr. & tert. niſi verſibus i ſerta. Et a Suetonio in loci deſcri tione omitti ſolet. V. Burm. n ſecus alii ſcriptores. Adi nota ad Hirtii B. Alex. C. 30. *Qui r gione fluminis Nili propugnaba* uti e MSS. reſtitui. Male Jurini quidam conjecit *e* eſſe addendun Tu vide potius Comm. ad Liv. XXV. 25. *portis regione platearu patentibus.* item in V. Aug. C. ac Ner. C. 11. *in Amphitheat regione Martii campi fabricato.* ill. Gramm. C. 2. *regione palati* ubi vulgo addebatur quoque *in.*

5. *In minore Codeta*] Membr nis reliquorum interpretum, q veriſſime ſic emendarunt ex Feſt quem prave contra MSS. plurim interpolat Boxhorn. & e Victore i Regione XIV. ineptiſſimam lecti nem *in morem cochleae* fruſtra d

fe

ac triremes, quadriremeſque [1] Tyriae & Aegyptiae claſſis, magno pugnatorum numero, conflixerunt. Ad quae omnia ſpectacula tantum undique confluxit hominum, ut plerique advenae aut inter vicos aut inter vias tabernaculis poſitis manerent: ac ſaepe prae turba eliſi exanimatique ſint plurimi, & in his duo ſenatores.

XL. Converſus hinc ad ordinandum Reip. ſtatum, faſtos correxit, jam pridem vitio pontificum per intercalandi licentiam adeo turbatos; ut neque meſſium feriae [2] aeſtati, neque vindemiarum autumno competerent. Annumque ad curſum ſolis adcommodavit, ut trecentorum ſexaginta quinque dierum eſſet: & intercalario menſe ſublato, unus dies quarto quoque anno intercalaretur. Quo autem ma-

fenſam a R. Titio Locis Contr. & Aſſertionib. L. x. C. 10. accedunt Medic. pr. tert. Vindob. pr. margo Ed. Mediol. cum Lipſio. Male etiam in MS. Cort. & Edd. nonnullis veteribus diſtinguitur *certaverunt. Per triduum navali &c.*

1. *Tyriae & Aegyptiae claſſes.*] Reſcripſi ſic ex Memmiano & Rob. Steph. editione *Tyriae & Aegyptiae claſſis*, quod & Caſaubonus probabat. GRAEV. Licet ſaepius *claſſes* ponantur pro navibus ac *claſſis* pro una navi dicatur, ut videre eſt in notis ad Lucan. L. VIII. 575. X. 496. *ſemuſtae merguntur in aequore claſſes.* Cl. Duk. ad Flor. L. II. C. 18. Front. IV. 712. *in claſſem hoſtium tranſiluiſſet*, nihilominus non placent hic *biremes, ac triremes, quadriremeſque claſſes*: Quare cum Graev. Gron. Burm. recepi *claſſis*, ut dant etiam Medic. pr. Periz. Cort. Ed. Camp. & plures apud Burm. quem conſulas. Dein *exanimati* ſine *que* Medic. pr. & *ſunt* Vindob. pr. Periz. Harl. Edd. Med. Cald. ut copulentur *confluxit ac ſunt.* Sed praefero vulgatum. Fruſtra vero Cl. Erneſtio praepoſitio *prae* tanquam orta e praecedenti *ſaepe*, ſuſpecta fuit: ſed revocavit ſe vir Clar. monens in praefatione addendum. *At vide Calig.* C. 4. ubi clare, *prae turba occurrentium diſcrimen vitae adit.* Sic & Liv L. XLV. 7. *progredi prae turba occurrentium non poterat.* Cic. 1. Tuſc. C. 42. *ſolem prae jaculorum multitudine non videbitis.* Et paſſim noſtro aliisque *prae* uſurpari pro *propter*, quis neſcit?

2. *Aeſtati.*] *Aeſtate* S. GRON. In Mediceo ſec. Exc. Voſſ. Harl. Periz. a m. pr. & Edd. pleriſque Vett. ad Caſaubonum uſque editur *aeſtate*: quod revocarunt Cl. Burmannus & Erneſt. quia etiam in Aug. C. 31. occurrit abſolute *ſi cujusquam neptium ſuarum competeret aetas.* Abſolute verbum id poſuit quoque Silius Ital. L. I. VS. 114.

Romanos terra atque undis, ubi competet aetas,
Ferro ignique ſequar.

Verum praeterquam quod iſtis locis *competit* aliud quid ſignificat, ſeu *idonea eſt*, cum hoc loco ſimpliciter foret, poſitum pro *eſſent*, non adjicitur illis ablativus, ut hic fieret, licet abſolute poſitus. Quare ſequi malui Caſauboni, Graevii aliorumque judicium, *aeſtati* ex ſcriptis libris praeferentium, uti habent reliqui libri Burm. optimi

per libellos, [1] circum tribus missos, scriptura bi vi, *Caesar dictator illi tribui. Commendo vobis lum, & illum, ut vestro suffragio suam dignitat teneant.* Admisit ad honores & proscriptorum beros. Judicia ad duo genera judicum redegit, questris ordinis ac senatorii: tribunos aerario quod erat tertium, sustulit. [2] Recensum popu nec more, nec loco solito, sed vicatim per dom nos insularum egit: atque ex viginti trecentisq milibus accipientium frumentum e publico, centum quinquaginta retraxit. Ac, ne qui no coetus recensionis caussa moveri quandoque po sent, instituit, quotannis in demortuorum locu ex his, qui [3] recensiti non essent, subsortitio praetore fieret.

XLI

1 *Circum tribus.*] Antiquae Edd. *cuique tribui.* GRAEV. E Glossa. Nam locutio haec minus intellecta fraudi fuit librariis: unde alii *cuique tribui;* uti & in Vindob sec. Cort. marg. Ed. Mediol. alii *cuique tribuum.* alii *circum tribunos*, ut in Harl. alii *circum tribum*, ut in Medic. sec. tert. Vindob. pr. Periz. Edd. Camp. Med. Cald. aliisque editur. V. Comm. Optime explicuit Casaubonus *circum singulas tribus.* Non enim in hoc sensu tantum *dimittere;* sed & simplex *mittere* dicitur. ut in Galig. C. 28. *Misit circum insulas.* Ner. C. 47. *Misitque circum amicos.* Liv. L. XLII. C. 45. *Legatio in Asiam & circum insulas missa:* Infra *genera judicium* Vind. pr. Harl. Ed. Schild. item & *Sen.* Med. sec. Cort.

2 *Recensum populi.*] Recensus hic est examen eorum, qui frumentum publicum acceperunt, non census lustralis, ut primus docuit Lipsius Elect. l. 27. quem vide. GRAEV. Casaubonum hoc loco vide quaeso, & viros doctos ad Liv. Ep. 115. *Censum egit, quo censa sunt civium capita* 150 *milia.* ubi sine dubio erat Epitomator iste cum Plutarcho & Zonara L. x. C. 10. N censa sunt tot civium capita; ex 320 milibus accipientium fi mentum publice, deducta sunt c citer 150 milia, ita ut accipien copiam retinuerint 170 milia. Ha enim puto esse Suetonii menter non vero deesse casum verbo *reti xit*, ut subintelligatur e sensu *merum*, & 150 milia remanserir quomodo sumebant Burmann. Ernest. Dio ait, Caesarem eoru dimidium *fere* expunxisse, sive numero illo retraxisse, p. 224. rursus adverbialiter vel elliptice p tius ponitur pro *circiter.* V. ad 20. *ad* XX *milibus civium.* Vox *pulus* de ejus faece & paupere atq egena turba saepe occurrit. A adposito loco Livii Cl. Duker. XXXI. C. 50. *Frumenti vim binis ris in modios populo diviserunt.* C terum *nec loco nec more* Vindob. se Cort. *nec solito l.* Vind. pr Mox Vind. pr. *recessionis* in Med. sec. Pe

3 *Recensiti.*] *Recensi* S ut n tabat etiam Casaubon. GRON. *R censi* tacite edidit Cl. Ernest., e que etiam sin Medic. tert. & mar Ed. Mediol. pr. quomodo MS O. & Edd. Vett. aliaeque in Vesp

XLII. Octoginta autem civium milibus in transmarinas colonias distributis, ut exhaustae quoque [1] urbis frequentia subpeteret, sanxit; ne quis civis major annis viginti, [2] minorve XL, qui sacramento non teneretur, plus triennio continuo Italia abesset: neu quis senatoris filius, nisi contubernalis, aut comes magistratus, peregre proficisceretur: neve hi, qui [3] pecuariam facerent, minus tertia parte puberum ingenuorum inter pastores haberent. [4] Omnesque medicinam Romae professos, & liberalium artium doctores, quo libentius & ipsi urbem incolerent, & ceteri adpeterent, civitate donavit. De pecuniis mutuis, disjecta novarum tabularum exspectatione, quae crebro movebatur, decrevit tandem, ut debitores creditoribus satisfacce-

C. 9. *recenso senatu.*] Sed potuit variare Suetonius hujus verbi formam. Namque J. Frontinus, cui crebro *dimetitus* pro *dimensus*, de Colon. p. 113. Ed. Goes. expressit *recensitum*, ac saepe *censitum*: Imo & *censita capita* in Monum. Aug. Ancyr. Hic itaque *recensiti*, infra *recenso* contra plerosque MSS. non est mutandum. Claudianus etiam & Prudentius dixere *recensitus*; sed illi me nihil a mutando Suetonio retinerent.

1 *Urbis.*] Sic etiam MSS. quorum excerptis utor. Al. *urbi*. Mihi aqua haeret. V. Burm. & Ern. Paullo ante *autem* deest Vind. sec. Cort. & *tramarinas* Medic. duo, marg. Ed. Mediol. pr.

2 *Minorve* XL.] Codex Salmas. *minorve decem, qui sacramento*. Idem paullo post: *Cuncta collegia, praeter antiquitus constituta distraxit*. hoc est dissolvit. vulgo male: *detraxit*. GRAEV. *Decem S.* ut etiam veteres editi. GRON. Omnes MSS. conspirant in vitiosa lectione *decem*, vel *X* praeter solos Tornac. & Urs. an *L* scripsit Suetonius? Ex adjunctis enim verbis *qui sacr.* &c. cespexisse Caesar simul videtur tempus militaris aetatis, intra quam neminem, nisi militem ac sacramento addictum extra Italiam degere volebat; ut in isto aetatis robore, liberis Italiae & urbi procreandis operam darent. De plena vacatione militari a quinquagesimo anno omnia sunt pervulgata. Adi ad Polyb. VI, 17. Plut. in Graccho p. 835. Liv. XLII, 34. Sen. de Brev. V. C. ult. Lips. I. de R. mil. D. 2.

3 *Pec. facerent.*] In Pinell. legitur *qui rem pecuniariam facerent*, deleta tamen syllaba *ni* in *pecuniariam*; quasi plena locutione scripserit Suetonius, *qui rem pecuariam facerent*. Quomodo & *rem divinam facere* in usu est. Varro in Praefat. Lib. III. *Qua de re pecuaria breviter & summatim percurram*. Cicero pro Quintio: *Erat ei pecuaria res ampla*. Ibidem pro *aestim.* habet *extimationem*, de quo ad Pacatum & Justinum egi. SCHEFFER. *Rem* addunt & alii recentiores MSS. cum Edd. Ven. Mediol. aliisque. Sed Glossam cum Burmanno censeo.

4 *Omnesque.*] *Omniaque* S. GRON. *Omnemque* Vindob. pr. Infra *comparavissent* Edd. Rom.

cerent, per aeſtimationem poſſeſſionum, quan
quasque ante civile bellum comparaſſent, [1] dedu
cto ſummae aeris alieni, ſi quid uſurae nomine nu
meratum, aut [2] perſcriptum fuiſſet: qua condi
tione quarta pars fere crediti deperibat. Cunct
collegia, praeter antiquitus conſtituta, [3] diſtraxi
Poenas facinorum auxit; & quum locupletes e
facilius ſcelere ſe obligarent, quod integris patri
moniis [4] exſulabant, parricidas, ut Cicero ſcri
bit, bonis omnibus, reliquos dimidia parte mul
tavit.

XLIII. Jus laborioſiſſime ac ſeveriſſime dixi
Repetundarum [5] convictos etiam ordine ſenatori
movit. Diremit nuptias praetorii viri, qui di
greſſam a marito poſt biduum ſtatim duxerat
quamvis ſine probri ſuſpicione. Peregrinarur
mercium portoria inſtituit. Lecticarum uſum
itei

1 *Deducto ſummae.*] Sic etiam MS. Cott. ni fallunt excerpta. In re. liquis itidem corrupte exaratur *de. ducta ſumma*. An *deducto a*, ut conjecit Scriver. vel *e ſumma?* pro quo vulgo amant dicere *deducto de ſumma*, ut conjecit Uſ. & edidit Steph. vel *capite* vel *ſorte*. V. Drak. ad Liv. I. VI. C. 15. & 35. *legem de aere alieno, ut deducto de capite, quod uſuris pernumeratum eſſet, id quod ſupereſſet, triennio aequis portionibus perſolveretur.*

2 *Perſcriptum.*] Non per argentarios ſolum & ſcripturam menſae, ſed & per debitores alium quem amicorum creditori delegantes, a quo per privatam ſcripturam uſuras crediti ſolverent. V. Duker. ad Liv. I. XXIV. C. 18. *ſi quid emtum paratumque, a quaeſtore perſcribebatur.* Quod & probarunt Ernest. alique. In Cott. & Edd. Med. Cald. ut in alius vitiole *praeſer.* Mox *fieret* pro *fere* in Memm. Med. tert. & Polit. coll. in Mediol. Ed. *pene* Edd. Rom.

3 *Diſtraxit.*] Ita S. vulgo *detr xit.* GRON. Apage conjecturam Li ſii *deſtruxit*, quae nullo firmat codice. *diſtraxit*, praeterquam MSS. per alios laudatis, exaratur Pin. Medic. pr. ſec. item Edd. R mana utraque. Quis neſcit, ſoci tates *diſtrahi*; quum diſſolvuntu uti diſcerpta corpora?

4 *Exſulabant.*] Medic. te cum Edd. Rom. & Polit. ad mar Ed. Mediol. pr. *exſularent.* Ac pl cet; ſi cum Cl. Burm. & Ernes inverſo ſequentium vocum ordi legamus *exſularent, ut Cic. ſcribi parr.* in Orat. pro Caec. C. ubi V. Hotom. Contra Caſaub. d leta copula & majorem diſtinctio nem pom vult ante *parricidas.*

5 *Convictos.*] Harl. *convincto* Malim autem hanc periodum cu Cl. Ernestio praeponere illi *jus d xit*, quia iſta poena nova mag ad poteſtatem legumlatoriam pe tinet, quam proprie dictam juri dictionem. Tum *portitoria* Vinc pr.

3 Co

item [1] conchyliatae veſtis, & margaritarum, niſi certis perſonis & aetatibus, perque certos dies, ademit. Legem praecipue ſumtuariam exercuit: diſpoſitis circa macellum cuſtodibus, qui opſonia contra vetitum retinerent, deportarentque ad ſe, ſubmiſſis nonnumquam lictoribus atque militibus: qui, ſi qua cuſtodes fefelliſſent, jam [2] adpoſita e triclinio auferrent.

XLIV. [3] Nam de ornanda inſtruendaque urbe, item de tuendo ampliandoque imperio, plura ac ma-

1 *Conchyliatae veſtis.*] *Conciliatae* S. GRON. Ex hoc loco & Dionis, quem laudat Caſaubonus, conficit A. Rubenius de Re veſtiaria lib. 1. cap. 8. non omnem purpurae uſum, ſed certas tantum ſpecies vetitas fuiſſe, & ἁλυργίδας non omnes veſtes purpureas dictas, ſed Theſſalinas, ſive ἁλικτόρφυρα ἱματία. Ita in Artimidoro, inquit, a purpureis veſtibus diſtinguuntur. Sic etiam apud Perſas ὁ ὃν καλοῦσι βασιλικὸν ἁλικτόρφυρον, ὁ δὲ τὸν ἄλλων πορφυροῦς. *Regia veſtis, quae Candys dicitur, erat conchyliata, aliorum purpurea*, ut Julius Pollux ait. Dicebatur autem ἁλυργὶς a colore, ut idem Pollux tradit. Hinc exiſtimo ἁλυργίδα proprie vocari a Graecis conchyliatam veſtem, cui color auſterus in glauco, & iraſcenti ſimilis mari, ut Plinius ait. Hinc apparet Julium & Auguſtum non omnem purpurae uſum Romano populo ademiſſe, ſed tantum τὸ ἐσθῆτος ἁλυργοῦ, ſive conchyliatam veſtem. Sed hae ſtatim leges obliteratae ſunt. Nero rurſus certas ſpecies purpurae, anthyſtini nempe ac Tyrii coloris interdixit: quin etiam inter canendum animadverſam matronam e ſpectaculis vetita purpura cultam demonſtraſſe procuratoribus ſuis creditur, detractamque illico non veſte modo, ſed & bonis exuit teſte Suetonio. Vide plura in dicto libro. GRAEV. V. Plin. L. IX, 35, 36, XXI, 8. in Calig. C. 17. *faſcias purpurae & conchylii.*

2 *Adpoſita e tricl.*] *Adpoſitae tricl.* S. GRON. Duarum vocalium in diphthongum coalitarum ſcripturam non adſecutus Voſſius, e Salmaſiana manu fecit *adpoſiti.* Praepoſitionem e non agnoſcit Med. tert. Perinde eſt.

3 *Jam de ornanda.*] *Nam* S. GRON. *Nam* abſonum judicavit Scriverius, licet primus Caſaubonus *jam* ediderit, uti Lipſius etiam libri margini adleverat, & praefert quoque Burm. Verum cum Medicei quoque tres, uterque Vindobon. Cort. aliique plurimi cum Edd. Vett. prima littera non carentibus exhibeant *nam*, illorum virorum judicio adquieſcere nequivi. *jam* modo praeceſſit, & *nam* hic aptius tranſitioni inſervit; quia non modo alia *praeterea;* ſed multo majora & illuſtriora, verum effectum non ſortita, adeoque diverſa a prioribus narrare incipit auctor. V. ut plures omittam, Cl. Duker. ad Flor. Praef. p. 4. & L. IV, 12. §. 23. Mox *in dies* deſunt Med. pr. & tert. & *usquam* Vind. pr. Tum & *repleto* Vindob. ſec. Cort. *ac compl.* Vind. pr. Porro *theatrum* ſine copula Vind. ſec. Cort. Dein *Gr. Latinasque* Medic. duo, Pin. Voſſ. Cort. Edd. Rom. & prave *dirigend.* Edd. Med. pr. Cald. cum aliis. V. Comm. & J. Cruceum T. 1. Fac. Crit. p. 890.

majora in dies deſtinabat. In primis Martis templum, quantum nusquam eſſet, exſtruere, repleto & complanato lacu, in quo naumachiae ſpectaculum ediderat; theatrumque ſummae magnitudinis Tarpejo monti adcubans. Jus civile ad certum modum redigere, atque ex inmenſa diffuſaque legum copia, optima quaeque & neceſſaria in pauciſſimos conferre libros. Bibliothecas Graecas & Latinas, quas maximas poſſet, publicare, data M. Varroni cura comparandarum ac digerendarum. Siccare [1] Pomptinas paludes: [2] emittere Fucinum lacum: viam munire a mari ſupero per Apennini dorſum ad Tiberim usque: perfodere Iſthmum: Dacos, qui ſe in Pontum & Thraciam effuderant, coercere: mox Parthis inferre bellum per Armeniam minorem, nec niſi ante expertos adgredi proelio. Talia agentem atque meditantem mors praevenit: de qua prius quam dicam, ea, quae ad formam, & habitum, & cultum, & mores, nec minus, quae ad civilia & bellica ejus ſtudia pertineant, non alienum erit ſummatim exponere.

XLV. Fuiſſe traditur excelſa ſtatura, colore candido,

1 *Pomptinas.*] Sic, non *Pontinas*, & pejus *Pontinas* ſemper in Graecis aeque ac Latinis libris eſſe ſcribendum, docent non modo vocis derivatio & optimi codices, in quibus hic Memm. Pin. Medicei &c. ſed & lapides, apud Gudium aliosque. Sed vide Drak. ad Liv. L. 11, 34. & Comm. ad Front. 11, 6, 1. ac de *Pomptinis paludibus* Ph. Cluv. in Ital. Ant. p. 1003. &c.

2 *Emittere Fucinum lacum: viam munire a mari ſupero per Apennini dorſum ad Tiberim usque.*] Quod Caeſar fruſtra deſtinaverat facere, fecit poſtea Claudius, & cum ſub illo res non eſſet optime adminiſtrata, perfecit tandem Hadrianus, ut ex Spartiano, Tacito, Plinio, & inſcriptionibus tradidit & pluribus explicuit Lucius Camarra in Theate antiquo lib. 1. cap. 5. GRAEV. V. ad Claud. C. 20. Pro *ſupero per* in duobus Medic. *ſuper.* plerique etiam libri ſcripti & olim editi *App.* male. Adi Dausq. Orthogr. p. 2. hac voce. APENINUM in Tab. aenea apud Grut. p. CCIV. Mox *daces* Vindob. ſec. Cort. in quibus etiam *in P. per Thraciam*, quod non de nihilo eſſe videri poſſit, unde etiam in textum recepit Erneſt. Dacis enim in Ponti regionem terreſtre iter per Thraciam erat: niſi voluerit auctor Dacorum partem ſe in Pontum, partem in Thraciam effudiſſe. neque opus tunc eſt, ut praepoſuerit auctor *Thraciam*.

dido, teretibus membris, [1] ore paullo pleniore, nigris vegetisque oculis, valetudine proſpera: niſi quod tempore extremo repente animo linqui, atque etiam [2] per ſomnum exterreri ſolebat. Comitiali quoque morbo [3] bis inter res agendas correptus eſt. Circa corporis curam moroſior, ut non ſolum tonderetur diligenter, [4] ac raderetur; ſed velleretur etiam; ut quidam exprobraverunt; calvitii vero deformitatem iniquiſſime [5] ferret, ſaepe ob-

1 *Ore paullo pleniore.*] Repugnant tamen omnes ſtatuae, & omnes numi, qui referunt Caeſaris faciem longam & macilentam. Hinc forte legendum: *ore pallidiore* aut *paullo oblongiore.* GRAEV. *Pleniore* tamen *ore* proprie ſumto cum aliis explicare malo in comparationem reliquorum membrorum gracilium ac tenerorum, ſive teretium. Paſſim certe *gracilis* & *plenus* obponi ſolent. Ovidius L. II. Art. 660.

Sit gracilis, *macie quae male viva ſua eſt.*
Die habilem, quaecumque brevis, quae turgida, plenam.

& Rem. Am. 327. *Turgida ſi* plena *eſt* &c.

In gracili *macies crimen habere poteſt.*

Hinc infra in Calig. C. 3. gracilitas *crurum* repleta. Alii alia hic comminiſcuntur. V. Comment. *Paulo* in Memm. eſſe notavit Gronov. & ſic in aliis paſſim. Sicut & *valitudine* in MSS. plerisque & Edd. Vett.

2 *Per ſomnum.*] Vindob. pr. Ed. Med. pr. Cald. Dol. aliaeque *per ſomnium.* perperam. Dum dormiebat, exterrebatur imaginibus, viſis & ſomniis. Adi Cl. Burm. & Drak. ad Liv. VIII, 6. *Quae ſomno viſa fuerant.*

3 *Bis inter res agendas.*] Solitum ei fuiſſe morbum, eaque primo correptum Cordubae, & dein proelium ad Thapſum in Africa ingreſſurum, & jam exercitum ordinantem narrat Plut. p. 715, 733. Unde forſan multi recentiores librarii vel correctores cum Edd. a Ven. usque ad Stephanum ediderunt *gerendas.* Mea cum Pinell. excerpta omnia, item Ed. Camp. & Politian. in marg. Ed. Mediol. praebent *agendas*: quod retinui, cum verbo *geri* exprimantur potius bellicae actiones, unde *res geritur* ſignificare ſolet proelium: cum altero *agi* frequentius quidem res forenſes & judiciales deſignentur. V. Gron. L. III. Obſ. C. 22. & alios; ſed tamen nonnumquam etiam bellicae, ſicut in utrarumque actu per hunc morbum eſt correptus. Clare de bellica re Front. I, II, 7. *Quamvis ignarus* actae rei *vulgavit nunciatam ſibi victoriam partium.* Plura vide a me congeſta ad Caeſ. L. III. B. G. 28. *Alia ratione bellum* agere *inſtituerunt*: ubi vulgo *gerere* quoque; ut ſaepe alibi.

4 *Ac raderetur.*] Hae voces deſunt a Cort. & Cujac. item Med. ſec. a m pr. Forſan quia librarii putarunt *tonderi* & *radi* idem eſſe, quum prius de capillis capitis, alterum de barba dicatur. Dein *avelleretur* in Vind. pr.

5 *Ferret.*] Ita primus mutavit Stephanus; uti ſuo libro quoque adleverat Lipſius; cum ante excuderetur *ferre*, nec quisquam ullius varietatis ſuorum codicum admonuerit. Sicut etiam in Medic. pr. ſec. utroque Vindob. Cort. Voſſ. Periz. Harl. exaratur *ferre.* Bene, ſi plenam diſtinctionem ponas ante *calvitii*, pro *ferebat*; uti e Gloſſa exaratur in Cujac. & Copeſ. Nihilominus cum Memm. Medic. tert.

obtrectatorum jocis obnoxiam expertus. Ideoque & deficientem capillum revocare [1] a vertice adsue-

ve-

dent *ferret*, nec alibi infinitivo sic per Ellipsin aut temporis enallagen utatur noster; subjunctivum retinui. Sicut & illum in marg. Ed. Mediol. reposuit Politianus. Mox *obtrectatorum saepe* exaratur in Vindob. pr. Periz. Edd. Med. Ven. aliisque multis. *obtrectorum* Memm. Dein *obnoxias* Vind. sec.

1 *A vertice assueverat.*] Legit V. Cl. J. Schultingius mihi, quamdiu in vivis fuit, amicus gratissimus, *revocare ad verticem*. Ad dissimulandam scilicet calvitiem. quod poterat, cum laureae gestandae jus esset ei decretum, qua circumposita rèducti crines continebantur. GRAEV. Retinent omnes libri & editiones *a vertice*. Atque ita quoque Johannem Sarisberiensem legisse liquet ex Lib. III. cap. 14. de nugis Curialium: *Cum enim*, inquit, *calvitium iniquissime ferret & deficientem capillum a cervice convocaret ad frontem*. Veteres enim magna cura deficientes capillos in frontem revocare solebant, ut calvitii turpitudinem hoc pacto celarent. Sen. de Brev. vitae cap. 12. *Quid? illos otiosos vocas, quibus apud tonsorem multae horae transmittuntur, dum decerpitur, si quid proxima nocte succreverit, dum de singulis capillis in consilium itur, dum aut disjecta coma restituitur, aut deficiens hinc atque illinc in frontem compellitur.* Capillum autem ad verticem revocare (quo habitu crinibus in nodum tortis veteres Germanos fuisse Diodorus, Tacitus & Sidonius testantur) Graeci ἀναχαιτίζειν vocant. Heliodor. Lib. II. cap. 35. ita Theagenem describit: Ὀρθὸς τὰ αὐχένα, καὶ ἀπὸ τοῦ μετώπου τὴν κόμην καὶ πρὸς τὸ ὄρθιον ἀναχαιτίζων. *Erecto collo atque a fronte comam etiam in altum revocans.* COETIER. *Ad verticem* placet viris doctis; quia supponunt in vertice prius deficere capillum, manentibus adhuc *comis prioribus*, ut ait Lucanus, quas vulgo vocant *capronas in fronte promulsas*, male saepe per viros eruditos cum *antiis ad tempora dependentibus & remulsis* confusas; de quibus alibi agam. Et hinc existimant Caesarem instar Marini apud Mart. L. X. Ep. 83. latum calvae campum comis temporum & frontis texisse. Is autem, qui sic comam ἀνάσιλον ad verticem *revocabat* seu *relicabat* (de quo verbo adi Doctiss. Cannegiet. Diss. ad Avianum C. 20.) vocabatur *licinus*, *cilunculus*, *cilo*, ἀναθρίξ, vel, ut Appulejo in Flor. N. 3. Marsyas *relicinus coma*, aut ut Alexander, N. 7. *relicinus fronte*, qui etiam Aeliano L. XII. V. H. C. 14. τὴν κόμην ἀνασεσυρμένος describitur: ubi nihil mutem. Hinc apud Manilium dicitur L. V. vs. 148.

Revocare *comas* & vertice *denso Fingere*. V. & Savar. ad Sidon. Apollin. L. I. Ep. 2. *A planitie frontis in verticem caesaries refuga crispatur.* Nero etiam ulterius comam a fronte reductam, & *in gradus formatam pone verticem submittebat* infra C. 51. Plura de his V. in Meurs. Exercit. Crit. P. 2. p. 227. Herald. ad Arnob. L. III. p. 108. Comment. Cl. & amicissimi collegae J. Alberti ad Hesychii V. ἀνάσιλον (sic enim legi debet) τρίχωμα τὸ διὰ τοῦ μετώπου ἐπὶ τὴν κορυφὴν ἐστραμμένον. Quod male nonnulli invertunt. Verum nequaquam hoc locum habere potest in Caesare, qui non habebat tot capillos in fronte superstites, ut eos *ad verticem* retorquere potuerit. Nam ἀναφαλαντίαν eum vocat Dio p. 224. Qualis dicitur, cui capilli deciderunt quoque a fronte & temporibus. Adi ad Levitici Cap. XIII. Comm. 41. & seqq. & ad Hesychii V. ἀναφαλαντώματι. Existimo igitur, rectam esse vulgarem lectionem ab omnibus MSS. retentam, hoc sensu. Ut Caesar *a vertice* in frontem *revocarit* illos capillos, qui naturaliter

verat: & ex omnibus decretis ſibi a ſenatu populoque honoribus, non aliud aut recepit aut uſurpavit libentius, quam jus [1] laureae coronae perpetuo geſtandae. Etiam [2] cultu notabilem ferunt. Uſum enim

liter a vertice in occipitium & cervicem inclinant, continuaque cura retorſerit ac reduxerit, *compuleritque*, ut ait Seneca, in priorem capitis partem, qua praecipue erat calvus: & hinc adeo amaverit laureae perpetuo geſtandae jus, iſtam ſincipitis calvitiem praetexentis. Si haec non placent, poſſet refingi *a cervice:* quomodo in Joh. Sarisberienſi legitur, quod a Coutierio, ut videtur, non intellectum. Ut Caeſar continua pectendi & curandi capillos cura revocarit crines ab occipitio in cervicem dependulos, ita ut in verticem & verſus frontem, capillo nudam, inmitterentur ac prominerent, quantum fieri poſſet, (Confer Caſaubon. ad Tiber. C. 68.) atque hinc laurea corona laetatus fuerit: quia tunc per illam crines ad frontem retorti melius continebantur ſive pone vinciebantur. Sed praefero priorem explicationem. Gaviſus eſt corona, ut vallo calviriei inſtar Agathoclis olim apud Aelian. L. XI. V. H. C. 4. ubi V. quem locum jam citarunt alii. Pro *revocare* male in Vincentio Beluac. *renovare*. Mox *conſuev.* Medic. pr.

1 *Laureae coronae.*] Aegre ferentibus Caſaubono, ut patet ex ejus nota, tam hic quam ad C. 2. & Scriverio, excidit vox *coronae*, quam reſtitui auctoribus MSS. pleriſque, etiam Mediceis, Polit. Cort. & Edd. prioribus ac Suetonii conſuetudine; qui ſolet illud ſubſtantivum addere: niſi iis locis, in quibus de corona agi, e praecedentibus vocibus liquidiſſime adparet; praeterquam tamen in Vitell. C. IX. *laurea, quam circumlederat, in profluentem excidit.*

2 *Cultu notabilem ferunt.*] A. Rubenius in politiſſimis de re veſtiaria Romanorum libellis, quos de lato clavo inſcripſit, Lib. I. cap. 2. & 11, 13. Caeſaris cultum triplici ratione diſcrepaſſe a communi aliorum Romanorum veſtitu docuit. Primo quod tunicam habuerit manuleatam, ſive manicis, quas ornabant fimbriae, inſtructam, cum reliquorum tunicae eſſent ſine manicis: dein quod tunicam laticlaviam cinxerit, cum ceterorum laticlavi nullo cingulo conſtringerentur: tertium eſt, quod togae cinctura faerit laxior ſolito, ita ut laciniam traxerit, ut ait Macrobius. Verum ultimum de cinctura togae rejicit Octavius Ferrarius in Analectis de Re veſtiaria, quae oppoſita ſunt Rubenii libro laudato. Is contendit togam nunquam fuiſſe cinctam, niſi in cinctu Gabino, & Macrobium erroris damnat, cum praecincturam adſcribit togae. Verum eſt, togas nullo unquam cingulo ſic ut tunicas fuiſſe compreſſas. Sed Rubenius recte oſtendit *praecincturam togae* dictam fuiſſe balteum, qui ſub dextro brachio ad ſiniſtrum ducebatur, quo cingebatur umbo, & tanquam nodo conſtringebatur toga, ne efflueret. Inde Quintilianus lib. XI. ubi deſcribit habitum togati oratoris, illo balteo dicit contineri togam: *Ille*, inquit, *qui ſub humero dextro ad ſiniſtrum ducitur velut balteus, nec ſtrangulet, nec fluat. Pars togae quae poſtea imponitur, ſit inferior. Nam ita & ſedet melius, & continetur*, ſcilicet pars togae impoſita illi balteo, ſed qua continetur etiam tota fere toga praeter illam partem, quam ſiniſtrum brachium ſuſtinet. Balteo hoc ſoluto, ſimulque ſubducto ſiniſtro brachio, cui & ipſi innitebatur magna togae pars, effundebatur toga & ejus ſinus in pedes, quod Caeſarem moriturum feciſſe Suetonius in cap. 82. prodidit: *toga caput obvolvit: ſimul ſiniſtra manu ſinum ad ima crura deduxit.* Haec omnia inſpicientibus to-

enim lato clavo ad manus fimbriato, [1] nec ut umquam

togatas ſtatuas ſunt liquida. Vere itaque Macrobius de Caeſare: *ita toga praecingebatur, ut trahendo laciniam velut mollis incederet.* Si erravit, ut ſtatuit Ferrarius, Macrobius, & pro *toga* ſcribendum fuiſſet *tunica*, quomodo cincta tunica potuit *lacinia trahi*, cum tunicae eſſent ſtrictiores & breviores. & vix infra genua pertinerent? Unde *lacinia* nunquam tribuitur tunicae, ſed ſemper togae: vide multa exempla apud ipſum Ferrarium in Analectorum cap. 40. & Rubenium lib. 11. cap. 9. qui iisdem exemplis antea uſus eſt. De illa ipſa praecinctura togae loquitur etiam Macrobius lib. 11. cap. 9. ubi Hortenſii luxum & mollitiem deſcribit: *Hortenſius vir alioquin ex profeſſo mollis & in praecinctu ponens omnem decorem.* Fuiſſe illum praecinctum non tunicae, ſed togae, verba ſequentia innuunt: *Fuit veſtitu ad munditiem curioſo, & ut bene amictus iret, faciem in ſpeculo ponebat; ubi ſe intuens togam corpori ſic applicabat, ut rugas non forte, ſed induſtria locatas artifex nodus conſtringeret, & ſinus ex compoſito defluens nodum lateris ambiret.* Vides artificem nodum conſtrinxiſſe rugas togae. & hic fuit ille praecinctus togae, quem ita formavit laxe Caeſar contra conſuetudinem aliorum, ut laciniam traheret, hoc eſt, ut ima pars togae longius promineret, quam aliorum civium, quod & vetuit Quintilianus: *Balteus, nec ſtrangulet, nec fluat.* Et aliis verbis Curius Fortunatianus: *Quid in umbone? nec fluxe,* (hoc eſt verbis Quintiliani, *balteus nec fluat,*) *nec adſtricte,* hoc Quintilianus dicit, *nec ſtrangulet?* Aliter autem cingebatur toga cinctu Gabino, quem recte, mea ſententia, Ferrarius expoſuit. Illo utebantur inprimis tempore belli imperatores, hoc vero praecinctu omnes cives tempore pacis. Non autem probo Ferrarii ſententiam, cum *praecinctus, procinctus, cinctus* & *incinctus* unum idemque eſſe putat. *Praecinctus* ſemper dicitur de toga, nunquam de tunica. *Praecingi* autem dicitur toga, non quod ille cinctus totam togam, ſed quod anteriorem partem togae ambiret, & inſtar cinguli ſeu baltei conſtringeret, unde *balteus* dictus eſt. Quid enim eſt balteus, niſi cingulum? Gloſſae: *Ζωστὴρ, cingula, balteum, cingulum.* Si balteus eſt dicta illa pars togae anterior, quamvis non totam cingeret togam & hominem, cur non potuit & *praecincta* dici toga, quam balteus ille, ſive ille artifex nodus conſtringit. Sic igitur dicta eſt, quia baltei [& formam prae ſe ferebat, & uſum praeſtabat in continendis illis rugis & ſinu togae, ſive magna illa togae parte. Non nego, ſcrupulum ſupereſſe in his verbis Suetonii, *nec aliter, quam ut ſuper eum cingeretur.* Nam omnium laticlaviorum togae ſuper latum clavum cingebantur, quia omnes togae illo balteo praecingebantur: ſed videntur haec junctim ſumenda, *ſuper eum cingeretur, & quidem laxiore cinctura.* Quod interpretor, praecingebatur Julius Caeſar, ſed laxiore cinctura, ut laciniam traheret toga, contra quam alii faciebant, qui praecingebantur ſtrictius. Manet eadem difficultas in loquendi genere, *ſuper eum cingi*, quamvis accipias de tunica. Nam *ſuper latum clavum cingi* aut *ſuper laticlaviam tunicam cingi* pro laticlaviam tunicam cinctam fuiſſe, eſt inuſitatum loquendi genus. Dupliciter autem, non tripliciter, notabilem veſtitum Caeſaris fuiſſe cenſeo, & quod tunica uſus fuerit manicata ac fimbriata, & quod in toga praecinctura laxior & magis fluxa fuerit. GRAEV. *Super eum* videtur ita capiendum, ut praecinctura togae fuerit non tantum laxior, ſed & altior, quam ceteri gerebant, & tegeret fere latum clavum tunicae. Nam totum texiſſe, ut cenſet Cl. Erneſti, non putem.

1 *Nec ut umquam.*] *Nec unquam* S. GRON. Abeſt *vē ut* etiam a duo-

quam aliter, quam ſuper eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura. Unde emanaſſe Sullae dictum, optimates ſaepius admonentis, ut male praecinctum puerum caverent.

XLVI. Habitavit primo in [1] Subura modicis aedibus; poſt autem pontificatum maximum, in Sacra via domo publica. Munditiarum lautitiarumque ſtudioſiſſimum multi prodiderunt: Villam in Nemorenſi a fundamentis inchoatam, magnoque ſumtu abſolutam, quia non tota ad animum ei [2] reſponderat, totam diruiſſe, quamquam tenuem adhuc, & obaeratum: In expeditionibus [3] teſſellata & ſectilia pavimenta circumtuliſſe.

XLVII.

duobus Medic. Exc. Voſſ. *Ut nec unq.* Cort. ut placuit Gujeto: ſed eſt verborum trajectio, auctori frequens pro *nec unquam aliter quam ut.* V. Comm. Dein *emanaſſe* (non *man.*) *S. d. conſtat* Periz. Medic. pr. & Edd. aliquot. Male. V. Burm.

1. *Subura.*] Sic reſcribi juſſi Caſaubonum ſecutus, quem tacite deſeruit Graevius aliique: cum tamen in Memm. aeque ac pluribus exaretur *ſubura*, non *rra.* per unum *r* exhibent item duo Medicei, Cortian. Voſſ. atque ita paſſim veterrimi codices & lapidea monumenta. V. Burm. & Comm. ad Liv. L. III. C. 13. Mox *inchoatam* hic & plerumque ſervant MSS. mei & Edd. Sed in V. Aug. C. 17. in quibusdam *tumulum incohatum*, & C. 97. multi dant *itinere incohato*: quam orthographiam cum Caſ. aliisque praefero. Nam ita etiam in monumento Ancyr. INCOHAVI. Confer hic notas. Et ad Liv. XXIX, 23. ac doctiſſ. Chishull. ad illud monumentum p. 194. Diomed. L. I. p. 362. Dein *non vota ad an.* Vindob. pr. & *non tanta* Med. pr. a m. pr. *non nota* Med. ſec. a m. pr.

2. *Reſponderat.*] Pin. habet *reſponderant*, quaſi praecedens *tota* eſſet pluralis numeri, ponererurque pro *omnia*, quomodo Cicero in Topicis, ubi de comparatione & iis, quorum unum alteri praefertur, inter quae commemorat praeferri *perfecta inchoatis, tota partibus.* Mox habet *texillata.* SCHEFFER. *Reſponderant* in Cort. male. *Totam* enim *domum*, non *tota fundamenta* ſolum diruit. De τῷ *reſpondere ad animum* vide Burm. & Erneſt.

3 *Teſſellata & ſectilia.*] Male doctiſſimi viri teſſellata & λιθόστρωτα eadem faciunt. Lithoſtrota ſectis parvulis marmorum cruſtis ſtrata erant ex diverſi generis coloris & marmoribus non tinctis. Suetonius *ſectilia* Latine τὰ λιθόστρωτα, & diſtinguit a *teſſellatis* h. l. ut & Vitruv. lib. VII. cap. 1. Lithoſtrota in pavimento ac ſolo manſere, teſſellata ad cameras tranſlata & *muſivi operis* nomine appellata ſunt. Salmaſ. Exercit. Plin. p. 1214. ubi plura vide. GRAEV. Item ad Spartian. in V. Peſcenn. Nigri C. 6. Schelhorn. Amoen. Litt. T. VII. p. 15. Viros doctos ad Stat. Silv. I, 3, 55.

varias ibi picta per artes.
Gaudet humus ſuperare novis Aſaraca figuris.

& Erneſt. in Exc. IV.

1. *Sub*

dam interiorem regiae lecticae; [1] at Curio *ſtabulum Nicomedis*, *& Bithynicum fornicem* dicunt. Miſſa etiam facio edicta Bibuli, quibus proſcripſit collegam ſuum, *Bithynicam reginam*; *eique regem antea fuiſſe cordi*, *nunc eſſe regnum*. Quo tempore, ut M. Brutus refert, Octavius etiam quidam, valetudine mentis liberius dicax, conventu maximo, quum Pompejum regem adpellaſſet, ipſum reginam ſalutavit. Sed C. Memmius etiam ad cyathum [2] & vinum Nicomedi ſtetiſſe objecit, cum reliquis exoletis pleno convivio, adcubantibus nonnullis urbicis negotiatoribus, quorum refert nomina. Cicero vero non contentus in quibuſdam epiſtolis ſcripſiſſe, a ſatellitibus eum in cubiculum regium [3] eductum, in aureo lecto, veſte purpurea

ejusdem litterae: ſicut in multis aliorum libris & Mediceis quoque exaratur. Recte vero obſervavit Torrentius dici *pellicem reginae*, non *regis*. Pellex enim proprie eſt concubina viri, qui uxorem habet legitimam, a qua pellicit iſta maritum; licet ſequioribus temporibus de quavis concubina uſurpata ſit vox. Hinc patet, vulgo nunc male in Ovidii Epiſt. Her. XIV. vſ. 95. hoc modo edi

Illa Jovis magni pellex, metuenda ſorori.

Non enim *Jovis* erat *pellex*; ſed erat *pellex metuenda Junoni*, *ſorori Jovis magni*. V. Feſt. Sen. Herc. Fur. vſ. 5. Gell. L. XIII. C. 4. *Tu me pellicem Junoni eſſe confiteris.* Hygin. F. 117. *Clytemneſtra audiens Caſſandram ſibi pellicem adduci.* Videtur autem intelligi Dolabella ille, quem accuſavit Caeſar C. 4. non vero gener Ciceronis. V. Coutier. ibid. & hic Erneſt. qui alterum patrem, alterum filium credit.

1 *At Cur.*] *Ad* L. *at. S.* GRON. *At* clare exaratur in Vindob. pr. & Ed. Camp. quare cum Grut. Salm. & Burm. quem vide, ita repoſui. Mox *Bithyniam*. Memm. & Medic. pr. ac tert. *reg. Bythin.* Vind. ſec. item Medicei omnes. Vindob. ſec. Cort. *antea regem*: ac de more, quem ſemel monuiſſe ſatis ſit, MSS. & Edd. Vett. *valitud.*

2 *Et vinum N.*] *Et vi Nicomedi.* Memm. fort. *etiam ad cyathum eum Nicomedi ſtetiſſe objecit.* Salm. GRON. *Et vi* exaratur quoque in Mediceo tert. *Et unicolli* Barth. Voces *cyathum & vinum* inter verſus modo ſunt ſcriptae in Medic. pr. Quamvis vero per ἐν ἀλλ. δυοῖν explicari poſſint, nihilominus mihi quoque *& vinum* e Gloſſa videntur natae. V. Comm. Paullo ante *Memius* Vind. ſec. *Menius* Edd. Rom. ut rurſus C. 73. Mox *obicit*. Medic. tres. *objicit* Vindob. ſec. Edd. Rom.

3 *Eductum*,] Nihil certius, quam legendum eſſe cum Torrentio ex MS. *deductum*, fruſtra repugnante Salmaſio. Nam *deducere* & *perducere* proprie dicuntur lenones, & amorum obſcaenorum conciliatores, aut miniſtri. Juſtin. IX. 6. *perductum in convivium*, loquitur de Pauſania, cujus corpus in convivio aliorum libidini exponebatur. Hinc *perductores* apud Cic. I. Verr. 12. ſunt

rea decubuiſſe, floremque aetatis a Venere [1] orti, in Bithynia contaminatum; quondam etiam in ſenatu [2] defendenti Nyſae cauſſam, filiae Nicomedis, beneficiaque regis in ſe commemoranti, *Remove*, inquit, *iſtaec*, [3] *oro te: quando notum eſt, & quid ille tibi, & quid illi* [4] *tute dederis.* Gallico denique triumpho milites ejus inter cetera carmina, qualia currum proſequentes joculariter canunt, etiam vulgatiſſimum illud pronunciaverunt:

Gallias Caeſar ſubegit, Nicomedes Caeſarem:

[1] *Ecce*

ſunt lenones. GRAEV. Nihil muto, & explico cum Caſaubono, eum vel e triclinio, vel e conclavi ſuo hoſpitali eductum eſſe in cubiculum. Brevitatis cauſſa ſaepe jungunt praepoſitiones *e*, *a*, & *in*: ut ſimul intelligantur loca, unde & quo perveniatur. Conſule Drakenb. ad Liv. I, 57. *Avolant Romam.* IV, 18. *equites in hoſtem emiſit.* me ad Caeſ. L. V. B. G. 15. VII, 17. *pecore e vicis adacto.* Infra C. 66. *in terras avehi.*

1 *Orti.*] Sc. Caeſaris Venerei nepotuli. In Vindob. pr. tamen *ortum*, & Medic. pr. tert. Vind. ſec. Cort. Polit. cum Edd. Rom. *ortae.* V. Burm. Mox *quodam* Med. ſec. & Edd. aliquot.

2 *Defendenti Nyſae cauſſam.*] Cum Edd. primae haberent *ei niſae* vel *ei in ſe*, Beroaldus hinc fecit *enixe*, uti eſt quoque in Vind. ſec. & Cort. & Polit. At Pulmannus, auctore Turnebo Adverſ. XXIV, 13. ex MSS. plerisque *Nyſae* dedit, ac ſecuti ſunt ſequentes, ejecta particula *ei*, quam, vel *e* certe, agnoſcunt MSS. omnes, & ſolam voculam & ſine *Nyſae* habet Vindob. pr. *ei niſae* vel *ey nyſae* Medicei. Vide ad C. 7. *Confuſum eum ſomnio.* Sed non ita pridem vir illuſtris Scipio Maffei in Antiq. Gall. Ep. 1. in f. e nummo Μυσης βασιλισσης contendit ſcribendum eſſe *Muſae*: ut monuit in Add, Cl. Burm. quo facit varia lectio Politiani *Myſae*. Attamen, ne de Salluſtii loco dicam, *Nyſa* vocatur hujus Nicomedis mater Memnoni apud Phot. Cod. 224. Cap. 32. Ibine ergo etiam Μυσης reſcribendum? Neptis enim aviae videtur habuiſſe nomen. Sed & Mithridatis ſoror, & filia dictae ſunt *Nyſae* apud Plutarch. in Luc. p. 502. Appian. in Mithrid. p. 410. Ed. Toll. Ampliandum mihi de nummi iſtius fide, & vera nominis ſcriptura videtur.

3 *Oro te.*] *Te* ab aliis ut gloſſ. omiſſum. Quaedam etiam editiones & MS. Abb. Gand. non agnoſcunt. GRAEV. V. Burm. Agnoſcunt *te* Medicei tres, Vindob. ſec. Cort. & Edd. Rom. Ante *iſthaec* Medicei, Vind. pr. Dein *quoniam* male Vindob. Cort. Edd. Mediol. Cald. aliaeque.

4 *Tute.*] Ita edidi pro vulgato *tu*, quum iſtud ex MS. notaſſet Salmaſius. GRON. *Tute* Pin. cetera conveniunt optimis libris. SCHEFF. Reſcripſi *tute* auctoritate etiam trium Mediceorum, Polit. Vindob. pr. Voſſ. Periz. Nonn. Hulſ. Edd. Rom. Mediol. & Steph. Adi Broukhuſ. ad Propert. III. 12, 25. *De rebus tute loquaris Ipſe tuis.* Ante *notum eſt* & *quod ille tibi* & *quod.* Vind. ac Periz. Harl. quibus deeſt primum & quae copula male excidit ex Ed. Gronov. Dein *illud vulg.* Medicei, Vind. ſec. Cort. Edd. Rom.

[1] *Ecce Caeſar nunc triumphat, qui ſubegit Gallias. Nicomedes non triumphat, qui ſubegit Caeſarem.*

L. Pronum & ſumtuoſum in libidines fuiſſe, conſtans opinio eſt, [2] plurimaſque & illuſtres feminas corrupiſſe: in quibus Poſtumiam Servii Sulpicii, Lolliam Auli Gabinii, Tertullam M. Craſſi, etiam Cn. Pompeji Muciam. Nam certe Pompejo, & a Curionibus patre & filio, & a multis exprobratum eſt, quod, *cujus cauſſa poſt tres liberos exegiſſet uxorem, & quem gemens Aegiſthum adpellare conſueſſet, ejus poſtea filiam potentiae cupiditate in matrimonium* [3] *recepiſſet.* Sed ante alias dilexit M. Bruti matrem Serviliam: cui & [4] proximo ſuo conſulatu [5] ſexagies ſeſtertio margaritam mercatus

1 *Ecce &c.*] Hic verſiculus non eſt in MS. S. GRON. Neque in Medic. tert. In Med. ſec. ad marginem modo comparet. Contra tertius verſus abeſt a Vindob. pr. ſed vitioſe.

2 *Plurimaſque.*] Vind. ſec. Cort. *plureſque.* Dein *Poſtuminam* Memm. Medic. pr. Tum *Loliam* Vindob. uterque, Cort. & *Gabini* Medic. duo Harl. Per. Edd. aliquot. Mox *Terculam* Vind. pr. *Tertulam* Ed. Med, Cald. ac *Mutiam* plerique & Edd. Vett. male. Inferius *exploratum* corrupte Vindob. ſec. Cort. pro *exprobratum.*

3 *Recepiſſet.*] *Recepiſſe* S. poſt vocem *alias* additur *repetiſſet.* S. GRON. Sic & Barth. & Cujac. pro V. L. Vide Burm. Supra *appellaſſet*, pro *app. conſueſſet.* Vind. pr. Perperam autem J. Bapt. Pius *Aegyptum* pro *Aegiſtho* legi vult in T. 1. Fac. Crit. p. 562.

4 *Proximo ſuo conſulatu.*] Codex Urſini antiquus: *Primo.* Et ſic conjeceratTorrentius. Probe. GRÆV. Niſi *primo* legas, *proximus conſulatus* intelligendus eſt ex eo tempore, quo Serviliam amare coepit, ut explicuit Caſaub. ſed alterum malo cum viris doctis, item Burm. & Erneſt. quos conſulas ſuadeo: quum ſaepe Codd. turbent in his vocibus. V. Drak. ad Liv. L. v. C. 47. ſicuti etiam *proximus & primus* a ſcriptoribus junguntur: ut Tacito L. 1. Ann. C. 77. *Proximo priore anno.* Adi N. Heinſium in Miſc. Obſ. V. IX. p. 295. Sed illic Cl. Burm. *maxime* conjecit, vel alterutrum delet, ad Claud. C. 33. Caeſar L. IV. B. G. C. 25. *Ex proximis primis navibus:* ubi forſan poſſet explicari; ex iis navibus, quae in primo navium ordine erant proximae illi navi, de qua praeceſſit.

5 *Sexagies HS.*] *Sexagiens ſeſtertii* vel *ſeſtertio* prius videtur in manuſcripto fuiſſe, ſed correctum *ſeſtertium.* S. GRON. In MSS. pleriſque plene exaratur *ſeſtertium* vel *ſext.* In Medic. tert. *ſexageſies ſeſtertium*, quod & Politian. ad marg. Ed. Mediol. adlevit. Placet *ſexagies ſeſtertio*, ut apud Plinium *emi poſſe ſeſtertio tricies.* V. J. F. Gronov. de Pecun. Vet. L. I. C. XI. 11, 3. Taciti Ann. L. VI, 17. Infra in Aug. C. 30. Cl. J. Gronov. edidit *gemmaſque ac margaritas quingenties ſeſtertii* pro *ſeſtertium.* Uti certe paſſim id corruperunt rudes librarii

catus eſt, & bello civili ſuper alias donationes, ampliſſima praedia ex auctionibus haſtae [1] minimo addixit. Quum quidem pleriſque vilitatem mirantibus, [2] facetiſſime Cicero, *Quo melius*, inquit, *emtum ſciatis, Tertia deducta eſt:* exiſtimabatur enim Servilia etiam filiam ſuam Tertiam Caeſari conciliare.

LI.

rii: ſic rurſus Aug. C. 41. Tib. C. 48. *propoſito milies ſeſtertio:* ut leg. & ſaepe. Adi & Duk. ad Liv. L. XLV, 4. *Argenti pondo ad ſummam ſeſtertii decies in aerarium intulit.*

1 *Ei numo addixit.*] *Minimo* S. GRON. Primo Edd. Caſaubono poſteriores, ac Graevius, Gron. Pitiſc. Burm. addiderunt pronomen *ei*, neſcio qua auctoritate. Nam in Edd. prioribus, item MS. Memmiano, aut aliis, ceteriſque meorum Excerptis illud non conſpicitur: niſi quod in Med. ſec. ſit *ex auct. aucta e min.* Med. tert. & V. Lect. Politian. item Copeſ. ut puto, *hauſta e min.* in aliis *haſta e* vel *ex m.* vitioſe ex *haſtae m.* praeterea plane abundat, haud eleganter, ut quidem aliis ſolet locis. jungenda enim *cui mercatus eſt*, & *addixit*. Immo illud pronomen delendum jam monuerat Scriverius, male neglectus. Deinde, quia *numo addicere* locutio eſt frequens quidem in locationibus & venditionibus etiam publicis: verum tunc, quum donatio verius cenſenda eſt, & actio quaedam imaginaria; quam vera venditio. (V. Torrent. aliosque hic citatos. Et ſic in Epit. Liv. LV. *C. Matienus damnatus, ſub furca diu virgis caeſus eſt, & ſeſtertio numo venit.*) Burmanno placuit *minimo*. At hinc *numo addicere* potuit tamen formulari locutione in uſum vulgarem pro *minimo addicere* eſſe receptum. Quare etiam Erneſti ex Cic. pro Rab. poſt. C. 17. retinet *numo*. Ego nihilominus nequaquam hic *numo* locum habere poſſe opinor, non tam ob dictam rationem aliasque per doctos viros adlatas, quae facile refutari poſſent, quam ob ſequens dictum Ciceronis *quo melius* &c. *Tertia deducta eſt*. Ejus enim ambigui verbi decus & acumen omne periret. Namque uni *numo* ſeſtertio deduci non poteſt tertia. Sed *minimo* cuidam & vili pretio, ſive *parvo aeri*, ut ait Macrob. quo illa praedia per gratiam Caeſaris Serviliae erant addicta. Quare cum *minimo* legatur in MSS. Torrent. Turon. Nonnii, Memm. Mediceis tribus, Vindobon. utroque (niſi quod in ſec. a m. pr. e *numero*) Cort. Voſſ. Copeſ. Hulſ. Cujac. Harl. Periz. in marg. & Edd. Beroaldo prioribus, aliisque reſtitui poſt tot eruditorum monita vocem *minimo*. V. Comm. Paſſim *emere, vendere, aeſtimare, praeſtinare magno, immenſo, parvo, minimo*, occurrere, ſubintellecta voce *pretio*, quis neſcit? ac corrigendus eſt Boethius L. III. Conſ. Phil. proſ. XI. *Quanti aeſtimabis? Infinito, inquam.* Sic Berſm. MSS. & Leid. membranae veterrimae. Vulgo *infiniti*. In Terent. Eun. I, 1, 29. *Redimas te minimo, ſi nequeas paululo. At quanti queas.* V, 6, 113. *Quanti? viginti minis.* Plaut. Epid. II, 3, 110. *Quanti emi poteſt? minimo.* Ceterum peſſime *adduxit* Medic. duo: ſed pro *quum* non male Cl. Burm. conjecit *quam*, ut C. 52. *quem quidem* &c. *plerique* vitioſe in Vind. ſec. Cort.

2 *Facetiſſime.*] *Facetiſſimo* S. Et verbum mox ſubſtantivum non eſt in MS. S. nec agnoſcit Macrobius lib. II. Saturn. c. 2. & omnino deleri debet. GRON. Habet tamen *vè eſt* reliqua MSS. turba. Dein *concil. Caeſ.* Vind. pr. Harl. Periz.

LI. Ne provincialibus quidem matrimoniis abſtinuiſſe, vel hoc diſticho adparet, jactato aeque a militibus per Gallicum triumphum:

Urbani ſervate uxores, moechum calvum adducimus.
Aurum in Gallia effutuiſti: hic ſumſiſti mutuum.

LII.

Periz. Edd. Med. Cald. *conſiliare* prave Vind. pr. Ed. Camp.

1 *Aurum in Gallia effutuiſti.*] Ita ex multis optimisque codicibus reſtituit Caſaubonus, cum in Editis ac recentioribus MSS. (in quibus & Cortian. ac margo Vindob. ſec.) circumferretur *Auro in Gallia ſtuprum emiſti.* Verum quomodocumque metiaris pedes in Cauſauboni emendatione, ab omnibus viris doctis, praeterquam a Torrentio, recepta, non conſtat ſibi metrum Trochaici tetrametri Catalectici, niſi ſtatuamus neglectam eſſe ſynaloephen hoc pacto.

Aurum in | Galli | a ef | futui | ſti: hic ſum | ſiſti | mutu | um.

vel multo durius

Aurum in | Galli | a effutu | iſti: | hic ſum | ſiſti | mutu | um.

Quare Glareanus videtur conjeciſſe *effutiviſti*; uti eſt in Exc. Cujac. Sed in iſto verbo *effutire* nulla ineſt libidinis obſcoenitas. Gujetus vero metro, ut ait, poſtulante, reſcribebat *Galliis*. In Politiani libro *Galliam*. Scilicet praeſtat ſequi MStum codicem optimum Medic. tertium.

Aurum in | Galli | am effutu | iſti; at | hic ſum | ſiſti | mutu | um.

Sicut in ſimili Epigrammate tertia ſede eſt dactylus Cap. 80. Vel etiam vocula *at* non admiſſa, legi poſſet *in Gallias* hoc modo, ut quarta ſede ſit Anapaeſtus.

Aurum in | Galli | as ef | futui | ſti; hic ſum | ſiſti | mutu | um.

Quadratus talis trochaicus catalecticus, de quo V. Terent. Maur. p. 2434. Ed. Putſch. vocatur a Servio in Centimetro p. 1819. *Archilochius.* Sic enim ait de metris Trochaicis.

Sotadicum conſtat tetrametro brachycatalecto, ut eſt hoc

Thracium *nefas* renarrat *cantitans hirundo.*

Archilochium conſtat tetrametro catalecto, ut eſt hoc

Tolle thyrſos, aera pulſa, jam Lyaeus advenit.

Hyponactium conſtat Tetrametro catalecto claudo, *ut eſt hoc*

Pelle tonſis terga ponti, *vela tende pergamus.*

Sic enim locus hic ex optimo Cod. Leidenſi, cujus beneficio centena Servio loca corruptiſſima reſtitui poſſunt, eſt legendus. Vulgo *Thracicum* & *enarrat*, & abeſt *claudo*; ſicut etiam p. 1818. ubi itidem, *claudo* e MS. addendum, & denique *freti* contra Trochaici metrum editur vulgo. Sed haec ἐν παρόδῳ. Iſtud *in Galliam* vel *Gallias effut.* eſt ſenſus acutiſſimi; indicans Caeſarem (ad quem a civibus ſubita fit apoſtrophe, quia alii verſus fuerant interpoſiti,) Gallicarum inluſtrium matronarum *ſtupris* & adulteriis *auro emtis* (hinc enim illa gloſſa) magis, quam armis & virtute Gallias ſubegiſſe. In Vindob. pr. exaratur *effudiſti*, itidem e Gloſſa librarii caſtitatem mentientis. *heic*, quod in Caſaub. & Gron. Edd. eſt, nusquam inveni, Ceterum de *matrimoniis* pro uxoribus provincialium, quibus non abſtinuit Caeſar, vide Duker. ad Flor. L. 1. C. 1.

Ma-

LII. Dilexit & reginas, inter quas [1] Eunoën Mauram, Bogudis uxorem; cui, maritoque ejus, plurima & inmensa tribuit, ut [2] Naso scripsit: sed maxime Cleopatram, cum qua & convivia in primam lucem saepe protraxit, & eadem nave thalamego paene Aethiopiâ tenus Aegyptum penetravit, nisi exercitus sequi recusasset. [3] Quam deni-

Matrimonia manu capta sunt: unde infra Calig. C. 25. *Matrimonium sibi repertum exemplo Romuli.*

1 *Eunoën.*] Sic in Edd. primis & meis Excerptis omnibus; nisi quod *Eunen* a m. pr. habeat Medic. pr. ut conjecit Turneb. L. III. Advers. C. 22. *Eunoën* Politianus quoque margini Mediol. Ed. in qua *Euriem*, allevit. *Eunonen* Perizon. Malebat Ernest. ut elegantius, *interque eas.*

2 *Naso scripsit.*] Cod. Salmas. *Ut Vasta scripsit.* GRAEV. GRON. Pro *Naso* in Pin. est *Vasa*, quod Giphanius putat esse nomen scriptoris antiqui, verum depravatum. Mox tamen vulgatum *Naso* censet retinendum, & intelligendum *Actorium Nasonem*, cujus mentio fit Cap. IX. Mox habet *talamoque* pro *thalamego* & *sim. q. Caesari*, sicut in Octavio Cap. 94. *Simillimum dixit puero, de quo somniasset.* Locus est notabilis. Vide Vossium de construct. p. 43. SCHEFFER. *Naso* recte jam legitur in Edd. Med. Cald. sed Medicei quoque, Vindob. Cort. *Nasa* vel *vasa.* Vide de Actorio Nasone, & varietates seu monstra lectionum in Dissert. Bernecc. atque Ed. Burm. Quia vero in multis MSS. & Edd. primis est & *N.* vel & *ut N.* posset legi *ut* & *Naso.* Dein in Med. pr. *saepe lucem.* Pro *thalamego*, quae J. Bapt. Pii T. I. Fac. Crit. p. 564. & Politiani vera est emendatio ex optimis libris, exaratur etiam *thalamoque* in Med. sec. Vindob. utroque, Cort. Periz. Edd. Camp. Med. aliisque. V. Comm. Dein *ni e. s. recurrasset* Vind. pr.

3 *Quam denique accitam in urbem &c.*] Negat magnus Scaliger ad Num. 1972. Chronici Eusebiani (ad verba *Cleopatra regio comitatu urbem ingressa*) urbem Romam Cleopatram unquam adiisse, sed in eo humani aliquid passum summum virum, monuit jam magnus interpres. Diserte auctor N. illud ait, diserte Dio, diserte Hieronymus & Jornandes. Sed de loco Dionis, cum eum explodat Scaliger, videndum est. Ait Dio Lib. XLIII. p. 227. Cleopatram in urbem venisse μετὰ τοῦ ἀνδρὸς, *una cum viro.* Negat Scaliger, habuisse maritum Cleopatram post mortuum Ptolemaeum, nisi Antonium, & quidem longo post tempore. Res ita se habet. Duos fratres Ptolemaeos maritos habuit Cleopatra, mortuo majore maritum accipit minorem adhuc puerum. Clare Dio Lib. XLII. p. 205. Οὕτω μὲν τὴν Αἴγυπτον ὁ Καῖσαρ ἐχειρώσατο. οὐ μέντοι καὶ ἀλλὰ τῇ Κλεοπάτρᾳ, ἧσπερ ἕνεκα καὶ ἐπεπολεμήκει, ἐχαρίσατο. φοβηθεὶς μέντοι μὴ Αἰγύπτιοι νεωτερίσωσιν αὖθις γυναικὶ ἄρχειν παραδοθεῖσαι, καὶ οἱ Ῥωμαῖοι διά τε τοῦτο, καὶ ὅτι συνῆν αὐτῷ, χαιρεπήνωσι, τῷ τε ἑτέρῳ ἀδελφῷ συνοικῆσαι δῆθεν αὐτὴν ἐκέλευσε, καὶ τὴν βασιλείαν ἀμφοτέροις σφίσιν, ὡς γε καὶ λόγῳ εἰπεῖν. τῷ γὰρ ἔργῳ, ἡ Κλεοπάτρα μόνη πᾶν τὸ κράτος χρήσειν ἔμελλεν. ὅ τε γὰρ ἀνὴρ αὐτῆς παιδίον ἔτι ἦν, καὶ ἐκείνη πρὸς τὴν παρὰ τοῦ Καίσαρος ἔυνοιαν οὐδὲν ὅ, τι οὐκ ἐδύνατο. *Ita Caesar Aegyptum subegit: neque tamen eam Romanorum dominio subjecit, sed Cleopatrae concessit, cujus gratia totum bellum gesse-*

nique adcitam in urbem, non niſi maximis honoribus praemiisque auctam remiſit: filiumque natum adpellare [1] nomine ſuo paſſus eſt. Quem quidem nonnulli Graecorum ſimilem quoque Caeſari & forma & inceſſu tradiderunt. M. Antonius agnitum etiam ab eo, ſenatui [2] adfirmavit: quae ſcire C. Matium, & C. Oppium, reliquosque Caeſaris amicos: quorum C. Oppius, quaſi plane defenſione ac patrocinio res egeret, librum edidit, *Non eſſe Caeſaris filium*, [3] *quem Cleopatra dicat.* Hel-

geſſerat. Metuens tamen ne Aegyptii, mulieris imperio addicti, denuo tumultuarentur, neve Romanorum in ſe animos cum hujus rei, tum ſuae cum Cleopatra conſuetudinis cauſa commoveret; conjugem eam fratris ſuperſtitis eſſe juſſit, regnumque utriusque commune fecit. Id quidem in ſpeciem agebat, re ipſa totum Cleopatrae regnum deferebatur. Quippe ejus maritus puer aetate erat, ipſa autem apud Caeſarem gratia nihil non poterat. Venit ergo Romam ſecundum Dionem Cleopatra cum fratre minore Ptolemaeo eodemque marito. COETIER. praeeunte Caſaubono. Hinc tanto melius Cleopatrae praeſentis in urbe ſtatuam juxta Veneris Genetricis effigiem potuit collocare, ut teſtatur Appian. L. II. Ἐμφ. p. 492. Ed. Steph.

1 *Nomine ſuo.*] In Vindob. pr. *nomine q. ſuo:* unde ſuſpiceris legendum *nomine quaſi ſuo.* Non enim *Caeſar* eſt adpellatus, ſed *Caeſario*, ſive *Caeſarion* Alexandrina terminatione: ut Dio, Plut. Zonaras, alii docent, & ipſe Sueton. in Aug. C. 17. *Caeſarionem, quem ex Caeſare Cleopatra concepiſſe praedicabat, retractum e fuga ſupplicio adfecit.* Mox *ſimilem q. Caeſari* pro *Caeſaris* repoſui ex conſenſu MSS. trium Medic. Vindob. utriusque, Harl. Periz. Copes. Cort. Exc. Voſſ. Pulm. utriusque & Edd. primarum aliarumque, ut & citat Freinsh. in Suppl. Livii Ep. CXV. C. 35.

2 *Adfirm. quae ſc.*] *Affirmavitque ſcire* S. GRON. Uti etiam in aliis: unde Glareanus inepte refingebat *ſcireque.* Tu vide potius Burm. Dein *Macium* Med. ſec. Vind. pr. *Mutium* Vind. ſec. Cort. *Martium* Ed. Camp. *Marcium* Med. aliaeque. Mox *Appium* in Memm. Omnia male. *Amic. Caeſ.* Cort.

3 *Quem Cleopatra dicat.*] Pinell. habet *non eſſe Caeſaris filium, quem de Cleopatra dicant.* Ut ſit *filius de Cleopatra* pro *filius ex Cleopatra.* Suſpicabatur Caſaubonus quoque *quem de Cleopatra editum:* quia illud *de Cleopatra dicant* legitur in praeſtantiſſimis Codd. ſed illud *editum* addi non neceſſe eſt; repetendum enim λεγειν praecedens *eſſe. Filius eſt de Cleopatra* pro *filius eſt natus*, ſive genitus *ex Cleopatra.* Quamquam in hac locutione admodum notabile eſſet illud *de*, cum alibi *filium de aliqua* necdum obſervarim. Mox P. exhibet quoque *vellet* pro *vellent* cum libris praeſtantiſſimis, & C. 54. *monimentis.* SCHEFFER. V. Commentarios ſuper hoc loco, quem ſanum eſſe patet vel ex Cap. 17. Aug. jam citato. Vindob. tamen ſec. & Cort. habent quoque *de Cleopatra dicunt.* & Edd. Rom. *quemque de Cleop. dicant.* In Exc. etiam Voſſ. *dicant.* In Mediol. *quem de Cl. dicat.* Antonius videtur maxime uſus eſſe teſtimonio ipſius Cleopatrae,

Helvius Cinna Trib. pleb. plerisque confeſſus eſt, habuiſſe ſe ſcriptam paratamque legem, quam Caeſar ferre juſſiſſet, quum ipſe abeſſet, uti uxores liberorum quaerendorum cauſſa, [1] quas & quot vellet, ducere liceret. [2] At ne cui dubium omnino ſit, & inpudicitiae eum, & adulteriorum flagraſſe infamia, Curio pater quadam eum oratione, *omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem* adpellat.

LIII. Vini parciſſimum ne inimici quidem negaverunt. [3] Verbum M. Catonis eſt, *Unum ex omnibus Caeſarem ad evertendam Remp. ſobrium acceſſiſſe.* Nam circa victum C. Oppius adeo indiffe-

trae, confeſſae, ſe filium peperiſſe e Caeſare. Sed id teſtimonium falſum eſſe contendit Oppius, itidem teſtis ejus rei citatus. Mox prave *Helius* & *Aelius* MSS. etiam ex meis aliquot & Edd. Vett. *Helvius* jam Mediol. Ed. in margine emendatum dedit. V. ad C. 85.

1 *Quas & quot vellet.*] Soli Caeſari. Generalis lex foret, ſi *vellent* retineretur. Primus emendavit jure locum Lipſius 1. Elect. xx. quem vide. GRAEV. cum Scriverio. *Vellent* etiam eſt in aliis & Medic. pr. tert. Vindob. utroque, Harl. ac Periz. Exc. Voſſ. Licet autem Dio p. 243. ſtet pro ſingulari, quem expreſſit quoque Ed. Camp. inclino tamen cum Cl. Burmanno in pluralem *vellent* propter illam omnibus communem formulam *uxores liberorum quaerendorum cauſſa;* nec non morem legislatorum, aliis quoque concedentium, quod ſibi cupiunt, invidiae avertendae cauſſa. V. in Claud. C. 27. Plutarch. in Alex. p. 703. Procop. in Anecdotis de Juſtino & Juſtiniano p. 45. ubi conſulas Alemann. & Eichelium. *Quos & quot* Med. pr. & tert. Quia tamen elegantius addidiſſet auctor alium nominativum, forſan ſcripſit *quas quis & quot vellet*, ut in Aug. C. 32. *ſi quem quis repeti vellet.* Claud. C. 25. *ſi quis necare quem mallet.* Sic fere & C. 78. *quidquam cuiquam.* C. 84. *quibus quisque vellet.* & paſſim. Quam facile *quis* hinc excidere potuerit, nemo non videt; vel *quas quisque & quot vellent. ducere vellent* in Edd. aliquot.

2 *Ac ne cui &c.*] Salm. Cod. *ad ne cui d.* Lege auctore Salmaſio *At ne cui d.* GRAEV. *Ad* pro *at* S. GRON. *At* repoſui auctoribus Mediceis tribus, Vindob. Cort. Copeſ. Edd. Rom. *Atque* dant Vindob. pr. Periz. Harl. & reliquae Edd. antiquiores. Mox *eum* poſt *inpudicitiae* deeſſe Codici Periz. & Ed. Ven. pr. ſcribit Cl. Burm. Sed teſtari debeo, utrobique eam voculam diſerte reperiri. Verum exſulat a Medic. pr. & tert. ſi excerptis Gronovianis accuratiſſimis fidendum: item ab Exc. Obſopaei, quibus, & Palatinis auctoribus mallem hic deleri cum Grutero & Longolio ad Plin. L. x. Ep. 121.

3 *Verbum M. Catonis.*] Exſulat prima vox, uti a MSS. per Torrent. & Burm. citatis, ſic etiam a Medic. tert. & ſuprafcriptum in Med. pr. delevit eam quoque Politianus. Sed videtur omiſſa ob praecedens *verunt. Eſt unum* deſunt quoque Vindob. utrique & Cort. ſed in Vind. pr. *ex omnibus eſt C.*

differentem docet, ut quondam ab hoſpite conditum oleum, [1] pro viridi adpoſitum, adſpernantibus ceteris, ſolum etiam largius [2] dicat adpetiſſe: ne hoſpitem aut negligentiae, aut ruſticitatis videretur arguere.

LIV. Abſtinentiam neque in imperiis neque in magiſtratibus praeſtitit. Ut enim quidam monumentis ſuis teſtati ſunt, in Hiſpania [3] Proconſule &

1 *Pro viridi appoſitum.*] Apicius Lib. I, 28. *Olivas de arbore ſublatas in muriam mittis, & erunt tales quovis tempore, quaſi mox de arbore demtae, de quibus ſi volueris oleum viride facies.* hoc eſt oleum novum, non diu conditum & ſervatum. Sic & *uvae virides* cap. 17. eod. Lib. *Accipies uvas de vite illaeſas* &c. *quando volueris uvas virides invenies.* GRAEV. Adde Burm. & Erneſt.

2 *Dicat adpetiſſe.*] Lovan. Barth. Copeſ. Medic. pr. tert. Vindob. ſec. Cort. Politian. in marg. Ed. Med. *adpetiſſe ſcribat.* Ex Gloſſa, vel librarii inperitia neſcientis, *dicere* idem eſſe, quod *ſcribere*, unde Salluſt. B. Cat. C. 3. & 8. *bene facere* ducibus, *bene dicere* ſcriptoribus tribuit. Pomp. Mela in Praef. *Orbis ſitum* dicere *adgredior.* Et quis non? Certum autem ſit *conditum* oleum hic deſignare vetus *viridi* obpoſitum, & in cella olearia diu repoſtum, non unguentatum ſeu μύρεψ. V. Comment. Cato de R. Ruſt. C. 58. *Oleae caducae quam plurimum condito.* Colum. L. XII. C. 50, 51. *Oleum picato cado recondito.* In Vinc. Beluac. *pro v. oppoſitum* varietate ſolita, & pro *negligentiae* memoriae vitio vel mala interpretatione *avaritiae* Med. ſec. *negleg.* ut ſemper in optimis Caeſaris, Ciceronis, Salluſtii, Horatii, aliorumque & paſſim in Livii MSS. exaratur. V. Drak. ad L. II. C. II. §. 4.

3 *A proconſule.*] Nihil certius lectione, quam ex Turonenſi adfert Caſaubonus. Non enim a deceſſore proconſule acceperat pecuniam, ſed ipſe, cum pro Conſule illam adminiſtraret provinciam. Applaudit Memmianus, in quo legitur. *In Hiſpania proconſul.* Sed Latinius Turonenſis *pro conſule.* Sic enim veteres loqui malebant. Qui autem praetura functi erant, cum mitterentur in provinciam Conſularem, proconſules quoque dictos eſſe & hic Caſaubonus & alii plures oſtenderunt. GRAEV. *Proconſul. S.* GRON. Potuit *a proconſule* in Hiſpania pecunias emendicatas accepiſſe, dum ipſe quaeſtor erat. Nihilominus malim accedere viris doctis. Nam etiam praepoſitionem ejecerunt Celeberrimi Gronov. ac Burm. & Politianus adſcripſit *Proconſul.* Lectionis *in Hiſp. proconſule* veritas confirmatur ab optimis Medic. pr. & tert. V. Urſin. ad Sall. B. Jugurth. C. 41. Gron. ad Liv. XXVIII, 38. XXXVIII, 37. Longol. ad Plin. L. X. Ep. 64. & alios. Mela L. III. *C. 5. Cum Galliis pro conſule praeeſſet.* De titulo *Proconſulis* in Hiſpania & alibi eorum, qui modo praetores fuerant, frequentiſſimo adi omnino Manut. ad Cic. I. Div. I. Torrent. ad V. Aug. C. 3. & Clariſſ. Duker. ad Liv. L. XXXIX. C. 29. & Drakenb. ad L. XL. C. 39., delentem quoque praepoſitionem *a*. cum Erneſt. qui non repugnaret alicui *proconſul* legenti. Nec opus eſt & ſumere pro *etiam*. per polyſyndeton jungi poſſunt, & *a ſociis pec. acc. & Luſitanorum* &c. Gentes autem ſeu civitates ſocias intelligit; ſicut contra non tales ſocii erant Luſitani. Paullo ante *moniment.* Medic. duo. & mox *de-*

trac

& a ſociis pecunias accepit, emendicatas in auxilium aeris alieni; & Luſitanorum quaedam oppida, quamquam nec inpĕrata detrectarent, & advenienti portas patefacerent, diripuit hoſtiliter In Gallia [1] fana templaque Deûm, donis referta, expilavit: urbes diruit, ſaepius ob praedam, quam ob delictum: unde factum, ut auro abundaret, ternisque milibus numûm in libras promercale per Italiam provinciasque [2] divideret. In primo conſulatu tria milia pondo auri furatus [3] e Capitolio, tantumdem inaurati aeris repoſuit. Societates ac regna pretio dedit: ut qui uni Ptolemaeo prope ſex

tractarent Vind. pr. Edd. Rom. Med. Cald. perpetua variatione.

1 *Fana templaque.*] In quibusdam *phana*. V. Voſſ. Etymol. Vindob. pr. *templa fanaque*: forſan quia *templis* fana ſunt minora, uti *facellis* majora. Liv. L. I, 55. X, 37. ſed hoc ordine etiam Juſtin. L. VIII, 3, 8. *& fana & templa facienda*: ubi male Scheff. *fora* & Iſ. Voſſ. ſcribit a nemine rectĕ conjungi *fana & templa*. Mox *expoliavit* e Gloſſa Med. tert. margo Ed. Mediol.

2 *Divideret.*] *Divenderet* S. GRON. *Divenderet* praeter aliorum Codd. etiam Medicei duo, Vind. ſec. Cort. & Edd. vulgo ante Torrentium, qui bene ſuaſit, ut e MSS. 4. *divideret* legeretur; ſicuti e ſuis recepit Caſaub. Graevius aliique; atque margini adleverat jam Politianus, uti & Lipſius, ac probavit F. Gronov. L. III. de Pec. Vet. Cap. 6. p. 156. Celeb. tamen Burmannus voci *promercali* melius convenire judicans *divenderet* illud recepit, uti vulgo Germanicae Edd. Mihi ſecus videtur. *Promercale aurum* non *divendidit* Caeſar, ſed *diviſit* procuratoribus ſcil. & auri fabris per Italiam & provincias, ſive ad eos dimiſit; & in illos diſpertivit, venale habendum pretio quartam partem viliore, quam ſolebat. Nam cum *promercale* idem ſit, quod *venale*, rectius dicitur *dividere quid venale*, quam *divendere venale*. praeterea lectio *in Italiam*, de qua vide omnino Cl. Burm. ac quae conſpicitur itidem in Vindob. pr. Edd. Med. Cald. aptius componi poteſt cum verbo *dividere*, ac ſenſu diſtribuendi in ſingulas urbes, quam divendendi. Recepi igitur *divideret* cum meorum Med. tert. Vindob. pr. item Edd. Romanis, licet *per* retineam ob rationes, quas dedit Cel. Burm. ad Virgil. L. V. Aen. vſ. 62. V. in Aug. C. 40, 46. Ner. C. 27. *Ad licitationem dividendae praedae.* Cic. L. 2. in Verr. C. 19. *Mancipia diviſit: auctio facta eſt.* Liv. L. IX. C. 40. *Ut ſcuta aurata dominis argentariarum ad forum ornandum dividerentur.*

3 *E Capitolio.*] *Eſt C.* Vindob. pr. Opera Vatinii hoc furtum A. DCXCV. peregiſſe videtur Caeſar; ut ſuſpicatur Graevius ad Cic. in Vatin. L. 12. atque illud cum altero ejus latrocinio A. DCCV. quum ſanctius aerarium in Saturni aede expilavit, confundit conjunxitque majoris invidiae ei faciendae cauſſa Lucanus L. III, 154. Conſule ibi Hortenſ. & Illuſt. Bouhier. ad Petronii carmen de B. Civ. vſ. 292.

Theſauroſque rapit.

Mox in Edd. Rom. *abſtulit*: Ed. Ven. pr. *abſtulerat.* & Vindob. pr. *ac onera.* vitioſe.

ſex milia talentorum ſuo Pompejique nomine abſtulerit. Poſtea vero evidentiſſimis rapinis ac ſacrilegiis, & onera bellorum civilium, & triumphorum, ac munerum ſuſtinuit inpendia.

LV. Eloquentia [1] militarique re, aut aequavit praeſtantiſſimorum gloriam, aut exceſſit. Poſt accuſationem Dolabellae, haud dubie principibus patronis adnumeratus eſt. Certe Cicero ad Brutum oratores enumerans, negat *ſe videre, cui* [2] *Caeſar debeat cedere:* aitque, *eum elegantem, ſplendidam quoque, atque etiam magnificam & generoſam quodammodo rationem dicendi tenere*; & ad Cornelium Nepotem de eodem ita ſcripſit: *Quid?* [3] *oratorum quem huic antepones eorum, qui nihil aliud egerunt? Quis ſententiis aut acutior, aut crebrior? Quis verbis aut ornatior, aut elegantior?* Genus eloquentiae dumtaxat [4] adoleſcens adhuc Strabonis Caeſaris ſecu-

1 *Militarique re.*] *Militari qua re* S. GRON. *Qua re* vel *quare* habent MSS. omnes & Edd. Vett. praeter ſolum Vindobon. pr. in quo *militari quoque re*. Lipſii vero facillimam emendationem *que* receperunt ſeqq. viri docti. Non temere tamen mihi repudianda videtur N. Heinſii conjectura *militarique arte*. Nam rubrica hujus capitis in MSS. & Edd. primis ſic concipitur. *De ejus eloquentia & arte oratoria*. Decepit Suetonius librarios, quod militarem Caeſaris *artem*, quam hic proponit, perſequitur demum a C. 57. prioribus capitibus de eloquentia agens: unde Boxhorn. quoque prave hic e Vincent. Belluac. legi voluit *Eloq. mirabili, qua aut* &c.

2 *Debeat Caeſar.*] Ita MS. Sal. vulgo invertunt voces. GRON. Quo ordine exhibuit Gronov. dant etiam Medicei omnes, Exc. Voſſ. Cort. & Edd. Rom. cum margine Torrentii. Mox *atque* etiam reſtitui cum Burm. ex iisdem libris ac Vindob. pr. pro *ac etiam*. In Vindob. ſec. & Cort. neutrum comparet; nihilominus Cortius male probat *ac etiam* ad Plin. L. v. Ep. 6. De conjunctis *atque etiam* vide Burm. ad C. 76. Tib. C. 76. *atque etiam ſeparatim*. Galb. C. 5. *atque etiam manu pulſata*. Item & *generoſam* omnes quoque mei praeter Cort. & Edd. Romanae exhibent, ut edidi. Rurſus *ac ad C.* Cort. & *ad* exſulat a Vind. pr.

3 *Oratorem quem.*] Ita S. vulgo *oratorum*. GRON. *Oratorem* e duobus MSS. praefert quoque Torrent. & ſuccinit Medic. pr. ac tert. a m prima. Mihi cum Burm. aliisque nil mutari placet. V. ipſum Gron. ad Aug. C. 48. *Regnorum quibus*. Dein *anteponas* non male in Vindob. pr.

4 *Adoleſcens.*] Pin. *adoleſcentis*, quaſi referatur ad Strabonem. Verum nil mutandum videtur, & eſt emendatum in margine admodum vulgatae SCHEFFER. Uti in aliis, ſic etiam in Medic. ſec. Harl. & Edd. Camp. Mediol. Cald. exhibetur *adoleſcentis*, ut non reſpiciatur ad Cae-

cutus videtur: cujus etiam ex oratione, quae inſcribitur *Pro Sardis*, ad verbum nonnulla tranſtulit in Divinationem ſuam. Pronunciaſſe autem dicitur voce acuta, ardenti motu geſtuque, non ſine venuſtate. Orationes aliquas reliquit, inter quas temere quaedam feruntur. 1 *Pro Q. Metello* non in-

Caeſarem, ſed ad eloquentiam in genere, primo Caeſaris tempore, dumtaxat adoleſcentem, & nondum maturam ac perfectam; qualis per ipſum & aequales, Ciceronem aliosque, evaſit. Sed tales animadverſiones a Suetonii genio & ſtylo ſunt alienae. Ac recte Politianus in Ed. Mediol. marg. jam correxit *adoleſcens*, quam lectionem unice cum reliquis & Cl. Burmanno amplector. Dein *cujus in orat.* Vindob. ſec. & Cort. Tum & *quae* Vindob. pr. cujus librarius forſan voluit *ea*, *quae*. Mox *geſtu* ſine copula Vindob. ſec. Cort.

1 *Ut pro Q. Metello non i.*] Sic edidi ex MS. Salmaſ. quum vulgo perperam & contra libros augeant ita, *ut pro Q. Metello: quam non.* Eleganter ſub vocibus *Pro Q. Metello* intelligit vel orationem vel illam. Unde etiam mox delevi *τὸ orationem*, quod perinde contra codicem Salmaſii & alios immittebatur vulgo *Apud milites quoque in Hiſpania idem Auguſtus orationem eſſe vix.* GRON. Pin. praefert *quae non imm.* Locus eſt corruptus, quem tentant aliter & aliter. Poſſet ita legi. *Orationes aliquas reliquit, inter quas temere quaedam feruntur pro Q. Metello, quae non imm. Aug. exiſt. m. ab act. excepta, m. f. v. d. q. ab i. edita.* Non reprehendit orationem integram pro Q. Metello Auguſtus, ſed loca quaedam, quae videbantur temere prolata, cum eſſent talia vitio actuariorum potius quam Caeſaris. Haec loci ſententia: turbam peperit vocabulum *excepta*, cui in fine male adglutinata litera *m* ex initio vocabuli ſequentis. Ad quod exemplum poſt & *editam* formatum. In ſeqq. voculam *vix* Pinellianus non agnoſcit. Suſpicor ſcripſiſſe Suetonium *orationem non eſſe ipſius*; ſed illud non excidiſſe propter ſimilem praecedentem ſyllabam *nem.* SCHEFFER. Primus Caſaubonus e conjectura *ut* in textum recepit, refragantibus MSS. omnibus tum aliorum tum meis; ſi forte Memmianum excipias: Sed cum ab illo exſulet vocula *quam*, eamque non agnoſcant optimi Medicei pr. ac ſec. verum in ſec. & Copeſ. item Vindob. ſec. Cort. & Exc. Cujac. Voſſ. ſit, *quae excepta & edita*, putem omnino ſic reliquiſſe Suetonium *inter quas temere quaedam feruntur.* Pro Q. Metello *non inmer.* &c. Ita nequaquam voculae *ut* & *quam* erunt neceſſariae inſertae ab iis, qui Suetonii dictionem ita putabant clariorem; ut ab aliis *quae* eſt intruſa. At ſatis intelligitur agi de aliqua ex orationibus, quae temere illius feruntur, inſcripta *Pro Q. Metello.* Ita mox *apud milites in Hiſpania* ſcil. orationem ita dictam *idem Auguſtus eſſe vix ipſius putat:* Nam & ibi Gronovius bene ejecit *orationem* fide codicis Memmiani, de quo idem notarat Graevius: cui MS. etiam adſtipulatur non ſolum Ed. Baſil. ſed & Medic. tert. dum corruptiſſime in Vindob. pr. ſit *in orationem.* Sed idem Medic. cum MSS. duobus Torrentii totidemque Gruteri non habet *Orat. eſſe.* Quare utrasque iſtas voces ſpurias quoque exiſtimavi. Pro *exiſtimat* Vindob. pr. Periz. Edd. Med. Cald. *exiſtimabat* vel *extimabat.* Pro *actuariis* mirifice Vindob. pr. *expectuariis*, & mox *inſcriptum.* & *exemplariis* Edd. Rom.

3 *Quam*

inmerito Auguſtus exiſtimat magis ab actuariis ce ceptam, male ſubſequentibus verba dicentis, quai ab ipſo editam. Nam in quibusdam exemplaribu invenio, ne inſcriptam quidem *Pro Metello*, ſed [1] *quam ſcripſit Metello*, quum [2] ex perſona Caeſa ris ſermo ſit, Metellum, ſeque adverſus commu nium obtrectatorum criminationes purgantis. *Apu milites* quoque *in Hiſpania*, idem Auguſtus vix ip ſius putat: quae tamen duplex fertur: una qua priore habita proelio: altera, poſteriore; quo Aſi nius Pollio ne tempus quidem concionandi habuiſ eum dicit, ſubita hoſtium incurſione.

LVI. Reliquit & rerum ſuarum commentarios Gallici civilisque belli Pompejani. Nam Alexan drini, Africique & Hiſpanienſis, incertus auctc eſt. [3] Alii Oppium putant, alii Hirtium: qu etiam Gallici belli noviſſimum inperfectumque li brur

1 *Quam ſcripſit.*] Torrentio haec quoque verba ex Gloſſemate aliquo ſumpta ſuſpicanti favet Medic. tert. cui deeſt τὸ *ſcripſit*, & Cortian. non habens τὸ *quam ſcr. Metello:* ſicuti illa cum vocula *ſed* exſulant ab Ed. Ven. pr. Politianus margini Ed. Mediol. adtexuit *cum ſcr.*

2 *Ex perſona Caeſaris &c.*] Lipſius in ora duorum librorum adpoſuit. *Ex perſona Metelli ſermo ſit Caeſarem ſeque* &c. Ita certe legi debebat, ſi inſcriptio *Metello*, non *pro Metello* eſſet proba. Sed ut Suetonius probaret, illam inſcriptionem eſſe falſam, & hinc patere, quam male eam actuarii exceperint, ſubjungit, Caeſarem in ea oratione loqui: cum, ſi eſſet ſcripta Metello, deberet Metellus loqui, & ex ejus perſona ſermo inſtitui. Errat enim Berneccerus, exiſtimans illam trajectionem in ſcriptione fieri probabilem. Nec intelligere eos Suetonium, quicumque id opinantur, cenſeo. Ceterum in ſeqq. *orationem eſſe* me deleviſſe dixi. Male vero abeſt τὸ *vix* a Med. pr. ſec. Ed. Camp. aliique.

3 *Alii Opp. putant.*] Ita exhibi fide MSS. Medic. pr. tert. Vindol ſec. Cort. item Copeſ. & Exc. Voſ atque Edd. Romanarum, dele voce *enim*, quam ex tribus MSS. de lendam eſſe jam monuerat Torre tius, & quae ſaepe a librariis fu ciendae quaſi & connectendae or tioni eſt intruſa. V. Drak. ad Li L. x. c. 39. 4. Ceterum quida etiam *Panſae* videntur adſcripſiſſ Adi me ad ejus octavi libri titulu & praefationem. Male etiam MS & Edd. quidam *Hircium*. paſſim i lapidibus & nummis ac Graecis ſcr ptoribus per ι id nomen effertu V. Drak. ad Epit. Liv. 119. Mc *belli* ſupra ſcriptum modo in M dic. pr. praeterea vocem *Caeſar* poſt *de commentariis* recte Cl. Bu mann. exſculpendam vidit, & P litianus jam olim in Ed. Medio virgula notavit. Eſt enim manif ſta marginalis gloſſa. Quare auct ribus MSS. Medic. ſec. Exc. Voſ Edd. Romanis & Baſil. eraſi.

1 *Br*

brum ſubpleverit. De commentariis Cicero in eodem [1] Bruto ſic refert. *Commentarios ſcripſit valde quidem probandos: nudi ſunt, recti, & venuſti, omni ornatu orationis, tamquam veſte* [2] *detracta: ſed dum voluit alios habere* [3] *parata, unde ſumerent, qui vellent ſcribere hiſtoriam, ineptis gratum fortaſſe fecit, qui illa* [4] *volent calamiſtris inurere, ſanos quidem homines a ſcribendo deterruit.* De eiſdem commentariis Hirtius ita praedicat: *Adeo pro-*

1 *Bruto.*] Sic edidi ex S. quum vulgo habeant *in eodem libro.* GRON. *Bruto*, non *libro* eſſe legendum e ſuis codicibus jam docuerunt Torrent. Caſaubonus, Pulmannus, ediditque Cel. Burmannus. Accedit auctoritas trium Mediceorum, Vindob. Pin. Cort. & Edd. Romanarum, & Mediol. Pro *refert* in Vindob. pr. *ſcribit*, & ſtatim deeſt *quidem.*

2 *Detracta.*] Ita conſtantiſſime quantum ſcio, praebent membranae tam Ciceronis C. 75. quam Suetonii. Nihilominus illic J. Gruterus & J. Gronovius e ſententia Turnebi, & hic R. Stephanus ediderunt *detracto* nempe ornatu, tamquam veſte. Verum quum eodem ſenſu ſcriptores participium ſaepe efferant in genere proxime praecedentis ſubſtantivi per notiſſimum Grammaticis Zeugma, retinendum omnino eſt *detracta.* Vide, quae nuper congeſſit eruditiſſ. Heuſingerus ad Nepotis Themiſtocl. C. 7. §. 5. *Nam illorum urbem, ut propugnaculum eſſe* obpoſitum *barbaris.* & quae in Miſcell. Nov. T. VI. p. 533. repoſuit Doctiſſ. Staverenus. Uterque pro ſe proferre potuiſſet Juſtin. L. IX. C. 1. *Byzantium nobilem & maritimam urbem, receptaculum terra marique copiis ſuis* futuram. Sed Edd. Vett. & MSS. multi, in quibus duo a me viſi, dant *futurum.* In hiſce vetuſtiſſimi Codd. omnino ſunt ſequendi. Liv. L. I. C. 21. *Caſtra, non urbem, poſitam in medio:* ubi V. Drak. & ſaepe.

3 *Parata.*] Sic optime Glarean. Urſ. Caſaub. Gruter. e ſuis MSS. uti eſt in Cicerone, repoſuerunt pro *paratam,* quod caret ſenſu, & fere in recentioribus modo membranis hoc modo *parata* invenitur. Nam *parata* praeter Codd. a Torrentio quoque & Burm. laudatos exhibent Medic. pr. tert. Vindob. ſec. Ut vocantur omnia, quae in promptu & ad manum ſunt, inventu facilia & obvia. Unde frequens in re cibi. Horat. I. O. 31. *Frui* paratis. Gell. L. VII. C. 16. *per luxum animi* parata *ac facilia faſtidientis.* Hinc nondum poenitet judicii, quo olim in Lucano ex antiquiſſimis Codd. praetuli, & laetus deprehendi dein conſentientem N. Heinſium, L. IV. vſ. 374.

Luxuries numquam parvo contenta paratis.

Quidquid vero ſit ejus loci, hic certe nihil eſt innovandum, aut de *materia parata*, ut ſaepius occurrit, cogitandum. In Cicerone quidam legunt *paratum.* V. Vulp. ad Catull. C. 17.

4 *Volunt calamiſtris inurere.*] Bene Salmaſ. Cod. & Rob. Steph. *qui illa volent calamiſtris inurere.* GRAEV. *Volent.* Ita S. vulgo *volunt.* GRON. cum Glareano. Adſtipulantur 3 Torrent. & uterque Pulm. Codd. item Copeſ. Medic. pr. ſec. Vindob. ſec. Cort. & Edd. Rom. ut & Rivius volebat in Cicerone: ubi tamen MSS. & Edd. *volunt.* Vind. pr. hic *nollent*, in quo non comparet *quidem.* Mox *isdem.* Memm. Med. tert. alii *hisdem* de more. Item *praecepta* non *praeter.*

Edd.

probantur omnium judicio, ut praerepta, non praebita, facultas ſcriptoribus videatur. Cujus tamen rei major noſtra quam reliquorum eſt admiratio. [1] *Ceteri enim quam bene atque emendate, nos etiam quam facile atque celeriter eos* [2] *perſcripſerit, ſcimus.* Pollio Aſinius parum diligenter, parumque integra veritate compoſitos putat; quum Caeſar pleraque, & quae per alios erant geſta, temere crediderit; & quae per ſe; vel [3] conſulto, vel etiam memoria lapſus, perperam ediderit: exiſtimatque reſcripturum & correcturum fuiſſe. Reliquit & *De analogia* duos libros, & *Anticatones* totidem, ac praeterea poëma, quod inſcribitur [4] *Iter*. Quorum librorum primos in tranſitu Alpium, quum ex citeriore Gallia, conventibus peractis, ad exercitum rediret: ſequentes, ſub tempus Mundenſis proelii fecit: noviſſimum, dum ab urbe in Hiſpaniam ulteriorem [5] quarto & viceſimo die

Edd. Camp. Med. Cald. uti & apud Hirt. in MS. & Ed.

1 *Ceteri en. q. b. a. emendate.*] Has ſex vocex in MS. non invenit Salm. GRON. Non modo illae ſex, ſed & praecedentes omnes a voce *cujus* exſulant a MSS. Burmanni, meisque, & Edd. Romanis, Mediol. Cald. aliisque; niſi quod compareant cunctae in Vindobon. pr. & margine Medicei pr. ubi pro *reliquorum* eſt *ceterorum*, & pro *atque* exaratum eſt *quam*, ſicut in Ed. Bonon. ac nonnullis Hirtii Codd. & Edd. primis: ubi V.

2 *Perſcripſerit.*] *Praeſcripſerit.* S. GRON. Sic etiam MS. Cort. & Ed. Camp. Hirtii codices habent *perfecerit*, quem emendandum ex noſtro cenſebat Daviſius. Ego Caſaubono adſentior, qui tamen deceptus vulgaribus Hirtii libris malebat *confecerit* pro *perfec.*

3 *Conſulto.*] Salmaſius in MS. notavit *conſultu* vel *ta*, vix enim decerni poteſt. GRON. If. Voſſius, qui ex eodem exemplari, quo uſus eſt Gronovius, variantes excerpſit, legit *conſulta*. Sed *conſultu* etiam fuit in Cod. Harl. a m. pr. V. ad Cap. 7. Ceterum *pluraque* ſupra Ed. Cald.. aliaeque. Omnia vero *& quae per ſe* usque ad *ediderit* deſunt Ed. Mediol. ſicut aliis MSS. & Edd. ſed Politianus jam ejus margini illa adſcripſit, pro *ediderit* exhibens *ediderat*, uti eſt in Medic. pr. ac tert. male. Dein *duos libros*, non *lib. d.* exprimi curavi e Mediceis, Periz. Harl. aliisque cum Edd. Mediol. Cald.

4 *Iter.*] *Inter.* S. GRON. V. Burm.

5 *Quarto & viceſimo.*] Ita integris literis verbisque ſcribitur in MS. non, ut vulgo, notis. Id ſaepius ſequutus fui. GRON. Atque ita in Mediceis. Harl. Periz. Vindob. utroque, & aliis primisque Edd. vel *vigeſ.* de more. Ceteri vero ſcriptores praeter Celſum pag. 239. Ed. Londin. dicunt *ſeptimo & viceſimo*: quia illi deſignant longius ejus iter Obulco-

nem

die pervenit. Epiſtolae quoque ejus ad ſenatum exſtant, quas [1] primus videtur ad paginas & formam memorialis libelli convertiſſe, quum antea conſules & duces nonniſi tranſverſa charta ſcriptas mitterent. Exſtant & ad Ciceronem, item ad familiares domeſticis de rebus: in quibus ſi qua occultius perferenda erant, [2] per notas ſcripſit, id eſt, ſic ſtructo litterarum ordine, ut nullum verbum effici poſſet: quae [3] ſi quis inveſtigare & perſequi [4] vellet, quartam elementorum litteram, id eſt,

nem usque, interius ſc. in Hiſpania. Immo *ulteriorem* non habet hic Cod. Vindob. pr. Sed Celſus quoque. V. Caſaubon. uti & Suritam ac Weſſeling. ad Antonini Itiner. p. 396, 397. quos in Add. laudavit Burm.

1 *Primum.*] Cum & Urſini MS. *primus* habeat, & Caſaubonus & Torrentius probet hanc lectionem, eam recepi. GRAEV. Bene, licet omnes noſtri, etiam Perizon. *primum* ſervent. Dein *etiam ad Cic.* Vind. pr. & *item & ad fam.* Vindob. ſec. Cort. ac *praeferenda* Cort. & *idem* Edd. Rom.

2 *Per notas ſcripſit, id eſt, ſic* &c.] Pin. *item*, Duplex genus hic deſcribit occultae ſcriptionis, non unum, quod hactenus eſt creditum a doctis: unum per notas, alterum per literas, quarum ordo fuit turbatus. Differunt haec enim plurimum inter ſe, cum notae non fuerint literae, ſed ſigna, quibus integras innuebant voces. Torrentius ad Galbam Cap. 5. *Notae non tam literae erant, quam ſigna literarum.* Vulgatam lectionem tamen poſſis tueri ex illo in Auguſto C. 59. *Quoties autem per notas ſcribit, b pro a, c pro b, ac deinceps eadem ratione ſequentes literas ponit.* Nam & hic turbare literarum ordinem eſt *per notas ſcribere.* Mox pro *perſequi* P. habet *proſequi.* SCHEFFER. In nullo Cod. *item* hic reperi: nec videtur Suetonius voluiſſe deſignare duo ſcribendi genera; ſed *notas* hic poſuiſſe de occulta ſcribendi tractatione. Adi Comm. & ad Liv. L. XXXIV. C. 61. §. 3.

3 *Si quis.*] Cod. Salm. *ſi qui inv.* GRAEV. GRON. Neque aliter Medic. tert. ut ubique in MSS. vetuſtiſſimis. V. ad Caeſ. L. 1. B. G. C. 48. Infra ad C. 83. ad Aug. C. 38, 79. Calig. C. 55. ac perpetuum hoc eſt in duobus Leidd. venerandae antiquitatis, & Franek. Vitruvii codicibus *ſi qui voluerit:* ubi vulgo *quis* vel *voluerint.* Feſt. in *V. Parici Quaeſtores. Parricida non utique is, qui parentem occidiſſet, dicebatur, ſed qualemcumque hominem indemnatum. Ita fuiſſe indicat Lex Numae* &c. *Si qui hominem liberum dolo ſciens morti duit.* Ita enim ſcribendum eſt e MSS. quatuor Leidenſibus. Vulgo *hominem. Id autem f.* & *ſi quis.*

4 *Vellet.*] Legi jubent *volet* Lipſ. Caſaub. Grut. Scriv. cum Ed. R. Steph. Sed invitis omnibus MSS. contra *commutaret* video in Ed. Junkeri; uti eſt in Vindob. ſec. ni fallunt excerpta, non male pro *commutare deberet.* Adi Comm. ad Liv. XXI, 36, 4. XXXVII. 17, 6. alioquin & *velit* legi poſſet, quod nunc video praetuliſſe etiam Cl. Erneſt. Nec enim huc puto pertinere ea, quae dixi de praeſentis & imperfecti temporis conjunctione ad Caeſ. L. 1. B. G. C. 8. 1. B. Civ. 18. *petit, ut ad Caeſarem mitteretur.* Mox pro *id eſt* in Vindobonenſibus tantum habetur *i.* ſi abeſſent

eſt, *d* pro *a*, & perinde reliquas commutet. [1] Feruntur & a puero, & ab adoleſcentulo, quaedam ſcripta: ut *Laudes Herculis*, *Tragoedia Oedipus:* item *Dicta collectanea*: quos omnes libellos vetuit Auguſtus publicari, [2] in epiſtola, quam brevem admodum ac ſimplicem ad Pompejum Macrum, cui ordinandas bibliothecas delegaverat, miſit.

LVII. Armorum [3] & equitandi peritiſſimus, laboris ultra fidem patiens erat: in agmine, nonnumquam equo, ſaepius pedibus, anteibat, [4] capite detecto, ſeu ſol, ſeu imber eſſet. Longiſſimas

eſſent penitus hae voculae hoc loco, non deſiderarem: ac valde dubito, an non rejiciendae ſint, ut male repetitae ex ſuperioribus. Ego certe ſcripſiſſem *quartam elem. litteram d.* In Vind. ſec. & Cort. *d per a.* ac *proinde* in Vind. pr. de quo alibi.

1 *Feruntur & a puero & ab adoleſcente.*] Cod. Salm. *feruntur & ait vero ab adoleſcente.* Ex hoc natum eſt & *a puero*, quae delenda ſunt & ſcribendum cum Torrentianis duobus: *feruntur vero ab adoleſcentulo quaedam ſcripta.* aut: *feruntur & ab adoleſcentulo quaedam ſcripta.* GRAEV. Cum Memm. facit Cod. Barth. Torrentianis conſentiunt Medic. tert. & Copeſ. Ultimam Graevii lectionem confirmat Hulſ. *& a puero ab adol.* Exc. Voſſ. *vero* poſt *feruntur* addit Cortian. Alii aliter. Nil temere muto. uti & Cl. Burmanno viſum. Alioquin poſſes conjicere etiam *Feruntur vero & ab adol.* Dein *MSS.* longe plurimi, uti in omnibus meis excerptis, & Edd. Vett. *Oedipi* vel *Oedippi*: qua duplicatione litterae ſemper ſcribi in Mediceo Senecae codice, hic ad marginem notavit Cl. J. Gronovius. Ex Memmiano *Oedipus* tacite reſcripſit Caſaub.

2 *In Epiſtola.*] *In epiſtula.* S. GRON. Perpetua variatione V. Burm. ad C. 26. & Fontan. de Antiq. Hortae L. 1. C. 8. Ceterum duobus *MSS.* auctoribus Torrentius delet *τὸ in.* Bene, ſi conſtaret, nihil praeterea in illa epiſtola ſcriptum fuiſſe, quod ad bibliothecas ordinandas pertinebat: quam ſuſpicionem juvat ejus brevitas & ſimplicitas. Immo licet plures res ea epiſtola continuerit, ſi vetuſtior quis codex inſuper non agnoſceret praepoſitionem, proſcriptam facile paterer. ut in Aug. C. 3. *Epiſtolae Ciceronis exſtent, quibus Q. fratrem hortatur & monet.* ubi in Periz. etiam, *in quibus.* C. 4. *Caſſius quadam epiſtola ſic taxat Auguſtum.* Dein *Marcum* vitioſe etiam Vindob. pr. Edd. Med. Cald. V. J. Bapt. Pium T. 1. Fac. Crit. p. 565.

3 *Et.*] Non exſtat in codice *MS.* S. GRON. Uti nec in Med. tert. Politian. *Ar. equitandique.* Tit. C. 3. *Armorum & equitandi peritiſſimus.* V. & Tiber. C. 13.

4 *Capite detecto.*] Quid moverit Cl. Erneſt. qui in Aug. C. 76. *retectis pedibus* explicat *contectis*, hic ut conjiceret *retecto*, non capio. Nudo capite inceſſiſſe Caeſarem, *ſolis patientem & imbrium negligentem*, ut legendum alibi docui in Veget. L. 1. C. 1. ſine dubio intellexit auctor: ut ſaepiſſime de maximis ducibus occurrit: quod exem-

mas vias incredibili celeritate confecit, expeditus, [1] meritoria rheda, centena paſſuum milia in ſingulos dies: ſi flumina morarentur, nando trajiciens, vel innixus inflatis utribus, ut perſaepe nuncios de ſe praevenerit.

LVIII. In obeundis expeditionibus, dubium [2] cautior, an audentior. Exercitum neque per inſidioſa itinera duxit umquam, niſi perſpeculatus locorum ſitus: neque in Britanniam tranſvexit, niſi ante [3] per ſe portus & navigationem, & acceſſum ad inſulam exploraſſet. At idem, obſeſſione caſtrorum [4] in Germania nunciata, per ſtationes hoſtium Gallico habitu penetravit ad ſuos. A Brun-

exemplis firmare velle putidum foret. Offendere etiam locutio non potuit. Nam & Virgil. ait L. x. Aen. 133. *caput detectus honeſtum* i. e. ſine galea. *detecta fronte* Ovid. pro *nuda*, *aperta*.

1 *Meritoria rheda centum milia paſſuum.*] Cod. Salm. *meritiora raeda centum millia paſſum.* ſic & ſuperius idem cod. *paſſum* pro *paſſuum*. GRAEV. GRON. *Reda* Vind. pr. Exc. Voſſ. Mox *natando*. Vind. pr. ac *ſaepe* Edd. Med. Cald.

2 *Cautior* &c.] Vitioſe cum aliis Edd. Med. Cald. *cautiorne an audacior*. item *praeſpeculatus* Vind. pr. Pinell. probante Scheffero, ut conjecit Berneccerus. Sed adi Burm. *perſpiculatos* quoque Medic. pr. tert. & Politian. in marg. Ed. Mediol.

3 *Per ſe.*] Inquiſivit quidem Caeſar *curioſe per ſe* in has res, ex mercatoribus aliisque; ſed quum nihil certi reperire poterat, eo praemiſit C. Voluſenum legatum; ut ait ipſe L. IV. B. G. C. 20, 21. ubi Voſſius docet, Celſum tradere, illum *per ſe ipſum* ea loca ſpeculatum eſſe, ex hoc Suetonii teſtimonio. At cum Berneccero Voſſius ſecat nodum ſcribendo, recte Imperatori tribui ea, quae per legatos gerit, ut certe milies occurrit. Verum id a ſtylo Suetonii alienum eſt, qui ſemper diſtinguit *per ſe* & *per legatos* ſive *ductu* ipſius Imperatoris, vel ſolis ejus *auſpiciis*, ut in Aug. C. 20. Hinc alii alia, ut *perſaepe*, *per ſuos*, vel *quam* omiſſo *niſi* &c. comminiſcuntur, ut ab errore Suetonium defendant: ſed quorum mihi placet nihil. V. Comment.

4 *In Germania.*] Res quidem illa accidit *in Gallia*, ut interpolate legitur in MS. Barthii: atque ipſe *Gallico*, non *Germanico habitu* ideo penetravit ad ſuos. Caſtra autem illic obſeſſa erant *cum Leg. una*, ſive una legione, unde quis conjicere poſſet vulgatum ex ea lectione eſſe corruptum. Adi Caeſ. L. V. C. 38. &c. Quomodo *Legionarii* abiiſſe in *Germanos* videntur apud Frontin. L. II, 6. §. 4. Verum tamen nihil temere hic movendum opinor. Obſeſſio enim accidit per *Eburones*, quos ipſe Caeſar Germanis accenſet L. II. C. 4. V. 28. &c. V. Ph. Cluver. L. II. Germ. C. 15. Ad haec illarum regionum fines, & nomina *Galliae Germaniaeque* ſaepe confunduntur a priſcis; ut viri docti probaverunt. Unde ipſe auctor quoque ait de re, quae itidem in Gallia accidit per Eburones, Germanis adtributos,

Brundiſio Dyrrachium inter obpoſitas claſſes hieme tranſmiſit. Ceſſantibuſque copiis, quas ſubſequi juſſerat, quum ad arceſſendas fruſtrą ſaepe miſiſſet, noviſſime ipſe clam noctu parvulum navigium ſolus obvoluto capite conſcendit: neque aut quis eſſet, ante detexit, aut gubernatorem [1] cedere adverſae tempeſtati paſſus eſt, quam paene obrutus fluctibus.

LIX. Ne religione quidem ulla a quoquam incepto abſterritus [2] umquam, vel retardatus eſt. Quum inmolanti aufugiſſet hoſtia, profectionem adverſus Scipionem & Jubam non diſtulit. Prolapſus etiam in egreſſu navis, verſo ad melius omine, [3] *Teneo te*, inquit,

butos, Cap. 25. *In Germanorum finibus.* atque Eutropius caput illud in ſuum opus transſcribens L. VI. C. 17. ait *in Germania*: ubi tamen plures committit errores. Sed ſupra *At idem* non placent, & plane otioſa ſunt: cum certe non niſi de uno Caeſare loquatur auctor, ut non opus ſit monere, *eumdem* id feciſſe. Quid ſi *Itidem?* Mox male rurſus Memm. & MSS. plerique & Edd. Vett. *accerſendas.*

1 *Cedere tempeſtati.*] Eleganter pro ſe ſubducere tempeſtati, terram repetendo, nec credendo ſe amplius fluctibus. Liv. L. IV. C. 54. *Poſtquam non ceſſerunt publicae tempeſtati.* V, 10. *Ne hiemi quidem aut tempori anni cedere.* atque ſic crebro *cedere nocti* & ſimilibus. Adi Cl. Drak. ad Liv. III, 60 *Quum per totum diem ſtetiſſent, adtenti ad certamen, nocti ceſſere.* In Catal. Scalig. p. 147.

Deinde duces caſtris, nocti ceſſere, minati.

Sic enim ibi antiquiſſimarum membranarum, quas vidi, auctoritate legendum eſt. Vulgo *donec ceſſere, minantur.*

2 *Umquam vel.*] Pro duabus his vocibus in Periz. Harl. Ed. Ven. pr. ſola eſt *aut.*

3 *Teneo te Africa.*] Quaſi complecteretur amicam deſideratam. Eſt enim haec ſollemnis formula, qua utebantur veteres, cum in amicum optatum inciderent, ſi in ejus ruerent complexum. Terent. Heaut. II. 4, 26. *Salve, anime mi.* ANT. *mi Clinia, ſalve.* CL. *Teneo te, Antiphila maxime omnium optata animo meo,* Plaut. Moſtell. Act. III. Sc. I. v. 30. 32. Petron. *Teneo te, qualem ſperaveram, tu deſiderium, tu voluptas mea.* GRAEV. Vide hic etiam Burm. & commentarios ad Frontinum, aliter narrantem L. I. C. 12. §. 2. *C. Caeſar quum forte conſcendens navem lapſus eſſet, Teneo te, terra mater, inquit: qua interpretatione effecit, ut repetiturus illas, a quibus proficiſcebatur, terras videretur.* Quo loco illuſtris & doctiſſimus vir conjecit *Italas* pro *illas.* Acute, ſed nimis poëtice, ut opinor. Erravit vero Frontinus ſcribens *conſcendens navem:* niſi hic pro *in egreſſu* cum Medic. ſec. Vindob. ſec. Cort. & Edd. Romanis velles legere *ingreſſu.* Non ego. Nave egredientem cecidiſſe docet quoque Dio, L. XLIII. in f. neque aliter J. Sarisber. L. II. Polycr. C. I. ac Celſus p. 168. Ed. Graev. ubi pro *reliquis omnibus territis* e prima editione reponi debet *omine.*

inquit, *Africa*. [1] Ad eludendas autem vaticinationes, quibus felix & invictum in ea provincia fataliter Scipionum nomen ferebatur, deſpectiſſimum quemdam ex Corneliorum genere, cui ad obprobrium vitae [2] Salutioni cognomen erat, in caſtris ſecum habuit.

LX. Proelia non tantum deſtinato, ſed [3] ex occaſione ſumebat: ac ſaepe ab itinere ſtatim, interdum ſpurciſſimis tempeſtatibus, quum minime quis moturum [4] ſperaret: nec niſi tempore extremo ad dimi-

1 *Ad eludendas.*] Med. ſec. cum Cujac. & Edit. Camp. *ad delud.* Nil muta, nec cum Pitiſco expone *vitandas*; ſed *irridendas*: ut Tarquinius augurandi *eludens artem* apud Liv. L. 1, 36. ubi & L. 11. C. 45. vide Cl. Drakenb. ac paſſim.

2 *Salutioni.*] *Saluitoni* S. GRON. Pro *Salutioni* in Pin. eſt *Salvini*, verum ut addatur, alias legi *Salvitoni*. *Salvitonem*, vel *Salutionem* hunc varie exponunt. Mihi non abſurde ita videtur nominatus a *Salve* vel *Salute*, quo vocabulo utebantur inter bibendum, cum alter alteri propinabat. Plautus in Curculione Act. 1. Sc. 2, 25. PH. *Salve*. LE. *egone ſim, quae ſiti ſicca ſum*. Et ſtatim poſt. LE. *Salve oculiſſime homo*: PH. *age, effunde hoc cito*. Erit ergo *Salvinus* aut *Salutio*, qui libenter utitur hoc verbo i. e. bibax aut potator. SCHEFFER. Edidi *Salutioni*, quomodo vel *Salvitoni*, exſtat hoc nomen non tantum in multis aliorum ſcriptis, & aliquot Edd. ſed & in Mediceis tribus, Vindob. ſec. Cort. Polit. *Salutioni* dant Harl. Vindob. pr. & nonnulli alii cum Edd. Romanis & vulgaribus. *Salvitioni* Periz. cum J. Celſo & Edd. Ven. pr. Med. Cald. In Edd. Gryph. &c. *Salutationi*. In aliis, *Salacioni* a *ſalax*. Σαλλυστίων Plut. p. 732. Σαλάττων Dioni p. 212. V. Commentarios. Mihi omnino veriſimile videtur, Pomponio in Scipionum gentem adoptato mimicum cognomen fuiſſe *Salvitoni* vel *Salvittoni*: quomodo Inſcr. Gud. apud Burm. Utraque enim ſcriptura in omnibus Plinii membranis vetuſtiſſimis, in quibus tres ſunt Leidenſes, exaratur. Ejus locus L. XXXV. C. 2. ſic debet legi: *Quum Scipionis Pomponiani tranſiſſet atrium, vidiſſetque adoptione teſtamentaria* Salvitones (*hoc enim fuerat cognomen Africanorum dedecori*) *inrepentes Scipionum nomini*. Male *fuerat ei* & *dedecore* retinuit Harduinus contra MSS. & Gronovii monita. L. VII. C. 12. MSS. antiquiores habent, *Ejusdem familiae Scipioni poſt eum nomen* Salvitto *mimus dedit*. Acutae tamen doctaeque, ut ſemper, Gronovianae ſunt conjecturae *Salaconi* vel *Salpittoni*. Dein *ſecum in caſtris* etiam Edd. Med. Cald. Steph. non Caſaub. ut eſt in notula Burm.

3 *Ex occaſione.*] Exſulat praepoſ. a Viterb. Vindob. ſec. Cort. unde ſuſpicio augeri poſſit, an non trajici debeat ante τὸ *deſtinato*. V. Burm. paſſim *ex conſulto, inproviſo, inopinato, ex compoſito, convento, praeparato* &c. occurrunt: uti *ex tempore, ex re, ex occaſione* &c. Front. 1. 9, 1. & *ex occaſione nocentes punivit*.

4 *Speraret.*] Doctiſſimis viris, ita pro vulgari *putaret*, ex MSS. & Edd. nonnullis veteribus legi jubentibus morem geſſi; quae lectio confirmatur Codd. Vindobon. utroque & Cortiano. Nam Medicei & Memmianus retinent *putaret*. Saepe

dimicandum [1] cunctantior factus est. Quo saepius vicisset, hoc minus experiendos casus opinans: nihilque se tantum adquisiturum victoria, quantum [2] auferre calamitas posset. Nullum umquam hostem fudit, quin castris quoque exueret: [3] ita nullum spatium perterritis dabat. Ancipiti proelio [4] equos dimittebat, & in primis suum, quo

sic variare libros, monendum post alios habui quoque ad Hirt. B. Alex. C. 65. V. & Duker. ad Flor. III, 1. Ac restituendum hoc verbum censuit itidem Ill. Bouhier. in Petronii Carm. de B. Civ. vs. 129. *Civiles acies jam tum sperare putares*; vulgo *spirare* crebertrima etiam confusione.

1 *Cunctantior.*] Cod. Salm. *cunctacior*. GRAEV. GRON. Licet hoc vel potius *cunctatior*, aut *centatior* in libris melioribus quoque invenerit Torrentius, & in multis scriptis editisque Burmannus, eam tamen scripturam, ut erroneam, plane respuit Vir Celeb. Sed cum non obstet analogia, & a positivo *cunctatus* possit derivari, non ausim penitus proscribere. Nam etiam Mediceï tres, Cortian. & Edd. Camp. Mediol. Cald. *cunctatior* vel *cunctacior* exhibent; uti MSS. optimi Appuleji in Flor. IV. 18. ac Bodlej Cod. in Tac. L. III. H. C. 4. *Natura & senecta cunctatior*, ubi vulgo *cunctator*. V. Gron. Plin. L. II. Ep. 16. *Cunctatior fortasse & cautior esse deberem*: uti est in omnibus scriptis & editis. Nihil certe variationis adnotatur, licet apud eumdem edant L. IX. Ep. 13. *Erat enim cunctantior cautiorque.* Verum tamen potuit ex eodem fonte scriptura haec orta esse, ex quo *cunctatius*; quae omnino est vitiosa: quum *cunctanter* sit positivus ejus, de quo V. ad C. 19. Hinc nihil certi statuo.

2 *Auferre &c.*] Hae quinque voces *auferre calamitas posset. Nullum unquam* non occurrebant in MS. S. GRON. Neque comparent in Mediceis, Vindobon. Harl. Periz. nisi quod in ejus margine exstent, & pro *umquam* Vind. sec. det *cum*.

3 *Ita nullum.*] *Ita ut nullum* S. GRAEV. GRON. *Ita ut* contra syntaxin etiam legitur in Med. tert. Copes. Harl. ac Voss. Exc. quod non de nihilo videtur. Scilicet supra pro *quin* ante Casaubonum erat *quem non*, in Edd. sicut etiam est in nonnullis MSS. ut saepissime librarii pro *quin* aberrarunt. V. ad Caes. L. II. B. Civ. C. 5. At sic ipse auctor Aug. C. 45. *Nullique Graeco certamini interfuit, quo non certantium quemque honorarit.* Cal. C. 40. *nullo* &c. *omisso, cui non tributi aliquid imponeret.* Neron. C. 35. *nullum* &c. *genus est, quod non scelere perculerit.* Quum vero hic in ceteris MSS. ut Mediceis, Pin. est *qui in* vel *qui* & *qui n̄* in Vindobonensibus, quorum primus *exureret*: hinc conjicio, an non istud *ut* ortum sit ex trajecto *ur*, & a manu Suetonii fuerit *qui non c. quoque exueretur.* Ni ita legatur, rectius alicui videri possit *exuerit*, quod restat in Edd. Romanis; uti & citat Burm. ad Tiber. C. 35. hic de eo nihil monens. At C. 73. *Simultates nullas tam graves* excepit *umquam, ut non libens* deponeret.

4 *Equos dimittebat, & in primis suum.*] Videtur auctor respicere, tum proelium ad Mundam, tum etiam ipsius Caesaris locum e Lib. I. B. G. C. 25. *Caesar primum suo, deinde omnium ex conspectu remotis equis, ut aequato omnium periculo spem fugae tolleret.* ubi non *suo* & *omnium conspectu* sunt jungenda; sed *suo*,

quo major permanendi neceſſitas inponeretur, auxilio fugae erepto.

LXI. Utebatur autem equo inſigni, pedibus prope humanis, & in modum digitorum [1] unguis fiſſis: quem natum apud ſe, quum haruſpices imperium orbis terrae ſignificare domino pronunciaſſent, magna cura aluit: nec patientem ſeſſoris alterius primus [2] adſcendit: cujus etiam inſtar pro aede Veneris Genetricis poſtea dedicavit.

LXII. Inclinatam aciem ſolus ſaepe reſtituit, obſiſtens fugientibus, retinenſque ſingulos, & contortis faucibus convertens in hoſtem: & quidem adeo

ſuo, & *omnium equis*, *ex conſpectu remotis*. V. ad Front. II. 8, 13. prave ſecundo loco contra perpetuum Caeſaris ſtylum *τὸ omnium* delevit Th. Bentlejus: ac pejus vir doctus in Miſcell. Lipſ. Nov. Vol. II. T. 2. p. 310. inſerit *juſſu* ajens, hanc vocem, quae excidit, reſtituendam eſſe, & legendum *primum ſuo*, *deinde omnium*, *juſſu*. Quod me non ſatis capere fateor. Saltem *juſſu ſuo* debuerant inſeri, ne *juſſu* tam abſolute ponatur. Nam credere non poſſum, illum *omnium juſſu* equos remotos intellexiſſe. Nimis ineptum hoc foret.

1 *Unguis fiſſis.*] Cod. Salm. *fiſis*. ſic cap. 68. *excuſo* pro *excuſſo*. & *abſciſa*. Rob. Steph. *unguis ſciſſis*. GRAEV. *Sciſſis* eſt in multis Edd. ut Mediol. & Cald. quoque. Sed bene *fiſſis* ad marginem ibi jam emendavit Politian. & eſt in MSS. plurimis. *fixis* Vind. ſec. Cort. *Infixis* quod Boxhorn. ait in nonnullis Edd. legi, eſſetque pro *infiſſis* eodem ſenſu, non inveni. Crebro autem *findere* abiit in *ſcindere*. V. Drak. ad Liv. XXII. 1. *Fiſſae* autem ungulae erant naturaliter, non arte vel vi *ſciſſae*. Sic *findit ſe cauda*, *fiſſae aures*. Plinio, qui & L. X. C. 63. *quorum in digitos pedum fiſſura diviſa eſt*. Dein *aruſpices* MSS. plerique & Edd. Vett. de more. V. Voſſ. Etym. & Dauſq. Orthogr. & alios paſſim.

2 *Adſcendit.*] Salm. Cod. *Nec patientem ſeſſoris alterius primus eſcendit*, optime: ſaepiſſime enim verbum hoc mutatum a ſciolis, ut pridem docti viri ad Ciceronem & Livium monuerunt, hic quoque reſtituendum eſt. GRAEV. Quum in Caſaub. editione ſcriberetur *adſcendit*, Salmaſius notavit in MS. eſſe *aſcendit* vel *eſcendit* incertum, quum prior litera ſit in litura S. Et vides cap. 37. GRON. Ut aliorum libri, ſic etiam omnes, quorum excerpta habeo, exhibent conſtanter *adſcendit* vel *aſcendit*. pro quo temere Graevius edidit *eſcendit*; quod compoſitum ille cum magiſtro ſuo J. F. Gronovio ubivis male inculcare adniſus eſt, & ad eorum exemplum alii, ut bene monet Cel. Burm. In his etiam eſt hic Erneſt. & Daviſius ad Caeſ. L. VII. B. G. C. 27. ubi V. Ita inveni tamen in duobus Voſſ. MSS. antiquiſſimis Ciceronis in Parad. 1. *Quibus tandem gradibus Romulus eſcendit in caelum*. Optime ſane eo loco, quo *eniſus arduum* deſcribitur Romulus. Tali enim in re *eſcendere* veram ſuam vim obtinet. *Genetricis* pro *genit.* & c. 78. auctoritate lapidum edidi cum Medic. pr. Ed. majore Graevii, Burm. Pitiſci. V. Grut. Inſcript. Drak. ad Ep. Liv. 116. V. & infra C. 84.

adeo plerumque trepidos, ut [1] aquilifer moranti se cuspide sit comminatus: alius in manu detinentis reliquerit signum.

LXIII. [2] Non minora illa constantiae ejus, immo majora etiam, indicia fuerint: Post aciem Pharsalicam, quum, praemissis in Asiam copiis, per angustias Hellesponti [3] vectoria navicula trajiceret,

1 *Aquilifer moranti cuspide sit comminatus.*] Recepi ex Salmasiano, quod & alii quoque libri prae se ferunt, *aquilifer moranti se cuspide sit comminatus.* GRAEV. *Aquilifero moranti se cuspide* S. GRON. Pinell. praefert *aquilifero*, quod sententiam facit longe aliam, quam ut locus hodie accipitur. Et sane, si fuerant trepidi, quos ita compellebat, ut est in praecedentibus, magis conveniret Caesari comminari, quam aquilifero; quia minantur audaces, non trepidi, SCHEFFER. In MSS. omnibus est *aquilifero*, si solum excipias egregium Mediceum primum: ac bene *aquilifer* jam legendum docuit Egnatius, & post eum multi: quid? si tamen *Aquilifer demoranti se c.* rescribamus? Videntur historiam non edocti librarii stulte credidisse, Caesarem aquilifero comminatum fuisse cuspide: unde etiam *moranti* neutraliter acceperunt, ejecto *se*, pro quo *Caesari* Egnatius credebat reponendum. Sed cum *se* diserte quoque habeat Torrent. & unus Gruteri *secum*, ac Medic. sec. cum aliis *secus*, non dubitandum est de veritate *moranti se*, sive ipsum detinenti Caesari, qui aquiliferum corpore vel faucibus correptum a fuga inhibuit, sicuti alterius signiferi signum manu arripuit, idque detinuit relictum a timido; & profugo. Vide ad Calig. C. 6. *detinuit* pro *detinentis* est in Vindob. pr.

2 *Non minora illa constantiae ejus, immo majora etiam indicia fuerunt.*] Cod. Salmas. *non major illa constantia ejus, majora etiam indicia fuerint. fuerint* omnino probo, &, sat scio, mecum omnes Latina docti. *fuerunt* sane friget. GRAEV. GRON. *Fuerint* egregie firmatur a Mediceis pr. & tert. in quo sic etiam exaratur *non minor illa constantia ejus, quam majora* &c. in Palatinis pro *immo* est *quod.* Politian. adscripsit margini *non minor i. constantia, ejusque m.* e codicibus suis. An *quin maj. etiam*? nisi potius adulterina sint, ut bene suspicantur Torr. & Scriv. In Vind. pr. *P. Pharsal. aciem.*

3 *Vectoria navicula.*] Miror, Cl. Burmannum reposuisse *victor* a viris doctis toties, & ab ipso explosum, rejecta, quam a Plantino usque omnes Editores recepere, eleganti lectione *vectoria navic.* sive Dionis πορθμείῳ p. 188. quae in uno Pulm. duobus Torrent. duobus Casaub. duobus Grut. uti & Memmiano ac Jac. Crucei T. 1. Fac. Crit. p. 890. legitur; quibusque nunc accedant Medic. pr. & tert. ac Vindob. pr. cum Politiani margine. In Harlem. & reliquis *victor* ineptissime. Nec magis valet *vector.* Nam qui *navicula trajicit*, certe est *vector.* Hoc addi non opus est. Nec quisquam, ea vox si absit, tamen cogitabit, Caesarem tunc classem duxisse, aut ipsum navitam fuisse; uti *nauta* & *vector* passim distingui solent; Falsum quoque est, quod ait Torrentius: *Cum* naviculam *dicit*, *satis intelligitur* vectoria *fuisse.* Potuisset enim esse *piscatoria*, *speculatoria*, vel alia *actuaria scapha:* Uti variant scriptores in descriptione navis, qua ante Dyrrachio in Italiam voluit trajicere Caesar (V. Cic. v. ad Att. 12. Lucan. L. V. 515. Plut. in Caes. p. 726. Flor. IV, 2.) & quam ideo caute auctor Cap. 56. in genere

ret, [1] L. Cassium partis adversae, cum decem rostratis navibus obvium sibi, neque refugit: & comminus tendens, ultro ad deditionem hortatus, subplicem ad se recepit.

LXIV. Alexandriae, circa obpugnationem pontis, eruptione hostium subita compulsus in scapham, pluribus eodem praecipitantibus, quum [2] desiluisset in mare, nando per [3] ducentos passus, evasit ad proximam navem, elata laeva, ne libelli, quos

nere *parvulum navigium* vocavit: ut, in alia quamvis re, Cicero L. 11. in Verr. C. 40. & Caesar *parvulam naviculam* L. 111. B. Civ. C. 104. & *parvulum navigiolum* Hirt. B. Afric. C. 63. dixerunt. Hic vero fuit *vectoria navicula*. Eadem sere variatio apud Caes. L. v. B. G. C. 8. Vectoriis *gravibusque navigiis longarum navium cursum adaequarunt*. ubi in MSS. nonnullis inepte *vectoribus*.

1 *L. Cassium.*] Quum *Cajus* fuerit hic dictus, Caesaris interfector, Xylander & Casaubonus atque Ernest. *C.* pro *L.* scribendum existimarunt. Nec juvat, quod duo Cassii fuerint conjurati. Nam certe *Lucius* tunc erat in partibus Caesaris; ut patet clare ex Dion. L. XLI. p. 177. & ipso Caesare L. 111. B. Civ. C. 34. At *Cajus* erat praefectus Pompejanarum partium navibus Syriacis, ut docet Caesar L. 111. B. Civ. C. 5. Apud Dionem tamen p. 188. vulgo legitur Τῶ Κάσσιου Τῶ Λουκίου. Sed recte viri docti illic reponunt Τῶ Λογγίνου. Et sic hic forte *Longinum Cassium* scripserit Suetonius, cognomine praeposito; quam transpositionem Latinis scriptoribus esse frequentissimam, ne tirones quidem hodie ignorant. Neque hoc alienum est a stilo Tranquilli. Confer ad Aug. C. 35. 86. item in Jul. C. 49. 56 78. 82. In Vindob. pr. exaratur *Lucium Cassius*, quasi & hic fuisset in nonnullis exemplaribus *e Cassiis*. ut C. 82. ubi vide. Dein idem dat *supplicantem*, & Memm. *ovium* pro *obvium*.

2 *Desilisset in mare*] Cum hoc Latinum non sit, & tamen longe plurimi MSS. etiam Memmian. ita exhibeant, Gronovius tacite mutavit in *desiluisset* ex simili exemplo in Vesp. C. 23. probante Cel. Burmanno; ut noster & optimi passim formant scriptores: ubi vulgo *desiliisset*: V. mox C. 68. uti in Vindob. utroque, Cott. Harl. ac Periz. & Edd. quibusdam novitiis. Sed in Medic. pr. est *dedisset*, unde forsan nata lectio corrupta; cum potuerit scripsisse auctor *quum dedisset se in mare*, adsuto per inperitum librarium glossemate *desilisset*. Supra Cap. 39. *se convivio dedit*. Saepe *dare se in fugam*, *in conspectum* & similia. Sed & Mela ait L. 111. C. 5. §. 22. *semet ipsi in pelagus ex rupe praecipites dant*. & Ovidius L. XI Met. 784. *se dedit in pontum*: ubi eadem est glossa. Consule omnino N. Heins. ut contra *dare se in aëra*, *in pinnas*, *in altum* alibi de volatu.

3 *Ducentos.*] Ita S. non cc. GRON. Nec aliter MSS. plurimi & Edd. Vett. Dein pro *elata* in Medic tert. *elevata*, quod & Politianus, forsan ex eodem Cod. adlevit margini, frustra. Rectius *poteretur* in Memm. quod miror hic & in Calig. C. 35. neglectum a Graevio & Gronovio, bene hic observatum a Burm. quem vide & Drak. ad Liv. L. VII, 9. *qui poterentur* e Florent. sed in Ner. C. 35. *qua ut potiretur*, nihil varietatis. Vide Cl. Ernest. ad Tibet. C. 37. *oreretur*.

quos tenebat, madefierent: paludamentum mordicus trahens, ne ſpolio potiretur hoſtis.

LXV. Militem [1] neque a moribus neque a fortuna probabat, ſed tantum a viribus: tractabatque pari ſeveritate atque indulgentia. Non enim ubique ac ſemper, ſed quum hoſtis in proximo eſſet, coërcebat: tum maxime exactor graviſſimus diſciplinae, ut neque itineris, neque proelii tempus denunciaret: ſed paratum & intentum momentis omnibus, quo vellet, ſubito educeret. Quod etiam ſine cauſſa plerumque faciebat, praecipue pluviis, [2] & feſtis diebus. Ac ſubinde obſervandum ſe admonens, repente interdiu vel nocte ſubtrahebat: augebatque iter, ut ſerius ſubſequentes [3] defatigaret.

LXVI.

1 *Neque a moribus.*] Cogitavi aliquando: *neque a majoribus*, h. e. genere, ut Marius, qui capite cenſos in legiones adſcripſerit, praeſertim cum ipſe Caeſar Lib. VII. Gall. bell. profiteatur, *nec minus ſe in milite modeſtiam & continentiam, quam virtutem atque animi magnitudinem deſiderare.* Sed cum Suetonius narret, ganeones & luxu perditos in ejus caſtra confluxiſſe: & ipſe Caeſar, *milites ſuos etiam unguentatos bene pugnare poſſe;* nihil muto. Continentiam & modeſtiam praeſtare debebant in militia, cum jam nomen dediſſent, utque praeſtarent, ſeveritate diſciplinae conſecutus eſt, quamvis ante fuiſſent ſolutis moribus. *Probare* autem eſt proprium in hac re verbum. Quem enim in dilectu militem admittebant ad ſacramentum, qui dilectui praeërant, eum dicebant *probare.* Plin. Lib. X. Ep. 39. *Neque enim multum intereſt, quod nondum per numeros diſtributi ſunt. Ille enim dies, quo primum probati ſunt, veritatem ab his originis ſuae exigit.* Quintil. in Milite Mariano: *En quanta delectui tuo ſit invidia! dico adverſus Cimbros puerum probaſſe.* GRAEV. Male *a majoribus* eſt in Copeſ. & jam A. 1632. in Ed. M. Boxhornii. Contra alii *moribus* animi voluerunt corporis *formam* jungere. Sed recte Caſaub. Grut. Bernecc. Burm. aliique vulgatum ex veteri Reip. inſtituto vindicarunt. *Fortuna* enim hic ſignificat fortunas, cenſum & patrimonium, a quo legebatur miles. Nepos in Chabr. C. 3. *Neque animo aequo pauperes alienam opulentiam intuuntur fortunam.* Phaedr. L. IV. F. 4, 8. *Totam ut fortunam tribus Aequaliter diſtribuat:* ubi V. Scheff. & Burm. ac paſſim *ampla, magna, parva fortuna.* Mox *ſed tamen* & *ſervitute* in Edd. Med. Cald. vitioſ Dein *tunc in* Vind. ſec. Cort. *autem* Edd. Rom.

2 *Et feſtis.*] *Ac f.* Vindob. Periz. Harl. Edd. Med. Cald. *obſ.* Harl. Edd. Med. Cald. *interdiu* Medic. pr. a m. pr. Med. ſec. a m. pr.

3 *Defetigaret.*] Sic edidi ex rographo Salmaſii id notanti MS. Memmiano, quod ſcio e in aliis MSS. exſtare. Nam pl multis haec pronuntiatio, nec tonio eam diſpicuiſſe patet e

LXVI. Fama vero hostilium copiarum perterritos non negando, minuendove; sed insuper amplificando, ementiendoque confirmabat. Itaque quum [1] exspectatio adventus Jubae terribilis esset, convocatis ad concionem militibus, *Scitote*, inquit, *paucissimis his diebus regem adfuturum cum decem legionibus, equitum triginta, levis armaturae centum milibus, elephantis trecentis. Proinde desinant quidam quaerere ultra, aut opinari, mihique, qui compertum habeo, credant: aut quidem [2] vetustissima nave inpositos, quocumque vento, in quascumque terras jubebo avehi.*

LXVII. Delicta neque observabat omnia, neque [3] pro modo exsequebatur: sed desertorum ac seditio-

gust. C. 15. *compecto*. Hinc Plautum juvit illud *dispessis manibus*, de quo Gellius Lib. xv. cap. 15. ubi vocat compositi vocabuli morem. Etiam Nonius *deliberatum* exponit *complecitum*. vulgo *defatigaret*. GRON. *Defetigaret* exaratur quoque in Mediceo pr. ut viri κριτικώτατοι passim edunt in Terentio. Davis. hic illic in Cicerone, atque ita duo MSS. Hirtii in B. Gall. L. VIII. C. 27. In Vitruvio etiam L. I. C. 6. *defectis morbo viribus* membranae vetustissimae Leidd. & Ed. Junt. praebent *defetigatis m*. Franeker. *defatigatis* cum aliis MSS. & Edd. Sed consule & Cl. Burmannum, qui illis antiquitatis foetoribus se non delectari pronunciat.

1 *Exspectatio adventus Jubae.*] Male Gruterus ejicere voluit *adventus* auctoritate MS. Viterbiensis: cum Suetonius hac voce designaverit jam jam instantem Jubae incursionem. V. Burm. in Add. & me ad Frontin. 1, 5, 8. item ad Caes. L. VI. B. G. C. 30. *Priusquam ejus* adventus *ab hominibus videretur, quam fama ac nuncius* adventus *adferretur*. Dein & *levis* Medic. sec. Tunc *elephantisque* quoque Vindob. pr. cum Edd. Med. Cald.

2 *Vetustissima nave.*] Ita omnes MSS. exhibent, nec opus cum Casaubono mutare in Dativum: sicut egregie Ablativum vindicavit Cl. Burm. Verbum autem hoc *inponi* quinque modis construitur. Vel enim absolute ponitur, vel cum Dativo, vel cum praepositione & Accusativo, aut Ablativo: vel Ablativo sine praepositione. Adi, quae laudavi ad Caes. L. III. B. Civ. 14. Hirt. B. Afric. C. 54. In Vindob. pr. qui pro *aut* habet *at*, exaratur *v. n. importans*, & desiderantur voces *vento* ac *terras*. Dein *Jubeo* etiam Edd. Med. Cald. V. Comm. & *advehi* Vindob. uterque, Pinell. Cort. Edd. eaedem probante Scheffero e Cic. L. XIV. ad Att. Ep. 20. sed male. V. ad C. 49. *in cubiculum eductum*. Forsan antiquarius quis inde conjiceret, veteres quoque scripsisse *abveho* pro *aveho*. Sed eadem confusio C. 71. & passim.

3 *Pro modo.*] Sive magnitudine & gravitate peccati; ut proportio inter illud & poenam observaretur. V. Comment. & Aug. C. 24. *Ceteros pro delictorum genere variis ignominiis adfecit*. Claud. C. 27. *Repraesentans pro opera dignam mercedem*. Mox *atque seditiosorum inquisitor*. Vindob. pr. uti & deest quoque aliis,

tioſorum & inquiſitor & [1] punitor acerrimus, [2] connivebat in ceteris. Ac nonnumquam poſt magnam pugnam atque victoriam, remiſſo officiorum munere, licentiam omnem paſſim laſciviendi permittebat: jactare ſolitus, *milites ſuos etiam* [3] *unguentatos bene pugnare poſſe*: nec *milites* eos pro concione, ſed blandiori nomine *commilitones* adpellabat: habebatque tam cultos, ut argento & auro politis armis ornaret [4] ſimul & ad ſpeciem, &

liis, & Edd. Med. Cald. in quibus *ac pun.*

1 *Punitor.*] Cod. Salm. *poenitor.* GRAEV. GRON. Tum *cohibebat* pro *conniv.* ſolita aberratione, ex qua fruſtra aliam lectionem fabricavit Schefferus, Medicei pr. tert. Vind. pr. cum tribus Burm. & Marg. Ed. Med.

2 *Connivebat.*] Legebatur in Pin. *cohibebat.* Forte ſcripſerat Suetonius *ſe cohibebat.* Terent. in Heaut. V, 1, 46. *non tu te cohibes?* particulam *ſe* intercepiſſe potuit *ſ* in fine praecedentis, & *c* in initio ſequentis vocis, ſimiles quippe. SCHEFFER.

3 *Unguentatos.*] Huc pertinet Valer. Flacc. L. V. vſ. 592.

Unctis ſic eſt coma culta maniplis.
Sed nec ſperne virum, & comtis diffide capillis.

ubi vide Burm. *milites ſuos* in Edd. Med. Cald. & *blandiore* dant Medicei tres, Cort. cum Edd. Rom.

4 *Simul & ad ſpeciem, &.*] In Celeb. Burmanni nihil monentis editione non comparet τὸ & poſt *ſimul*, atque in Addendis citat Cortium ad Plin. L. II. Ep. 17. ubi ſcilicet ille ex ſuo codice ita legit, damnans vulgatas editiones, quae & addunt, ac vult *ſimul* poni pro *&*: ut certe fit ſaepiſſime. Adi viros doctos ad Livium L. XXXIII. C. 12. *Tuendae* ſimul *pacis libertatiſque.* Verum MSS. reliqui ſervant *&*: atque opinor Suetonium, qui polyſyndeta ubique & ſexcenties captat, ſi hic ſine copula priore ſcribere voluiſſet, hoc modo locaturum fuiſſe voces *ad ſpeciem ſimul & q.* ut fit in omnibus exemplis a Corrio ad Plinium citatis; quamquam non negem etiam alio ordine *ſimul* hanc vim habere. Conſule eumdem ad Salluſt. Jug. C. 70. §. 5. Sed & Virgil. L. V. Aen. 298.

Hunc Salius ſimul, & *Patron.* Ut diſtingui debet. Appul. L. III. Met. p. 59. *jam humano geſtu* ſimul & *voce privatus.* Infra C. 81. *Ob haec* ſimul & *ob valetudinem.* In Aug. C. 17. Simul *navis fuſis armamentis & gubernaculo diffracto.* ut illic ex MSS. optimis legendum. Immo licet *ſimul* poſtponatur, ubique contra Codices plerosque & optimos nolim ejici ſemel τὸ &. Nec minus frequens eſt vocum diſpoſitio, repetita vocula &, uti hoc loco. Nequaquam enim credi fas eſt, ubique illam ſemel a librariis intruſam eſſe. Sic in Caeſ. L. IV. B. G. C. 24. Simul & *de navibus deſiliendum, & in fluctibus conſiſtendum.* L. VII. C. 48. Simul & *curſu & ſpatio pugnae defatigati.* Nec dubito, quin centies alibi. Quin vide Cl. Duker. & Drak. ad Liv. L. XXVI, 43. Simul & *vos inſtruet & hoſtes nudabit.* Appulejo in primis familiare eſt, τῷ *ſimul* poſtpoſito. L. III. Met. p. 49. Et *formae* ſimul, & *aetatis contemplatione.* Ubi Colv. & Vulcan. inepte *ſimilis.* p. 56. & *animos* ſimul, & *membra ſuſcitat.* ac paſſim. L. X. p. 231. *pro tempore* & *uxorem medici* ſimul & *ſuam filiam*: ut eſt in MSS. quinque & Edd. Elmenh. Scriv. Flor.

& quo tenaciores eorum in proelio eſſent metu damni. Diligebat quoque usque adeo, ut audita clade Tituriana, barbam capillumque ſubmiſerit; nec ante [1] demſerit, quam vindicaſſet. Quibus rebus & devotiſſimos ſibi, & fortiſſimos reddidit.

LXVIII. Ingreſſo civile bellum, centuriones cujusque legionis ſingulos equites e viatico ſuo obtulerunt; [2] univerſi milites gratuitam & ſine frumento ſtipendioque operam, quum tenuiorum tutelam locupletiores in ſe contuliſſent. Neque in tam diuturno ſpatio quisquam omnino deſcivit: plerique capti conceſſam ſibi ſub conditione vitam, ſi militare adverſus eum vellent, recuſarunt. Famem & ceteras neceſſitates, non quum obſiderentur modo, ſed & ſi [3] alios ipſi obſiderent, tanto opere tolerabant, ut Dyrrachina munitione Pompejus, viſo genere panis ex herba, quo ſuſtinebantur, cum feris ſibi rem eſſe dixerit; amoverique ocius, nec cuiquam oſtendi, juſſerit: ne patientia & pertinacia hoſtis, animi ſuorum frangerentur. Quanta fortitudine [4] dimicarint, teſtimonio eſt, quod adverſo ſemel apud Dyrrachium proelio, poenam in ſe ultro

Flor. in aliis *etiam ux. ac medici.* Ibid. ſimul & *domus* & aures *præſidis patefierent.*

1 *Demſerit.*] Quia in Pinell. erat *depreſſerit*, Scheffero cogitandum videbatur, an non vera fuerit ſcriptura *deraſerit.* Fruſtra. Raſuram barbae & tonſuram capitis ſeu capilli (V. Cap. 45. & in Ner. C. 1.) eleganter uno verbo *demere* intellexit auctor.

2 *Et univerſi.*] Torrentii, Gruteri, Burmanni Codd. & primis Edd. adſtipulantur Medicei tres ac Vindob. pr. non agnoſcentes τὸ &: quare cum illis hic delevi. Mox corrupte Vind. *locaciones.* Tum *Famemque* & idem.

3 *Ipſi alios.*] Ita S. vulgo *alios ipſi.* GRON. Memmiano addentur Medicei, Cort. Cujac. & Edd. Rom. quae habent *etiam* cum multis editis pro &. Iſta vero copula ſupraſcripta eſt in Medic. pr. & abeſt Edd. Med. Cald. aliisque recentioribus; quia *ſed* pro *ſed* & vel *etiam* poſt *ſolum, modo* frequenter omittitur. V. Burm. uti & C. 24. Cum Gron. & Burm. dedi quoque *tanto opere.* Sic enim Memm. Cuj. & Medic. ſec. V. ad C. 1. Dein *diceret* Vindob. pr.

4 *Dimicarint.*] Ita S. ut mox *ſuperarunt.* Vulgo *dimicaverint* & *ſuperaverunt.* GRAEV. GRON. Hanc veram eſſe ſcripturam *dimicarint*, probant Medic. ſec. tert. Exc. Voſſ. Edd. Rom. & *ſuperarunt* iidem cum Vindob. utroque, Cort. Male *depoposcerent* quoque in Vindob. pr. Edd. Med. Cald. *depoſcerint* in alia & *magis eos* Cort.

ultro depopoſcerunt: ut conſolandos eos magis imperator, quam puniendos habuerit. Ceteris proeliis innumeras adverſariorum copias multis partibus ipſi pauciores facile ſuperarunt. Denique una ſextae legionis cohors, praepoſita caſtello, quatuor Pompeji legiones per aliquot horas ſuſtinuit, paene omnis confixa multitudine hoſtilium ſagittarum, quarum [1] centum ac triginta milia intra vallum reperta ſunt. Nec mirum, ſi quis ſingulorum facta reſpiciat, vel [2] Caſſii Scaevae centurionis, vel [3] C. Acilii militis, ne de pluribus referam. Scaeva, excuſſo oculo, transfixus femore & humero, centum & viginti ictibus ſcuto perforato, cuſtodiam portae commiſſi caſtelli retinuit. Acilius navali ad Maſſiliam proelio, injecta in puppem hoſtium [4] dextra, & abſciſa, memorabile illud apud Graecos Cynaegiri exemplum imitatus, [5] tranſiluit in navem, umbone obvios agens.

LXIX.

1 *C. ac* XXX *milia.*] Milia *circiter triginta* Caeſ. L. III. B. Civ. C. 53. Tantus diſſenſus mendae ſuſpicionem praebuit recte viris doctis; praeſertim cum Suetonius haec ſcribens ſine dubio Caeſaris locum ob oculos habuerit. Mihi minor numerus ſufficere videtur: unde conjicio fuiſſe apud Suetonium *& ad* XXX hoc eſt *quarum etiam circiter triginta m.* In Vindob. utroque & Cort. *C. & xxx.* Vide ad C. 20. *ad* XX *milibus civium.* Supra *confoſſa* Vind. ſec. a. m. pr. & Cort. Dein *ſingulorum ſi quis* etiam Vind. pr. Edd. Med. Cald. nec male.

2 *Caſſii Scaevae.*] Medic. duo *Caſſi.* Vind. ſec. Cort. *Caſium* & alii teſte Fontejo p. 51. de G. Caeſia. Viri docti volunt hunc *M. Caeſium Scaevam* eſſe dictum e Val. Max. III, 2. 23. corrigitque e Vaticanis Fontejus Plutarchum quoque: ubi vulgo p. 715. Κάσσι editur. at Dioni L. XXXVII. p. 54. Πόπλι praenomine vocatur.

3 *C. Acilii.*] Vindob. pr. *Quinti Attilii*, ſec. & Cort. *C. Attilii* & mox illi tres *Attilius.* In Periz. *Accilii* & *Accilius.* Valerio M. vulgo *Atilius* audit. Sed recte ex Plut. p. 715. & noſtro *Acilius* emendat Pighius. Dein *excuſo* Salm. Mox *centum & viginti* vel *c* & *xx* in meis omnibus. V. Comm.

4 *Dextra, & abſciſſa.*] *Dextera, & abſciſa* & *cinegiri* S. GRON. *dextera* etiam Med. pr. tert. Vindob. pr. cum Edd. Rom. *abſciſa* Med. tres, Harl. Exc. Voſſ. Ed. Ven. pr. quare ita expreſſi: id quod ſexcenties eruditi inculcarunt. V. etiam ad Cal. C. 27. 31. *Cynegeri* cum aliis Vind. pr. corrupte. Alii aliter vitioſe.

5 *Tranſiluit.*] Ita S. vulgo *tranſilivit.* GRON. Vindob. ſec. Cort. *tranſiliit.* ſed *tranſiluit* item Vindob. pr. Copeſ. Edd. Med. Cald. & aliae. V. Burm. Ubivis eam terminationem in vulgatiorem corruperunt. Ineptit vero Boxhornius *apud Maſſil.* conjiciens, & ex Vet. Ed. neſcio qua *mucrone* praeferens.

Ab-

LXIX. Seditionem per x annos Gallicis bellis nullam omnino moverunt, civilibus aliquas: ſed ut celeriter ad officium [1] redierint, nec tam indulgentia ducis, quam auctoritate. Non enim ceſſit umquam tumultuantibus, atque etiam obviam ſemper iit. Et nonam quidem legionem apud Placentiam, quamquam in armis adhuc eſſet Pompejus, totam cum ignominia miſſam fecit: aegreque poſt multas & ſubplices preces, nec niſi exacta de ſontibus poena, reſtituit.

LXX. [2] Decumanos autem Romae cum ingentibus minis, ſummoque etiam urbis periculo, miſſionem & praemia flagitantes, [3] ardente tunc in Africa bello, neque adire cunctatus eſt, quamquam deterrentibus amicis, neque dimittere: ſed una voce, qua *Quirites* eos pro militibus adpellarat, tam facile circumegit & flexit, ut ei milites [4] eſſe confeſtim reſponderint, & quamvis recuſantem ultro in Africam ſint ſecuti. ac ſic quoque ſeditioſiſſimum quemque & praedae & agri deſtinati tertia parte multavit.

LXXI.

Abſciſa manu dextera, clypeumque tenens ſiniſtra, ejus umbone ferreo & acuto propulit obſtantes hoſtes, quisquis is homo fuerit, Romanus, an Maſſilienſis. Romanum cum noſtro, Plutarcho & Valerio M. credere malo. Vulgo apud Lucanum nugantem id facinus Graeco militi tribuitur. V. ad L. VII. vſ. 610. In Vind. pr. *eſt navim* & *obv. habens.*

1 *Redierint.*] Medic. pr. tert. Ed. Camp. *redirent.* quod Burmanno haud diſplicebat e Cod. Hulſ. & Ed. Andr. Nec ego refragor. In Vindob. pr. *redierunt.* Dein verborum ordinem, ut vides immutavi auctoritate 12 MSS. & Edd. Rom. vulgo *adhuc in a. Pomp. eſſet.* Sed locus ſanus non videtur. V. Torr.

2 *Decumanos.*] *Deciманos.* S. GRAEV. GRON. Uti alii, & ex meis Medicei tres, Ed. Camp. Ridicule Edd. Med. Cald. *decemannos.*

3 *Ardente in Africa bello.*] Sive bello Africano ſeu Africo tunc vehementiſſimo & maxime flagrante. Malim tamen, ſi Codicum quidam idonei addicerent, delere praepoſitionem cum Cl. Burm. Liv. XXVIII, 45. *Ardere bello Africam.* Flor. III, 5. 22. *novis motibus ardere Aſiam.* & ſaepe V. Drak. ad Liv. L. XXXI, 11. 45. *flagrante bello Italia:* ubi in multis Edd. *Italiae.* Dein *appellaret* Edd. Med. Cald.

4 *Eſſe.*] In Vindobon. ſec. Cort. *eſſe ſe.* quod recipiendum putavit Erneſt. Nequaquam tamen opus eſt eo pronomine. Adi ad Caeſ. L. II. B. G. C. 31. Heuſing. ad Nepot. Paul. C. 2. & milies.

LXXI. Studium & fides erga clientes, [1] ne juveni quidem defuerunt. Maſintham nobilem juvenem, quum adverſus Hiempſalem regem tam enixe defendiſſet, ut Jubae, regis filio, in altercatione barbam invaſerit, ſtipendiarium quoque pronunciatum, & abſtrahentibus ſtatim eripuit, occultavitque apud ſe diu: & mox ex praetura proficiſcens in Hiſpaniam, inter officia proſequentium, faſcesque lictorum, lectica ſua [2] avexit.

LXXII. Amicos tanta ſemper facilitate indulgentiaque tractavit, ut C. [3] Oppio, comitanti ſe per ſilveſtre iter, correptoque ſubita valetudine, [4] & deverſoriolo eo, quod unum erat, ceſſerit, & ipſe

1 *Ne.*] *Neni* S. GRON. *Nec* Med. pr. Dein *Meſſinthiam* Medic. pr. *Maſinthiam* Vindob. pr. Polit. in marg. Ed. Med. *Marſithiam* Vind. ſec. Cort. Tunc & *juba* Vind. pr. *altercationem* Med. pr. ac *Stipendium* Harl. Edd. Med. Cald. in qua item vitioſiſſime *pronuntiari tum.* Mox & *ab abſtrah.* Vind. ſec. Cort.

2 *Avexit.*] Pin. habet *advexit*, ut ſit in Hiſpaniam advexit; ſicut ſupra C. 66. *in quaſcumque terras jubebo advehi*, ubi vide. SCHEFF. *Adv.* etiam Vind. pr. perperam. Lectică Maſintham non advexit in Hiſpaniam, ſed *avexit* modo Roma. *evexit* Vind. ſec. Cort.

3 *Oppio.*] Harl. Edd. Med. Cald. aliaeque *Appio.* ac *valitudine* MSS. omnes cum Edd. primis: ut dein ſemper fere.

4 *Et in diverſorio loco quod unum erat, ceſſerit.*] Hanc lectionem non poſſe ferri viderunt multi. Caſaubonus emendat: *diverſoriolo quod unum erat, ceſſerit.* Verum quamvis unum eſſet diverſorium, an propterea totum cedendum erat Oppio, ut Caeſar cogeretur ſub Jove cubare frigido. Urſinus, Stephanus, Torrentius tranſpoſitione medelam quaeſiverunt. Ille: *& in diverſorio, quod unum erat, loco ceſſerit.* Mihi videtur legendum: *Et in diverſorio cubiculo, quod unum erat, ceſſerit.* Aſſerit hanc correctionem Plutarchus in Caeſare: Ἐν ὁδῷ δέ ποτε συναλασθεὶς ὑπὸ χειμῶνος εἰς ἔπαυλιν ἀνθρώπου πένητος, ὡς οὐδὲν εὗρεν πλέον οἰκήματος ἑνὸς γλίχρως ἕνα δέξασθαι δυναμένου. &c. μετὰ δὲ τῶν ἄλλων αὐτὸς ἐν τῷ προστυγίῳ τῆς θύρας ἐκάθευδεν. *Compulſus aliquando in itinere per tempeſtatem in hominis pauperis caſam, ubi nihil praeter unum cubiculum reperit, quod capere vix poſſet unum* &c. *cum ceteris ipſe ſub protecto januae cubuit.* οἴκημα eſt cubiculum. Sic cellae meretricum οἰκήματα. Pollux VII. πορνεῖα, οἰκήματα, & cella carceris, in qua in vinculis detinebatur Petrus, οἴκημα dicitur Act. XII. aut dele *loco* & lege *ut* &c. *valetudine diverſorio, quod unum erat, ceſſerit.* quod proxime accedit ad optimorum librorum ſcripturam. Nam nec Salmaſ. nec Copeſ. agnoſcunt particulas & *in.* poſſes etiam legere *diverſoriolo*, ut *eo* natum ſit ex ſyllaba ſequente *quo* GRAEV. Voces & *in* Salmaſius non invenit in MS. Hic quam imprudenter agant, quibus diſplicet vox *loco*, apparet ex verbis Evangeliſtae Lucae cap. 2.

Dd

se humi, ac [1] sub divo, cubuerit. Jam autem rerum

διό τι οὐκ ἦ αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι. Similiter loquuntur Latini. Itaque quum temerariae transpositiones contra MSS. cunctos mihi non placeant, judicavi Suetonium scripsisse ita, prout edidi (*div. loco, quo cubitum ierat, cesserit*) quum vulgo legatur in MSStis & editis *diversorio loco quod unum erat cesserit*, in quo mira meditationum. GRON. Nequaquam admitti posse Gronovii conjecturam, sane temere in textum receptam *quo cubitum ierat*, praeter Burmannum ostendit etiam Perizonius in Respons. ad Nup. Notit. p. 27. Caesar enim cubitum nondum ierat. V. citatum Plutarchi locum p. 716. Nec tamen magis placent variae transpositiones, a viris doctis factae, qualis est Ursini ac Stephani, *diversorio q. u. e. loco* in textum admissa, vel Torrentii & *loco in diversorio*, aut Boxhornii *e loco diversorii*. nec placet explicatio Scipionis Gentilis, capientis per adpositionem *diversorium locum* in Parerg. ad Pandectas L. 1. C. 37. vel Cel. Ernesti explicantis per *tentorium*. Neque adtentionem meretur Ant. Gryph. V. L. *locato*, vel eruditi viri conjectura *lecto, qui unus erat*. In prima Graevii emendatione *in diversorio cubiculo, quod unum erat*, etiam verborum est confusio pro *cubiculo, quod unum erat in diversorio*. Si Librarii ita in antiquioribus exemplaribus invenissent, ut corrigunt viri docti, loci corrumpendi ansam non habuissent. Mihi certum est, eos intrusisse *loco*, obviam vocem, pro rariore, quam non intellexerunt, vel jam mendosa, quam male inmutarunt. Miror vero, posteriores commentatores non majorem habuisse rationem praepositionis *in*, quae maximas vero loci sensui nebulas offundit. Non enim Caesar in deversorio loco tantum cessit, sed e deversorio se penitus recepit; neque *in deversorio* jungi possunt τοῖς *correpto valetudine*; quia Oppius jam ante in itinere illa fuit correptus, atque ex illa debilis erat, & ἀσθενέστατος, ut ait Plutarchus. Immo *in* abest non solum a Codd. Memmiano, Vindob. sec. Cort. sed etiam, ut viri docti testantur, Viterbiensi, Copes. duobus Palat. Vincent. Beluacensi & Ed. Bonon. A. MDVIII. in qua non comparet τὸ *loco*, quare posset legi, & *deversorii cubiculo* vel *cubili eo, quod unum erat, cesserit*, & *ipse* &c. (nam pessime in Edd. Pulm, Casaub. Graev. excuditur *ac ipse*. V. ad C. 26.) ut duobus subjectis *deversorio* & *cubili* ac Plutarchi ἐπαύλει & οἰκήματι, obponantur *humi*, & *sub divo*. Vel quod malim, recipi debet conjectura Casauboni, Gruteri & N. Heinsii hoc pacto, & nulla mutatione, nisi litterae *c* in *e*. & *deversoriolo eo, quod unum erat, cesserit*, & *ipse* &c. Atque ita plane jam olim Politianus e suis MSS. Ed. Mediolanensis margini adscripsit. Quapropter eam lectionem admisi, *dev.* non *div.* praeferens cum Burm. V. ad Ner. C. 27. Vit. C. 7. Non enim est, quod Cl. Burmannus roget, quis *deversoriolum* a Suetonio profectum credat? Cur enim minus ab illo, quam a Cicerone? L. XII. ad Famil. Ep. 20. *Nisi quod Sinuessanum deversoriolum contemsisti*. Et sic rara vox fraudi fuit librariis. Ceterum si quis etiam copulam & ante *devers.* ejicere velit, quia non comparet in Memm. Vindob. sec. Cort. Copes. Viterb. Vincent. Edd. Romanis ac R. Steph. per me licet. Quamquam ego retinere eam satius duxi; quia Suetonius polysyndeton ubivis adhibere solet.

5 *Sub divo cubuerit.*] Recte Pulmann. & Torrentius ex Edd. Vett. & e codicibus suis, quibus accedunt mei omnes, aliorumque, revocarunt *sub divo*, ut in Aug. C. 82. pro quo intermediae Edd. habebant *sub dio*. Quomodo frequentissime est turbatum: cum ubique

in

rum potens, quoſdam etiam infimi generis ad ampliſſimos honores provexit. Quum ob id culparetur, profeſſus [1] eſt palam, *ſi graſſatorum & ſicariorum ope in tuenda ſua dignitate uſus eſſet, talibus quoque ſe parem gratiam relaturum.*

LXXIII. Simultates [2] contrà nullas tam graves [3] excepit umquam, ut non, occaſione oblata, libens

in praeſtantioribus codicibus exaretur *ſub divo*. Vide Torrent. & quae congeſſit Cl. Arntzen. ad Aur. Vict. de Viris Ill. C. 68. *ſub divo requievit*. Boſ. in Ind. Nepotis Gell. L. x. C. 15. Cic. L. 1. in Verr. C. 19. Plin. L. xi. C. 12. *Si qui matutino ſub divo fuere;* ut eſt in MSS. v. Leidd. vulgo *dio*. L. xiv. C. 21. *Expoſita ſub divo in cadis.* ex MSS. iisdem. Appulej. L. ix. Met. p. 199. *ſub divo, & intecto concluſus ſtabulo*. Sic enim MSS. plurimi, non *dio*. Dein *accubuerit* legitur in Edd. omnibus ad Pulmannum usque, qui, monente Turnebo L. xxiv. Adverſ. C. 14. ex veteribus libris, reſcripſit *cubuerit*, atque ita cum Memmiano habent quoque vetuſtiſſimi Medic. pr. & tert. Nam In recentiore Med. ſec. utroque Vindob. Cort. Harl. Periz. & aliis *accubuerit*. Sed iſti librarii non tam videntur ita ſcripſiſſe, quod cogitaverint, Caeſarem *foribus*, quae vel ſimilis vox, ut *limini*, addenda fuiſſet, accubuiſſe dormiendi cauſſa ἐν τῷ προθυρίῳ, ut ait Plutarchus, ſive *ſub protecto*, quod certe huic deverſorio adfuit, ſed illi cepiſſe videntur de menſa, atque intellexiſſe, quod ibi cibum ſumſerit Caeſar, vulgari verbi *accubandi* notione. Male profecto: & hinc *adcubuerit* revocatum nollem a Burm. & Erneſt.

1 *Eſt.*] Abeſt ab MS. S. GRON. Mox *craſſatorum* in Vind. ſec. Cort. ut ſaepe. Sed V. Drak. ad Liv. L. 11. C. 11. contra pro *craſſus* ſcripſere *graſſus*: unde natum eſt *groſſus*.

2 *Contrà nullas.*] Mira conſpiratione MSS. & Edd. omnes ad Raphelengium usque habent *nullos*, praeter ſolum Memmianum; ex quo ejus codicis praeſtantia liquet. Latinum enim non eſſe opinor *Simultas contra aliquem* pro *cum aliquo*, neque *excipere ſimultatem contra aliquem* pro *alicujus:* Unde recte quoque Caſaubonus, & ſequentes viri doctiſſimi, e quibus Pitiſcum, Junkerum, ſimilesque excipio, *nullas* exhibuerunt, & *contra* adverbialiter, ut milies fit, poſuerunt, oppoſitum *facilitati* Cap. praeced.

3 *Excepit u. ut non deponeret.*] Suſpectus eſt N. Heinſio locus Adverſ. in Propert. p. 701. Vereor autem, ut Cel. Burmannus alicui probare poſſit novam ejus explicationem. Sic enim exponit *omnes ſimultates ſine ulla exceptione depoſuit*. Non tam intricate, nec tam βραχυλόγως ſcribit Tranquillus. Quare cum Paſſeratio, quem citat, & Erneſt. malim ſumere pro *ſuſcepit*, rariore quamvis locutione, non tamen ſine exemplo: Ut enim paſſim ajant *ſuſcipere labores*, Cicero nihilominus haud veritus eſt ſcribere in Bruto C. 69. *Cum labores etiam magnos* excepiſſet. Haud infrequens eſt *ſuſcipere remp.* At in Livio occurrit L. iv. 43. *Remp. deorum providentia curaque* exceptam. ubi v. Cel. Drakenb. Obvium eſt, ut & infra C. 82. *ſuſcipere partes;* Nepos tamen in Dione C. 2. §. 3. dixit excepit *has partes*. Ut *ſuſcipere ſimultates, inimicitias* eſt tralatitium, ita in Curtio L. vi. C. 10. §. 18. etiam legitur, *Quid inimicitiarum creditis* excepturum *fuiſſe*. Quae duo loca ultima inter ceteros dubia

bens deponeret. C. Memmii, cujus aſperrimis orationibus non minore acerbitate reſcripſerat, etiam ſuffragator mox in petitione conſulatus fuit. C. Calvo poſt famoſa epigrammata de reconciliatione per amicos agenti, ultro ac prior ſcripſit. Valerium Catullum, a quo ſibi verſiculis de Mamurra perpetua ſtigmata inpoſita non diſſimulaverat, ſatisfacientem, eadem die adhibuit coenae, [1] hoſpitioque

minus adpoſita protulit jam Cl. Cortius ad Cic. L. x. F. Ep. 7. *Omnia me Reip. praeſtitiſſe, quae tua exhortatione* excepi &c. V. & alia apud ipſum Burm. Curtii tamen locum urguere nolo. Ibi enim *inimicitiae*, ſicut *invidia* alibi, conſiderantur ut tela, quae invito alicui ingeruntur, non autem ſuſcipiuntur; ſed adverſo pectore & forti animo *excipiuntur*: de quo ſenſu adi me ad Caeſ. L. III. B. Civ. C. 9. & alibi. Ac ſic *impetum excipere* Livio aliisque. Ceterum *non* male faſtidit Vindob. pr. ac pro *oblata* in Medic. pr. eſt *ſublata*. Tum *Memmi* Med. tert. Vind. pr. *Memii* Vind. ſec. Cort. Harl. Periz. *Menii* Ed. Camp. V. Comm. & C. 49. Dein *Catulum* cum aliis Ed. Mediol. in qua correxit jam Politian. & *Mamurae* Med. pr.

1 *Hoſpitio patris ejus, ſicut conſueverat, uti perſeveravit.*] Παρέγραμμα Suetonii illud eſſe, docere nos jampridem voluit maximus Scaliger in Animadv. Euſebianis ad Num. 1960. Ejusque ſententiae ſubſcribit Caſaubonus. Pace tamen tantorum nominum dixero, cum argumenta eorum excuſſi, rationem nullam video, quare non potuerit uti Caeſar poſt reconciliationem cum Catullo ipſius patris hoſpitio. Argumentatur nobiliſſimus Scaliger, poſt triumphos Caeſaris & poſt bellum civile confectum, epigrammata illa fuiſſe inſcripta, quod in iis mentio fiat triumphorum Caeſaris, adeoque paulo ante mortem illius, qui poſt confecta bella urbe non exceſſit, atque adeo illius hoſpitio uti non potuit. Epigramma Catulli (29), quo haec tota nititur diſputatio, verba haec habet:

Paterna primum lancinata ſunt bona:
Secunda praeda Pontica; inde tertia
Hibera: quam ſcit amnis aurifer Tagus.
Hunc Galliae timent, timent Britanniae.

Praedarum mentio fit, non triumphorum, & quidem Ponticae tantum & Hiberae, cum de Galliis & de Aegypto & de Africa triumpharit. Scriptum Catulli epigramma videtur poſt expeditionem Caeſaris Britannicam, cujus in illo mentio fit, ſed ante civile bellum. Per Ponticam praedam videtur intelligere, quicquid rapinarum ex Aſiatica expeditione & Bithynico Nicomedis contubernio corripuit. Bithyni a Geographis inter gentes Ponticas recenſentur. Hibera praeda ſunt manubiae & ſpolia ab Hiſpanis Luſitaniſque capta cum ex Praetura ulteriorem Hiſpaniam ſortitus eſſet. Suet. Jul. cap. 54. *Luſitanorum quaedam oppida, quamquam nec imperata detrectarent, & advenienti portas patefacerent, diripuit hoſtiliter.* Atque ita poſt ſatisfactionem Catulli Caeſar patris illius hoſpitio uti potuit. Haec ante aliquot annos in Adverſaria conjeceram, cum in eadem ſententia eruditiſſimum Iſaacum Voſſium fuiſſe ex animadverſionibus ejus in Catullum videre contigit. COETIER. Cl. Erneſti ſimplici-

tioque patris ejus, [1] ſicut conſuerat, uti perſeveravit.

LXXIV. Sed & in ulciſcendo natura leniſſimus. Piratas, a quibus captus eſt, quum [2] in deditionem redegiſſet, quoniam ſubfixurum ſe cruci ante juraverat, jugulari prius juſſit, deinde ſubfigi. Cornelio Phagitae, cujus quondam nocturnas inſidias [3] aeger ac latens, ne perduceretur ad Sullam, vix, praemio dato, evaſerat, numquam nocere ſuſtinuit. Philemonem a manu ſervum, qui necem ſuam per venenum inimicis promiſerat, non gravius, quam ſimplici morte, puniit. In P. Clodium, Pompejae uxoris ſuae adulterum, atque eadem de cauſſa pollutarum cerimoniarum reum, teſtis

ter explicat, non renunciavit ejus hoſpitium, ante inſtitutum; licet re ipſa dein apud eum non deverterit. Nec male.

1 *Sicut conſueverat, uti perſeveravit.*] Cod. Salm. *ſicut perſeverat, ut perſeverat.* & correctum: *ſicut perſuerat, uti perſeveravit.* GRAEV. *Sicut perſeverat, uti perſeveravit.* ac correctum *perſuerat.* S. Quidquid ſit, certe patet hinc auctorem dediſſe *ſuerat*, non *ſueverat*, quo uſus fui. GRON. At Cod. Copeſ. *Sicut conſuerat, uti perſeveravit.* GRAEV. In contextu tamen retinuit Graevius *conſueverat.* In Exc. Voſſ. *perſueverat.* Sed *conſuerat* Medic. pr. Quare ita cum Gronovio reposui. Sexcenties in Livio & Caeſare haec ſyncope occurrit, paſſim a recentioribus corrupta, ut Celeb. Drakenb. ad Livium, ego ad Caeſarem multis locis docuimus. Adi & Cort. ad Salluſt. B. Jug. C. 84. *Uti conſuerat.* Inf. in Aug. C. 36, 65. Pro *uti* etiam exaratur *ita* in Cort. Edd. Mediol. Cald.

2 *In deditionem.*] *In dicione.* S. GRON. Item Vindob. ſec. ac Harl. cum Edd. Med. Cald. *in ditionem* Med. pr. tert. Cort. Periz. Palat. tres & alii cum Edd. Romanis pluribusque, probante Bernecccro, & in erratis jubente reponi Burmanno, ut fecit Erneſti, non convenire opinans piratis & latronibus *deditionem.* Sed conſule notata ad Cap. 24. *Domitio in deditionem redacto.*

3 *Aeger.*] Ita edidi credens eam eſſe lectionem codicis Memmiani, quum ſic legatur in editione Caſauboni, nihil notante Salmaſio. vulgo *aegre*, quod vides ſequi. GRON. Reſpexit Gronovius Edd. Raphel, & Graevii A. 1697. ac retentum eſt *aegre* in Ed. Graev. A. 1703. Irrepſit operarum errore. Nam MSS. omnes & Edd. priores ſenſusque & mens Suetonii, ut patet e Cap. pr. docent *aeger* legendum. V. & Burm. Mox *Phylem.* Med. pr. *Philomonem* Vind. pr. & pejus Vindob. ſec. Cort. *Amanii ſervum.* Male vero delere voluere Torrent. & Grut. vocem *ſervum*: nec enim Cicero ſolum dixit quoque *ſervum ad manum*, ſed & paſſim in Inſcriptionibus ea vox additur; ut *ſervus a laguna, ſervus a rationibus, ſervus ab epiſtolis* &c. V. Gruteri, Donii & Gudii Ind. Inſcriptionum in officiis domus Auguſtae. ut & ſaepe *ſervus ad* occurrit in lapidibus. Ceterum *punivit* in Vindob. utroque & Cort.

1 *Mi-*

ſtis citatus, negavit, ſe quidquam comperiſſe: quamvis & mater Aurelia, & ſoror Julia apud eosdem judices omnia ex fide retuliſſent: interrogatusque, cur igitur repudiaſſet uxorem, *Quoniam*, inquit, [1] *meos tam ſuſpicione, quam crimine, judico carere oportere.*

LXXV. Moderationem vero clementiamque, [2] cum in adminiſtratione, tum in victoria belli civilis, admirabilem exhibuit. Denunciante Pompejo, pro hoſtibus ſe habiturum, qui Reip. defuiſſent; ipſe medios & neutrius partis, ſuorum ſibi numero futuros pronunciavit. Quibus autem, ex commendatione Pompeji, ordines dederat, poteſtatem tranſeundi ad eum omnibus fecit. Motis apud Ilerdam deditionis conditionibus, quum aſſiduo inter utraſque partes uſu atque commercio, Afranius ac Petrejus deprehenſos intra caſtra Julianos ſubita poenitentia interfeciſſent, admiſſam in ſe perfidiam non ſuſtinuit imitari. Acie Pharſalica proclamavit, ut civibus parceretur: deincepſque [3] nemini non

1 *Meos.*] Non tam in genere de omnibus ad ſuam domum pertinentibus reſpondiſſe Caeſarem, ſed ſolius uxoris mentionem feciſſe, ter adnotavit Plutarchus; in Apophthegm. p. 206. in Caeſ. p. 712. in Cicer. p. 875. item Dio. Caſſ. L. XXXVII. p. 50. unde non parvum momentum accedit conjecturae Celeb. Burmanni, ſubodorantis *meas*; niſi potius, quia certe unam modo uxorem, non plures ſimul habebat (V. Cap. 52.) Suetonius tunc dixiſſet *meam*, ut τὴν ἐμὴν Plutarchus, qui in interrogatione quoque τὴν γυναῖκα, ut Sueton. *uxorem*, ſubjecit: ſicut certe addidit interrogator ille. Quare eam vocem non delerem, licet alioquin ipſum verbum doceat, de ejus *uxore* intelligendum eſſe. In Cortiano exaratur *meas quidem t. ſ.*

2 *Tum.*] *Cum* S. GRON. Optime; ut recepit in contextum Cl. Burm. Nam non ſolum Copeſ. & Ed. Rom. ſecunda, ſed & tres Medicei, Exc. Voſſ. & Ed. Rom. prima Memmiano conſentiunt. Multo ſcilicet majus quid eſt, in victoria belli civilis moderationem & clementiam exhibere, quam in quotidiana adminiſtratione. Bis *tum* uti ſolent Latini in continuatione parium rerum; ſed *cum* & *tum* in diverſitate vel intenſione ſignificationis, ac rerum incremento per *tum* deſignato: licet ſaepius haec ſint confuſa. V. & Drakenb. ad Liv. L. I, 22, 2. VI, 23, 3. Ceterum *cum admin.* & *mirabilem* eſt in Medic. pr. a. m. pr. Dein *Hilerdam.* Vind. pr. & Edd. aliquot. *Hylerdum* Med. pr. & Edd. Med. Cald. Item *Afr.* & *Petr.* Medicei duo, Vind. pr. Harl. Periz. Edd. Rom. Med. Cald. *atque* Vind. ſec. Cort. & *inter c.* Med. pr.

3 *Nemini n. ſ. q. vellet, unum p.* &c.]

non ſuorum, quem vellet, unum partis adverſae ſervare conceſſit: [1] nec ulli periſſe, niſi in proelio, reperientur, exceptis dumtaxat Afranio, & Fauſto, & L. Caeſare juvene: ac ne hos quidem voluntate ipſius interemtos putant: quorum tamen [2] & priores poſt inpetratam veniam [3] rebellaverant: & Caeſar, libertis ſerviſque ejus ferro & igni crudelem in modum enectis, beſtias quoque ad [4] munus populi

&c.] Turbant hic MSS. & Edd. Vett. Nam in Periz. & Edd. Ven. Bon. Mediol. aliisque eſt *unum, quem v.* In Vindob. ſec. & Cortiano *vellent*; In Harlem. non adparet *unum*; pro qua voce in Copeſ. eſt alia. Videtur mihi delenda, & leg. *vellent. Nemo non* enim ſunt omnes, ſeu *quisque* ſaepiſſime plurali verbo jungi ſolitus. *Quem adverſae partis* ſcil. *virum*. ut C. 63. *Caſſium partis adverſae*. Domit. C. 10. *pleroſque partis adverſae*. Sic autem poſt *nemo* ſequitur plur. apud Caeſ. L. 1. B. Civ. C. 69. *Nemo erat adeo tardus, quin &c. occurrendum putarent*: ut eſt in optimo Cod. at prae inſcitia irriſit, & Latinum negavit Th. Bentlejus. Sed V. ibid ad Lib. IV. B. G. C. 1. VI. C. 11. Burm. in Praef. ad Vell. & L. 1. C. 16. *Ut nemo memoria dignus alter ab altero videri nequiverint*. Periz. in Sanctii Min. p. 708. & ſeqq. Gron. & Drak. ad Liv. L. V. C. 39. *Nemo ſupereſſe quemquam crederent*. Et quae in locutione collectiva ac diſtributiva ſunt ſimilia, ὅλα κατὰ μέρη.

1 *Nec ulli periiſſe &c. reperiuntur.*] Cod. Salm. *nec ulli periſſe &c. reperientur*. bene. Cod. Copeſ. *reperirentur*. GRAEV. *Periſſe* S. *reperientur*. ita S. vulgo *reperiuntur*. GRON *Periſſe* reſcripſi, adſtipulantibus etiam Mediceis tribus, Vindob. pr. Exc. Voſſ. & Edd. Rom. *Reperientur* itidem, quomodo Gruterus jam maluit, exaratur in Medic. pr. & tertio, ut alibi, recte. V. Burm. & in Veſp. C. 15. Dein *ne eos quidem* Med. pr.

2 *Et priores.*] Sic veriſſime, praemonente Torrentio, & praeeuntibus Baſil. ac R. Steph. edidit Caſaubonus, ejectis nominibus *Afranius* & *Fauſtus*, natis ex inepta gloſſa, quae etiam nunc conſpicitur inter verſus Medicei ſec. dum pleriique Codd. & Edd. exceptis Romanis, illa in textum admiſerant. Soli ex noſtris MSS. Medic. tert. Vindobon. & Cortian. faſtidierunt, recte.

3 *Rebellaverant,*] *Rebellaverunt* Cod. Salm. GRAEV. GRON. Et reliqui omnes cum Edd. ante Baſil. e qua & Cod. Ferrar. plusquamperfectum repoſuit Torrent. & forſan e ſuis Caſaub. &c. Dein & *Caeſar* bene habent Medic. tert. Memm. Pin. Vindobon. ut Torrentius, Lipſius aliique vere emendarunt. In plerisque MSS. & Edd. & *Caeſaris*; quaſi fuiſſet & *Caeſar is*. Mox *contrucidaverat* ſervarunt Medic. pr. tert. Pin. Vindob. pr. Memm. In ceteris & Edd. Vett. *contrucidaverant*, vel *runt*, ut in Vind. ſec. Cort. vel *trucidaverant*, uti in Harl. Periz. A manu Suetonii utrobique *rebellarant* & *contrucidarat* fuiſſe opinor, & hinc natas eas variationes.

4 *Munus populi.*] Singularem eſſe locutionem pro ſimplici *munere*, vel *munere gladiatorio*, nec ferri poſſe Torrentii vel Lipſii emendationem *publicum*, exiſtimat Cl. Erneſt. quare vocem *populi* delet; ſed ita *curator muneris publici* occurrit apud Bimard. Diſſert. ante Murator. Inſcript. C. IV. & *munus publicum* gla-

populi comparatas contrucidaverat. Denique [1] tempore extremo etiam, quibus nondum ignoverat, cunctis in Italiam redire [2] permisit, magistratusque & imperia capere. Sed & statuas L. Sullae atque Pompeji, a plebe disjectas, reposuit. Ac si qua posthac aut cogitarentur gravius adversus se, aut dicerentur, inhibere maluit, quam vindicare. Itaque & detectas conjurationes, conventusque nocturnos, non ultra arguit, quam ut edicto ostenderet, esse sibi [3] notas: & acerbe loquentibus satis habuit pro concione denunciare, ne per-

gladiatorum apud Gruter. p. CDXXI, 1. CDLXXXIX, 12. At cum saepe *venationes* distinguantur a *munere*, forsan intellexit venationem populo jucundam & lucrosam & feras mites vel innoxias venandas &, sive vivas sive confectas, auferendas populo; sive *in munus publicum*, ut legerunt alii. Posset quidem exponi *munus populi*, non quod daret populus, sed quod acciperet: qualia quis nescit innumera esse nomina activam & passivam significationem ferentia? sed malim conjicere *populo*. de quo dativo adi me ad Vespas. C. 7. *opem valetudini*.

1 *Tempore extremo etiam quibus non ignoverat cunctis &c.*] Dio lib. XLI. pag. 170. τοῖς τε ἐκπεπτωκόσι κάθοδον πᾶσι, πλὴν τοῦ Μίλωνος ἔδωκε. *Et exulibus omnibus, Milone excepto, reditum liberum fecit.* Quid ergo est, quod Plutarchus in Caesare & Appian. lib. 2. de bellis civ. referunt, Tullium Cimbrum, qui primus conjuratorum Caesarem adortus est, eo Senatu, quo necatus est Caesar, frustra a Caesare fratris reditum petiisse? GRAEV. Scil. variant admodum scriptores in hoc datae veniae per Caesarem negotio. V. Comm. hic & ad Flor. IV, 2, 90. & Dion. p. 219.

2 *Permisit.*] Cod. Salm. *permiserat*. GRAEV. *Permiserat* ita S. vulgo *permisit*. GRON. Memmiano adstipulantur Medic. sec. tert. Pin. Vindobonenses, Cort. cum Edd. Rom. & Graevii sec. ac tert. verum *concessit*, *permisit*, *reposuit*, *maluit*, &c. sibi mutuo respondent. Forsan latet post *permisit* alia vocula. Dein S. & *Pomp.* Vind. pr. & *adversum se* idem.

3 *Notas.*] Ita scripsit Suetonius, quia *conventus nocturni* sunt quasi consequens & comprehenduntur in *conjurationibus*; atque hinc maluit adjectivum jungere priori substantivo per vulgarem syllepsin, ut bene docuit Cel. Burmannus hic & in Aug. C. 66. *legata vel partes hereditatium relicta sibi*. in Tib. C. 49. *inmunitates & jus ademtas* in MS. Calig. C. 13. *populum Romanum, vel, dicam, hominum genus, voti compotem fecit*. quod prave quidam mutare conantur. Ner. C. 29. *virorum ac feminarum ad stipitem deligatorum*, atque alibi. Vide & me ad Caes. L. II. B. G. 7. *Vicis aedificiisque, quos adire*, &c. C. 28. *gente ac nomine redacta*, ut in Petav. item ad Hirt. B. Afric. C. 26. *oculos mentemque ad mare dispositos*: nec non Drakenb. ad Liv. L. XXI, 60. XLII, 20. Misc. Obs. V. VII. p. 283. Elsner. in Sched. Crit. p. 38. Mela L. II. C. 3. *de locis atque urbibus, quae mare non adluit*. Sic lege, non *abluit*. Frustra igitur Medic. sec. cum Exc. Voss. & Edd. Rom. *nota* & Ed. Doleti *no-*

perseverarent. Aulique [1] Caecinae criminosissimo libro, & Pitholai carminibus maledicentissimis, laceratam existimationem suam, civili animo tulit.

LXXVI. [2] Praegravant tamen cetera facta, dictaque ejus, ut & abusus dominatione, & jure caesus existimetur. Non enim honores modo nimios recepit, [3] ut continuum consulatum, perpetuam dictaturam, praefecturamque morum, insuper praenomen imperatoris, cognomen patris patriae, statuam inter reges, suggestum in orchestra: sed & ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est: [4] sedem auream in curia & pro tribunali, [5] tensam & ferculum Circensi pompa, templa, aras, simulacra juxta Deos, pulvinar, Flaminem, Lupercos, adpellationem mensis e suo nomine. Ac [6] nullos non honores ad libidinem cepit, & de-

tos exhibent. Elegantia illa restituenda etiam est Appulejo L. 11. Met. init. *Boves & id genus pecua dictura praesagium.* Cod. Lips. *dicturas*, sed Reg. Oxon. & Dorvill. *dicturos.* Mox *acerbo* Memm. V. Burm.

1 *Caecinae.*] Male Scriv. Graev. Gronov. Ernest. post meliores hac in parte Edd. Steph. Pulm. Torr. Casaub. &c. rursus duplicarunt litteram *n.* Vocabatur enim *Caecina*, ut dant optimi Codices; certe Memm. Medic. pr. sec. Cort. Exc. Voss. & innumerae inscriptiones. Plura de eo & *Pitholao* vide apud Burm. In Cort. *Phitolai* & *criminibus* Edd. Rom.

2 *Praegravant.*] Male Vindob. sec. Cort. *pergravant.* & Edd. Rom. *tantum.*

3 *Ut continuum.*] Facile patiar ejici τὸ *ut*, quod ignorant duo Torrent. Palat. Medicei tres, Copes. Exc. Voss. & Edd. Rom. Steph. aliaeque. Mox *sed ampl.* pro *sed & ampl.* in Ed. Burm. contra ipsius mentem. V. notas hic, & in Vesp. C. 14. ac Cort. ad Sallust. Jug. C. 1. §. 5.

4 *Sedem auream.*] Locum Dionis a Casaubono allatum vere & eleganter emendat A. Rubenius legens: καὶ στολὴ ἣ ποτε οἱ βασιλεῖς ἐκέχρηντο. *& toga qua olim Reges utebantur.* ea fuit toga purpurea, ut ex Cicer. Philipp. 2. & Dione ostendit Lib. 1. de Re Vest. cap. 21. GRAEV. Cl. Ernest. non videtur hanc Graevii notulam inspexisse: quando hic illam Dionis emendationem, ut suam & novam, jactat. Omisit auctor *fastigium in domo*, item *jus laureae perpetuo gerendae*, de quo C. 45. quibus & alii addunt *radiatam coronam.* Adi ad Flor. L. IV. C. 2. §. 91.

5 *Thensam.*] *Tensam* S. GRON. Adspirationem fastidiunt quoque Medicei pr. sec. Pin. Vindob. sec. Ed. Camp. aliaeque. Eamque scripturam praetuli cum Cl. Drak. ad Liv. L. V. 41. Adi Burm. & in Aug. C. 44. atque alibi. Supra *orchestram* Vindob. pr. & mox *justa* Memm.

6 *Nullos non honores.*] Ita rescribi jussit Casaubonus, atque exstat in Memm. Palat. sec. & Vindob. pr. ac seqq. Editores sunt amplexi praeter Berneccerum, qui retinendum putat vulgatum ante, *nonnullos* sive quos-

dedit. Tertium & quartum conſulatum titulo tenus geſſit, contentus Dictaturae poteſtate, decretae cum conſulatibus ſimul: atque utroque anno binos conſules ſubſtituit ſibi in ternos noviſſimos menſes: ita ut medio tempore comitia nulla habuerit, praeter tribunorum & aedilium plebis: praefectosque pro praetoribus conſtituerit, qui [1] praeſente ſe res urbanas adminiſtrarent. Pridie autem Kal. Januarias repentina conſulis morte ceſſantem honorem in paucas horas petenti dedit. Eadem licentia ſpreto [2] patriae more, magiſtratus in plures annos ordinavit. Decem praetoriis viris conſularia ornamenta tribuit. Civitate donatos, & quosdam e ſemibarbaris Gallorum recepit in curiam. Praeterea monetae, publicisque vectigalibus, [3] peculiares ſervos praepoſuit. Trium legio-

quosdam. Quia Caeſar non omnes honores cepit deditque, ſed *nonnullos*. Et quinam illi fuerint, ſequentibus periodis explicat auctor; quarum haec tamquam propoſitio eſt a praecedentibus ſecreta: quae ſane obſervatio, Suetonii more & ſtylo ſubnixa, meretur adtentionem, reliquis MSS. *nonnulles* oſtentantibus. Mox *conſtituit* pro *ſubſt.* Vind. pr.

1 *Praeſente ſe.*] Atqui eos inſtituit, ut *abſente ſe* res urbanas adminiſtrarent. V. Dion. p. 237, 238. Quare ſic emendat Torrentius, invita ſane Minerva. Lipſius *pro ſe;* Perizonius *proficiſcente ſe*; alius *praeſidente*; Burmannus *praeſcribente*, vel & *praeſente ſe*; Erneſt. *praeeunte ſe*, ſive ad praeſcriptum ſuum. Videtur Caeſar hos praefectos tum creaſſe eo animo, ut dein illos loco praetorum retineret; ut ita ſui eſſent beneficii, & non a populo legerentur, nec in provincias irent. Quare forſan ſcribendum *praeſentes*: dum ipſe foret abſens, & primum in expeditione Gethica ſeu Dacica, ac Parthica. In Tiber. C. 31. *Ut magiſtratus praeſentes honori adquieſcerent.* An qualemcumque conjecturam, ne ἀνύμβολον hinc diſcedam.

2 *Patriae more.*] Sic MSS. & Edd. tantum non omnes. Medic. tamen ſecundus & tert. item Cortian. Exc. Voſſ. & Edd. Rom. cum Ed. pr. Graevii habent *patrio*. Quod eodem redit; ut *patrios mores exoſus*, *adſpernatus* ac ſimilia innumera. Cic. in Parad. IV. *Cum leges nihil valebant, cum mos patrius occiderat.* Venuſtius tamen hic videtur *patriae*, ut vitetur ὁμοιοτέλευτον. Dein *pluris* Memm. Med. tert. in quo etiam *annis*. Tum *ex ſemib.* Vindob. ſec. Cort. In Harl. & Edd. Med. Cald. deeſt praepoſitio. Hinc in Harl. a m. ſec. *ſemibarbaros*.

3. *Peculiares.*] Non ſcilicet ſervos publicos, ſed privatos & proprios Caeſaris diſpenſatores, & eosdem, quibus promercale aurum per Italiam & provincias diviſit Cap. 54. Eadem vox eſt in Aug. C. 5. *proprio ſuo ac peculiari deo.* Galb. C. 12. *e peculiaribus loculis ſuis.* Immo *peculiaris Caeſaris ſervus* in Inſcript. Adi Fabr. C. 4. p. 307. & 336. Non opus igitur con-

gionum, quas [1] Alexandriae relinquebat, curam; & imperium [2] Rufioni liberti ſui filio, exoleto ſuo, demandavit.

LXXVII. Nec minoris inpotentiae voces propalam edebat, ut [3] T. Ampius ſcribit: Nihil eſſe Remp. adpellationem modo, ſine corpore, [4] ac ſpe-

jectura J. F. Gronovii *peculiatos*, vel Erneſtii *peculioſos*.

1 *Alexandriae.*] Optimus Cod. Medic. tert. dat *Alexandreae*: quomodo e MS. Torr. edidit Burm. in V. Calig. C. 49. Atque ita paſſim in vetuſtiſſimis membranis: ſicut & nummis ac lapidibus; in quibus aeque variatur ac ſcriptoribus. De his, ne multa congeram, V. Drak. ad Liv. L. XXXI. 43. Statim *reliquerat* Vindob. ſec. Cortian. & pro var. lect. Perizon.

2 *Rufini.*] Pinell. pro diverſa lectione habebat adſcriptum *Rufoni*. Quid ſi vera lectio *Rufoni*? *Rufonis* nomen in Octavia gente reperitur Marii temporibus, Salluſtio memoratum SCHEFFER. At corruptiſſima erat illa vulgata Salluſtii lectio, vel *Rufoni* pro *Rufo*. Vide Cort. ad Jug. B. cap. 104. infr. Aug. C. 2. *Rufioni* reſtitui, quod eſt in MSS. plerisque & Edd. Vett. ante Pulm. vel *Ruſconi*, *Ruſioni*, *Ruffioni*, *Ruffoni*. Pulmannus vero male, ex Turnebi ſententia, ut opinor, temeraria L. XXIV. Adverſ. C. 14. repoſuerat *Rufini*; quod hominis libertini non eſt nomen. In Ed. Gronov. eſt *Ruſini*. V. Torr. & Burm. item in Add. Nimis etiam offendit repetitio pronominis reciproci *ſui*, *ſuo*, & turbant libri: nam tranſpoſite *ſuo exoleto* eſt in Medic. ſec. Harl. Perizon. & Edd. multis; *ſui ſuo filio exoleto* Ed. Baſ. Si per MSS. liceret, mallem *libertini filio*, ut *Rufio* vel *Ruſio* non libertus Caeſaris fuerit; ſed alterius, ut Cap. 2. *cuidam libertino*, *clienti ſuo*.

3 *T. Ampius ſcribit.*] Codex Salmaſ. *Ut Titus Ampius ſcribit.* ſed F. Urſinus legendum eſſe ſciſcit, *Ut Tampius ſcribit*, quia tam in V. V. C. C. quam in antiquis inſcriptionibus, itemque Tampiae Familiae denariis ſic dicatur. Sed cum in Palat. 1. & 2. nec non in aliis libris ſcribatur *T. Ampius*, & in priſcis monumentis commemorentur quoque T. Ampii, recte Viri docti hic nihil immutari voluerunt. GRAEV. *Amprius* S. Fragmentum eſt apud Nonium Varronis de vita populi Ro. Lib. IV. in voce *Coecum*. *Neque id caeci conſules feciſſent, quae mandata arcana T. Ampio ſediſſent, aut dividi centum Cn. magnum.* GRON. Pro *Ampius* Pin. habebat *Amplius*, ſed ut in margine adderetur *Amprius*. Ob. Giphanius praeferebat *T. Ampius*. SCHEFF. Egregie viri docti vindicarunt *T. Ampius*. In Excerptis meis quoque *T. Amprius* vel *T. Amplius*, ut in Vindob. vel *T. Amptius*, ut in Cort. legitur. In Ceteris & Edd. Camp. Med. Cald. *T. Amprius*. Ex quo nomine nata etiam vox *amplius*, quam vel ante vel poſt τὸ *eſſe* infarciunt quoque Vindobonenſes & Cort. cum Edd. Vett. usque ad Caſaubonum, qui bene auctoribus MSS. vetuſtioribus delevit; ſicut non comparet in Mediceis. Supra *potentiae* vitioſe Vindob. pr. qui etiam habet *ſcripſit*.

4 *Ac ſpecie.*] Notant Salmaſium legere: *ſpeciem*. Quod arridet. Legendum enim, *appellationem modo, ac ſine corpore ſpeciem*. Species n. ſunt inanes imagines, quae revera non ſunt, ſed hominum imaginoſorum mentibus praecipue in ſomniis obſervantur, quas Graeci φαντασίας dicunt. Noſter in Calig. cap. 14. *Invitabatur inſomnia maxime: neque enim plus, quam tribus*

ſpeciem. Sullam neſciſſe litteras, qui Dictaturam depoſuerit. Debere homines conſideratius jam loqui ſecum, ac pro legibus habere, quae dicat. Eoque adrogantiae progreſſus eſt, ut, haruſpice triſtia, & ſine corde, [1] exta ſacro quodam nunciante, futura diceret laetiora, quum vellet: nec pro oſtento ducendum, ſi pecudi cor defuiſſet.

LXXVIII.

bus nocturnis horis quieſcebat: ac ne his quidem placida quiete: ſed pavidis miris rerum imaginibus, ut qui inter caeteras pelagi quondam ſpeciem colloquentem ſecum videre viſus ſit. In Claud. cap. 37. *Altera in admirationem formata ſibi quoque tandem ſpeciem aliquot jam noctibus obverſari retulit.* Plin. *vana ſpecies.* Feſtus in Lympha: *Quicunque ſpeciem quandam e fonte, id eſt, effigiem Nymphae viderint, furendi non feciſſe finem.* Quod igitur Brutus moriens efflavit, non in re, ſed in verbo tantum eſſe virtutem; hoc Caeſar de republica ſenſit, eſſe tantum inane nomen, nullum corpus, nihil quod revera exiſtat, ſed vanam ſpeciem, & imaginem. Nimirum Caeſar fecit, quod etiamnum faciunt ii homines, qui libertatem & rempublicam, quam tuendam clamant boni, & ſapientes ab omni memoria in coelum tulerunt, eunt everſum. Quid enim illi foediſſimi adulatores aliud jactant, quam pretioſiſſima illa Deorum munera nihil eſſe, ſed inania tantum vocabula, quibus populo illudatur? *Hoc Priamus velit.* GRAEV. Lego *ac ſpeciem.* ita adſcripſit Salm. quod minime neceſſarium. GRON. Caſaubonus, poſtquam prius conjecerat *ſine re*, mox explicat *ſpeciem* id, quod vere eſt atque ſubſiſtit. Sed non perſuadet. Omnino accedo viris doctis legentibus *ſpeciem* ſive *imaginem ſine re*, aut *inanem umbram*, ut aliter dicunt, & cum *nomine* ſive *adpellatione* conjungunt, ac *rei* vel *corpori* obponunt. V. Drak. ad Liv. L. III. C. 9. *dilata in* ſpeciem *actione*, re *ipſa ſublata.* Item ad L. XXXIX, 35. Duker. ad L. XXIX, 1. ubi elegantius citat *ac ſine corpore ſpeciem*: cum Graevio, qui Cl. Erneſtium ſic emendantem occupavit. Poſſunt adiri, quae ſcripſi ad Lucan. L. II, 102. *tuumque* Nomen, *Libertas*, & inanem *proſequar* umbram; & conſuli hic debet Burm. qui recte docet, *ſpeciem* conſtitiſſe in externis majeſtatis ſolemnitatibus, titulis & ornamentis magiſtratuum: dum *corpus* reip. & vis imperii erat in ſolius Caeſaris poteſtate. Nam male Gruterus intelligit, ne reip. ſpeciem quidem fuiſſe reliquam. Id hiſtoriae repugnat. Ortam vero mendam credo, quia librarii ſcripſerunt *ſpē*; uti diſerte exaratur in Vindobenſibus & Cort. (qui habet *ſpe.*) unde male formarunt *ſpecie*; cum vel *ſpem* vel *ſpeciem* iſta nota ſignificet: quare auſus fui cum Burmanno in contextum recipere. Dein *profeſſus* loco *progreſſus* Vind. pr.

1 *Exta ſacro quodam nunciante.*] Pin. habebat *exacta ſacra quodam*, ſed inducto *s* in *ſacra*, & eraſo *quo* in *quodam*, pro quo & in margine tanquam lectio diverſa adſcriptum fuit *quondam*. SCHEFF. Mire variant MSS. & Edd. Vide in Ed. Burm. *Sacra quondam* eſt etiam in Harl. Vindob. utroque, Cort. Edd. Mediol. Cald. *exacta ſacra quondam* in Med. ſec. Ed. Camp. *exacta* vel *exta quondam* in Medic. pr. & tert. Sed ita ut *ſacro* ſit ſuprascriptum in primo. Certum eſt *ſacrum* centies poni pro *ſacrificio*: ſed non video, cui bono hic ea vox adſit. Exſtiſpicium non fiebat, niſi in ſacrificio. Quare per me *ſacro* vel

LXXVIII. Verum praecipuam & [1] inexpiabilem ſibi invidiam hinc maxime movit: [2] Adeuntes ſe cum plurimis honorificentiſſimisque decretis, univerſos patres conſcriptos ſedens pro aede Veneris Genetricis excepit. Quidam putant, retentum a Cornelio Balbo, quum conaretur adſurgere: alii, ne conatum quidem omnino; ſed etiam admonentem C. Trebatium, ut adſurgeret, minus familiari vultu reſpexiſſe. Idque factum ejus tanto intolerabilius eſt viſum, quod ipſe, triumphanti, & ſubſellia tribunitia [3] praetervehenti ſibi, unum e collegio Pontium Aquilam non adſurrexiſſe, adeo indignatus ſit, ut proclamaverit, *Repete ergo a me, Aquila, Remp. tribunus:* & nec deſiterit per continuos dies quidquam cuiquam, niſi ſub exceptione polliceri, *ſi tamen per Pontium Aquilam licuerit.*

LXXIX. Adjecit ad tam inſignem deſpecti ſenatus contumeliam, multo adrogantius factum. [4] Nam quum

ſacra deleatur, Mediceorum codicum auctoritate, & *quondam* omnium nunc MSS. & Edd. Vett. lectio admittatur. Quod cum abierat in *quodam*, (recte ſervatum e judicio Cl. Erneſti ad Aug. C. 42.) addidit aliquis *ſacro*: unde alii, reperientes tamen in antiquis exemplaribus *quondam* fecerunt *ſacra*. Sic vara vibiam ſequitur.

1 *Inexpiabilem.*] Non equidem damno hanc vocem in Celſo etiam exſtantem pag. 258. Edit. Londin. At tamen quum nusquam alibi ea utatur auctor, ſed ſaepius hoc ſenſu *exitiabilem*; atque ſic proſtet in permultis MSS. Pulm. tribus Torrentii, Regiis & Politiani, qui ſic Ed. Mediol. margini adlevit, & Turonenſi, teſte Caſaubono; item Medic. pr. ac tert. & Ed. Bonon. pronior ſum in ultimum vocabulum. In Aug. C. 23. *Cladem Varianam paene* exitiabilem. In Calig. C. 50. *Crimineſum & exitiabile habebatur*: ut eſt in plurimis MSS. In Claud. C. 25. *Ob exitiabiles inter ſe diſcordias.* Et ſic paſſim alii.

2 *Adeuntes.*] *Adeuntis* & mox *eſcepit* S. GRON. Mox *plurimis* bene Caſaub. reſcripſit fide Codd. Torr. Memm. & Nonn. ac Politiani, & Edd. Romanarum, quibus accedunt Vindobonenſes & Cortianus. In aliis *pluribus.*

3 *Praetervehenti.*] Petiz. *praeterveunti.* Edd. Mediol. Cald. cum aliis *praetereunti.* Mox *proclamavit* Vindob. pr. pro *proclamarit.* Dein *a* exſulat ab Harl. Petiz. a m. pr.

4 *Nam cum.*] *Nam in cum.* S. Sed voluit notare *Nam cum in*, ut eſt in aliis quoque MSS. GRON. Pin. habebat *quum in ſacrif.* quod non contemnendum. Eſt enim plena locutio per adjectionem praepoſitionis, quae ablativum regit: & poteſt facile excidiſſe in aliis propter praecedens *m*, conſtans totidem lineolis. SCHEFFER. Male

in

quum ſacrificio Latinarum revertente eo inter inmodicas ac novas populi adclamationes, quidam e turba ſtatuae ejus coronam lauream, [1] candida fascia praeligatam, inpoſuiſſet: & tribuni plebis Epidius Marullus, Caeſetiusque [2] Flavus coronae faſciam detrahi, hominemque duci in vincula juſſiſſent, dolens ſeu [3] parum proſpere motam regni mentionem, ſive, ut ferebat, ereptam ſibi gloriam recuſandi, tribunos graviter increpitos poteſtate privavit: neque ex eo infamiam adfectati etiam regii nominis diſcutere [4] valuit: quamquam & ple-

in cum aliis addunt tres Medicei, Vindobon. uterque, Cort. Ed. Camp. Paſſim ita *ludis, lectiſternio, comitiis, tribunatu*, &c. noſter & alii. Statim *Lupercalibus*. V. Drak. ad Liv. 11, 36. & Comm. ad Aug. C. 13. *ſucceſſu*. Mox prave *modicas* Vind. ſec. Cort.

1 *Candida faſcia praeligatam.*] Belle Cod. Salmaſ. *candida faſcia praeligata*. ut ſignificet, illum ante ſtatuam praeligaſſe faſcia candida, ſeu diademate, illique diademati impoſuiſſe coronam lauream, ut ea tegeretur. Mox idem: *Caeſetiusque Flavius*. GRAEV. *Praeligata*. Ita MS. S. vulgo *praeligatam*. GRON. Reliqui MSS. & Edd. omnes ſervant *praeligatam*, vel ut in Vindob. pr. *praelictatam*. Et ſane faſciam non prius capiti eſſe inpoſitam, & dein coronam, ut explicat Graevius, patet ex ſeqq. *coronae faſciam detrahi*. Hoc fieri non potuiſſet, ſi faſcia per coronam fuiſſet tecta. *Praeligatam* quoque legit Cl. Burmannus, ad *ſtatuam* nihilominus referens; quod non capio. Exiſtimo, coronae ipſi ad Caeſaris frontem illigatam fuiſſe faſciam, eaque coronam fuiſſe *praeditam* ac *praecinctam*, ſive Διάδημα στεφάνῳ δάφνης ἐπιπεπλεγμένον Plutarcho p. 736. atque ideo *praeligatam* dici & quaſi *praetextam*. Quae cuncta adjectiva curſivis litteris inpreſſa coronariae rei & vinciendo ſunt propria. Plin.] L. XVII. C. 11. *Plagam e trunco oblini, ſimoque* praeligari. C. 14. *Quidam veſtigio ſiſſurae falce in truncis factae ſalice* praeligant *marginem ipſum*. Aut ſi *praeligata* ſervare e Memmiano velis, eodem ſume ſenſu, ut faſciâ praecincta ſit corona. Liv. L. XXII. C. 16. *Aridâ ſarmenta praeligantur cornibus boum*. Ex Graevii ſententia rectius, certe clarius, foret *praeligatae*.

2 *Flavus.*] *Flavius* S. GRON. Sic in Edd. aliquot: ſed *Flavus* MSS. O. Ante in Vindob. pr. *Maurulus*, in ſec. *Marulus*. in Cort. *Maryllus*. Edd. Med. Cald. *Marullius*. Vid. Comment. hic & ad Livii Epitom. 116.

3 *Parum proſpere.*] Iis, quos nominavit Burm. Codd. accedunt Vindob. uterque, Cort. & Edd. Mediol. Cald. habentes *propter parum proſp.* & quidem per notam *pp.* ſive quod librarii putarint neceſſariam eſſe praepoſitionem, a qua pendeat accuſativus, ſive nata ſit illa ex *perparum*. Dein *referebat* male quoque in Vindob. pr. Ed. Camp. item *recuſanti* Medic. tert. *increpitans* Vindob. pr.

4 *Valuit.*] Unice hanc veram eſſe opinor lectionem, quam ex MS. Viterbienſi, & aliis, teſte Caſaubono, cum eodem ac Steph. Grutero, Bernecc. Voſſ. praetulere Cl. Burm. & Erneſt. non *voluit*, quod

[1] plebei regem ſe ſalutanti, *Caeſarem ſe, non Regem eſſe* reſponderit: & Lupercalibus, pro Roſtris a conſule Antonio admotum ſaepius capiti ſuo diadema repulerit, atque in Capitolium Jovi Optimo Maximo miſerit. Quin etiam [2] valida fama percrebruit, migraturum Alexandriam vel Ilium, tranſlatis ſimul opibus imperii, exhauſtaque Italia di-

quod in plerisque MSS. & Edd. tam recentioribus, quam antiquis circumfertur. *Valuit* tamen confirmatur a Vindob. pr. & Cortiano.

1 *Plebei.*] Sic teſtatur eſſe Caſaubonus in melioribus Codd. In ceteris enim omnibus & Edd. prioribus *plebi;* niſi quod *plebejo* in uno Torrent. & Palat. pr. Vindob. ſec. Cort. & Exc. Voſſ. ſcribatur, uti & in Medic. ſec. ſed ſupraſcriptum *bi.* In Pin. *plebeis.* Nonnullis *plebejo* placuit. Sed non ſolet ita Suetonius loqui de viro quodam e plebe ſeu plebejo homine, ac Dio pag. 245. τινὶς, & Appianus L. II. B. Civ. p. 495. ἑτέροι, ac Plutarchus p. 736. ἐτόλμησαν ajunt, qui docent quoque hoc accidiſſe ei Alba revertenti. Recte ergo cum Caſaubono Erneſt. per *plebem* intelligit quosdam e plebe minuta perditiſſimos, & forſan ſubornatos. Sic *plebs* pro quibusdam de plebe, in Ner. C. 10. *ordines omnes* pro nonnullis omnium ordinum in Aug. C. 41. & alibi. De ſcriptura caſus tertii *plebei* V. Drak. ad Liv. L. II, 42. VIII, 12. &c. infra Comm. ad Tiber. V. C. 27. Mox quum *non eſſe regem* exaretur in Periz. Harl. Edd. Ven. pr. Med. aliisque & *ſe eſſe non r.* in aliis, τὸ *eſſe* videri poſſet inſititium. Certe ſi infinitivus iſte abeſſet, non deſiderarem. καλεῖσθαι habent Plut. & Dio. Sed Appian. οὐκ εἰμὶ βασιλεύς, ἀλλὰ Καῖσαρ, (ἔφη) εἰς δὲ τὸ ὄνομα ἰσφαλμένοις. Dein *reſpondit* & *repulit* Edd. Rom. *reppulit* Med. tert.

2 *Valida fama percrebruit.*] Ita ſolus Viterbienſ. habet Codex, quod placuit Caſaubono, ac viro docto in ora Ed. Gryph. apud Erneſt. & tacite in textum recepit Graevius. Reliqui MSS. & Edd. praeter Burmannum, quem vide & in Add. dant *varia;* an quia hi dicebant Alexandream, illi Ilium, alii etiam alia? An vero ſcribendum *vana*, quia falſi erant rumores? Ut ſexcenties hae voces ſunt confuſae. V. laudatos a Daviſio ad Cic. L. II. de Divin. C. 54. V. Drak. ad Liv. L. XXII. 7, 4. Comm. ad Luc. III, 54. &c. Sic in Domit. C. 1. *vanae ſuperſtitionis* abiit in *variae.* Dein minus bene vulgo eduntur, etiam Burmannus, *percrebuit.* Sed idem recte in Aug. C. XI. *rumor increbruit.* ubi V. & ad Tib. C. XI. *increbreſcente rumore.* Veſp. C. 4. ubi vide Pulm. Adde Arntzen. ad Aurel. Vict. Ep. C. 9. *Sermo percrebruerat.* Menken. in Miſc. Nov. Lipſ. V. II. T. 4. V. *increbeſco*, qui exiſtimat utrumque in uſu fuiſſe. Olim *crebeſco* praetuli. Sed motus analogia ſimilium verborum, & auctoritate optimorum Codicum in plerisque locis (V. ad Frontin. II, 1, 15. Caeſar. L. III. B. Civ. 26, 43.) nunc ubique *r* inſerendam eſſe, eamque ſola libriorum culpa excidiſſe cenſeo. Nam ut ab *aeger*, *aegri*, *aegreſco;* a *niger*, *nigri*, *nigreſco;* a *piger*, *pigri*, *pigreſco;* a *ſcaber*, *ſcabri*, *ſcabrare;* a *teter*, *tetri*, *tetrare;* ſic a *creber*, *crebri* neceſſario deduci debet *crebreſco:* neque, cur littera *r* in praeterito omitteretur, ulla fingi poteſt idonea cauſſa. *percrebruit* hic ſervarunt MS. Cortian. ni fallunt Excerpta, Edd. Romanae, Lugd. Junt. cum Caſaubono. Dein *Ilion* cum aliis habet Ed. Mediol. cui adlevit Politian. *Ilium.*

1 *Do-*

[1] dilectibus, & procuratione urbis amicis permissa: proximo autem senatu, L. Cottam Quindecim-virum sententiam dicturum: ut, quoniam [2] libris fatalibus contineretur, Parthos, nisi a rege, non posse vinci, Caesar rex adpellaretur.

LXXX. Quae causa conjuratis maturandi fuit [3] destinata negotia, ne adsentiri necesse esset. Consilia igitur, dispersim antea habita, & quae saepe bini ternive ceperant, in unum omnes contulerunt: ne populo quidem jam praesenti statu laeto, sed clam palamque detrectante dominationem, atque adsertores flagitante. Peregrinis in senatum adlectis, libellus propositus est: [4] *Bonum factum: Ne*

1 *Delectibus.*] Cod. Salmas. *dilectibus.* Sic idem codex Octav. c. 31. *hos quoque dilectu habito.* GRAEV. Sic etiam Medic. pr. tert. Voss. Pin. a m. pr. & jam Ed. Torrent. V. ad Caes. L. VI. C. 1. B. G. Post *senatu* addunt rursus *percrebuit* vel *percrebruit fama* male Periz. Harl. & Edd. ad Torrent. usque. V. Comm. Dein *dicturum dixisse* Vindob. sec. Cort.

2 *Libris fatalibus.*] Salm. Cod. *quoniam fatalibus detineretur.* GRAEV. *Libris* non vidit in MS. Salmasius, & *detin.* GRON. Sibyllinos libros *fatales* quoque vocat Livius L. v. C. 14, 15. & alibi cum pluribus. V. Torrent. ad Aug. C. 31. Nihilominus *libris* etiam non comparet in Mediceo tert. neque in primo, nisi inter versus. Cogitavi aliquando, an scripserit auctor *fatis,* sive libris fata continentibus; aut contracta fuerit vox *fatalibus* ex corrupta jam lectione *fatis Sibyllinis.* Sic certe Cic. III. in Catil. C. 4. *Lentulum sibi confirmasse ex* fatis Sibyllinis. I. de Divin. C. 44. *Vejentem quemdam ad nos* profugisse, *eumque dixisse ex* fatis, *quae Vejentes* scripta *haberent:* ubi auctoritate MSS. trium Leidd. veterrimorum leg. *perfugisse;* ut patet ex dictis ad Caes. L. V. B. G. C. 45. Clarius Rutil. L. II. Itin. vs. 52. *Ante Sibyllinae* fata *cremavit opis.* Passim *in fatis esse.* Sed haec ludicra sit conjectura.

3 *Destinata negotia.*] Suffecisset *destinata:* unde viri docti expungunt *negotia,* magis per Ellipsin omitti, quam addi solita. V. Comm. Sic etiam Casaub. C. 23. *In magno negotio habuit,* volebat delere *negotio.* Utrobique retineo. Liv. L. V, 16. *Nec intra muros quietiora negotia esse.* Sallust. nunc *inter haec,* & *interea,* nunc *inter haec negotia* ait. Paullo ante *quae sententia, causa* &c. etiam est in Vindob. pr. e prava glossa. Ceterum errat Torr. Sententia Cottae non fuit causa conjuratis accelerandi, sed rumor & vana fama, quae percrebruerat, Cottam illam sententiam esse *dicturum,* quam numquam dixit. Dein *ante* Cortian. & *detractante* Edd. Camp. Mediol. Cald. ut saepe alibi: *dominationi* Pin. cui quid subesse putabat Schefferus.

4 *Bonum factum, ne quis.*] Salmasianus non inepte sollemnem editorum formulam repetit: *Bonum factum, bonum factum, ne quis senatori novo.* Haec repetitio vim quandam addit huic libello, ut majorem risum juxta & indignationem excitaret. GRAEV. Salmasius notat in MS. non esse distinctionem, sed jun-

Ne quis ſenatori novo curiam monſtrare velit. & illa vulgo canebantur,

[1] *Gallos Caeſar in triumphum ducit,* [2] *idem in curiam.*
Galli bracas depoſuerunt, latum clavum ſumſerunt.

Q. Maximo ſubfecto, [3] trimenſtrique conſule, theatrum introeunte, quum lictor animadverti ex

junctim legi: *Bonum factum ne quis.* & *curiam* S. GRON. Incertum eſt, an Salmaſius voluerit ſimpliciter notare poſt *factum* non diſtingui, ut in multis Edd. non ſit, an etiam *bonum factum* repeti. Prius credere malo. Et certe numquam haec formula repetebatur. V. Comment.

1 *Gallos Caeſar.*] Verſus hi duo trochaici ſunt, quod pridem Turnebus 3. Adverſ. 22. annotavit: in quorum poſteriore *ſumpſerunt* penultimam brevem habet, ut *ſteterunt* apud Virgil. Cujus generis multa exempla notavit natalibus, ingenio, & doctrina nobilis Nicolaus Heinſius ad Ovid. Epiſt. VII. Heroid. v. 166. GRAEV. V. Comm. & de hoc metro ſupra ad C. 51.

2 *idem in curia.*] Ex Regio & Salmaſ. emendavi *in curiam.* ille idem Caeſar, qui Gallos in triumphum duxit, duxit eos etiam in curiam. Longe tum eſt argutior ſententia hujus verſus ex ambiguo uſu verbi *ducere.* GRAEV. Plane Copeſianus *idem in Curiam.* IDEM. *Idem in Curiam* Faernus & Gruterus e multis MSS. reſtituerunt, & habent omnes Medicei, Vindobon. uterque, Cortian. Voſſ. item Pulm. & Edd. Romanae. Nam quia hic accuſativus requiritur, in cantu quoque dixerunt *in triumphum:* quum vulgaris eſſet locutio *in triumpho ducere.* niſi quod ſemel apud Livium ex unico Cod. Laurish. nunc Vindob. L. XLV. C. 39. ſic occurrat: nam C. 43. *tranſtulit in triumphum,* Cod. ille, cujus collationem non ita pridem accepi, diſerte habet *triumpho,* ut emendavit Gronovius. Vide illis locis Duker. & Drakenb. *in cura* Harlem.

3 *Trimeſtrique.*] *Trimenſtrique* S. GRON. Et Copeſ. GRAEV. Ac ſic quoque Medicei omnes. Pin. & Voſſ. Exc. ſicut ubique in aliorum auctorum integerrimis ac venerandae antiquitatis MSS. quos magno numero evolvi, ſatis conſtanter ſcribitur *bimenſtris, trimenſtris, ſemenſtris,* & ſimilia, ut ſaepe obſervarunt viri eruditi; atque ita ſemper eſſe ſcribendum, non vero ex orthographia modo ejus ſeculi, quo codices ſcripti ſunt, uſitata, adhaeſiſſe, opinor. Ab ipſis enim auctoribus profectum eſt elementum *n.* quod patet ex vocibus *bimenſis, bimenſtruus, trimenſtruus, intermenſtruus:* quae ſolummodo aliae ſunt terminationes, ac *bimenſtris, trimenſtris, intermenſtris.* Vitioſe igitur *n* omittitur. Sicut etiam ſaepe *meſis* in MSS. & lapidibus pro *menſis* occurrit. Duplicem autem ſignificationem habet *ſemenſtris.* Nam vel ſignificat ſex ſeu ſenos menſes: ac componitur ut *ſejuges* &c. Plin. L. XI. C. 51. *Et ſemenſtris locutus eſt Croeſi filius.* ita enim MSS. omnes, vel *ſemenſtri.* Hinc in Aug. V. C. 35. *ſemenſtria conſilia.* In Claudio C. 14. *Conſulatum ſemenſtrem noviſſimum, bimenſtres ceteros.* ubi & vide Graev. item in Ner C. 14. *bimenſtris, ſemeſtris, quadrimenſtris conſulatus.* Varro de Vita P. Rom. L. II. *Aes mi-*

[1] ex more juſſiſſet, ab univerſis conclamatum eſt: *Non eſſe conſulem eum.* Poſt remotos Caeſetium & Marullum tribunos, reperta ſunt proximis comitiis complura ſuffragia, conſules eos declarantium. Subſcripſere quidam L. Bruti ſtatuae; *Utinam viveres!* Item ipſius [2] Caeſaris;

Brutus, quia reges ejecit, conſul primus factus eſt:
Hic, quia conſules ejecit, rex poſtremo factus eſt.

Con-

militi ſemenſtre aut annuum dabatur; ut habent MSS. optimi cum Ed. Merceri apud Nonium V. *aere diruti.* Liv. L. IV. C. 24. *Annua ac ſemenſtris cenſura.* ubi V. Drak. *ſemenſtris dies* pro ſex menſium die Martiano Capellae L. VI. p. 214. Ed. Grot. *Hyperborei, apud quos mundi axis continua motione* (MSS. 2. vetuſtiores *ratione.* ſcrib. *rotatione*) *torquetur* &c. *ſemenſtri die praedicanda.* Sic enim ſcripti, non *ſemeſtri.* Vel etiam ſignificat dimidium menſem, ut liquet ex poeta Aſtronomico in Catal. Scalig. p. 240. *jam cur ſemenſtri non ſemper palleat orbe.* Appulejo L. XI. Met. p. 240. *Semenſtris Luna flammeos ſpirabat ignes.* ut bene e Florentino Codice edidit Scriverius. Conſule ibid. Elmenhorſt. in Add. & Gloſſas, atque omnino Valeſ. ad Ammian. Marcell. L. XX. C. 3. *primo adtenuatum in Lunae corniculantis effigiem, deinde in ſpeciem auctum ſemenſtrem.* Eſtque tunc contractum ex *ſemimenſtri*, pro quo *ſemenſtruum*, vel etiam plene *ſemimenſtruum* dixerunt. Namque ſic vel *ſemimenſtrum* in MS. Lipſienſi & antiquiſſimo Sangermanenſi legitur apud Colum. L. XI. C. 2. *Hoc igitur ſemimenſtruum & deinceps ſequentia:* ubi vulgo *ſemeſtrium*, & minus bene negare videtur Schoetgenius, *ſemeſtre* vel *ſemenſtre* dici etiam de dimidio menſe. Paullo ante pro *ſubſecto* prave in Vindob. ſec. & Cort. *ſuffectio.*

1 *Ex more.*] *Ex monere*, & mox, *eum conſulem* S. GRON. Tres quoque Medicei, Cortian. Voſſ. Pin. *eum conſ.* At Ed. utraque Romana non habet pronomen. Et vere. V. ad C. 7. Mox *Caeſecium* Med. ſec. & *Marulum* Vind. pr. *Manilium* Vind. ſec. V. ad C. 79. Dein male deeſt praenomen *L.* in Cortiano. intelligitur nempe ille, qui reges ejecit, & e cujus poſteris quidam crediderunt fuiſſe ejus temporis Brutos, ut Eutrop. L. VI. in f. ſed male. Illi erant plebeji, ac Bruti patricii extincti ſunt cum primo conſule, ſine prole mortuo; licet id quidam negarint. V. Dion. Halic. L. V. C. 18, 48. Dion. Caſſ. L. XLIV. p. 246. Plut. in Caeſ. p. 736. & in Bruto p. 988. Doctiſſ. Chr. Saxium in Miſc. Nov. Lipſ. Vol. III. Tom. 2. pag. 261.

2 *Caeſaris ſtatuae.*] Recte jam olim Torrentius & Gruterus, quamvis dein non auditi, cenſuerunt, ſuorum codicum fide ejiciendam eſſe vocem *ſtatuae*, quae inepte repetitur. Neque comparet in Medic. pr. ac tert. Copeſ. & utraque Ed. Romana. In ſec. Medic. tantum inter verſus. In Exc. Voſſ. *ſtatuae Caeſaris*, claro indicio intruſam eſſe explicationis gratia. Mox ſecundum trochaicum non habent Edd. Rom. Pro *poſtremo* in Vindob. pr. *proximo* contra metrum; at

Conſpiratum eſt in eum a ſexaginta amplius; C. Caſſio, [1] Marcoque & Decimo Bruto, principibus conſpirationis. Qui primum cunctati, utrumne [2] illum, in campo per comitia tribus ad ſuffragia vocantem, partibus diviſis, e ponte dejicerent, atque exceptum trucidarent; an in Sacra via, vel [3] in aditu theatri adorirentur: poſtquam ſenatus Idibus Martiis in Pompeji curiam edictus eſt, facile tempus & locum praetulerunt.

LXXXI. Sed Caeſari futura caedes evidentibus prodigiis denunciata eſt. Paucos ante menſes, quum in colonia Capua deducti lege Julia coloni, ad exſtruendas villas vetuſtiſſima ſepulcra [4] disjicerent, idque

at in Edd. aliquot *poſtremus*: quod non omnino diſpliceret, ſi in vetuſtioribus libris inveniretur: nunc alicujus viri arguti commentum videtur.

1 *Marcoque & D. Bruto.*] Vitioſiſſime in Vindob. ſec. Ed. Caſauboni, ut ipſe vir ſummus monuit, & nihilominus in Ed. ineptiſſimi hominis Junkeri editur *Marcelloque*. qualis nullus inter conjuratos. *Brutis* Pulmannus ait, eſſe in quibusdam libris vulgatis, & forſan ex eo Scriver. At ego tales libros nullos vidi, praeter Celſum in Caeſ. Vita pag. 259. quomodo optime conjecit ad Cap. 82. Graevius. ubi V. & hic Burm. atque omnino Cl. Drak. ad Liv. L. VI. C. 21. *Inſequenti anno Sp. & L. Papirii, novi tribuni militum Conſ. pot.* In Gramm. C. 10. *Appio & Pulchro Claudiis, fratribus.* Cic. pro Fontejo C. 7. *Cn. & Q. Caepionibus, L. & Q. Metellis*, &c. Prave etiam Med. ſec. a m. pr. Voſſ. & Edd. aliquot, ut ſupra, *Decio*, pro *Decimo*.

2 *Illum.*] Copeſiano accedit Medic. tert. faſtidiens *τὸ illum*, recte, judice Cl. Burmanno. *Utrumne* etiam retinent mei omnes; licet *ne* non ſit neceſſarium. V. ibid. & centies alibi. Mox *deicerent* Medic. tres Periz. Vind. pr.

3 *In aditu.*] Harl. *aditum*. Cl. Burmanno videtur otioſe hic repeti praepoſitio; quia illam non invenit in Edd. Junt. Ald. Mihi, uti & ipſi aliis in locis, ſecus videtur. V. ad Caeſ. L. II. B. G. C. 10. *In ſuis, quam in alienis.* VII, 33. *de jure aut de legibus.* ad Hirt. B. Afric. C. 89. *pro ſua natura & pro inſtituto.* Supra C. 39. *Inter vices & inter vias.* C. 65. *neque a moribus, neque a fortuna.* C. 81. *ob haec ſimul & ob infirmam valitudinem.* V. etiam Burm. in Aug. C. 71. Tib. C. 16. Cal. C. 46. *ex qua, ut ex Pharo.* Dein *editus* Vindob. pr. peſſime.

4 *Disjicerent.*] Cod. Salmaſ. *disjicerent.* GRAEV. GRON. Praeter Copeſ. & Cujac. accedunt Medic. pr. & tert. In ſec. & Exc. Voſſ. *diſicerent.* Harl. & Edd. Med. Cald. aliaeque *dejic.* Omnia ex perpetua librariorum in his variatione. Recte *disjicerent* probavit Burm. quem tamen & vide ad Virg. L. II. Aen. 234. avulſis a ſe invicem ſaxis & diſſipatis, ut C. 75. *ſtatuas disjectas.* Tib. C. 63. *oracula disjicere.* Et paſſim *disjectae arces, moles, disjecta moenia, tecta.* Hinc cum Cuningh. lego in Horatii O. 2, 15. *Ire disjectum monumenta regis*, per

vim

idque eo ſtudioſius facerent, quod aliquantum vaſculorum [1] operis antiqui ſcrutantes reperiebant: [2] tabula aenea in monumento, in quo dicebatur [3] Capys, conditor Capuae, ſepultus, inventa eſt, conſcripta litteris verbisque Graecis, hac ſententia. *Quandoque oſſa Capyis detecta eſſent, [4] fore, ut Julo prognatus manu conſanguineorum necaretur, magniſque mox Italiae cladibus vindicaretur.* Cujus rei, ne quis fabuloſam aut commentitiam putet, auctor eſt Cornelius Balbus, familiariſſimus Caeſaris. Proximis diebus equorum greges, quos in trajiciendo [5] Rubicone flumine conſecra-

vim aquarum non tantum dejecta, ſed & diffracta, ſaxis diſſipatis; ut in ſimili negotio Virgil. L. II. Aen. 608. Ovid. I. Met. 298. coll. cum L. XII, 109. V. & ad Hirt. B. Afric. C. 47. Alibi plura. Paullo ante perverſe *deſtinendas* Medic. ſec. Rectius Vinc. Belluac. *extendendas*, non tamen bene. Inverti autem vocum ordinem, auctoritate trium Medic. utriusque Vindob. Cort. & Edd. Roman. vulgo *ſep. vetuſt.*

1 *Operis.*] *Oeris.* S. Gron. V. Burm.

2 *Tabula aenea in monumento, in quo &c.*] Quod hic tabulam aeneam Suetonius, id juvencam aeneam fuiſſe Servius vult ad II. Aen. vſ. 35. *Nam his temporibus, quibus Caeſar occidi habuit, Capuae juvencae aeneae dicitur inſcriptum fuiſſe, iisdem temporibus unum de genere conditoris periturum.* In libello Scauri de Orthographia mentio fit Foederis Graeciae, quod *camelo aereo* inciſum erat. Puto tamen apud Servium leviſſima mutatione reſtitui poſſe *invenzae aeneae.* Similem autem huic locum vide apud Strabonem lib. VIII. pag. 281. de colonis a C. Julio Caeſare Corinthum deductis. Coetier.

3 *Capys.*] *Capiens;* & mox *Capus.* S. Gron. *Capis* MSS. plerique & Edd. aliquot, & dein vel *Capus* vel *Capyi* vel *Capis;* prave. Item *quando* Med. pr. Vind. pr. Cort. Edd. Mediol. Cald. *quandocunque* Vind. pr. cum Vinc. utrumque male.

4 *Ut Julo.*] Forte *ut Ilio.* S. Gron. Sic eſt in Torrent. Cujac. Med. ſec. ut conjecit Salmaſ. *Julio* Exc. Voſſ. *Julius* Vind. ſec. Cort. *Illo* MS. Turn. *Ilo* Memm. Bene, antiquiſſimo Ilii conditore, a quo deſcendebat Aeneas, & ex eo Iulus ſive Aſcanius, qui & ipſe *Ilus* dictus. V. Serv. ad Aen. IV, 159. & Burm. Dein *more conſanguineorum* eſt in Harlem. & Edd. Mediol. Cald. ut Sabellicus ait ſe in quibusdam libris inveniſſe. Sed male. *Conſanguinei* ſunt prognati quoque ex Ho, ſive Aeneadum de ſtirpe Romani, ut recte Berneccer. Sic *Ilienſes Romanorum conſanguinei* Juſtino L. XXXIII, 2. Floro L. I. C. 3. in f. Alba & Roma *conſanguineae civitates.* V. & infra in Claud. C. 25. Errant, qui aliter capiunt. Dein *magnis m.* Med. pr. Item *quam rem* Vindob. pr. Edd. Med. Cald. Adi Burm.

5 *Rubiconi flumini conſecrarat.*] Sic lege ex MSS. & Edd. quibus accedit optimus Salmaſianus, probante Turnebo & Caſaubono. Fluvii inter Deos referebantur. Graev. Qui ſic edidit. Solus vero eſt Cod. Salmaſianus ſive Turonenſis ſeu Memmianus. Nam

ſecrarat, ac vagos & ſine cuſtode dimiſerat, comperit, pertinaciſſime pabulo abſtinere, ubertimque flere. Et inmolantem haruſpex [1] Spurinna monuit, caveret periculum, quod non ultra Martias Idus proferretur. Pridie autem eaſdem Idus, avem regaliolum, cum laureo [2] ramulo Pompejanae curiae ſe inferentem, volucres varii generis, [3] ex proximo nemore perſecutae, ibidem diſcerpſerunt. Ea vero nocte, cui inluxit dies caedis, & ipſe ſibi viſus eſt per quietem [4] interdum ſupra nubes volitare, alias cum Jove dexteram jungere. Et Calpurnia uxor imaginata eſt, conlabi faſtigium domus, maritumque in gremio ſuo confodi: ac ſubito cubiculi fores ſponte patuerunt. Ob haec ſimul & [5] ob infirmam valetudinem diu cun-

Turnebus ex conjectura illum caſum praetulerat. Neque conſecrari flumini ſolent equi, ut bene monet Burm. Marti intelligunt Torrent. & Erneſt. Conſecrarat eos Caeſar, ſed nulli certo deo, ac vagos & (male deeſt Periz. Edd. Med. aliisque) ſine cuſtode *ἀφίτους*, liberosque & quadam nota inſignes dimiſerat. V. Comm. & Valeſ. ad Amm. Marcell. L. XXIX. C. 4. *Urſam, ut bene meritam, in ſilvas abire dimiſit innoxiam.* Si tamen quis contendat *flumini* verius eſſe, retineat ſaltem *Rubicone*: ſatis enim tunc intelligitur, illi flumini eſſe conſecratos. Mox *comperiit* Vind. pr. Exc. Voſſ. Edd. Med. Cald.

1 *Spurinna.*] Med. ſec. Harl. Edd. Mediol. Ven. aliaeque & Burm. hic & mox *Spurina.* Male. MSS. enim reliqui cum Edd. Rom. Caſ. &c. item Ciceronis & Valerii M. nec non vetuſti lapides per duo *nn* exhibent. Hinc recte in Add. ſententiam mutavit vir Clar. Adi omnino Cel. Gorium in Inſcript. Etr. T. II. p. 288, 292. Dein *ut caveret* ineleganter quoque Vind. I. & Edd. Med. Cald. &c.

2 *Ramulo.*] Male *ramo* Vindob. ſec. Cort. Tum *deſcerpſerunt* Periz. *deſcepſerunt* Mediol. Ed. pr. *deſcripſerunt* Cald. In Ed. Rom. Campani *dicerpſerunt*, ſolemni variatione.

3 *Ex proximo nemore.*] Non incerto quodam ſepulcrali, ut cenſet Cl. Erneſt. ſed ex nemore, ambiente porticum, Baſilicam, & Theatrum Pompeji; in quo & conſtitit prodigii pars. Confer Nardin. L. V, 3. Donat. L. III. C. 17. de Rom. Vet.

4 *Interdum &c. alias.*] His vocibus exprimit ſine dubio Caeſaris duo ſomnia, parvo temporis intervallo, ſed eadem nocte viſa: ac vitioſi ſunt Codices, qui variant. V. Burm. *ſuper* in Cort. *Alias e. j. dextram j.* deſunt quoque Edd. Mediol. Cald. *dexteram* edidi cum MSS. Torr. duobus Pulm. Med. tert. Vind. ſec. Cort. Edd. Rom. Dein *Calphurnia* de more Medic. duo, uterque Vindob. aliique & Edd. Camp. Med. &c.

5 *Ob infirm.*] Male abeſt praepoſitio repetita Edd. Romanis. V. ad C. praeced. Dein *opperiuntis* Memm. Med. tert.

1 *Quin-*

cunctatus, an ſe contineret, & quae apud ſenatum propoſuerat, agere differret; tandem Decimo Bruto adhortante, ne frequentes ac jam dudum opperientes deſtitueret, [1] quinta fere hora progreſſus eſt: libellumque, inſidiarum indicem, ab obvio quodam porrectum, libellis ceteris, quos ſiniſtra manu tenebat, quaſi mox lecturus, commiſcuit. Dein pluribus hoſtiis caeſis, quum litare non poſſet, introiit curiam, ſpreta religione; Spurinnamque inridens, & ut falſum arguens, quod [2] ſine ulla noxa Idus Martiae adeſſent: quamquam

1 *Quinta.*] *E quinta* & mox *ovio. S.* ita ſupra *ovium* pro *obvium.* S. GRON. *Ind. inſid.* Cort. & Medic. duo. Mox *deinde* Vindob. duo, Cort. Edd. Mediol. Cald. &c. & *etiam ut falſ.* Cort.

2 *Sine ulla noxa.*] Pin. una voce auctius *ſine u. ſua noxa.* quae lectio non contemnenda. SCHEFF. Gruterus ex tribus codicibus Palatinis & editionibus veteribus reſtituit: *ſine ulla ſua noxa.* ſed illud eſt rotundius, & *ſua* in antiquis codicibus aliis non legitur. GRAEV. Immo ſane legitur quoque in omnibus Mediceis, Vindob. ſec. Cort. Exc. Voſſ. Ed. Camp. ac citatis a Cl. Burmanno, qui nihilominus cum Graevio illam voculam ſano judicio rejecit. Ceterum *noxia* eſt in Mediceo ſec. Harl. Periz. Edd. Mediol. Cald. ſed vitioſe. *Noxia*, vere adjectivum, ſubintellecto *culpa* vel *res* ſemper ſignificat culpam, delictum, injuriam & peccatum. ut exiſtimo cum Sanct. in Min. L. IV. C. 4. aliisque pluribus. *Noxa* culpae poena; unde *noxae dedi*; & hinc quodvis detrimentum ac damnum, ut in Oth. C. 10. *ne cui periculo aut noxae forent.* Adi Comm. ad Liv. L. VIII, 28. *niſi qui noxam meruiſſet.* Vel etiam tam apud Proſaïcos quam poëtas, ipſa culpa, noxae obnoxia. ut Aug. C. 67. Tib. C. 33. Ovid. Ep. VI. Her. 106. I. Met. 214. Conſule viros doctos ad Liv. L. II. C. 54. *neminem noxae poenitebit.* Sed quod vulgo in Terent. Phorm. II, I, 36. *In noxa hic eſt*, ſcribitur, id contra Codd. vetuſtiſſimos & frequentem Terentii morem fit. *In noxia* ibi bene reſtituit Bentleius poſt Menardum ad Cic. pro Roſc. Amer. C. 22. an vero verſum totum recte conſtituerit, dubito valde. At vide citatos a me ad Caeſ. L. VI. B. G. C. 16. *In latrocinio aut aliqua noxia*, vel *noxa*, *comprehenſi.* Apulej. L. IX. Met. p. 191. Ed. Pric. *noxae prehenſus.* Sic enim MSS. meliores & Edd. Vett. non *depreh.* Adi & Voſſium de Conſtr. C. 26. Ex prima vocis *noxia* obſervatione corrigendus cum Livio eſt Auſonius in Conviv. Septem Sapient. ac Thalete vſ. 20.

Latinum eſt, ſponde; noxia eſt
praeſto tibi.

Qui ſpondet, non committit culpam, ſed obligat ſe ad praeſtandam pecuniam pro altero, ſi is non eſt ſolvendo: unde ſaepe damnum ſibi contrahit. Legendum igitur ſine ſynaloepha ex praeſtantiſſimo, prius Lugdunenſi Vineti, dein Voſſiano, nunc Leid. Codice *noxa praeſto eſt tibi.* Nam iterum dico, *noxiam* pro damno paſſive mihi videri Latinis non eſſe adhibitam, licet ſciam, Perizonio ad Sanct. aliisque non eamdem ſedere ſententiam ex Feſto, *Noxia, ut Ser-*

quam is veniſſe quidem eas diceret, ſed non praeteriſſe.

LXXXII. Adſidentem conſpirati, ſpecie officii, circumſteterunt: illicoque [1] Cimber Tullius, qui primas partes ſuſceperat, quaſi aliquid rogaturus, propius acceſſit: renuentique, & [2] geſtu in aliud tem-

Sulpicius Rufus ait, damnum ſignificat, apud poetas autem & oratores ponitur pro culpa, vel enim dudum antiquarum erat, vel locus eſt corruptus. Certe in MSS. Voſſ. legitur ſimpliciter *Noxia apud poetas & oratores ponitur pro culpa. At noxa* &c. vel potius erravit Feſtus & cum eo Paulus *damnum* paſſive ſumentes, cum activo ſenſu deberet capi. Apud Plautum *commereri noxiam*, & *merita noxia*, non ſignificat paſſive damnum vel malum, ſed committere peccatum, & facinus meritum poenam, in Moſt. v, 2. in f. Trin. I, 1, 1. Et ita apud Juſtin. Inſtit. L. IV. T. 8. §. 1. *noxia* ſignificat furtum, rapinam, injuriam, *damnum*; nempe quod quis facit, non quod patitur. Et ſic forſan explicari poſſet locus Livii L. XLI. C. 23. *ſine ullius eorum, quos oderat, noxia* i. e. ſine damno injuriaque inferenda ulli eorum. Alioquin ex Livii more *noxa* erit legendum. Vide omnino Cl. Duker. Dein *praeteriſſe*, pro *praeteriiſſe* excudi curavi, fide trium Mediceorum, Vind. pr. Voſſ. Harl. Hulſ. Edd. Romanarum, Mediol. Ven. aliarumque. Pro *eas* in Vindob. pr. *Marcias*, & mox *comparati* Medic. pr.

1 *Cimber Tullius.*] Sic conſtanter exaratur hoc nomen in MSS. tum aliorum, tum noſtris. At nullus dubito, quin ſit ſcribendum *Tillius*, non vero *Atilius*, ut cum Triſtano cenſet Burmannus. Nam in Appiano pro Ἀτιλίῳ eſſe ſcribendum τῷ Τιλλίῳ; p. 501. & in nummo, ſi litterae a Triſtano ibi viſae ſatis clare conſpiciantur, diſtinguendum eſſe A. TILLIUS, eruditiſſime docuit ſummus Perizon. in Anim. Hiſt. C. VIII. p. 332. &c. In Plut. Bruto quidem p. 991. editur Τύλλιος; ſed in Caeſ. p. 739. *Μετιλλίῳ*. utrobique vitioſe. Vide etiam Cl. J. Gronov. in Theſ. Ant. Graec. T. III. p. 300. & Erneſt. in Clavis Cicer. addendis. Hinc nunc in Caeſ. L. III. B. Civ. C. 42. *Q. Tillium*, vel *Q. Tilium*; ut in plerisque MSS. eſt, nequaquam damno.

2 *Geſtu in aliud tempus differenti.*] Medicei tres, uterque Vindob. Voſſ. Harl. Periz. a m. pr. Edd. Romana, Camp. Veneta pr. Mediol. aliaeque habent *geſtum*, vitioſe. J. Celſus *rem trahenti*, quaſi *geſtu rem* &c. *differ.* legiſſet. Sed ſubintelligendum *Cimbrum*. Et forſan olim fuerit *geſtu eum*: ut in Tiber. C. 32. *Venientem* cum *non admiſerat, ac per ſervulum in ſeptimum diem* diſtulerat. Veſp. C. 23. *Quemdam petentem quum* diſtuliſſet. ubi confer Cl. Erneſtium. Valer. Flacc. L. IV. 63. *in quae jam tempora* differs

Caucaſium, rex magne, ſenem. Senec. Ep. 17. *Quid in longum ipſe* te differs. Ovid. Rem. Am. 93.

Nec te *venturas* differ *in horas.*

Ubi V. Burm. atque ita corrigendum cenſeo Appul. in Flor. N. 16. init. *Quid ab hoc conſpectu veſtro* diſtulerim, *exemplum memorabo*: inſerendo pronomen *me*. Alio ſenſu *differri aliquis* etiam dicitur, qui reſervatur ad poenam, calamitatem vel mortem ei inferendam. Ovid. Ep. Her. III, 13. Differri *potuit; poenae mora grata fuiſſet.* L. XII. Met.

tempus differenti, ab utroque humero togam adprehendit: deinde clamantem, *Iſta quidem vis eſt*, [1] alter e Caſſiis adverſum vulnerat paullum infra jugulum. Caeſar Caſſii brachium [2] adreptum graphio trajecit: conatusque proſilire, alio vulnere tardatus eſt. Utque animadvertit, undique ſe ſtrictis

Met. 76. *decimus* dilatus *in annum Hector erat*. Lucan. L. x, 433. *vixitque Pethini*
Munere Phoebeus Caeſar dilatus *in ortus*.
Hinc explicandus eſt Florus L. III. C. 21. §. 61. dilatoque *Mithridate*. Prave enim in Indice legitur. *b. e. repreſſo, ſubmoto*. & L. IV, 12, 19. *Dacia non victa, ſed* dilata *eſt*. Veget. L. III. de R. Mil. C. 9. *Et ſi* dilatus *fuerit in longum* Sc. adverſarius, *aut penuria macteretur*. Ita enim MSS. tres Leidd. & Edd. Vett. vulgo *dilata*.

1 *Alter Caſſius adverſum*.] Codex Salmaſ. *alter e Caſſiis averſum*, quod rectum eſt. Sic & ſuperius legendum videtur: *Marcoque & Decimo Brutis*- ut in Aug. cap. 100. *Duobus Sextis Pompejo & Appulejo Coſſ*. Notat Gruterus ſervare & hanc ſcripturam ſuos tres Palatinos, adeo ut nihil debeat mutari, neque hic, neque mox infra. *Averſum* eſt etiam in Copeſiano. GRAEV. *E Caſſiis*. Ita S. vulgo *alter Caſſius*. item *averſum*. S. GRON. Non notavit Gruterus a Palatinis ſervari *e Caſſis*, ſed *Caſſius*; uti habent MSS. plerique & omnes mei cum Edd. Vett. ante Bononienſem, praeter Cortianum, qui clare praebet *Caſſa*, (ut correxit Beroaldus) cum MSS. 3. Torrentii, & Edd. multis, etiam Stephani, MStos ſequi ſoliti. Sicut uni e duobus conjuratis Serviliis Caſcis Graeci primum vulnus adſcribunt. Et in Epigr. Catal. Scal. p. 189. *Occidere ſimul Caſſae*. Cic. Phil. II, 11. *Quod duo Servilios Caſcas dicam, duo Abalas*? de quo loco adi Cel. P. Weſſeling. Obſ. L. II. C. 16. Turnebus tamen ex antiquis exemplaribus protulit quoque e *Caſſiis* L. XXIV. Adverſ. C. 14. Verum cum mox *Caſcae brachium* dent etiam Medic. ſec. Cortian. Ed. Camp. opinor verum vidiſſe Beroaldum; ſed non bene emendaſſe. Nam e lectione *Caſſius* vel *e Caſſiis* corrigendum erat *e Caſcis*; qui pluralis numeri caſus rarior, & quod Caſſium conjurationis principem paullo ante dixerit auctor, vitio anſam dedit, uti & *Caſcae* in *Caſſi* mutando. Atque ita Suetonius conſentiet Plutarcho p. 739, 991, 1005. & Appiano p. 501. uti & Juniae gentis nummo[6] in quo *Caſcae* memoria eſt ſervata. Et *Brutis Caſſioque* principibus jungit *Servilium Caſcam* e noſtro Eutrop. L. VI. in f. V. omnino Cl. Haverk. ad Theſ. Morell. p. 226. Nequaquam vero rectum eſt *averſum*: licet compareat ſic quoque in Medic. tert. per vulgarem librariorum aberrationem. Ex *juguli* Caeſaris mentione, & arrepto pec eum Caſcae *brachio*, ſatis patet vulnus fuiſſe adverſum. V. dicta Plut. & App. loca. Alia res eſt in Hirtii B. Alex. C. 52. *ſiniſtra corripit* averſum, *dextraque* pugione *bis* feriit; ut ibi lego probante Th. Bentlejo.

2 *Adreptum*.] Quantopere varient MSS. & Edd. conſpice in Edd. Pulm. ac Burmanni. Ex Mediq. pr. & tert. habent *arrepto*, ſec. *arreptum* cum Ed. principe Campani, *abrepto* Vind. pr. Edd. Med. Cald. dum nemo alius de graphio Caeſaris mentionem facit. Plut. in Caeſ. dicit illum Caſcae pugionem eripuiſſe, & manum tenuiſſe: in Bruto ait, pugionis iſtius capulum arripuiſſe. Appianus ſcribit illum

strictis pugionibus peti, toga caput obvolvit: simul [1] sinistra manu sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet, [2] etiam inferiore corporis parte velata. Atque ita tribus & viginti plagis confossus est, uno modo ad primum ictum gemitu sine voce edito. [3] Etsi tradiderunt quidam, M. Bruto inruenti dixisse, [4] Καὶ σὺ, τέκνον? Exanimis, dif-

Cascae manu arrepta de sella desiluisse, & in eum impetum fecisse. At J. Celsus pag. 261. Ed. Lond. *Cassii* (immo *Cascae*) *pugione crepto brachioque ejus trajecto dum adsurgeret, alio vulnere remoratum esse.* Ex Appiano *adreptum* retineo cum Torr. Cas. Burm.

1 *Sinistra m. sinum.*] Minus bene ait Valer. Max. L. IV, 5, 6. *Utraque togam manu demisit:* unde discas tamen *sinum togae* fuisse, ut recte plerique viri docti sumunt, non *tunicae:* ut nuper placuit Cel. Gesnero ad Quintil. L. XI. C. 3. p. 585. Appian. L. II. B. Civ. p. 502. τὸ ἱμάτιον περικαλύψασθαι. scil. capite & cruribus, non τὰ ἱμάτια. V. etiam J. Celsum.

2 *Etiam inferiore corporis parte vel.*] Male Gruterus cuncta haec pro glossemate habet, cum eodem modo referat quoque Val. Max. IV, 5, 6. ac pendeant hinc verba *quo honestius caderet;* si nempe inferiora corporis erant velata. Notandum vero in MSS. Harl. Periz. Edd. Venetis, Mediol. Cald. exhiberi *inferioris.* Nec dubito, quin in pluribus, nisi id, ut corruptum, transiluissent, ac monere neglexissent viri docti. In Copes. *inferiori:* in Mediceo pr. *inferioris parte*, suprascr. *corporis.* In Vindob. pr. *coris.* Quid si Suetonius dedit *inferiore sui parte?* Ita efficacius honeste expressisse videtur Caesaris curam, ne in morte pudendae partes, aut quid indecori conspiceretur. Ovid. L. XIII. M. 479.

Tunc quoque cura fuit partes velare pudendas,
Quum caderet.

Justin. L. XIV. C. 6. *Cooperuisse capillis os, & veste crura contexisse, ne quid posset in corpore ejus indecorum videri:* V. Comm. De pudenda corporis parte Ovid. L. III. Am. 7. 69. pars *pessima* nostri. In Priap. C. 41. partem *madidam* mei. V. supra ad C. 30. J. Celsus cum vulgatis conspirat.

3 *Etsi tradiderunt.*] Quidam MSS. & in his Cortian. uti & Edd. Vett. in quibus Mediol. dant *Et sicut tr.* Medic. tert. Pinell. *Et sic.* Forsan *etsi* & i. e. *etiam.* ἤδη δ' τινὲς? καὶ Dion. p. 249. Vindob. pr. *tradunt.*

4 Καὶ σὺ εἶ ἐκείνων, καὶ σὺ τέκνον.] Codex Salmas. & Rob. Steph. cum nonnullis aliis καὶ σὺ τέκνον! GRAEV. GRON. Ex auctoritate Casauboni & Gujeti delevi audenter illa καὶ σὺ εἶ ἐκείνων, insititia & nata ex variatione sequentium vocum, ac nihil plus significantia. Et, sicut illa non comparent in Dione p. 249. nec multis virorum doctorum Codd. sic fastidiunt ea cum Ed. principe Camp. Med. Cald. aliisque a Burm. numeratis, Medicei omnes, Voss. Copes. Periz. Pin. Vindobon. uterque, Cortian. Harlem. in quo tamen, ut in Vindob. pr. & Ed. Ven. pr. nihil Graecum legitur: Ad haec variant ii codices, qui agnoscunt, in εἶ aut εἷς, vel sine εἶ. Celsus ait *Graecum nescio quod breve* pag. 261. Quia nempe Graece nescivit. Pinell. Graeca ita referebat: καὶ εὖ τεκνίον: unde suspicabatur Ob. Giphanius καὶ σὺ τεκνίον, deminutive. Sed alterum vulgo etiam apud Dionem. Dein *defugientibus* Periz. & Edd. Med. Cald.

1 Con-

diffugientibus cunctis, aliquamdiu jacuit; donec lecticae inpositum, dependente brachio, tres servuli domum retulerunt. Nec in tot vulneribus, ut Antistius medicus existimabat, letale ullum repertum est, nisi quod secundo loco in pectore acceperat. Fuerat animus [1] conjuratis, corpus occisi in Tiberim trahere, bona publicare, acta rescindere: sed metu M. Antonii consulis, & magistri equitum Lepidi, destiterunt.

LXXXIII. Postulante ergo L. Pisone socero, testamentum ejus aperitur; recitaturque in Antonii domo, quod Idibus Septembribus proximis in [2] Lavicano suo fecerat, demandaveratque virgini Vestali maximae. Q. Tubero tradit, heredem ab eo scribi solitum ex consulatu ipsius primo, usque ad initium civilis belli, Cn. Pompejum: idque militibus pro concione recitatum. Sed novissimo testamento tres instituit heredes sororum nepotes, C. Octavium ex dodrante, & L. Pinarium, & Q. Pedium ex quadrante [3] reliquo: in ima cera C.

1 *Conjuratis.*] Cave, ne, quia nullum intercessit jusjurandum, contra MSS. alioquin & in his vocibus varios, substituas *conspiratis.* Nam sic & alii in eadem re locuti sunt. Epit. Liv. 116. *Conjurati e Capitolio descenderunt.* J. Obseq. C. 127. *Caesar a conjuratis confossus:* ubi vide. Ovidius quoque in ejus caede L. xv. Met. 763.

Pontifici letum & conjurata arma moveri.

Sicut Poëtae de quavis conspiratione & consensu artiore saepius eam adhibent vocem. Mox *est* exsulat a Vindib. pr. qui vitiose habet *corporis.* ac Vind. sec. Cort. *publ. bona.*

2 *Lavicano.*] Sic constanter MSS. & Edd. fere omnes, etiam Romanae, non *Labicano.* Graeci nomen id plerumque per β exprimere amant, & cum iis Poëtae Latini Virgilius, Silius, Martialis; sed prosaici magis dixisse videntur *Lavicum* & *Lavicanum.* Utrumque in lapidibus, ut curator viae *Labicanae*, & *Reip. Lavicanorum* apud Fabrett. Diss. 3. de Aquaeductibus in Thes. Graev. T. IV. p. 1773. Adi Cl. Drakenb. ad Liv. II, 39. III, 25. *in Lavicanum agrum, inde in Tusculanum* & alibi, praeferentem quoque *v*: item Cluver. Ital. Ant. L. III. p. 947. &c. *Septembris* Edd. Mediol. & aliae. Mox ante *L. Pinarium* malim delere τὸ & cum Cod. Periz. ut conjecit Torrent. & jam ante Joannes Mercerius L. I. Opinionum C. 12.

3 *Reliquo.*] *Reliquos* S. GRON. *Reliquos in ima* habent MSS. & Edd. omnes ad Casaub. usque. Verissima est, quidquid reclamet Salmasius, Lipsii emendatio, occupata jam Joanne Mercerio L. I. Opinionum C. 12. nisi ex littera *s.* facienda

C. Octivium etiam in familiam nomenque adoptavit; [1] plerosque percussorum in tutoribus filii, [2] si quis sibi nasceretur, nominavit: Decimum Brutum etiam in secundis heredibus. Populo hortos circa Tiberim publice, & viritim trecenos sestertios, legavit.

LXXXIV. Funere indicto, rogus exstructus est in Martio campo juxta Juliae tumulum: & pro Rostris aurata aedes [3] ad simulacrum templi Veneris

vocula *sed*. Dein Vindob. pr. *in familiamque & nomen*, de quo alibi.

1 *Plurosque.*] Cum in MSS. Torr. Pulm. Gruteri, Burm. aliorumque, & Medic. tribus, Vindob. sec. Cort. Edd. Romanis, & Politiani libris sit *plerosque*, eam vocem recepi; non plerosque *conjuratorum*, sed praecipuos ex iis, seu multos *percussorum*. V. & Domit. C. 13. & alibi.

2 *Si quis.*] *Si qui* S. GRON. Item Hulf. Bene. V. Burm. & ad C. 56. In Ed. Cald. *filius si quis*. quod forsan voluit Hulf. in quo *filiis*. item *secundis in her*. Vindob. pr. & *ortos* idem, ac Periz. Harl. frequentissimâ scripturâ. De *trecenis* numis vide ad Aug. C. 41.

3 *Ad simulacrum.*] Vitiose *ac* editur quoque in Edd. Mediol. & Cald. sed jam ad prioris marginem emendavit Politianus. V. Burm. Appulejo saepissime dicitur *ad similitudinem*; quod vir doctus in Misc. Obs. Vol. 11. p. 394. mutare non debuerat semel in *amaritudinem*, vocem ei loco non convenientem. Paullo ante *aurata sedes* cum Bonon. Ed. habet Vindob. pr. obvia crebro permutatione, sed prava hoc loco, ut docebit te Casaubon. sicut nec quidquam mutari debet in Claud. C. 21. *apud superiores aedes subplicasset*. Ceterum vox *sedes* saepe quidem corrupta, sed aliquoties male quoque intrusa, de templo, fano, delubro, sacello, divinisque & consecratis deo deaeve locis non dicitur, ut equidem opinor; nisi ubi vetustum, perpetuum, stabile vel clarum & celebre dei cujusdam illic residentis seu praesidis domicilium & habitatio, aut peculiaris in eadem aede cella & sacrarium ac basis ipsa denotatur. Perpendas exempla a celeberrimis viris, Broukh. ad Tib. 1, 5, 37. Duk. ad Flor. 1, 7, 9. Burm. ad Ovid. X. Met. 229. VI. F. 258. de Jove Fulger. C, 14. Drak. ad Liv. 11, 55. §. 4. IV, 20, 11. V, 42. adlata. Hinc emendandus est illustris Plinii locus Lib. XXXVI. C. 5. *In magna admiratione est & Hercules Menestrati & Hecate* Ephesi *in templo Dianae* post aedem; *in cujus contemplatione admonent aeditui parcere oculis* &c. primo *Ephesi* in nullo legitur codice: nec opus. In recentioribus est *Ethissi*; in vetustissimis membranis *Ethisi*; unde suspicor latere nomen auctoris, cujus Hecate fuerit, ut Hercules Menestrati: nempe *Rhoeci*, ut vocat Pausan. L. X. C. 38. non *Hecaten*, sed *Noctem* eam statuam ajens. Verum tamen istius artificis nomen aliud edidit Strabo L. XIV. p. 641. ἡμῖν δ' ἐδείκνυτο καὶ τοῦ Θρασώνος τινα, οὗπερ καὶ τὸ Ἑκατήσιόν ἐστιν. *Nobis etiam monstrata sunt Thrasonis quaedam, cujus est Hecatesium*, seu Ἑκάτειον. quare ἐπέχω: at inde patet illa Plinii verba *post aedem*, quae absunt a MSS. quamplurimis, esse corrupta. Nam Strabo docet, sibi Hecates simulacrum monstratum esse circa deae aram. Illa autem stabat in deae

neris [1] Genetricis conlocata: intraque lectus eburneus, auro ac purpura stratus: & ad caput tropaeum, cum veste, in qua fuerat occisus. Praeferentibus munera, quia subsecturus dies non videbatur, [2] praeceptum est, ut, omisso ordine, quibus quisque vellet itineribus urbis, portaret in campum. Inter ludos cantata sunt quaedam ad miserationem & invidiam caedis ejus, adcommodata ex Pacuvii Armorum judicio:

[3] *Men' servasse, ut essent, qui me perderent?*

Et

deae σήκῳ, seu οἰκήματι & cella primariae statuae, seu πρωτοθρονίας, vel πρωτοθρόνῳ Dianae *multimammiae ac verubus nixae* dicata, ut docet d. l. Pausanias. Ad haec MSS. 2. vetustissimi pro *post aedem* (quae sane singularis foret locutio) scribitur *post caedem*. Ac Pausanias ait Noctem locatam ἐπὶ τοῦ θριγ-γοῦ ὄπισθε τοῦ βωμοῦ ὡς τῷ πέρατι. legendum igitur *post sedem* nempe deae, sive sacratissimum locum; ubi propria deae erat *sedes* & basis. Claudian. I. de Prof. Raptu vs. 201. *Hic sedes augusta deae templique colendi*. &c. Quod non mutandum. Tib. I, XI, 18. de diis. *Sic veteris sedes incoluistis avi;* ut bene Broukh. non *aedes*. Cic. V. Verr. C. ult. *Cereris simulacrum Ennae, ex sua* sede *ac domo sustuleris*. Auson. Epigr. 74.

Ecce hodie jussus transferri e sede *vetusta*
Effertur, quamvis sit deus atque lapis.

Sic enim leg. e MS. Voss. vulgo *ex aede*. Et praesertim sic amat loqui Plinius, ut eo ipso Cap. *ipsis Diis* sedem *ita partitis*. L. XXXVII. C. 10. §. 58. *In Herculis templo facta* sedes, *ex qua dii facile surgebant*. Noctem vero & Hecaten eamdem suspicor, seu Dianam alia forma; quia illa, ut noctis dea, peplo instar nubis involuta alibi quoque est expressa; ut in Mus. Passerii Lucernis N. 8, & 97. in qua etiam apparet κλειδοῦχος & λυσίζωνος, clave quasi uterum parturientium aperiens & cingulum solvens. V. Comment. ad Callim. H. in Jov. vs. 21. in Dian. vs. 21, 228. ad Virgil. Aen. IV, 10. Cl. Wesseling. L. I. Obs. C. 3. Si tamen quis *Hecates* & *Noctis* in cella Dianae πρωτοθρονίας statuas diversas ob diversa artificum & statuarum nomina censet, non ego ei adversabor. Sed ad Suetonium revertamur.

1 *Genitricis.*] Med. pr. *Genetricis*. Vere, ut supra dixi. Dein *intra quae* Ed. Camp. & *purp.* Med. pr. Vind. sec. Cort. Periz. Mox ridicule Vindob. pr. *ad caput Strophium;* quae lectio nata ex corrupto scribendi more *trophaeum:* Tandem *cum qua* Cort.

2 *Praeceptum est.*] Praefero scripturam trium Mediceorum, Cujac. & Edd. Romanarum *praeceptum*, omisso verbo substantivo; & *quibus* Pin.

3 *Men' me servasse.*] Cod. Salmas. *Men' servasse*, Dein idem: *Acili* pro *Attilii*. Harlem. *Acilii*. Sic idem codex in Aug. pro *Atia* scribit *Accia*. GRAEV. *Me* abest a libro Memmii & tantum legitur *men' servasse*, & *Acili* S. GRON. Delevi istud *me*, quod in nullo codice repetitum legitur, si forte Cortianum excipias, e quo nihil varietatis erat adnotatum. Intrusum est a Pulmanno contra verum loci sensum, qui esse nequit, se servasse se; ut recte vidit Casaubo-

Et ex Electra [1] Attilii ad ſimilem ſententiam. Laudationis loco conſul Antonius per praeconem [2] pronunciavit Senatus conſultum, quo omnia ei divina ſimul atque humana decreverat; item jusjurandum, quo ſe cuncti unius pro ſalute adſtrinxerant: quibus perpauca a ſe verba addidit. Lectum pro Roſtris in forum magiſtratus & honoribus functi detulerunt. Quem quum pars in Capitolini Jovis cella cremare, pars in curia Pompeji, deſtinaret, repente duo quidam gladiis ſuccincti, ac bina jacula geſtantes, ardentibus cereis ſuccenderunt: confeſtimque circumſtantium turba virgulta arida, &

nus. Debet exire ſententia eadem, quae Ciceroni Phil. II. C. 3. *Interfecerunt illum, a quo erant ſervati.* In Palat. pr. Periz. a m. pr. J. Celſo, Edd. Rom. *me ſerv.* unde Grut. per emphaſin repetebat *me, me ſerv.* Poſſet potius conjici *men' men'.* aut etiam omiſſa eſt exclamandi particula a Pacuvio praemiſſa, ſed a Suetonio neglecta, quia nihil ad hanc ſententiam inluſtrandam faciebat: neceſſaria tamen eſt vox monoſyllaba ad explendum ſenarium, niſi cum Burm. invertas *ſervaſſe men'.* Sed quid ſi trochaicus trimeter catalecticus ſit? Tunc nihil deerit. Ante *Pacuvianorum* vitioſe etiam in Medic. duobus & Ed. Mediol. ubi bene jam correxit Politianus.

1 *Attilii.*] Repoſuimus omnium veterum codicum lectionem, quam male mutat Caſaubonus, ut docet Reineſius ex Ciceronis l. de finibus, qui teſtatur Electram ab Attilio e Sophocle verſam eſſe. Ei. M. Attilio quartum (immo vero *quintum*) inter Comicos locum dedit Volc. Sedigitus l. de poëtis apud Gell. XV, 24. Ejusdem meminit Varro VI. de L. L. & Lib. V. apud Chariſium extrem. Lib. II. vide Reineſ. Var. Lect. III. C. 3. p. 379. GRAEV. In contextu retinuit Graevius & ſeqq. *Attii alia:* quae Caſauboni eſt conjectura; cum is in MSS. & Edd. Junt, Aldi, Steph. invenerat *Aecii*, quomodo etiam in MSS. Vindob. ſec. & Cort. exaratur ſine *alia.* In plerisque & Edd. primis *Acilii, Acili, Aecilii.* Et ſane nulla fuit Electra *Attii.* Rectum igitur eſt *Attilii*, ut habet Nonnianus Cod. item Palat. tert. & Vindob. pr. cum Edd. Gryph. Baſ. Pulm. Torrent. uti dudum docuere Egnatius & G. J. Voſſius de Poëtis Latinis pag. 7. Ed. in quarto ex Ciceronis L. I. de Fin. C. 2. adi & Comm. Ubique in MSS. conſtantiſſima eſt inconſtantia & varietas *Acilii, Accilii,* & *Atilii, Attiliique.*

2 *Pronuntiavit.*] *Praenunciavit* S. GRON. Male. Sed obſervandum, in MSS. & Edd. a Burmanno laudatis, item Mediceis duobus, Vind. ſec. Cort. Pin. Edd. Romanis, Mediol. &c. usque ad Baſil. exhiberi *ſimul ei divina;* nec dubito, quin alii ſic invenerint, ſed neglexerint; atque in Vindobon. pr. *ſimul ei & divina,* polyſyndeto, quod Suetonio in deliciis fuit, vel *divinaque.* V. Burm. ad C. II. idem tamen MS. male cum Ed. Ven. pr. dat *ac hum.* Dein fide Vindob. ſec. & Cort. elegantiorem exhibui verborum ordinem: vulgo *pro ſalute ejus.* Mox *ab ſe* Edd. Rom. Tum *Magiſtratibus,* & *quae q.p.* Cort.

& cum ſubſelliis tribunalia, quidquid praeterea [1] ad donum aderat, congeſſit: deinde tibicines & ſce-

1 *Ad donum aderat.*] Quamvis tueantur hanc lectionem viri ſummi Torrentius & Caſaubonus, mihi tamen videtur eſſe depravata. Nam qui munera rogo inferenda portabant, non erant in foro, ſed variis viis in campum Martium erant egreſſi, ubi rogus erat extructus. Hinc ex antiquorum codicum veſtigiis colligo Suetonium ſcripſiſſe: *quicquid praeterea idoneum aderat*, ſcilicet fovendo & alendo igni, quo cadaver Julii comburetur. GRAEV. Burmannus eadem ratione, qua Graevius, praecipue motus, *ad donum* corruptum eſſe exiſtimat, ſed *idoneum*, ut conjecit quoque N. Heinſ. in Syll. Epiſt. T. IV. p. 2. ſimpliciter dici, eidem aeque durum videtur, atque *ad donum*; quare unice ei, uti & Cl. Erneſtio, Latinum eſſe *ad d.* neganti, placet lectio Beroaldina *ad manum*, quae ſane confirmatur a MS. Cortiano; eſtque clariſſima. Vitruv. L. VI. C. 2. *alia ad manum, alia in excelſo:* ubi nihil mutandum. L. VIII. in Praef. *effudit ad manum parata per omnem mundum.* Nec ego hic recipere dubitarem; ſi in pluribus vel uno fidei vetuſtiſſimae codice reperiretur. Nunc mihi videntur librarii vulgariſſimam vocem & locutionem non mutaturi fuiſſe in *donum*, pro quo *domum* habet Vindob. ſec. & in Marg. *donum*, ut reliqui & Edd. primae, aliaeque. Neque usquam liquet, omnes illos, qui munera rogo ferebant, jam egreſſos fuiſſe in campum Martium, neque aliquos ſuperfuiſſe in foro, in quo adhuc erat cadaver. Quum praeceptum erat, ut quisque ea portaret in campum, quo vellet itinere, ſine ullo pompae ordine, multi ſane curioſi hic adhuc adeſſe potuerunt, exiſtimantes, ſe ſatis opportune & in tempore in campum adventuros una cum ipſo cadavere, cujus exſequias hic frequentabant. Neque obſcure Suetonius in ſequentibus tales enumerat, qui hic aderant eo animo, ut dona & munera quoque in campum & ad rogum portarent, ſicuti *Tibicines & ſcenici artifices*, ac *Veteranorum legionarii*, & *matronae pleraeque*, quam numeralem vocem (non mutandam in *pleraque*, ut factum video jam in Ed. Junkeri) addit auctor, ne quis in animum induceret, hoc ab omnibus matronis, etiam Pompejanarum reliquiarum, & percuſſorum ac conſpiratorum uxoribus eſſe peractum: immo clare Appianus non tantum cum Plut. & Dione ait L. II. B. Civ. p. 521. injectum rogo eſſe *quidquid lignorum* aderat ad manum, ſed etiam addit στρώματα τε ἴδιοι πᾶς' ἑαυτῶν καὶ ἀρώματα πολλὰ ἐπιβάλλες ἐξήψαν. Quocirca adhucdum retineo *ad donum*, ſive *doni cauſſa*, aut *in donum* ſive *dono deſtinatum* & *in ejus uſum*. V. Bernecc. & Hotom. ad Cicer. IV. in Verr. C. 15. *Ad eam rem iſtos fratres Cybiratas fuiſſe.* Sic *ad contumeliam, celeritatem, cuſtodiam* pro *contumeliae, celeritatis, cuſtodiae cauſſa.* Caeſari L. I. B. Civ. 32. III, 11. Liv. L. II. C. 11. & plura ſimilia apud Caeſarem. V. ad L. V. B. G. C. 40. *Ad timorem* Cic. II. ad Fam. Ep. 16. *ad bellum* Nepot. in Dat. C. 3. *ad hoc* pro propter hoc, ut hoc fieret. V. Drak. ad Liv. XLV, 39. §. 8. & innumera. Hinc etiam in V. Aug. C. 16. ſatis explicari poſſe videtur, ſi plures MSS. ita darent, *Quum ad partem reliquam copiarum repeteret continentem*, ſive partis reliquae copiarum gratia & ut eas ad ſe reciperet; ut viri docti expoſuerunt. Certe hoc pacto *ad donum* retineri poſſet. Nihilominus vide, num ſcripſerit Suetonius *odorum* ſive liquorum, unguentorum, turis & aromatum, per matronas aliosque allatorum, quam ſumtuoſam reſperſionem Romanorum rogis & cadaveribus factam fuiſſe nemo neſcit poſt Kirchmann. de Funer.

ſcenici artifices veſtem, quam ex [1] triumphorum inſtrumento ad praeſentem uſum induerant, detractam ſibi, atque diſciſſam, injecere flammae, & veteranorum militum legionarii arma ſua, quibus exculti funus celebrabant. Matronae etiam pleraeque ornamenta ſua, quae gerebant, & liberorum bullas atque praetextas. In ſummo publico luctu exterarum gentium multitudo circulatim ſuo quaeque more lamentata eſt: praecipueque Judaei, qui etiam noctibus continuis buſtum frequentarunt.

LXXXV. Plebs ſtatim a funere ad domum Bruti & Caſſii cum facibus tetendit: [2] atque aegre repul-

ner. L. III. C. 5. ac fere conjicias, Tranquillum ob oculos habuiſſe Virgil. L. VI. Aen. 224.

Averſi tenuere facem. Congeſta *cremantur*
Thurea dona, *dapes*, *fuſo crateres olivo.*

Aut Propertii L. II. El. 10, 23. *Deſit* odoriferis ordo *mihi* lancibus: *adſint*
Plebeji parvae funeris exſequiae.

Quibus locis vide Comm. Haud tamen huc, ut cenſet Broukhuſ. ſed ad compoſitionem cinerum poſt oſſilegium pertinet Tibullus L. I, 3, 7. *Non ſoror, Aſſyrios cineri quae dedat* odores. Nec vero Poetae ſoli voce *odores* hoc ſenſu uſi ſunt; ſed etiam Oratores & ipſe Cicero atque Hiſtorici; ac quidem hoc in negotio. Val. Max. L. V. I, 10. Caeſar Pompeji *caput plurimis & pretioſiſſimis* odoribus cremandum *curavit*. Plin. L. VII. C. 53. *Felice Ruſſato auriga elato, unum in rogum jeciſſe ſe, adverſis ſtudiis copia* odorum *corruptum criminantibus*. Item L. XII. C. 18. ac Plinius alter L. V. Epiſt. 16. *Fundanum ipſum (ut multa luctuoſa dolor invenit) praecipientem, quod in veſtes, margaritas, gemmas fuiſſet erogaturus, hoc* in thus, unguenta & odores *impenderetur*; ad funus nempe. Tacit L. III. Ann. C. 1. *pro opibus loci veſtem*, odores *aliaque funerum ſollemnia cremabant*. Et ſic alii. Sed jam nimii fuimus. Addi tamen debet, auctorem ſolere *quidquid* ita cum Genitivo plurali maſculino jungere; ut in Aug. C. 31. *Quidquid fatidicorum librorum*. Tiber. C. 11. *Quidquid aegrorum in civitate eſſet*. ut apud alios *quidquid deorum, hominum, patrum, virorum* &c. Immo & *quidquid epiſtolarum, eorum*, in Oth. C. 10. Vit. C. 10.

1 *Inſtr. triumph.*] Harum vocum ordinem inverti ſecutus Mediceos tres, Cortian. Cujac. Voſſ. De *tibicinibus* (pro qua voce *ſiticines* ait Bapt. Pius eſſe in quibusdam Codicibus T. 1. Fac. Crit. p. 562.) funebribus V. Comm. ad Cic. 11. de Leg. C. 23. & ad Petron. C. 129. ex quibus patebit, nihil in ea voce novandum eſſe; ut cum aliis exiſtimavit Theod. Marcilius in interpretamento Leg. XII. Tabb. C. 91. Dein *ac ditiſſam* Vind. pr. & *injecerunt* Vind. ſec. Cort. *flammis* Vindob. pr. Mox *ſua quaeque* Med. pr. & in Edd. quibusdam *quoque*; peſſime. ac *frequentaverunt* Edd. Rom.

2 *Atque.*] Frequentiſſime haec particula orationis initio vim habet *ſed verum tamen*; unde paſſim in *atqui* abiit, & contra. Non opus

pulſa, obvium ſibi [1] Helvium Cinnam, per errorem nominis, quaſi Cornelius is eſſet, quem graviter pridie concionatum de Caeſare [2] requirebat, occidit; caputque ejus, praefixum haſtae, circumtulit. Poſtea ſolidam columnam prope XX pedum lapidis Numidici in foro ſtatuit; ſcripſitque, PARENTI PATRIAE. [3] Apud eamdem longo tempore ſacrificare, vota ſuſcipere, controverſias quasdam, interpoſito per Caeſarem jurejurando, diſtrahere perſeveravit.

LXXXVI. Suſpicionem Caeſar quibuſdam ſuorum reliquit, neque [4] voluiſſe ſe diutius vivere, neque curaſſe; quod valetudine minus proſpera uteretur: ideoque & quae religiones monerent, & quae renunciarent amici, neglexiſſe. Sunt qui putent, confiſum eum noviſſimo illo Senatus conſulto, ac jure-

itaque contra MSS. legi *a qua*. Neque abeſt à Cod. Perizon. ut eſt in notula Cl. Burmanni, qui forſan eum pro alio nominavit. Mox *evisum* rurſus Memm.

1 *Helvium Cinnam.*] MSS. etiam mei & Edd. pr. habent *Hejulum*, *Ejulum*, *Hevilum*, *Hellium*, *Helivium*. Adi Burm. & C. 52. Male vero Torrentius exiſtimat, hunc Cinnam alium fuiſſe ac poëtam, cujus Catullus, Virgilius, Ovidius, Martialis, Gellius aliique meminerunt, ut bene Victorius monuerat L. XXII. V. L. C. 13. & de quo adeundus Barth. L. IV. Adverſ. C. 10. Ejusque fragmenta a Stephano collecta p. 413. Ed. A. 1569. Clariſſime illum fuiſſe eumdem, ac ποιητὴν ἄδην docet Plutarch. in Bruto p. 993. Quod aliis quoque obſervatum. Adi Comment. ad Val. Max. L. IX. C. 9. §. 1. ubi minus bene ſocer meus Torrentio ejus rei adſenſum adſcribit. Dein *eſſet is* Edd. Mediol. & ſeqq. ad Caſaub. usque.

2 *Requirebat.*] Ita S. vulgo *inquirebat.* GRON. *Inquirebat* ex Vierbienſi repoſuit primus Caſaubonus, recte non auditus a Graevio & Burm. quoque, licet etiam in Copeſ. & Hulſ. uti & Medic. pr. Vindob. ſec. ac Cortiano ſic exaretur. Ceteri *requirebat* bene ſervant.

3 *Apud eamdem longo tempore.*] In ara ſcilicet, cui vel adpoſita vel inpoſita tamquam baſi erat columna per plebem, ab Amatio ſive Pſeudomario incitatam. Sed quae altero menſe per Dolabellam eſt everſa; dein vero, ut videtur, cum erecto Caeſari templo reſtituta. Alioquin enim, qui auctor dicere potuerit *longo tempore* non percipio. V. Comment. Pro *eamdem* in Corcendonc. MS. item Medic. ſec. Vindob. pr. Voſſ. Exc. & Edd. aliquot *eam*. Vitii quid latere videtur. Dein Exc. Voſſ. *perſev. plebſ.*

4 *Voluiſſe ſe.*] Cl. Erneſt. delendum putat *ſe*; quia deberet eſſe *eum*, ut mox *confiſum eum*. Verum ibi praecedit *putent*: quare vitioſum foret *ſe*; at hic pendet a verbo *reliquit*; & ideo vitioſum foret *eum*, ut equidem opinor. Sicut enim ajo *ſuſpicionem praebere, me nolle*

jurejurando, etiam cuſtodias Hiſpanorum, [1] cum gladiis ſectantium ſe, removiſſe: [2] Alii e diverſo

nolle v. & *ſuſpicionem praebes, te nolle v.*, ita dicendum *ſuſpicionem praebet, ſe nolle v.*

1 *Cum gladiis ſectantium ſe.*] Cod. Salmaſ. *cum gladiis inſpectantium ſe.* Quanta varietas ſit in priſcis membranis, notatum eſt ſuperius. Forte legendum *ſtipantium ſe.* GRAEV. *Gladiis adinſpectantium* S. Proculdubio illud innuitur, quod ſuſtinui inducere in contextum, *adinſectantium*, vulgo *ſectantium*. Sic Livius 22, 4. *adinſurgere* ex optimis codicibus. GRON. Iſtud *ſectantium* profluxit a Caſaubono. Vulgo MSS. & Edd. priores exhibent *inſpectantium*: unde Torrent. male faciebat *inſectantium*. Vindob. pr. *ſtipantium* ut conjecit Heinſ. Sed id verbum potius gloſſam ſapit; paſſim enim *ſtipare* dicuntur ſatellites, hinc *ſtipatores*. Liſlei Cod. etiam cum Medic. ſec. & Exc. Cujac. *adinſpectantium*: unde alii alia conjecerunt, vel praepoſitiones ex varia ſcriptura geminatas ſuſpicati ſunt. V. Comm. & Drak. ad Livii locum. Quid illis *ad in* faciendum ſit neſcio; ſed vix dubito, quin legendum debeat *ſaeptantium*, vel *ſeptantium*, frequentativo a *ſaepire* vel *ſep.* quod ſtipatorum eſt. Adi Drak. ad Liv. L. III, 37. *patriciis juvenibus ſepſerant latera.* V. & in Aug. C. 67. Rarum id frequentativum librariis fraudi fuit: unde etiam conjicere poſſis *conſeptantium* vel *amſeptantium* i. e. circumſepientium. Analogia certe non obſtat; ut enim *amplecti*, *complecti*, *circumplecti* dicitur, quidni ita *circumſepio*, *conſepio*, *amſepio*? Vel an excidit vox *aduncis* aut ſimilis? Excogitent acutiores certius quid, quam *ſectantium* Caſauboni, vel Lipſii *ad id ſeptantium*, non auctoris vocem; etſi retinui, non auſus *ſeptantium* vel *ſtipantium*, MSto licet confirmatum, reponere.

2 *Alii e diverſo opinantur, inſidias undique imminentes ſubire ſemel confeſſum ſatius eſſe, quam cavere ſemper.*] In his ὕπτλον ulcus. *Confeſſum* equidem nullius hic eſt ſententiae. Quis enim ſanus diceret, *quidam opinantur illum confeſſum eſſe.* Sed dicendum fuiſſet, quidam narrant, illum confeſſum eſſe. Cave putes hic accipi *opinari* pro loqui, ut alibi, cum dixit *male de illo opinatos.* Sed quid tricamur. Cum in duobus MSS. *confeſſum* non repererit Torrentius, nec exſtet in Copeſiano, & in iisdem *opinatum*, nullus dubito cum Torrentio reſcribere, non probata tamen ejus interpunctione: *Alii e diverſo opinatum, inſidias undique imminentes ſubire ſemel ſatius eſſe, quam cavere ſemper.* Subaudiendum autem ex praecedentibus. Alii putant Caeſarem opinatum, ſive in illa fuiſſe opinione. GRAEV. *Quam cavere ſolitum ferunt non tam.* Ita notavit Salmaſius ex MS. ut media defuerint. Solebat pater meus inductus indicio Torrentii ex duobus codicibus nos monere, ut inducta voce *confeſſum* (quod multi diu ſuſpicati fuere) legeremus *opinatum.* Sed ſi verum eſt, mitifici debuerunt fuiſſe illi duo codices, & prorſus ſingulares, quum reliqui firmi ſint omnes & obdurent in illo *opinantur*, etiam illi, qui vocibus *confeſſum ſatius eſſe* litem movent. Certe illud *opinantur* defendit Suetonius cap. 30. ubi etiam ſic tria pronuntur *Pompejus dictitabat*, item *Alii timuiſſe dicunt*, tum *Quidam putant*, prorſus Suetonii ſtylum monſtrantia. Hinc mihi ſemper placuit: *Alii e diverſo opinantur, inſidias undique imminentes ſubire ſemel confeſſum ſatius eſſe. Quidam jacere ſolitum ferunt non tam.* GRON. Corruptiſſimus hic locus exaratur in Mediceis, Palatinis, Hulſ. Pinell. Exc. Cujac. Edd. Venetis hoc modo. *Alii e diverſo opinan-*

ſo opinatum, inſidias undique inminentes ſubire ſemel ſatius eſſe, quam cavere ſemper: Alii ferunt dicere ſolitum, non tam ſua, quam Reip. intereſſe, uti ſalvus eſſet: ſe jam pridem potentiae gloriaeque abunde adeptum: Remp. ſi quid ſibi eveniret, neque quietam fore, & aliquanto deteriore conditione civilia bella ſubituram.

LXXXVII. Illud plane inter omnes fere conſtitit, talem ei mortem paene ex ſententia obtigiſſe. Nam &

opinantur, *inſidias undique inminentes ſubire ſemel*, *quam cavere ſolitum ferunt*, *non tam ſua* &c. niſi quod Medic. ſec. pro *ſolitum* habet *ſemper*. In Vindob. pr. *A. e. d. op. inf. u. eminentes ſemel quam cavere ſolitum ſumunt non t. ſ.* Vindob. ſec. *A. e. d. op. inf. u. inm. ſemel quam cavere ſatius ferunt non t. ſ.* omiſſis ceteris. Cortian. & Edd. Mediol. Cald. nihil mutant, niſi quod pro *confeſſum* dent *confiſum*. In Perizon. vero & Edd. multis ſimpliciter deeſt *confeſſum*, & in margine habet *opinatum*, plane ut in duobus Torrentii codicibus. At in Edd. Romanis ſic editur *Al. e. d. opinatum inf. und. inm. ſub. ſem. quam cavere ſatius ferunt non t. ſ.* &c. V. & alias varietates in Edd. Pulm. & Burm. Nam ab MS. Harlem. abeſt hic tota pagina. Patet autem ex illis clariſſimè, quosdam librarios nimis multa, quosdam contra nimis pauca dediſſe, & certe ineptiſſimum eſſe ac jungi non poſſe *opinantur confeſſum*; quae vox ex repetita ab aliis voce *confiſum* eſt nata. Ego itaque cum Cl. Burmanno, (aliam lectionem etiam proponenti, ut pro *ſatius eſſe* fuerit *maluiſſe*, quod eſt in Corcendonc. Cod.) recepi Graevianam emendationem *opinatum*, deleto participio *confeſſum*, & ſubintellecto vel priore verbo *putant*, vel ſequenti *ferunt*, ut plane jam emendatum erat in marg. Ed. Gryph. apud Erneſt. nam *opinantur confeſſum* pro *afferunt*, *ajunt*, *auctores ſunt*, *eum eſſe confeſſum*, hic poni, mihi perſuadere nequit Cl. Erneſt. licet ſciam verbum *opinari* eo ſenſu ſumi; ut praeter alios docet Caſaub. ad Aug. C. 5. Interim etiam ſic legi poſſe, e veſtigiis ſcripturae codicum, conjeci. *Al. e div. opinatum*, *inf. u. inm. ſubire ſemel ſatius eſſe: Quidam jacere ſolitum ferunt*, *non* &c. Vel *Al. e div. opinatum*, *inf. u. inm. ſubire ſemel*, *quam cavere*, *ſatius ferunt*, *ac jacere ſolitum*, *non*. aut etiam ſine copula. *Semper* non niſi in perpaucis habetur libris, & in omnibus ſemel tantum *alii*. Nequaquam vero *ſatius* movendum duco. Ceterum ex hoc Caeſaris dicto, opinor corrigendum eſſe Vellej. Paterc. L. II. C. 57. *praedixerant Caeſari*, *ut principatum armis quaeſitum armis teneret*. *Ille dictitans mori ſe*, *quam timeri malle* &c. Lege *timere*. Poſt a *neque quietam* ad finem capitis exſulant omnia a Vindob. pr. de qua ſententia vid. ad Cic. pro Marc. C. 8. *Aliquanto* autem poni pro *multo*, *longe*, non *paullo*, certiſſimum eſt ex innumeris locis. Ubi Drakenborchius in Livio ceperit pro *paullum*, ut ſcribit Cl. Erneſt. equidem reperire nequivi, licet ſaepius moneat *aliquantum* & *aliquantulum* confundi in MSS.

& quondam quum apud [1] Xenophontem legiſſet, Cyrum ultima valetudine mandaſſe quaedam de funere ſuo, adſpernatus tam lentum mortis genus, ſubitam ſibi celeremque optaverat. Et pridie quam occideretur, in ſermone, nato ſuper coenam, apud M. Lepidum, quiſnam eſſet finis vitae commodiſſimus, repentinum inopinatumque praetulerat.

LXXXVIII. Periit [2] ſexto & quinquageſimo aetatis anno: atque in deorum numerum relatus eſt, non ore modo decernentium, ſed & perſuaſione vulgi. Siquidem ludis, [3] quos primo conſecratos ei

1 *Xenophontem.*] *Senophontem.* S. GRON. Dein *nacte* Vind. pr. V. ad Aug. C. 5.

2 VI & L *aetatis anno.*] Alii vixiſſe ajunt 56, alii 57 annos. Sed recte auctor. nam, ut bene notat Caſaubonus, deerant ad ejus inplementum quatuor fere menſes. Natus enim erat A. U. DCLIV. *C. Mario* VI. & *L. Valerio Flacco Coſſ.* III. Id. Quintil. ſive 13. Julii: & periit Idibus Martiis ſive 15. Martii A. DCCX. *ipſo* V. & *M. Antonio Coſſ.* V. Macrob. Sat. 1, 12. Hiſt. Crit. Reip. Litt. T. XII. p. 24. Errat etiam Eutropius L. VI. C. 25. quum ei in proelio ad Mundam dat annos LVI. Tunc enim nondum natus erat LV. Ea enim pugna accidit Liberalibus ſive XVI. Kal. April. ſeu 17. Martii. Vide ad Auct. B. Hiſpan. C. 31. Mox inepte Pitiſcus *ore* exponit *conſenſu*, cum debeat capi de adulatione, verbis, ſententia, decreto ſenatorum, quo juſſa eſt plebs, deum Caeſarem credere, ſed quae inſuper per ſe ejus conſecrationem ſibi perſuaſit. Adi Bernegg. Nec video, cur id minus Latinum ſit, & cur reponendum *honore*, quod ſcripſiſſe Suetonium fruſtra arbitratur Cl. Erneſt. capiens, ut puto, active pro honore, quo Caeſarem proſecuti ſunt decernentes ſenatores. Vellem, exemplis eum ſenſum firmaſſet. Nam alioquin *honor ſenatorum* potius paſſive ſignificare ſolet honeſtam & gratioſam auctoritatem, qua valent, quaeque illis a vulgo tribuitur ob munus & dignitatem. *Volgi* inMemm. ut notavit Gron.

3 *Quos primo conſecratos ei.*] Quia Torrentius in MSS. duobus invenit *conſecrate*, legi voluit *primos conſecrato ei*; ut auctor intelligat ludos, in Caeſaris jam divi facti honorem editos. atque ita in Ed. Baſil. A. MDXLVI. eamque mutationem admiſerunt Graevius, Gronov. Burm. Erneſt. Verum cum ea lectio, omnibus MSS. (ſi excipias Copeſ. & Ed. Steph. in quibus *primos conſecratos*,) adverſetur, & teſtimonio reliquorum ſcriptorum careat, non temere ſeſe mihi probat. Auguſtus non edidit ludos primos Caeſari conſecrato; ſed edidit primo ſeu primos ludos, a Caeſare conſecratos Veneri Genetrici in memoriam Victoriae, ſed ab illo non editos. Ejus mortui vicem ſubiit Octavianus. V. omnino, ut plures omittam, Senec. N. Q. L. VII, C. 17. Plinium L. II. C. 26. Dion. L. XLV. p. 272. in f. Appianum L. III. B. Civ. p. 883. Ed. Toll. & Comm. ad Aug. C. 10. *Conſecratos ei* dixit rurſus pro *ab eo*, ſicut amat loqui auctor. Adi ad Cap. 19. *operâ opti-*

ei heres Auguſtus edebat, ſtella crinita per ſeptem continuos dies fulſit, exoriens circa undecimam horam. Creditumque eſt, animam eſſe Caeſaris in caelum recepti: & hac de cauſſa ſimulacro ejus in vertice additur ſtella. Curiam, in qua occiſus eſt, obſtrui placuit: Iduſque Martias parricidium nominari: ac ne umquam eo die ſenatus [1] ageretur.

LXXXIX. Percuſſorum autem fere, neque triennio quiſquam amplius ſupervixit, neque ſua morte defunctus eſt. Damnati omnes, alius alio caſu [2] periit: pars naufragio, pars proelio, nonnulli ſemet eodem illo pugione, quo Caeſarem violaverant, interemerunt.

optimatibus data eſt, & cum hoc ipſo participio C. 20. *Campum majoribus conſecratum*. In Aug. C. 1. *Ara Octavio conſecrata*: quibus locis conſulas quoque viros doctos. Atque hic ſenſus Caſaubono etiam ſuboluit, quem male neglexerunt ſeqq. Edd. Mox *continuos dies* excudi curavi pro *dies cont.* auctoribus Mediceis tribus, Vindob. ſec. Cort. Exc. Voſſ. Edd. Romanis. Item *hac de cauſſa* ſine & dant Medic. duo, Vind. ſec. Cort. *additur in vertice* Med. pr.

1 *Ageretur.*] MS. Cortian. & Ed. Rom. ſec. *cogeretur*. quomodo pro varia lectione exaratur in Vindob. ſec. & Perizon. In Ed. Rom. prima *coageretur*. Verebantur ſcilicet, ut *agere ſenatum* Latine diceretur: unde Lipſius voluit *haberetur*. Sed vide Burm. & ad Aug. C. 35. *Senatus legitimus ageretur*. Ante *placuit obſtrui* Vindob. pr. Male autem Appianus ſcribit, curiam Pompejanam a plebe incenſam eſſe p. 521. Ed. Steph. ſive 847. Ed. Toll. Obſtrui a ſenatu juſſa, & dein in latrinam publicam converſa eſt. V. Dion. p. 338. & ſupplem. e Cod. Medic. apud J. Gronov. p. 130.

2 *Periit.*] Non penitus damno hanc ſcripturam; ſed quia praeceſſit plurale, mallem *periere*. V. ad Caeſar. L. II. B. G. C. 26. *alius alii ſubſidium ferrent*. Drakenb. ad Liv. L. XXXI, 18. *alius alii exprobrantes*. Cic. 1. de Off. C. 7. *Ipſi inter ſe alius alii prodeſſe poſſent*; ut bene in Edd. multis. Curt. L. IV, 3. §. 7. *alius in alium culpam referebant*. ſic enim MSS. Saepiſſime ita ſolet Vitruvius, cujus loca quaedam e MS. Franekerano correxit Cl. P. Weſſeling. L. II. Obſ. C. 13. ſuffragantibus etiam Voſſ. Codicibus. Adde L. VI. C. 9. *alius alii obviam venientes* e MSS. Lib. VII. Praef. *abundantes alius alio genere copias praeparaverunt*: ſic lege vel invitis illic libris MSS. Lib. IX. C. 3. *alius alia ratione explicare curarunt*; ubi MSS. Voſſ. & alii *explicarentur*, Franek. *explicarunt*, vulgo *explicare curavit*. Idem ſic loquitur L. I, 5. VIII, 7. IX, 2, 4, 9. X, 7, 20. Immo Lib. I. C. 2. *Aliud alio loco, quorum*. Dein in Vindob. pr. *violaverunt*.

C. SUETONII TRANQUILLI

LIBER SECUNDUS.

CAESAR OCTAVIANUS AUGUSTUS.

CAP. I.

GEntem Octaviam [2] Velitris praecipuam olim fuiſſe, multa declarant. Nam & vicus celeberrima parte oppidi jam pridem Octavius vocabatur: & oſtendebatur ara [3] Octavio conſecrata: qui bello dux finitimo, quum forte Marti rem divinam faceret, nunciata re-

1 CAES. OCTAVIANVS AUG.] Vulgarem inſcriptionem *D. Octavius Caeſar Auguſtus* mutavi cum Cel. Burm., quia *Caeſar* vocatus non amplius dicebatur *Octavius*, ſed *Octavianus*. Verum non ſatis bene idem dedit *C. Julius Caeſar Octavianus Aug.* Nam Auguſti cognomine honoratus ſe non amplius junctim *C. Julium Caeſarem Auguſtum* ſcripſit, ſed *Caeſarem Auguſtum*, vel rarius *C. Caeſarem Auguſtum*. Ad haec non minus meruit titulum *Divi*, quam Caeſar, in cujus vita illum retinuit Cl. Burm. Utrobique abjecit. In Mediceo pr. ſimpliciter eſt *Octavius*. in ſec. *Divus Auguſtus*. in aliis *de Divo Auguſto*. Vindob. ſec. Cort. Periz. *Octavius Caeſar Auguſtus*. Vindob. pr. & Ed. Rom. princeps omittunt inſcriptionem. altera exhibet *Auguſti Octaviani Caeſaris vita*. Edd. Ven. pr. cum Mediol. *Divus Octavianus Caeſar Auguſtus*. Quisque ſcilicet pro captu & genio ſuo inſcripſit.

2 *Velitris.*] *Velitriis.* S. GRON. *Vellitris* Vind. ſec. Male. V. Cluv. Ital. Ant. L. III. C. 8. infra ad C. 94. Dein Ed. Rom. Andreae *praec. omnium f.*

3 *Octavio conſecrata.*] Malit Gujetus, *ab Octavio conſecrata*. Sed ne credas. vide quae ſupra notavi ad Julii cap. 19. GRAEV. Gujeto tamen accedunt Caſaub. & Erneſt. qui id contextum ſuadere exiſtimat. Ego contra opinor, & ex eo patere, Marti fuiſſe conſecratam ab Octavio: a cujus gentis Velitris praecipuae nomine dictus eſt vicus, ab ea inhabitatus. Civi aram conſecrare, alienum eſt a moribus Italorum tam antiqui aevi, ut jam monuit LIPSIUS. V. & hic Bernegg. & ſupra ad C. 88. *conſecratos ei ludos*. infr. C. 31. in MS. Cujac. *annum D. Julio ordinatum*. Tac. Ann. XV, 41. *Aedes Statoris Jovis vota Romulo*. V. & ad Tib. C. 12. Ner. C. 28. Dein *foro* cum Edd. primis Medic. ſec. Sed bene in Mediol. jam correxit ad marg. Politianus. *perſecuit* Pin. & alii. item *redit* Medic. duo. Dein *cavetur* Pin.

1 *In*

2. *M. Agrippa*. c. 16.
2. *Livia, post obitum dicta Julia Augusta Genetrix Orbis*. c. 63.
3. *Julia nomine Veneris celebrata*. c. 65.
4. *Signum Capricorni, quod in nummis jussit Augustus imprimi*. c. 94.

UNIV. OF MICH.

repente hoſtis incurſione, ſemicruda exta, rapta foco, proſecuit: atque ita proelium ingreſſus, victor rediit. Decretum etiam publicum exſtabat, quo cavebatur, ut [1] in poſterum quoque ſimili modo exta Marti redderentur, reliquiaeque ad Octavios referrentur.

11. Ea gens a Tarquinio Priſco rege, [2] inter Roma-

1 *In poſterum quoque.*] Edd. ante Caſaub. *quoque anno in poſterum*: male. nam ſive *quoque* i. quocumque, ſive *quoquo* i. ſingulis annis, pro perpetua harum vocum confuſione, legas, vacabit *in poſterum*, & intelligetur unum modo publicum ſacrificium in Victoriae memoriam. Ac Caſauboni & Gruteri lectioni, a MSS. confirmatae, & ab omnibus receptae, accedunt omnium meorum quoque excerpta.

2 *Inter Romanas gentes allecta, in ſenatum mox a Ser. Tullio in patricias transducta.*] Sic cum MS. Abbatis Gandenſis, tribus Palatinis, multiſque aliis Codicibus diſtinguendum. A Tarquinio jure civitatis fuit donata gens Octavia, a Serv. Tullio inter patricias in ſenatorium album ſcripta. Tum temporis enim nulli ſenatores erant niſi patricii. Mallem vero *in patriciis* hoc eſt, inter patricias. Cornel. Nep. Miltiad. *Domi autem creati decem praetores, qui exercitui praeeſſent. in eis Miltiades.* Caeſar. III. de Bello Civili cap. 37. *Noſtri cognitis inſidiis duas nacti hoſtium turmas exceperunt. In his fuit M. Opimius.* GRAEV. *Inter minas gentes adlecta in ſenatu* S. Mox *traducta* S. GRON. Plerique viri docti diſtinguunt & explicant hunc locum, ut fit a Cl. Graevio. Sed quia cum ipſo vident, *in ſenatum, in patricias* eſſe eadem, & in una periodo poſita, ſine copula ſtare non poſſe, alii delent *in ſenatum*, alii, ut Cl. Erneſt. *in patricias* expungunt, alii *inter patricias* vel *patricios* legunt, alii *& in patricios*; uti Burmann. qui etiam pro *inter Romanas gentes* conjecit vel *inter Romanos*, vel *inter Romanos equites*; pro quibus Beroaldus & Sabellius ediderunt; ac Turnebus, Pithoeus, & J. Gulielmius de Mag. P. Rom. C. 3. etiam voluerunt legi *inter minores gentes adlecta in ſenatum*, quia inveniebant in Codd. *inter minas gentes* vel *gentis*, ut in Memmiano; ſicut etiam in duobus Palatinis & Medic. pr. Politiani, ac Hulſ. *inter minis gentis.* Immo in Copeſ. *inter minores adlecta*, ac Vindobon. pr. *inter minores gencium adl.* Sed recte obſervarunt viri eruditi, illos, qui a Tarquinio adlecti ſunt in ſenatum, dictos quidem fuiſſe *minorum gentium*; at tamen factos ſimul *patricios*; ut non opus fuerit dein eos *in patricios transduci.* Vide Cicer. L. IX. ad Famil. Ep. 21. Niſi, hac lectione admiſſa, vellemus erroris accuſare Suetonium, quaſi exiſtimaſſet, illos quidem fuiſſe *ſenatores* ſub Tarquinio, ſed nondum *patricios*, quales dein multi *in ſenatum adlecti* ſunt, qui plebeji manſerunt, ac Caeſar alios *ſenatores*, alios etiam *patricios* fecit. V. in Caeſ. C. 41, 80. Tacit. L. XI. Ann. C. 25. Verum ſub regibus omnes ſenatores erant *patricii* ſive *majorum* ſive *minorum gentium.* Cum illis itaque facio, qui ſtatuunt poſt *adlecta* eſſe interpungendum, ac cum iisdem intelligo, Octaviam gentem, ex vicina urbe Velitris profectam, Romae a Tarquinio fuiſſe adſcitam, & inſertam eſſe numero civium Romanorum, quorum multitudo utique in album relata conſiſtebat gentibus Romanis. Quia tamen inſolens eſt locutio *gens inter Romanas gentes adlecta*; cogitavi ali-

Romanas gentes adlecta, in ſenatum mox a [1] Servio Tullio in patricias tranſducta, procedente tempore ad plebem ſe contulit; ac rurſus [2] magno inter-

quando, an non ex vetuſtiſſimorum MSStorum veſtigiis poſſit legi *inter minores Quirites* vel *inter minimos Quirites* ſeu *Quiritis*, & illae voces per interlinearem gloſſam in vulgatam lectionem ſint corruptae. Plebejam multitudinem paſſim *Quirites* dici conſtat, immo & forſan *Romanos Quirites*. Certe in Lucano legitur L. II. vſ. 386. *Romani more Quiritis*, & apud J. Sarisber. in Policr. L. VI, 4. At ibi *plebeji* legit vir Clar. & nuper eruditus Juvenis Vonkius in Obſ. Miſc. p. 106. *Romano*. Si quid mutandum, malim ibi quoque *minimi de pl. Q.* V. Comm. & ad L. VII, 266. Ovid. L. I. Am. 7. 29. *Minimum de plebe Quiritem*. Quidquid ſit *adlecta inter minores gentes*, vel *inter Quirites* nude debet conſtrui ſine τοῖς *in ſenatum*. *Adlegi* enim *inter aliquos* idem eſt, atque *in aliquos*, aliquibus adſcribi, ut in Ner. C. I. *Inter patricios adlecti*. Oth. C. I. *adlectum inter patricios*. Vitell. C. I. *Horum ſtirpem ex Sabinis Romam, atque inter patricios adlectam*, loco adpoſito. Non percipientes vero librarii illam locutionem, & in memoria habentes vulgatiorem *adlegi in ſenatum*, de ſuo addiderunt *in ſenatum* vel *in ſenatu*: ut cenſeo cum multis viris doctis. Nec enim τὸ *in ſenatum* jungi poſſunt ſequentibus, & ibi plane abundant. Nam ſi eo tempore *gens traducta* eſt a Tullio *in ſenatum*, ſive ſenatoria facta, utique eſt *traducta in patricias*; ſi *in patricias traducta*, utique *traducta eſt in ſenatum*. Alterutrum ergo ſuperfluum eſt; nec placebit, credo, cuiquam lectio Copeſ. Cod. *in ſenatu* pro *decreto ſenatus*: quod propoſuit inter alia Erneſt.

1 *A Ser. Tullio.*] *Servilio* pro *Servio* habent praeter citatos a Burmanno Codd. libri Pulmanni, Medic. tert. Pin. & Exc. Voſſ. cum Periz. a. m. pr. ac *Tullo* Medic. ſec. Vindob. ſec. Periz. Cort. & Pulm. Male: quamvis patriciorum adlectionem per Servium Tullium regem vetuſtiorum auctorum nemo memoret. Nam admodum veriſimilis tamen eſt illa, ut contra tot aliorum molimina, quae referunt Dionyſius & Livius, ſibi quoque deditam factionem in ſenatu haberet Tullius. Immo Zonaras dein ejus allectionis, ſine dubio ex antiqui ſcriptoris fonte hauſtae, meminit Lib. VII. C. 9. p. 328. Ed. Par. Nolim itaque Suetonium in hac re erroris accuſare cum Onuphr. Panv. L. I. Faſt. p. 46. Ed. Heidelb. Ceterum Pal. pr. & Viterb. non modo, ſed & uterque Vindob. Cort. praebent *patricios*. ut vulgo in Tiber. C. I. *gens Claudia in patricios cooptata*. ubi vide. Mox pro *transducta*, vel ut in Memm. Medic. tert. Vind. utroque Cort. *traducta* exaratur in Medic. pr. *producta*; ſive ex plebejo ordine in ſenatorium promota; de cujus compoſiti vi egit Cl. Burm. ad Claud. C. 4. *per eosdem articulos & gradus producendus*, ac plura ibi dicemus. Hic nil temere mutandum. Sic in Caeſ. C. 20. *A patribus ad plebem tranſire nitentem transduxit*. Calig. C. 12. *Augur deſtinatus ad pontificatum transductus eſt*. Et ſic paſſim alii de viris ex uno in alium ordinem, vel ex uno in aliud collegium tranſeuntibus.

2 *Magno intervallo per D. Julium.*] Codex Salmaſ. *magno inter Divum Julium*. Sic quoque Codex Pithoei, qui id non temere reſpuendum judicat, cum veteres ſaepe *magno* abſolute dixerint. Palat. tert. & nonnulli alii *magna vi*. Sed vulgata lectio non videtur ſollicitanda. GRAEV. *Magno inter divum Julium*. S. GRON. *Magno intervallo* cum Vatic. Viterb. Palat. pr. ſec.

tervallo per D. Julium in patriciatum rediit. Primus ex hac magiſtratum populi ſuffragio cepit C. Rufus. Is quaeſtorius Cn. & C. procreavit: a quibus duplex Octaviorum familia defluxit, conditione diverſa. Siquidem Cnaeus; & deinceps ab eo reliqui omnes functi ſunt honoribus ſummis. At Cajus ejusque poſteri, ſeu fortuna, ſeu voluntate, in equeſtri ordine conſtiterunt, usque ad Auguſti patrem. Proavus Auguſti ſecundo Punico bello, ſtipendia in Sicilia tribunus militum fecit, [1] Aemilio Papo imperatore. Avus municipalibus [2] magiſte-

ſec. Pulm. uno habent Medic. pr. & tert. Vindob. ſec. Cort. ac Politian. in marg. Ed. Mediol. ut vere reſtituit Caſaub. & loquitur Auctor Cap. 27. & optimus quisque de longo tempore interjecto. Antea edebatur, ut in recentioribus Codd. exaratur *magna vi*: quae lectio eſt nata a librario, exiſtimante ſe corrigere vitium, quod omiſſione irrepſerat, ut in Salm. & Pithoei Codd. *magno inter* elapſis *vallo per*. Nam Cl. Burmann. ſe & alios decepit, adfirmans in illis codicibus legi *magno per*, quam veram lectionem exiſtimat, ſubintellecto *tempore* · *precedente*. Tunc ſaltem *poſt*, *dein* vel ſimile addidiſſet auctor. Dein *redit* Medic. pr. tert. & *deſt. fam.* Edd. Rom. *conſtiterunt* autem exhibui pro *conſtitere* auctoritate Medic. pr. ſec. Politian. Cort. Cujac. Copeſ. Hulſ. & Edd. Romanarum.

1 *Aemilio Pappo.*] *Paulo* S. GRON. Sic multi Codd. & in his Medic. pr. tert. Pin. uterque Vindob. Cort. Polit. ſed prave; uti ſaepiſſime eſt peccatum. Bene autem reponi Torrentius curavit *Papo*, uti ex noſtris habent Medic. ſec. Exc. Voſſ. Periz. Harl. Ed. Rom. princeps. (nam in ſec. eſt *Pappo*) Mediol. Cald. aliaeque. V. Sigon. & Drak. ad Liv. L. IX. 7. Fuit autem L. Aemilius Papus Siciliae praetor A. V. DXLVIII. aer. Capit. ad quem annum Pighius exiſtimat hic legendum *Praetore*. Sed *Imperator* hic ſignificat nihil, niſi ſummum ducem, qui habet imperium, & ſub quo militant Tribuni ceteriique. Ceterum apud Frontin. L. I. C. 2. §. 7. olim cum viris doctis exiſtimavi agi de *L. Aemilio Papo*, qui Coſ. A. V. DXXVIII. aer. Capit. Bojos ad *Telamona* vicit: de quo bello V. Polyb. L. II. a C. 23. ad 31. Diod. Sic. Ecl. 25. Flor. II, 4. Eutrop III, 5. Zon. VIII, 20. & alios; ſed erraſſe me video: intelligit enim Frontinus *Q. Aemilium Papum* qui cum C. Fabricio Luſcino Coſ. fuit A. V. CDLXXI. Aer. Capit. qui *Bello Etruſco*, cum Etruſcis & Bojis feliciſſime pugnavit, non procul *Populonia*, ut illic legendum docui. V. Polyb. L. II. C. 20. Dionyſ. Halic. in Exc. p. 711. Ed. Oxon. Graev. ad Cicer. de Amic. C. II. Pigh. in Faſt.

2 *Magiſteriis.*] Qualia ſunt vel duumvirorum, vel aedilium, non vero *decurionum*, dein dicta quoque *magiſtratus* Quo pertinet Inſcr. Giut. p. CDLXXX, 7. MAG. MVN. RAVEN. & p. CCXIV. Municipii Caeritum MAGISTRATVS ET DECVRION. CVRIATIO. COSANO. SAL. & paullo poſt CVRIATIVS COSANVS. MAG. ET DEC. CAERETANOR. SAL. i. e. *Magiſtratibus & Decurionibus Caer. Salutem*. Nam male in Ind. Scaligerano ex-

ſteriis contentus, abundante patrimonio, tranquilliſſime ſenuit. Sed haec alii. Ipſe Auguſtus nihil amplius, quam equeſtri familia ortum ſe ſcribit, vetere ac locuplete, & in qua primus ſenator pater ſuus fuerit. M. Antonius libertinum ei proavum exprobrat reſtionem, e pago [1] Thurino: avum argentarium. Nec quidquam ultra de paternis Auguſti majoribus reperi.

III. [2] C. Octavius pater a principio aetatis, & re [3] & exiſtimatione magna fuit: ut equidem mirer, hunc quoque a nonnullis argentarium, atque etiam inter diviſores, operasque campeſtres, proditum. Amplis enim innutritus opibus honores & adeptus eſt facile, & egregie adminiſtravit. Ex praetura Macedoniam ſortitus, fugitivos, reſiduam Spar-

ponitur *Magiſter & Decurio*. Reſpondet Curiatius epiſtolae ab illis ſibi miſſae. V. Comm. ad Liv. XXXIV, 25. XXXIV, 6. *Magiſtratibus in coloniis municipiisque*. vel pagorum, vicorum & collegiorum per municipia, ut malim cum Burm. Erneſt. & aliis capere. *Municipalia officia* ait Cenſor. de D. N. C. 15. Ineptum eſt aliorum *miniſteriis*. Dein *matrimonio* Vindob. pr. ridicule. *Patrimonium* dicitur omnis res cujusque familiaris; nec enim *matrimonium* vocari poſſunt bona a parte materna, ut quidem JCti perperam crediderunt; V. Caſaub. & quos in Add. laudat Cl. Burm. ad cap. 40. ubi eadem confuſio. Tum *& locupl.* Vind. ſec. Cort. *fuerat* iidem cum Vind. pr. Retinent autem omnes MSS. vocem *ſuus* ab Graevii Ed. prima exſulantem. V. ad Front. IV, 1, 10. Drak. ad Liv. III, 8, 8. in Tib. C. 2. Claud. C. 4. *frater ſuus*. Cal. C. 14. *nepotem ſuum*. Claud. c. 3. *filio ſuo Claudio*. Ner. C. 2. *in patris ſui locum*. & paſſim auctor ſolet addere; ubi alii ſaepiſſime omittunt. V. ad Galb. C. 21.

1 *Thurino*.] *Turino* S. GRON. Item Med. pr. Vind. ſec. & alii, male. V. ad C. ſeq. *ex* Edd. Rom. Mediol. aliaeque Vett. Cuncta a *M. Antonius* ad finem. Cap. deſunt Vind. pr.

2 *Octavius*.] *C. Octavius* S. GRON. Non diutius deſiderari paſſus ſum praenomen *Octavii*, quod exhibent multi Torr. Caſaub. Grut. & Burm. Codd. & confirmatur a tribus Mediceis. Polit. utroque Vindob. Cort. & Edd. aliquot; uti & addidit Bernegg. V. Pigh. ad A. DCXCIV. & ad Vellej. L. II, 59.

3 *Exiſtimatione*.] Ita editio, qua uſus fuit Salmaſius, & hinc in MS. Memmii ſic quoque lectum fuiſſe colligitur. Vulgo *aeſtimatione*. GRON. *Exiſtimatione* exaratur quoque in Mediceis, Vindob. ſec. Cort. Exc. Voſſ. *extim*. Vind. pr. & Ed. Rom. princeps dat vitioſe, ut in Caeſ. C. 75. perpetua varietate. V. Comm. Et cui non dictus Hylas? *Magnus* Pinell. quod Scheffero haud contemnendum videbatur: ſecus ego opinor. Dein *operisque* Med. tert. Politian. *operisque campeſtris*. Et *amplius* Vind. pr. *Ampliſſ.* quaſi pro *ampliſſimus* Vind. ſec. Cort.

4 *Thu-*

Spartaci & Catilinae manum, [1] Thurinum agrum tenentes, in itinere delevit, negotio ſibi in ſenatu extra ordinem dato. Provinciae praefuit, non minore juſtitia quam fortitudine: Namque, [2] Beſſis ac Thracibus magno proelio fuſis, ita ſocios tractavit, ut epiſtolae M. Tullii Ciceronis exſtent, quibus Q. fratrem, eodem tempore parum ſecunda fama proconſulatum Aſiae adminiſtrantem, hortatur & monet, imitetur in promerendis ſociis vicinum ſuum Octavium.

IV. Decedens Macedonia, prius quam [3] profiteri

1 *Thurinum agrum.*] *Thuringum* a. S. GRON. Sic etiam praeter alios Medicei tres. In Vindob. ſec. a. m. pr. *Turingum*, ut in Edd. Rom. Ven. Mediol. aliisque. *Turrinum* Vind. ſec. *Turinum* alii. Sed omnes mendoſe. *Pagus* & *ager Thurinus*, *regio Thurina* Cap. 7. ab urbe Thurio ſunt, quae Livio *caſtrum* vel *ager Thurinus*, de quo V. Gronov. ad Liv. L. xxxv. C. 9. Plin. L. xvi. C. 21. *in Thurino agro*, *ubi Sybaris fuit.* Eidem L. xiv. C. 3. *Thurini colles.* Paullo ante in Cortiano *fugitivos*, *reſiduamque.* In Edd. Mediol. Cald. & *Turingum.*, Dein *tenentem* Vindob. ſec. Cort. *In itinere* hic non ſignificat in agmine & quaſi in tranſitu, acie juſta haud inſtructa, ut ſaepiſſime Caeſari, Livio, aliisque; quod & Frontino reſtitui L. II. C. 5. §. 42. *A tergo adgreſſus*, *in itinere oppreſſit.* Sed *in itinere*, hic ſignificat, ei negotium datum eſſe a ſenatu, ut illos deleret ſuo exercitu, dum in provinciam illac tranſiret; ne alium exercitum eo mitti, neceſſe foret, ut bene contra Burmannum advertit Cl. Erneſt.

2 *Beſſis ac Thracibus.*] Quin Beſſi ſint Thraces, nemo eſt, qui dubitet. V. Liv. L. xxxix. 53. Ep. cxxii. coll. cum Dione p. 341. Epit. cxxxviii. & Comm. Non tamen idcirco cum Sabellico & Torrentio, opus eſt demere copulam; licet eorum conjecturam adjuvet ejus varietas. Nam & legitur in Vindob. pr. *atque* in Vind. ſec. Cort. uti & crebra ſimilium conjunctio. Nam ſic *Galli Scordiſci* Juſtin. L. xxxii. C. 3. *Dalmatae Scordiſci*, *Ligures Sallyes*, *Luſitani Gallaeci* &c. V. ad J Obſ. C. 75. Nam ſaepe per copulam conjunguntur ejusdem gentis vel ſortis homines, quorum qui primi memorantur, ſunt praecipui. *Beſſi* igitur *ac Thraces* ſic junguntur, quia bellum praecipue fuit cum *Beſſis*, ſed & aliis Thracibus eorum ſociis & finitimis. Sic Ex. Gr. dicas *Romani & Itali*, *Petrus & Apoſtoli*, *Jupiter & Dii*, ſimiliaque innumera. Quid, quod ſi copula omittatur, rectius eſſet *Thracibus Beſſis.* Mox *Tullii* agnoſcit hic ſolus Cortian. cum Edd. Mediol. Cald. Reliquorum excerpta, quibus uſus ſum, uti & MSS. a Cl. Burm. viſi & Edd. Romanae aliaeque ſuadent, gentile id hoc loco delendum eſſe. Neque usquam hoc addidit auctor, niſi Cap. 5. deſcribens annum ab ejus nomine. Sicut nec alibi addidit *M.* ſed hoc loco adtexuit, ut diſtingueret a fatre *Q.* In fine capitis & *imitetur* Medic. tert.

3 *Profiteri ſe candidatum.*] Sic recte Robertus Stephanus & Gruterus ediderunt ex Urſini & Caſauboni codicibus. male alii libri & editiones *confiteri.* GRAEV. Codices illi huc usque numero ſunt duo

teri ſe candidatum conſulatus poſſet, [1] mortem obiit repentinam, ſuperſtitibus liberis, [2] Octavia majore, quam ex Ancharia; & Octavia minore, item Auguſto, quos ex Atia tulerat. Atia M. Atio Balbo, & Julia, ſorore C. Caeſaris, genita eſt. Balbus paterna ſtirpe Aricinus, multis in familia ſenatoriis imaginibus, à matre Magnum Pompejum artiſſimo contingebat gradu: functusque honore praeturae, inter xx viros agrum Campanum plebi Julia lege diviſit. Verum [3] idem Antonius deſpiciens etiam maternam Auguſti originem, proavum ejus Afri generis fuiſſe, & modo unguentariam

Viterb. & Urſ. in quibus exaratur *prof.* In reliquis omnibus, etiam Memm. Mediceis, ceterisque & Edd. priſcis *confiteri*, minus Latine. V. Burmann. & Erneſt. Forſan exciderunt ſyllabae quaedam, ut fuerit *coram profit.* vel ſimile. Paullo ante *recedens* prave Ed. Camp.

1 *Morte obiit repentina.*] Bene Salmaſ. Cod. *mortem obiit repentinam.* ſic idem codex inferius Cap. 13. hujus vitae: *voluntariam occubuiſſet necem*, pro vulgatis; *voluntaria occubuiſſet nece.* GRAEV. *Mortem.* Ita S. vulgo *morte obiit repentina* GRON. Memmiano Codici accedunt Medic. pr. tert. & Cortian. in quibus exaratur *mortem repentinam obiit.*

2 *Octavia majore.*] Turbant vehementer in his nominibus MSS. quorum Vindob. ſec. & Cort. non habent *Oct. maj. q. ex Anch. &.* Medic. pr. & tert. ac Polit. cum Pinell. *Octavio maj. quem.* Pro *Ancharia* in Med. pr. *Hancharia.* Pin. *Atharia.* Edd. Med. Cald. *Anthana.* Ed. Camp. *Antonia.* Pro *Octavia min.* in Med. pr. tert. Polit. *Octavio m.* Servant vero *Atia* Medicei tres, Vindob. *Acia* Pin. vide Pulm. & Burm. In reliquis & Edd. primis *Accia* vel *Actia.* Mox *At Atia m.* Med. pr. & ſec. Polit. contra *Atia* exſulat a Vind. pr. ſicut *M. Atio* a ſec. & Cort. *Macio*, *Maccio*, *Mancio* in aliis, & Edd. Rom. Mediol. pr. Cald. Atio huic *Marci* fuiſſe praenomen docent nummi. V. Gron. in T. III. Theſ. Gr. Antiq. n. xx. Haverk. ad Numm. Conſ. Morellii. Tandem *Juva* in Memm. pro *Julia*, in Vind. ſec. *ſorore Julia.* Reſcripſi vero *artiſſimo* pro *arct.* ex Memm. Medic. tribus, Edd. Romanis, & Burm. De *Atiis* Latinis & *Aricinis* quoque vide Serv. & Heinſ. aliosque ad Virg. L. v. Aen. 568.

Alter Atys, genus unde Atii duxere Latini.

3 *M. Antonius.*] Ita in MSto aliquo legi, nemo monuit; niſi quod a Salmaſio nihil variationis ex Memmiano ſeu Turonenſi Cod. ſit adnotatum. Alioquin in MSS. quod ſciam, omnibus & Edd. Vett. usque ad Steph. & Gryph. invenitur *idem Antonius*, ut reſpiciatur Cap. 2. Ut enim M. Antonius paternam Auguſti originem deſpexit, ſic *etiam* maternam. Minus exacte, quaſi e MSS. & Edd. Vett. edidit Erneſt. *M. Antonius, idem d.* Dein *objecit* Med. pr. Pin. *obicit* de more Med. duo, Vind. pr. Ed. Camp. Tum *quidam* Med. ſec. Exc. Voſſ. *Carmenſis* Memm. Med. pr. tert & margo Ed. Mediol. *ut* ante *piſt.* abeſt ab Ed. Camp.

1 *Sed*

riam tabernam, modo piſtrinum Ariciae exercuiſſe, objicit. Caſſius quidem Parmenſis quadam epiſtola, non tantum ut piſtoris, [1] ſed etiam ut numularii nepotem, ſic taxat Auguſtum, [2] *Materna tibi farina ſi ex crudiſſimo Ariciae piſtrino: hanc* [3] *finxit*

1-*Sed etiam ut.*] In Vindob. pr. Periz. Harlem. Edd. Rom. Venet. pr. Mediol. Cald. non legas τὸ *etiam*. Quare Politian. pro *ut* in marg. legebat &, forſan e ſuo Codice. Non opus id erat. V. ad Caeſ. C. 14. *non modo ceſſit, ſed in reliquum* &c.

2 *Materna tibi farina, ſiquidem ex crudiſſimo Ariciae piſtrino.*] Notat Torrentius in multis antiquis libris non reperiri *ſiquidem*, nec in Rob. Steph. ed. conſpicitur. legendum ex Codice Salmaſ. *materna tibi farina eſt ex crudiſſimo Ariciae piſtrino.* Non hoc ad crudelitatem piſtoris in ſervos piſtrienſes referendum, ut viro doctiſſimo viſum; ſed recte Marcellus Donatus crudiſſimum recentiſſimum exponit. Hic enim ſenſus eſt: mater tua piſtoris filia eſt, quam duxit ex recentiſſimo piſtrino pater tuus collybiſta. Sic *crudum ſervitium* apud Tacitum eſt recens, cui nondum ſunt adſueti. Ceterum Palatini quoque tres pro *ſiquidem*, habent *ſi*. Sed utrumque delendum. GRAEV. *Materna tibi farina eſt ex crudiſſimo* S. quod verbum ſubſtantivum cur negligatur, nulla cauſa eſt. GRON. Pin. *materna tibi farine ſe ex cr.* &c. An ſcripſit Suetonius *mat. tibi farina eſt ex cr.?* SCHEFF. Non puto ullum reperiri codicem, in quo pro vocula *ſiquidem* non ſit alia; ſicut in multis Torrentii, omnibus Palatinis, Mediceis, Vindob. Cort. Periz. Harl. Exc. Voſſ. Lipſ. & Edd. Rom. Ven. pr. Mediol. aliisque habetur *ſi*. Heinſii *eſtur*, vel Burmanni *cibus* non placet; quia non agitur de alimento, ſed origine Auguſti. Politian. in marg. Ed. Mediol. notavit e MS. *farinaſt*, & interpretatur *farina eſt*; quod admodum Memmiani Codicis lectionem confirmat: Videtur tamen ex interpretatione nata. *Si* conditionis particula, quam, MSS. jubentibus, contextui reddidi, potuit facile in Epiſtola Caſſii habuiſſe ſenſum nunc obſcurum; quia precedentia & ſequentia referre Suetonii non fuit ſcopus. Vel ſcriptum forſan fuerit *S.* aut *ſc.* pro *ſcilicet.* ut millies fieri ſciunt, qui vetuſtas membranas verſarunt. Illuſtre ejus moris exemplum eſt in Appulejo L. IV. p. 71. Met. *Maluit rerum ſingula per latiorem feneſtram forinſecus nobis* ſcilicet *rapienda, diſpergere:* ubi quum olim ederetur *ſtilis* vel *ſtylis*, conjecerunt viri docti *pilis*, *ſingulis*, *ſolis;* donec Scioppius ex Urſini Cod. *ſcil.* emendavit *ſcilicet;* ut in MSS. quatuor exaratur. At illic in Regio Paris. Oxon. Fux. Ed. Junt. poſt. eſt *S.* Centies cum aliis Appulejus ea voce ornatus vel riſus, vel perſpicuitatis gratia utitur; ubi poterat abeſſe: ut alias ſuo loco, ſi Deus vitam otiumque conceſſerit, docebo. V. & Miſc. Obſerv. Vol. IX. p. 88. Graevii nota reſpicit Berneggerum. Cave vero de *matre* & *patre* Caſſii verba capias. Aviam enim Auguſti & avum clariſſime intelligit.

3 *Finxit.*] Uti aliorum codices, ſic & mei confirmant τὸ *finxit*, quod primi Baſileenſes mutarunt in *pinſit;* ſed antiquum revocavit Caſaubonus, quem vide; ſive preſſit, flexit, tractavit, ſubegit ita, ut ex ea formatus ſive genitus ſit Octavius Auguſti pater. Dubito tamen, an non melius ei ſenſui conveniret *pinſit* vel *pinſuit*, ut maluit retinere Torrentius. Nam *fingi* non tam *mater* dicitur, ex qua proles formatur ac gignitur, ſed *proles* ipſa *fingitur.* uti liba & placentae finguntur ex farina, ante piſta. V.

xit manibus collybo decoloratis [1] *Nerulonenſis menſarius.* v. Natus eſt Auguſtus, [2] M. Tullio Cicerone, [2] C. Antonio coſſ. [3] IX. Kal. Octobr. paullo ante

aliquoties apud Colum. L. VI. C. 36, 37. Ita a natura materies non fingitur, ſed *pecora*, *homines* &c. *finguntur* ex illa Salluſtio, Ciceroni, aliis. L. Mallius pictor, quum Servilius deformes ejus filios videns, dixiſſet, *non ſimiliter*, *Malli*, fingis & *pingis*. *Reſpondit*; *in tenebris enim* fingo, *luce pingo* apud Macrob. L. II. S. S. C. 2. *manibus* abeſt MS Pin.

1 *Nerul Oeenſis.*] Ita denique reſtitui hunc locum, in quo videbatur conſiſtere doctrina & acumen edentium. Neque enim Caſſius abiit ab objectione Antonii, nec ad *Nerulonenſes* quoscunque illos, nec ad *Vetulonienſes* ire jubet; ſed Antonii exprobrationem confirmat & auget, ut & Afrum genus & piſtrinum exprobret. Et in priore jam manifeſtius ſe declarat, tum nomine hominis edito, tum ipſius habitationis in urbe *Oea*. Haec multis illuſtrari poterant. Vides Torrentii confeſſionem, meliorem certe mutatione Caſauboni, quam ipſe non intellexerit. GRON. Et ad Tacitum L. IV. Hiſt. C. 50. ſed errant Torrentius & Gronovius: quum exiſtimant, Antonium Caſſiumque voluiſſe, eum menſarium Afri generis fuiſſe. Hoc dixerunt de materna Auguſti origine, non paterna. Scilicet Antonius dixit *paternum* Auguſti proavum fuiſſe libertinum reſtionem, *e pago Thurino*, ejusque filium, avum Auguſti *argentarium* Cap. 2. (quo nomine & pater ejus carpebatur C. 70.) ſeu *menſarium*, nempe privatum, non publicum. Vide Duker. ad Liv. L. VII. C. 21. At *materno* genere proavum *ex Africa* ortum, Ariciae in Italia piſtrinum exercuiſſe; cujus piſtoris filiam duxiſſet avus Auguſti argentarius. Haec confirmat Caſſius, ſcribens *farinam e piſtrino Aricino* i. e. filiam ejus piſtoris Afri generis, ſed Ariciae habitantis, ſubactam eſſe a menſario, cujus habitationem non dixit Antonius. At nunc aperit Caſſius hac voce *Nerulonenſis*, ſeu incola urbis *Nerulonis* vel *Neruli*, cui vicina in Lucanis erat *Thurium*, in cujus pago ejus hominis pater fuiſſet reſtio. V. Bernegger. & Chriſt. Cellar. L. II. Geogr. C. IX. p. 580, 581. Atque ita MSS. omnes praeter Pin. *Verrulonenſis*, Viterb. & Vindob. utrumque *Verulonenſis*; & Ed. Lugdun. *Nemorenſis*: quam vocem Ed. Mediol. margini adlevit Politianus, num ex ingenio, an MS. incertum. Si enim *Nemorenſis* haberent Codd. ambabus ulnis id amplecterer: ſignificaret enim, illum hominem itidem Aricinum fuiſſe: ubi habitabat ille Afri generis piſtor cum filia. *Aricia* enim paſſim a Dianae luco *Nemoralis* dicitur, ut notum; & incolae hinc *Nemorenſes*. V. ſupra ad Caeſ. C. 46. *Villam in Nemorenſi* &c. Cluver. L. III. Ital. Ant. p. 923. Sed vix puto, id corrupturos fuiſſe librarios. Ceterum vocem *Oeenſis* rectius, quam hic Gronovius, reſtituendam vidit Grotius Martiano Capellae L. VI. p. 217. *In deflexu civitas Oeënſis & Leptis Magna*. Sic enim in tribus membranis vetuſtiſſimis. In alia *Oenenſis*. Vulgo *Ocenſis*.

2 *Et Antonio Coſſ.*] Rectius Salmaſ. cod. *M. Tullio Cicerone*, *C. Antonio Coſſ.* adſtipulante Copeſiano. GRAEV. *C. Antonio*. Ita S. vulgo & *Antonio* GRON. Crebro ſic peccarunt librarii. V. Comm. ad Vellej. L. II, 103. me ad J. Obſeq. C. 79, 102. Infra C. 16. Tib. C. 5. in vetuſtiſſimo Eutropii Cod. Leid. L. II. C. 26. *P. Claudio Pulcro*, *C. Junio Coſſ.* vulgo & *C.* quomodo vocatur ille etiam Oroſ. IV, 10. & Cenſorino de Die Nat. C. 17. ſed recte ibi MSS. *L.* vide Faſtos.

3 IX *Kal. Octobr.*] In Vindob. ſec. & Cortiano, ut monetur in Miſc.

te ſolis exortum, regione Palatii, ad capita bubula: ubi nunc [1] ſacrarium habet, aliquanto poſt quam exceſſit, conſtitutum, Nam, ut ſenatus actis continetur, quum [2] C. Laetorius adoleſcens patricii generis, in deprecanda graviore adulterii poena, praeter aetatem atque natales, hoc quoque patribus conſcriptis adlegaret, eſſe ſe poſſeſſorem, ac velut [3] aedituum ſoli, quod primum Divus Augu-

Miſc. Nov. Lipſ. V. 11. p. 638. exaratum eſt VIII. lineola male per librarium omiſſa, ut fabri lapidarii errarunt quoque in Inſcript. apud Montf. D. It. p. 382. & Gor. Inſc. Florent. T. 1. p. 316. &c. niſi illic ſecundus celebrationis natalium dies deſignetur. V. ad Cap. 57. ſed certo perperam in Edd. Graev. & Burm. culpa operarum factum in lapide per Caſaubonum citato ad C. 57. e Grut. p. CLXXV, 4. Ipſe Caſaub. recte citarat VIIII *Kal.* Vide praeter laudatos a Rubenio & Burmanno doctiſſimum Vignolium in T. XI. Hiſt. Crit. Reip. Litt. & T. XII. Mox *ortum* eſt etiam in Edd. Mediol. pr. Cald. ſed adi Burm. & Drak. ad Liv. L. XXI, 30. *Ab occaſu ſolis ad exortus.* Appul. L. 1. Met. p. 13. *Jubaris exortu cuncta colluſtrantur.* L. VIII. p. 174. *Itineris parte ante Jubaris exortum tranſacta.* Sic enim MSS. Flor. Oxon. & Edd. Vett. male Colv. & ſeqq. ex aliis Codd. *orium.* Reſtitui etiam in Veſpaſ. C. 5. *ab ſolis exortu.* Mox *bibula* Med. duo, *vubula* Vind. pr. Domus illa, quae capita bubula pro inſigni habuit, fuit in vico *Curiarum veterum*, regione Palatii ſeu decima. V. Serv. ad Aen. VIII, 361. Tacit. XII. Ann. C. 24. Feſt. in V. *Novae Curiae* & Comment.

1 *Sacrarium habet.*] Vitioſe e recentioribus Codd. omnes, excepto Beroaldo, ediderunt *habetur*, usque ad Caſaubonum, qui praeeunte monitore Torrentio, ex ejus duobus, ſuisque MSS. bene reſtituit *habet* ſcil. Auguſtus, ut patet e ſeqq. & ſic exaratum eſt quoque in Medic. pr. tert. ac Vindob. pr. In reliquis *habetur.*

2 *C. Laetorius.*] Ita reſcripſi auctoritate Codd. Vaticani, Torrent. Palat. Memm. Cujac. atque Exc. Voſſ. ut paſſim Inſcriptiones, Nummi, Graeci ſcriptores, & vetuſtiores membranae habent. Nulli *Lectorii*, certe non *patricii.* Adi Torrent. & Drak. ad Livium ſaepiſſime, & praeſertim L. III. C. 27. Librarii more ſuo *Lectorius* pro *Laet.* ſcripſerunt adjecta littera *c*, uti frequentiſſime fecerunt in Syllabis, litteram *t* praecedentibus; hinc ubique *factum* pro *fato*, *frutecta*, *virecta* pro *frutetis*, *viretis*, *victricus* pro *vitrico*, *quinctus* pro *quinto* &c. *diſtractus* & *inſtructus* pro *diſtrato* & *inſtrato*, & quae ſunt innumera ſimilia: Immo inveni *flectus* pro *fletibus*, *nactus* pro *nato*, *rictus* pro *ritu.* Dein *patricio genere* etiam Ed. Rom. princeps Campani. Quod perinde. Conf. Burm. Mox inprimi curavi *eſſe ſe* pro *ſe eſſe* cum Mediceis duobus (nam in primo ſupraſcriptum modo eſt *ſe*) Vindob. utroque, Exc. Voſſ. Cujac. Cop. & Ed. Steph. Ordinem quoque mutat Vind. pr. ſupra *in depr. adult. poena graviore*: quam fuiſſe *relegationem* cum aliis cenſet Fabrottus Exercit. 12. de Tranſactionibus.

3 *Aedituum ſoli.*] In Vindob. pr. *aeditum*, & Politian. Cod. *ſolo.* Unde Antiquarius effingere poſſet *Aeditum a Solo*, pro *ſoli aedituo.* uti apud Lipſ. ad Tacit. L. IV. Ann. C. 3. TI. CLAVDIVS. CAESARIS

L.

gustus nascens adtigisset; peteretque donari, quasi proprio suo, ac peculiari Deo: decretum est, ut ea pars domus consecraretur.

VI. Nutrimentorum ejus ostenditur adhuc locus in avito suburbano, juxta Velitras, permodicus, [1] & cellae penuariae instar: tenetque vicinitatem opinio, tamquam & natus ibi sit. Huc [2] introire, nisi necessario & caste, religio est: concepta opinione veteri, quasi temere adeuntibus horror quidam & metus objiciatur; [3] sed & mox confir-

L. CELER. AEDITVS. A. VESTA. Id enim verius videtur, quam AEDITVVS Grut. p. cccxii. N. 4. In Leg. Papenb. N. 17. AMARANTHVS CAESARIS AEDITVS AB. CONCORDIA. ubi male alii quoque & Gruterus AEDITVVS ediderunt. Gor. ad Columb. Lib. Liv. p. 215. AVG. LIB. BATHYLLVS. AEDITVS *templi Aug. in Palatio.* Sed nugas mittamus. *Soli* tam ad *possessorem*, quam *aedituum* pertinet. Et millies non solum in Lapidibus, sed & MSS. *v* semel omittitur, ubi geminari debuerat. V. ad Aug. C. 89. Cal. C. 15. Mox idem Vindob. *peculari.* Perperam vero ad verbum *donari* intelligi video a proletariis commentatoribus *vitam suam*; cum certe, gravior licet, adulterii poena non fuerit mors. ἐκ κοινοῦ repetendum erat τὸ *se.* Nihil vulgatius, quam *donare aliquem alicui* dici pro alicui alicujus gratia ignoscere. V. Gron. Obs. III, 23. Heins. ad Ovid. Art. III, 84. *Veneri donetur Adonis.* Duk. ad Flor. L. III, 5. §. 10. *Ingratissimos sacris suis famaeque donavit*; ut alios mittam. Liv. L. III. C. 12. *Sibi ut donarent filium, orabat.* Justin. L. XXXII, 2. *Non tam absolutum, quam donatum filio patrem*: unde patet nihil mutandum in Petron. C. 30. *Quidquid ergo est, dono vobis eum*; ut in Tragur. Aliis abest *eum*; ut citat d. l. Gronovius, quia & *donare poenam, crimen* &c. dicitur. Ceterum *proximo suo* est in Pinell. ac Mediceo sec. Tum in Periz. *ea parte*, quod non displicet Burmanno.

1 *Et cellae penuariae.*] Abest copula a Vindob. pr. ac *penuriae* Medic. duo, Cuj. Edd. Ven. pr. Med. Cald. &c. *penariae* Ed. Camp. aliaeque habent, vitiose, ut puto, licet & alibi vulgo sic edatur. Vide Burm. Mox *vicinitatem* jam correxit in exemplari suo Politianus, pro qua *in civitatem* dant Vind. sec. Cort. *civitatem* alii cum Edd. primis.

2 *Introire, nisi nec. & caste.*] Palat. duo, Medic. pr. tert. Cortian. Copes. praebent *non nisi*, V. ad Caes. C. 13. Sed hic male. *Non* intelligitur in locutione *religio est*, sive prae religione non audet quis introire, nisi &c. Forsan fuerat ante *hoi* i. e. *homini*: sic saltem refingeret novarum lectionum amator. Rectius Periz. & Ed. utraque Romana dant *nisi & nec. & c.* Auctor enim copulae repetitionem in deliciis habet. Dein *concepta religio est* Medic. tert. *concepta religione* Politian. Cod.

3 *Sed & m. confirmata est.*] Edd. Mediol. Bon. Ven. sec. & tert. abest &. Burmannus conjicit *ea.* Elegantius verbum substantivum fastidit Mediceus tertius *concepta opinione veteri* &c. *sed & mox confirmata.* Dein Vind. pr. *evenerit.*

1 In

firmata eſt. Nam, quum poſſeſſor villae novus, ſeu forte, ſeu tentandi cauſſa, cubitum ſe eo contuliſſet; evenit, ut poſt pauciſſimas noctis horas exturbatus inde ſubita vi, & incerta, paene ſemianimis cum ſtrato ſimul ante fores inveniretur.

VII. Infanti cognomen THURINO inditum eſt, [1] in memoriam majorum originis: vel quod [2] regione Thurina, recens eo nato, pater Octavius adverſus fugitivos rem proſpere geſſerat. Thurinum cognominatum, ſatis certa probatione tradiderim, nactus puerilem imagunculam ejus

1 *In memoriam majorum originis; vel quod.*] His verbis Suetonii mentem hanc fuiſſe exiſtimo: Auguſtum in pueritia cognomen geſſiſſe *Thurini*; id quod probat ex *imaguncula, eo nomine inſcripta*, & agnitione Auguſti, ſibi tale *nomen prius* fuiſſe. Verum incertum eſſe, unde hoc ei cognomen datum ſit, utrum *in memoriam originis majorum*; ut adeoque verum fuerit, quod objiciebat illi Antonius, proavum fuiſſe ſaltem loco & ortu natali Thurinum. an potius in memoriam rei proſpere illic a patre geſtae. Niſi ita ſumamus locum, expungenda cum Caſaubono erit non modo vox *majorum*, quae exſulat a MS. Nonniano, & pro qua Edd. Romanae habent *majoris*; ſed & cum eodem Cod. item Medic. pr. a. m. pr. ac tert. uti & Cortiano delendum erit *vel*. quam particulam Copeſianus poſtponit voci *quod*. Ut dederit non dubitans unam denominationis cauſſam Suetonius *In memoriam originis, quod reg. Thurina* &c. quo facit etiam illa imaguncula. Sed obſtat, quod amplius jam tres annos natus fuerit, priuſquam pater in regione Thurina res proſpere geſſit, ut & ex ipſo auctore C. 3, 5, 8. cum Faſtis collato patet, & bene advertit Caſaub. neque amplius *infans* fuiſſet. Scivit ergo, Auguſtum puerum ſic adpellatum; ſed *quare* ſit ita dictus, id potius in medio reliquit auctor. Obſervandum autem, hic *recens natum* dici, qui jam quartum agebat annum. De ſimilibus *proxime, nuper, mox* in longiore intervallo adhibitis vide, quae laudat Cl. Duk. ad Flor. 1, 11. §. 8. 111, 10. Drak. ad Liv. IV, 30. Burm. ad Tiber. C. 26. At in Vindob. pr. eſt *incens*: unde quis facillime *incenſa* poſſit conjicere, per fugitivos nempe, reſiduam Spartaci manum & Catilinarios ex eo anno Thurinam regionem tenentes, & demum quarto poſt anno per Auguſti patrem, Macedoniam ex praetura petentem, in itinere deletos. Cogitent eruditiores. Paullo ante *nomen* eſt in Vind. pr. & *ad mem.* Medic. pr.

2 *In regione.*] Hanc voculam *in* non reperit Salmaſius in MS. Optime, ut modo cap. 5. & Jul. c. 39. Mox *ipſi S.* GRON. Neque comparet praepoſitio in MS. Nonnii, nec in Medic. tert. aut Cortiano: ſupraſcripta modo eſt in Medic. pr. quare delevi. V. ſupra in Jul. Non temere etiam ex Tiberii C. 9. neque ſolo metu, ne vox *rem* exciderat, Caſaubonus mutavit ordinem vocum *proſpere rem geſſerat*, (quem ex novitiis MSS. & Edd. Vett. revocavit Burmannus) ſed fide MSS. ſuorum. Nam *rem proſpere geſſ.* dant Memm. Cujac. tres Medicei, Exc. Voſſ. & *rem proſperam*

jus aeream veterem, ferreis ac paene jam exolescentibus litteris, hoc nomine inscriptam: quae, dono a me Principi data, inter [1] cubiculares colitur. Sed & a M. Antonio in epistolis per contumeliam saepe Thurinus adpellatur: [2] & ipse nihil amplius, quam mirari se, rescribit, pro obprobrio [3] sibi prius nomen objici. Postea [4] C. CAESARIS,

ram Vindob. sec. Cort. atque euphonia suadet. Dein *crediderim* est in Vindob. pr. Item & *p. jam* Medic. tert. Vindob. utroque, Exc. Voss. & Edd, Rom. Mox *scriptam* in Cort.

1 *Cubiculares.*] Vehementer virorum doctorum conjectura *cubiculi lares* mihi adridet ex Domit. C. 17. *cura larium cubiculi.* Imagunculae enim cubiculares colebantur in Laribus. Adi Comm. Dein *sed a M.* Vindob. sec.

2 *Et ipse nihil amplius quam mirari se rescribit.*] Cod. Salmas. & *ipsi nihil amplius q. m. s. r.* Mox idem: *sibi prius nomen obici.* & cap. seq. pro *Hispanias*, idem *Spanias.* GRAEV.

3 *Sibi prius nomen.*] Ita ordinem ex MS. & Salmasii indicio mutavi. Vulgo *nomen prius sibi.* GRON. Memmiano accedunt Medicei tres, Vindob. sec. Cort. Copes. Ante Basil. Ed. edebatur *prius sibi nomen.* ut est in Vindob. pr. Periz. Harl. Nec deterius. Sed forsan insititia est vocula *sibi.* Vox *prius* cur offendat Cl. Ernestium, non capio. Ajebat Augustus se mirari, cur cognomen, quod ante Caesaris adoptionem gesserat, sibi objiceretur pro opprobrio, quod non constitit in nominis mutatione, sed in contumeliosa interpretatione vocis *Thurinus.* Hic rursus de more in MSS. O. *obici*, ut supra *obiciatur.* Et ita semper.

4 *C. Caesaris.*] Aurel. Vict. in Epit. C. 1. *Adoptione C. Caesaris majoris avunculi Cajus Caesar dictus, deinde ob victoriam Augustus cognominatus est.* At non adsumsit *Caji* nomen Octavianus. Habebat id per se. Et agit de cognomine Suetonius, non de nomine. Quare, dissentientibus quamvis summi nominis viris Perizonio & Burmanno, ego, si vel unus idoneus addiceret codex, cum Lipsio & Casaubono malim delere *C.* sicut haec littera in exemplari Ed. Rom. secundae, quo usus sum ex publica Bibliotheca, vetusto atramento est obducta. Sed & alia mihi ratio est, cur deleri velim. *Augustus* enim, hoc titulo adsumto, non retinuit praenomen *Caji*; neque dictus est *C. Caesar Augustus*, nec *C. Augustus*, sed sine praenomine alio, *Caesar Augustus*, ut innumera testantur monumenta. At filii ejus seu nepotes sunt vocati *C.* & *L. Caesar AUG. F.* sive Augusti filius. Vell. L. 11. C. 96. Nam si *Caesari Augusto* mansisset nomen *Caji*, profecto ineptus fuisset Suetonius; quum scribit, *Caesares omnes, quibus Caji praenomen fuit, ferro periisse* in vita Caligulae C. 60. Optime itaque Censor. de die Nat. C. 21. *Imp. Caesar D. F. Augustus adpellatus est.* & in Epit. Liv. 134. *Caesar Augustus quoque cognominatus est.* Sic enim MSS. non *C. Caesar.* V. Drakenb. & Epit. 117. *ominibusque prosperis exceptus nomen* Caesaris *sumsit.* Appian. L. 111. B. Civ. p. 532. quo loco non necesse est addi *μόνον* cum Ill. Spanh. in T. 2. Diss. de usu Numism. p. 81. Scio nummos & lapides quosdam exstare, in quibus vulgo nunc *C.* vel additur, vel per *Cajum* explicatur. At, nisi constet, publica auctoritate eos esse cusos vel positos, nullum inde argumentum idoneum contra meam nascitur sen-

tem-

SARIS, & deinde AUGUSTI cognomen adſumſit: alterum, teſtamento majoris avunculi: alterum, Munatii Planci ſententia: quum, quibusdam cenſentibus, Romulum adpellari oportere, quaſi & ipſum conditorem urbis, [1] praevaluiſſet, ut Auguſtus potius vocaretur, non tantum novo, ſed etiam ampliore cognomine. [quod loca quoque religioſa, & in quibus augurato quid conſecratur, auguſta dicantur, [2] ab auctu, vel ab avium geſtu, guſtuve, ſicut etiam Ennius docet, ſcribens,

Auguſto augurio poſtquam inclyta condita Roma eſt.]

VIII.

tentiam, praeterquam quod adcuratius inſpiciendi forent lapides, an vere in illis *C* ſit ſculptum. Gentis Caniniae celebris eſt nummus cum litteris *C. C. AVGVSTI.* Has quidam, & in his Cl. Haverkampius ad Morell. Theſ. exponunt *Caji Caeſaris Aug.* Verum alii aliter, ita ut ſuper ejus nummi explicatione tot ſint ſententiae, quot capita. V. de eo & hoc Suetonii loco diſſertationes eruditiſſimorum virorum Scotti & Galandi in T. v, VII, IX. Hiſt. Crit. Reip. Litt. Alio in nummo C. C. A. ſignificat *Coloniam Caeſaream Auguſti.* V. Montf. Diar. Ital. p. 443. Apud Gruterum quidem pag. CCXXVI. N. 3. editur C. IVLIO C. F. CAESARI AVGVSTO. Sed quid ſi in lapide potius ſit D. IVLIO D. F. i. e. *Divo Julio, Divi Filio:* ut in innumeris. Ita certe erratum eſt p. CCXXVIII, 4. C. CAESARI AVGVSTO &c. quum ea inſcriptio ſit, non niſi vitioſum exemplum praecedentis N. 3. Quae & ipſa mendoſe a Grutero eſt expreſſa; ut docet doctiſſimus & elegantis ingenii judiciique vir Chriſtoph. Saxius in Peric. Animadverſ. in Gruteri Theſ. p. 32. DIVO CAESARI AVGVSTO. In Columbario Libert. Liviae apud Gorium N. 66. p. 115. AMARANTHVS C. CAESARIS AVG. Sed vide ad Cap. 5. Quidquid ſit, quaerant, quibus plus otii eſt, an praeter haec exempla junctim inveniatur *C. Caeſar Auguſtus* in lapide nummove, alias explicationes non patiente, cum profecto alii ſunt ſexcenti, in quibus *C* non inveniatur. Ac licet conceſſerim, ita nonnumquam in lapide Auguſti nomen cum veteri praenomine *Caji* expreſſum eſſe, numquam tamen credam illud hoc loco a Suetonio fuiſſe adjectum; aut explicandum cum Perizonio, *adſumpſit cognomen Caeſar, quod erat C. Caeſaris.* Porro *Munati* in Med. tert. *Minucii* in Vind. ſec. & Cort. in quo ſupraſc. *Minacii.* In Vind. ſec. *Numacii.* Tum *Plaucii* & *Plancii* vel *Plantii* Edd. primae exhibent. *Munatii plena ſent.* Pin.

1 *Praevaluiſſet.*] *Praevaluiſſe* S. Mox *non cum n.* S. GRON.

2 *Ab auctu, vel ab avium geſtu, guſtuve.*] Vere Gujetus cenſuit haec eſſe inſititia. Nihil enim his vocibus, quae videntur ex Paullo, qui Feſtum contraxit dicam an corrupit, huc adducta, inſulſius & Suetonio indignius. Recte dixit loca augurio conſecrata dici auguſta, & ſic

VIII. Quadrimus, patrem amisit: [1] duodecimum annum agens, aviam Juliam defunctam pro con-

sic dicta sunt ab *augure* a quo consecrantur. Ut enim ab *honor honestus*, a *major majestas*, sic ab *augur*, *augustus*. Omnia divina, etsi non augurato consecrata, dicta sunt augusta. GRAEV. Adsentior omnino non solum summo Gronovio, delenti *τὰ ab auctu vel avium gestu gustuque* in dissert. quam edidit ejus filius Cl. Laur. Gronov. in Marm. Basi p. 70. sed & Clar. H. Cannegietero, in Miscell. Obs. Vol. VI. p. 588. censenti, totum hunc pannum a verbis *quod loca* &c. usque ad finem capitis esse adsutitium, & ab inepto homine Grammaticastro prius margini adlitum, & dein textui ab librariis insertum. Est enim indignus brevitate ac gravitate Suetonii, & contra ejus scopum, nec sine erroribus. Auctor tam insulsus non erat, ut existimaret quemquam suo tempore nescire, quid *Augusti* nomen significaret. Quare uncis haec inclusi. Immo etiam vitii quid latere videtur in praecedentibus *non tantum novo, sed etiam ampl. cognomine.* Nam non solum in Memm. sed & Medic. sec. Vind. pr. Harl. & Edd. Venetis, Mediol. Cald. exaratur *non cum novo.* In Med. pr. tert. Polit. Copes. Vindob. sec. Cort. *non autem novo.* In Cujac. *non solum novo.* Medic. pr. Copes. *ampliori.* ab Edd. Romanis exsulat *cognomine.* Supra etiam *praevaluisse* praeter Memm. habent Medic. sec. Vindob. pr. Copes. Exc. Voss. & *Augusti* Harl. Quid? si scripsit simpliciter auctor. *praevaluisset, Augustus potius vocaretur nomine novo, sed etiam ampliore.* vel *nomine ut novo, sic etiam ampliore.* Cogitent acutiores. A nominis novitate nemo veterum id cognomen commendavit; sed a splendore & dignitate, divinitati proxima & veneranda. V. Dion. L. LIII. p. 507, 509. & quos laudat Ill. Spanhem. in Dissert. XII. de usu Num. p. 37. Alioquin ex variis lectionibus, voci *tantum* suppositis conjicere quis posset, eam per ellipsin modo subintelligendam esse, de qua centies egerunt viri docti. V. ad Hirt. B. Gall. L. VIII. C. 52. Et sic Cic. L. III. de N. Deor. C. 25. *Qui tantus error fuit, ut pernitiosis etiam rebus non nomen deorum tribueretur, sed etiam sacra constituerentur.* Ita enim legitur in tribus veterrimis membranis Leidd. vulgo *non modo nomen.* Adde notata ad Claud. C. 24. *Non ipsos, qui manumitterentur, sed &c.* Prius *etiam* e Regio delevit Daviesius. Sed illa ellipsis hic minus placet. Tandem *avium gustu gestuve* in Edd. Rom. *sed* pro *sicut* in Vind. pr. *Augustu* Ed. Camp. forsan pro *Augusta aug.* ut in Cort. & volebat Is. Vossius. V. Burmann.

1 *Duodecimum annum agens.*] Omnino legendum esse *decimum* assentior viris doctissimis, &, cum in vivis essent, mihi amicis Ferrario in Lib. II. de Re Vestiar. C. 1. & H. Valesio ad excerpta Polybii, & Nicolai Damasceni, quae ex Peiresciana bibliotheca edidit. Inprimis hoc patet clarissime ex Nicolai verbis, qui de hac ipsa Augusti educatione haec prodidit: Κατέβαινε δὲ εἰς τὴν ἀγορὰν περὶ ἔτη μάλιστα γεγονὼς τεσσαρεσκαίδεκα, ὥστε ἀποθέσθαι μὲν αὐτὸν ἤδη τὴν περιπόρφυρον ἐσθῆτα, ἀναλαβεῖν δὲ τὴν καθαρὰν, σύμβολον οὖσαν τῆς εἰς ἄνδρας ἐγγραφῆς. haec sic interpretatur Valesius: *Inde annos circiter quatuordecim natus in forum descendit posita praetexta togam puram indutus, quod virilis tirocinii argumentum est.* Unde non modo recte colligit Suetonium scripsisse *x annum*, idque probat quoque loco Servii, qui ad VII. Aen. notat, tirones anno 14. exeunte togam virilem sumsisse, quinto decimo armis se exer-

concione laudavit. Quadriennio poſt virili toga ſumta, militaribus donis triumpho Caeſaris Africano donatus eſt, quamquam expers belli propter aetatem. Profectum mox avunculum in Hiſpanias, adverſus Cn. Pompeji liberos, [1] vixdum firmus

exercuiſſe in campo Martio: ſexto decimo exeunte ſtipendia mereri incepiſſe. GRAEV. Adſenſum Valeſio praebuere etiam Ryckius & Gronovius ad Taciti Ann. XII, 41. corrigens itidem Quintil. L. XII. C. 6. *Caeſar Auguſtus duodecim natus annos aviam pro roſtris laudaverit.* At Dodwellus videtur potius cenſere, vitium in ſeq. voce *quadriennio* latere; licet fateatur ex Suetonii verbis accurate colligi non poſſe aetatis annum, quo togam virilem ſumſerit Auguſtus. Vide praelect. quint. ad Spartiani Hadrian. §. 1. Ann. Quintil. §. 2. Contra Emin. Noriſius, ut in ultima Ed. monuit Graevius, Damaſcenum erroris convincit, ad Cenot. Piſ. Diſſ. II. C. 3. Adde Breittinger. ad Perſii vitam in Amoen. Litt. Schelh. T. x. p. 1120. ad illa; *cum eſſet annorum* XVI. Nam profecto togam virilem ſumſit natali ſexto decimo; quum plenos habebat annos XV. 23. Septemb. A. DCCVI. aerae Varronianae, natus 23. Septembr. A. DCXCI. Cicerone & Antonio Coſſ. Eodemque die 23. Septemb. A. DCCVII. eſt creatus Pontifex in locum L. Domitii, qui media aeſtate in proelio Pharſalico perierat. Recte ergo dicitur, natus XI annos & *agens duodecimum*, non *habens*, ut perperam eſt in Palat. pr. aviam quadriennio ante togam virilem ſumtam laudaviſſe. Verum eodem anno, quo togam virilem ſumſit, non donatus eſt militaribus donis triumpho Caeſaris Africano. Nam is demum actus eſt A. DCCVIII. non certe ante menſem Octobrem. V. in Caeſ. C. 37. Quare forſan reliquit auctor *militaribus dein donis.* Saltem eo ſenſu eſt intelligendus. Hinc majorem avunculum in Hiſpaniam ſecutus eſt; unde triumphavit Caeſar, exeunte A. DCCIX. quum jam Auguſtus a 23. Septembr. plenos habebat A. XVIII. Minus enim exacte apud Vellejum eſt L. II. C. 59. *Natumque annos* XVIII. (immo XVII.) *Hiſpanienſis militiae, adſecutum ſe, poſtea comitem habuit &c. pontificatuſque ſacerdotio puerum honoravit.* V. & Cap. 56. Caeſare Idibus Martiis A. DCCX. occiſo, & hinc turbis exortis Auguſtus natus A. XVIII. (V. Dion. L. XLV. p. 271.) interim 23. Septembris accepit plenos annos XIX. quos natus exercitum privato conſilio & privata inpenſa comparavit, ut ipſe teſtatur in monumento Ancyrano. V. & Senec. de Clem. I, 9. & hinc A. DCCXI. Hirtio & Panſa Coſſ. caeſis, Menſe Sextili (Vide Cap. 31.) ſeu Auguſto, XIV. Kal. Septembr. ſive 19. Aug. invaſit & paullo poſt iniit conſulatum, *viceſimo aetatis anno*, ut ait auctor C. 26. quia illum agebat tunc: ubi vide Caſaubon. Nam 23. Septembr. A. DCCXI. habuit demum XX. annos plenos; unde alii dicunt *natus novemdecim annos.* Utrumque recte, ut optime docuerunt viri eruditi. V. Pighium in Ann. ad A. DCCX. Uſſer. ad A. M. 3960, 3961. Edm. Chishull ad Mon. Ancyr. p. 182. Comm. ad Vell. II, 61. §. 1, 3. Flor. IV, 4. Ep. Liv. 116. 119. Eutrop. L. VII. C. 1. Et ad hos calculos omnia auctorum loca digeri debent. Ceterum in Med. tert. eſt *agens ann.*

1 *Vix dum.*] Sic recte pro *vix tum* Urſin. Caſaub. Bernegg. aliique & Graev. in pr. Ed. Gronoviusque exhiberi juſſerunt; atque ita praeter Viterb. & Memm. dant

firmus a gravi valetudine, per [1] infeſtas hoſtibus vias, pauciſſimis comitibus, naufragio etiam facto, ſubſecutus, magno opere demeruit, adprobata cito etiam morum indole ſuper itineris induſtriam. Caeſare poſt receptas [2] Hiſpanias expeditionem in Dacos, & inde in Parthos, deſtinante, praemiſſus Apolloniam, ſtudiis vacavit. Utque primum occiſum eum, heredemque ſe comperit, diu cunctatus, an proximas legiones inploraret, id quidem conſilium, ut praeceps inmaturumque omiſit: ceterum, urbe repetita, hereditatem adiit, dubitante matre, vitrico vero Marcio Philippo conſulari multum [3] diſſuadente. Atque [4] ab eo tempore exercitibus comparatis, primum cum M. Antonio, Marcoque Lepido, dein tantum cum Antonio per duodecim fere annos, noviſſime per [5] quatuor & quadraginta ſolus Rempublicam tenuit.

IX.

Medic. pr. & tert. cum Vindobon. utroque, ac Politian. in marg. Ed. Mediol. ſicut paſſim auctor cum optimis quibusque ſcribit. V. Burm. & Comm. ad Oth. C. 1. *vixdum nubilem.* & Drak. ad Liv. L. XXXII. C. 28. §. 4. *vixdum inchoatis rebus.*

1 *Infeſtas hoſtibus vias.*] In Copeſ. *hoſti*, bene, ſi *infeſſas* legeretur. Idem vitium in vulgatis Front. I, 4. *per loca hoſti infeſta.* ubi V. In Vindob. ſec. Cort. *pauc. etiam com.* Contra *vè etiam* exſulat a Vindob. pr. poſt *cito.* Tacite vero hic & C. 17. neſcio, an auctoribus MSS. *magno opere* rurſus edidit Burm. Bene. Nam ita hic exaratum eſt in Medic. ſec. Pinell. & Exc. Voſſ. Adi ad Cap. Caeſ. 1. Male vero Med. tert. Vindob. ſec. Cort. oſtentant *induſtria.*

2 *Hiſpanias.*] *Spanias* S. Mox *in* ante *Parthos* abeſt a MS. S. GRON. Prave, ac pejus alii *in Parthos & inde in Dacos.* Vide Cl. Duker. ad Ep. Liv. CXVII. ut & *perceptas H.* Exc. Voſſ. & Edd. Rom. ac *Victrico* infra quoque Edd. Mediol. Cald. V. ad C. 5. Nec non mendoſe Medicei duo, & Vindobonenſes cum Ed. Camp. aliisque *Martio.*

3 *Diſſuadente.*] Pin. *deſuadente*, quod convenientius origini videtur, reperiturque non ſemel in libris antiquis. SCHEFFER. Conf. Burm. ad Lucan. L. IV, 248.

4 *Ab eo tempore.*] Vindob. pr. *ex eo t.* quod perinde eſt. Mox *deinde* Vind. uterque, Edd. Ven. Mediol. &c. *demum* Ed. Camp.

5 IV & XL.] Tredecim diebus minus. Nempe a victo ad Actium Antonio IV. Non. Sept. A. DCCXXIII. ad XIV. Kal. Sept. A. DCCLXVII. quo obiit. V. Dion. L. LI. init. L. LVI. p. 590. Suet. C. 100. Eutrop. L. VII. C. 8. Zonar. L. X. C. 38, 39. At quia Auguſtus demum A. DCCXXIV. Kal. Sext. intravit Alexandriam, &

IX. Propoſita vitae ejus velut ſumma, partes [1] ſingillatim, neque per tempora, ſed per ſpecies, exſequar: quo diſtinctius demonſtrari cognoſcique poſſint. Bella civilia quinque geſſit: Mutinenſe, Philippenſe, Peruſinum, Siculum, Actiacum. Ex quibus primum ac noviſſimum adverſus M. Antonium: [2] ſecundum adverſus Brutum & Caſſium: tertium adverſus L. Antonium, Triumviri fratrem: quartum adverſus Sex. Pompejum, Cn. filium.

X. Omnium bellorum initium & cauſſam hinc [3] ſumſit. Nihil convenientius ducens, quam ne-

cem

& paullo poſt Antonius & Cleopatra ſibi manus intulerunt, Aegyptii & qui illorum ſequuntur aeram, tribuunt ei ſoli tantum A. 43. imperium, incipientes a menſe Thoth. V. Ptolem. Can. Cenſor. de Die Nat. C. 21. Clem. Alex. Strom. L. 1. p. 405, 406. Ed. Angl. (ubi pro μϛ. ſcribend. νϛ. i. e. 56.) Philon. Jud. de Leg. ad Cajum p. 1013. Ed. Francof. aliosque. & Scal. ad Euſeb. N. MMXXIX.

1 *Sigillatim.*] *Singillatim.* S. GRON. *Singillatim* edidi tam hic, quam C. 57. Tib. 42, 61. Claud. 29. Ner. 15. non quod alienus ſum ab orthographia, quam analogia vocis poſcere videtur, *ſingulatim.* (Vide ad Caeſ. B. G. L. III. C. 2.) Sed quia diminutivum hinc potuerunt formare, & certe MSS. fere numquam aliter exhibent, aut vitioſe *ſigillatim.* Ita hic nullus, excepto forſan Copeſiano, praebet *u*; ſed Medic. ſec. Exc. Voſſ. Vindob. uterque habent *ſingillatim*, reliqui inepte cum vulgo *ſigillatim*, quod male propugnat Pulmannus. Edd. ubique variant. *parte* prave legas quoque in Medic. ſec. tert. Edd. Med. Cald. Dein *paſſit* Medic. pr. tert. & mox *Actiaticum* Medic. pr.

2 *Secundum adverſum Brutum.*] Cod. Salm. *adverſus*, & ita ſemper in hoc capite pro *adverſum*, & paullo ante idem: *e quibus* pro *ex quibus.* GRAEV. *E quibus* S. & *adverſus* S. & ita Salmaſius notat ſemper eſſe in MS. GRON. *E quibus* etiam in Medic. omnibus, Vindob. ſec. *Adverſus* utrobique repoſui euphoniae gratia & auctoritate eorumdem Mediceorum, Vindobonenſis utriusque, Cort. Pin. Periz. Harl. & Edd. Rom. Ven. pr. Mediol. Cald. in quibus tribus tamen eſt *adverſum Brutum.* Mox *Cn. filium* recte Torrent. & Caſaubon. primi e MSS. dederunt, conſentientibus Memm. Medic. pr. tert. Vindob. ſec. Cujac Copeſ. aliisque. In reliquis & Edd. prioribus *Cn. Pompeji f.* quaſi quis dubitare poſſet: ſed *Pompeji* in Mediol. Ed. induxerat jam Politianus.

3 *Sumſit. Nihil &c. acta, conf.*] Bene Steph. Gronov. & Burm. poſt *acta* ſuſtulerunt punctum majus; ſed male poſt *ſumſit* Burm. operarum, ut opinor, vitio retinuit minimam commatis diſtinctionem, ubi maxima erat reponenda, ſicut cum Steph. & Gron. feci. *Et vi*, quod egregie reſtituit Torrent. confirmatur a Memm. Medic. tert. Vindob. utroque, ac marg. Ed. Mediol. In Cort. Edd. Rom. *Brut.*

cem avunculi vindicare, tuerique acta, confeſtim, ut Apollonia rediit, Brutum Caſſiumque, & vi necopinantes, & quia [1] proviſum periculum ſubterfugerant, legibus adgredi, reoſque caedis abſentes deferre ſtatuit. Ludos autem victoriae Caeſaris, non audentibus facere, quibus obtigerat id munus, ipſe edidit. Et quo conſtantius cetera quoque exſequeretur, in locum Tribuni plebis forte demortui [2] candidatum ſe oſtendit; quamquam patricius, necdum ſenator. Sed, adverſante

& Caſſium nec op. Polyſyndeto rurſus utitur auctor *& vi & legibus, adgredi*, unde patet, admitti non poſſe conjecturam *ſed quia.* Adeantur Torrent. ac Dio L. XLVI. p. 322. Errant autem Bernegger. & Burm. intelligentes legem Pediam; cum ea demum lata ſit in conſulatu primo Auguſti, nunc adhuc privati. V. Pighii Faſt. ad A. DCCX. Auguſtin. de Lege Pedia, & alios. Suetonius reſpexit ad leges de ſicariis vel de vi publica aut majeſtatis: ut bene Caſaub. & Erneſt. monuerunt. Antea *abſumſit* Cort. & *aſſumſit* Edd. Vett. ſed in Mediol. jam delevit Politianus. Item *dicens* pro *dic.* in Vindob. utroque. De nomine *avunculi* pro *avunculo magno*, vel ut alii dicunt *majore*, vide omnino Cl. Duk. ad Epit. Livii CXVII.

1 *Praeviſum periculum.*] Cod. Salm. & Rob. Steph. *quia proviſum periculum.* GRAEV. *Proviſum* ita MS. S. Vulgo *praeviſum.* In praecedentibus mutavi diſtinctionem. GRON. Accedunt Pin. Medic. tert. Vindob. uterque cum Edd. aliquot, probante etiam Cl. Burmanno, qui recte docet, eum dici *praevidere* pericula, qui futura ante videt, ſed tamen ea ſaepe non cavet aut ſubterfugit; *providere* illum, qui cavet ſibi, eaque ſubterfugit. Et hinc *proviſum* hic praefert, ut in Domit. C. 15. *jactaſſe ſe quae providerat ex arte.* Caeſ. L. v. B. G. C. 33. *qui nihil ante providiſſet.* Sed vereor, ne Suetonius tunc bis idem dicat. Quia *praeviderant*, ſive ante proſpexerant imminens periculum, ideo etiam *providerant*, ſeu *ſubterfugerant*, ſibi *praecaventes*; ut apud Cic. IV. Verr. 42. & ſaepe. ſive quia *ante viderant*, *magno ſe fore in periculo niſi providiſſent*, *aufugerant*, ut loquitur Nepos in Hannib. C. 9. ubi V. doctiſſ. A. v. Staveren. Niſi *proviſum* potius ſignificat quoque e longinquo viſum, & diu ante procul proſpectum; ut in Tib. C. 14. *Nave proviſa.* Caeſ. L. VII. B. G. C. 30. *Animo providere & praeſentire.* L. II. B. C. C. 5. *Re proviſa.* ubi eadem varietas, ac malim *prae*, ſicut & L. III. C. 76.

2 *Candidatum ſe oſtendit.*] Harlem. codex, ut multi alii, *candidatum petitorem ſe oſtendit.* Torrentius exiſtimat ex margine irrepſiſſe *petitorem*; ſed ego potius putem *candidatum*, tanquam interpretationem vocis minus tritae, ut ſuperius ad Julium docuimus, irrepſiſſe, quamvis utramque vocem, ut quidam libri prae ſe ferunt, ut integra ſit locutio, tum candidatus conciſe per ellipſim dicatur, pro petitor candidatus, potuit ponere Suetonius, quod non infrequenter alibi facit, ut viri docti monuerunt. Vide Gronovii Obſervat. II, 25. ubi hunc locum aſſeruit. GRAEV.

ſante conatibus ſuis M. Antonio conſule, quem vel praecipuum adjutorem ſperaverat; ac ne publicum quidem & [1] tranſlatitium jus ulla in re ſibi ſine pactione graviſſimae mercedis inpertiente, ad optimates ſe contulit: quibus eum inviſum ſentiebat, maxime quod D. Brutum, obſeſſum Mutinae, provincia a Caeſare data, & per ſenatum confirmata, expellere armis niteretur. Hortantibus itaque nonnullis, percuſſores ei [2] ſubornavit. Hac fraude deprehenſa, periculum invicem metuens, veteranos ſimul in ſuum ac Reip. auxilium, quanta potuit largitione, contraxit. Juſſuſque com-

GRAEV. Fruſtra *petitorem*, manifeſtam gloſſam, defendere conati ſunt quidam viri docti, immo cum Graevio, G. Voſſius ad Vellej. L. II. C. III. potius *candidatum* ejicere: cum integerrimi Codd. jam ab aliquot ſeculis vocem *petitorem* non agnoverint. Exſulat enim a MSS. Pithoeano, Memm. Lislaei, Palat. pr. Cujac. Mediceo tertio, Pin. addente Scheffero: *unde conſtat, recte haberi pro gloſſa.* In Mediceo pr. eſt ſcripta inter verſus. in aliis *petitorum.* In Torrentianis incerto loco ponitur. Quare accedens ego Torrentio, Grut. Bernegg. & Burmanno inſititiam cenſentibus, audenter ad Caſauboni, qui conjecit fruſtra *candidatus*, exemplum proſcripſi; ſicut etiam Politianus eam in Mediol. Ed. induxerat. *Mortui* eſt in Cort. Edd. Romanis pro *dem.* Sed adi Cl. Drak. ad Liv. L. V, 31. *In demortui locum.* & L. XXVI. C. 23. in Caeſ. C. 41. *In demortuorum locum.* Aug. C. 31.

1 *Tranſlatitium jus.*] Hanc Glareani & Urſini Cod. lectionem vere receperunt Steph. Gryph. & ſeqq. Ante τὸ *jus* exſulabat, omiſſum a multis quoque librariis ſcribis. Ex meis ſoli habent Medic. ſec. & Cortian. & *tralat.* Medicei. V. Comm. *ne quidem pub.* Vind. pr. *inparziente* etiam de more Vindob. uterque; Cort. Edd. Camp. Med. aliaeque praebent, Cortio probante ad Plin. L. III. Ep. 23.

2 *Subornavit. Hac fr. &c.*] Lenius videtur fluere oratio, ſi legas auctoritate Pinell. & Medicei ſec. *ſubornavit, ac fr. depr.* &c. eamque lectionem eſſe praeſtantiſſimam putavit Scheffer. Mox *aut Reip.* Memm. Medic. ſec. Cort. Exc. Voſſ. Edd. Camp. Med. Cald. cum aliis apud Burm. & *Reip.* Vind. pr. An, ſublato τῷ *ſimul*, ſcripſit Suetonius, ut non nemo exiſtimabat, *haud Reip.* ut ſibi ſoli, non Reip. exercitum parare ac vincere voluerit multorum ducum inſtar: id quod exitus comprobavit, dum publicae quidem rei curam nunc praetexebat, & optimatibus ſe quaſi dabat. De hac locutione vide ad Lucan. L. II. 323. *Ne ſibi ſe viciſſe putet.* Flor. IV, 9. 5. *Hoſtibus ſub auxilii ſpecie ſibi vincentibus.* Pro *haud* in MSS. ſcribi *haut* nemo neſcit. Verum ut *ſimul* ejiciatur, mihi perſuaderi non poteſt, ſed & omnino retinendum *ac* cenſeo. Vell. L. II. C. 61. *majorem ſenatu pro Rep. animum habuit.* Immo Epit. Liv. 117. *Caeſar & ſibi & reip. vires adverſus eum paraturus.* V. & ad Epit. 118. Dein *exercitu* Pin. & *conſulatum ſuſceperat* invenitur in tribus Mediceis, Exc. Voſſ. Copeſ. ac Var. Lect. marg. Ed. Mediol. & aliquot Edd. ut paſſim

comparato exercitui pro praetore praeeſſe, & cum Hirtio ac Panſa, qui conſulatum acceperant, D. Bruto opem ferre, demandatum bellum tertio menſe confecit duobus proeliis. Priore, Antonius eum fugiſſe ſcribit: ac ſine paludamento, equoque, poſt biduum demum adparuiſſe. Sequenti, ſatis conſtat, non modo ducis, ſed etiam militis functum munere; atque in media dimicatione, aquilifero legionis ſuae graviter ſaucio, aquilam humeris [1] ſubiiſſe, diuque portaſſe.

XI. Hoc bello quum Hirtius in acie, [2] Panſa paullo poſt ex vulnere, periſſent, rumor increbruit, ambos opera ejus occiſos: ut, Antonio fugato, Rep. conſulibus orbata, [3] ſolus victor tres exer-

ſim in noſtro occurrit *ſuſcipere honores, imperium, praefecturam, pontificatum, cenſuram*: immo & *conſulatum* in Tib. C. 65. Sed Hirtius & Panſa *conſulatum* non per ſe, ut Imperatores dein illum aliosque honores adibant, invaſerunt, aut tamquam onus ſuis humeris inpoſuerunt; ſed ut munus a populo & ſenatu *acceperunt*: Quare cum Torrentio & ſeqq. viris doctis *acceperant* praefero. Dein *ſcripſit* Vind. pr. & *fugiſſe eum* Medicei, & Exc. Voſſ.

1 *Subiiſſe.*] *Subiſſe* S. GRON. Item Medicei tres, Cop. Hulſ. Exc. Voſſ. & Edd. Rom. ut reſcripſi.

2 *Panſa paullo poſt.*] Memmiano, e quo ſic repoſuit Caſaubonus, accedunt Palat. ſec. & Medic. tert. & Vindob. uterque, niſi excerpta fallunt. Male vocem *paullo* omittebant Edd. V. Dion p. 317. Vell. L. II, 62. & alios. Sed in illis erat *Panſaque*, quam copulam retinent reliqui libri, quorum plurimi etiam *paulo* vel *paulo* ſimul habent. Scripſitne auctor *Panſa quoque paullo* &c.? Ut ſexcenties *quoque* contractum eſt in *que*. Mox cum Burm. ex Memm. Cort. aliisque repoſui *increbruit*. V. eum & notata ad V. Jul. C. 79. Tib. C. 45. Dein *reſp.* Cort.

3 *Solus victores exercitus occuparet.*] Latina & elegans eſt locutio *victor exercitus*. V. collecta exempla a Tennulio ad Front. II, 2, 11. Drakenb. ad Liv. XXIII, 41. Verum hoc loco hiſtoriae non convenit. Panſae enim copiae primo die erant caeſae, quando Hirtius rem reſtituit, caſtra defendente Octaviano. V. Cic. Phil. XV, 10. &c. Dion. XLVI. p. 316. Liv. Epit. 119. Oroſ. VI, 18. Rectius ergo in Viterbienſi & Vindob. exaratur *victor*: qualis jam ſolus erat; non quod voti & ambitioſae ſpei compos erat, ſed quia ex tribus victoribus, & Imperatoribus, ut illos vocat Cicero, ſolus ſuperarat, Coſſ. mortuis. Verum nondum perſanatus ſic eſt locus, quem integrum hic nobis ſiſtit unus Vindobon. pr. in quo legas *ſolus victor tres exercitus occupavit*. Egregie. Non enim unus erat exercitus, cui cum Hirtio & Panſa praeerat. Sed ſinguli Coſſ. habebant ſuas copias, & quisque exercitum Conſularem, Octavianus ſuum, quem privatus collegerat, & cui *pro praetore* erat praepoſitus a ſenatu; uti omnes hiſtorici docent. Hinc Tacit. L. 1. Ann. C. 10. *Mox ubi decreto patrum faſces & jus praetoris invaſerit, caeſis Hirtio & Panſa*

exercitus occuparet. [1] Panſae quidem adeo ſuſpecta mors fuit, ut Glyco medicus cuſtoditus ſit, quaſi venenum vulneri indidiſſet. Adjicit his Aquilius Niger, alterum e conſulibus Hirtium in pugnae tumultu ab ipſo interemtum.

XII. Sed ut cognovit, Antonium poſt fugam a M. Lepido receptum, ceteroſque duces, & exercitus, [2] conſentire pro partibus, cauſſam optimatium ſine cunctatione deſeruit, ad praetextum mutatae voluntatis dicta factaque quorumdam calumniatus: quaſi alii ſe puerum, alii ornandum tol-

Panſa &c. *utriusque copias occupaviſſe.* Clare item Eutropius, ad Suetonii mentem, L. VII. C. 1. *Profecti contra Antonium* tres duces *vicerunt eum. Evenit tamen ut victores Coſſ. ambo morerentur. Quare* tres exercitus uni *Caeſari paruerunt. Tres uni* obponit ut Suetonius *ſoli tres*, ut reſtitui. Oroſ. L. VI. C. 18. *Conſulum occiſorum* uterque exercitus *Caeſari paruit.* Sed quae verba illic ſuo loco exciderunt, reponenda poſt *potitus eſt.*

1 *Panſae quidem.*] In Periz. Vindob. pr. Cort. & Edd. Vett. habetur *quoque*, certo indicio aliud latere. Nempe in Medic. pr. tert. Politian. Vindob. ſec. Copeſ. & Hulſ. exaratur *Panſae equidem* i. certe, profecto, fortius adfirmando: uti optimus quisque tam tertiae, quam primae perſonae eam vocem jungit. V. Drak. ad Liv. V, 54. §. 2. Lucano L. VIII, 824. *Haud equidem* &c. *cautum.* eaque vox aliquoties Appulejo & Auſonio e vetuſtiſſimis membranis eſt reſtituenda. Ne hic reponerem, me inhibuit noſtri frequentiſſimus ſimplicis vocis *quidem* uſus in ſimilibus. In Calig. tamen C. 6. *Romae equidem* vulgo ediderunt; ſed eadem in ſcriptis varietas: & potuit vocalis e e praecedente voce adhaeſiſſe, aeque ac per eam abſorpta eſſe. Dein *adeo* exſulat a Vindob. ſec. ac de more MSS. omnes fere cum Edd. Vett. *Glico.* Mox in nonnullis MSS. & Edd. *adicit, addicit, adjecit.*

2 *Conſentire pro patribus.*] Recte Steph. ed. codicesque meliores *conſentire pro partibus*, quod dudum viris doctis probatum & recte explicatum cur reſpuerunt recentiores editores? Auguſtus ab optimatibus ad partes ſeu factionem, quae duce Antonio, quo cum ſe Lepidus junxerat, contra rempublicam coierat, tranſierat. GRAEV. Unus modo, alterque codex Beroaldi, Aldi, Torrentii & Urſini ac Nonnii *partibus* habet. In MSS. reliquis, quantum ſcio, omnibus perpetua confuſione exaratur *patribus:* quare id videtur retinuiſſe Caſaubonus; licet magis inclinarit in *partibus*, optimatium cauſſae diverſis. At Cel. Burmannus praefert quidem *partibus*, ſed intelligit *Pompejanas*, quas ſimpliciter ita vocaſſet auctor, quia ipſe iis plus, quam *Julianis* favebat; ut centies Cic. Lucan. alii. At id non decet Hiſtoricum; & videtur potius oppoſiturus fuiſſe *Antonium; ceteros vero duces*, quam copulaturus *ceterosque*, dum plane ſibi erant contrarii, & adverſi, nec etiam dicturus fuiſſe *cauſſam optimatium;* ſed *illas*: cum nunc *partes* & *cauſſam* disjungat. Recte Caſaubonus per *ceteros duces & exercitus*, intelligit Plancum & Silanum (adde Aſinium Pollionem) easque copias, quae in Gallia Ciſalpina & ſecum erant. V. Vell. Dion. App. &c. item Bernegg. Scriver. Erneſt. Inf. C.

tollendumque jactaſſent : [1] ne aut ſibi, aut veteranis par gratia referretur. Et quo magis poenitentiam prioris ſectae adprobaret, Nurſinos grandi pecunia, & quam pendere nequirent, multatos, extorres [2] oppido egit: quod Mutinenſi acie interemtorum civium tumulo publice exſtructo adſcripſerant, *Pro libertate eos occubuiſſe.*

XIII. Inita cum Antonio & Lepido ſocietate, Philippenſe quoque bellum, quamquam invalidus atque aeger, duplici proelio tranſegit: quorum priore caſtris exutus, vix ad Antonii cornu fuga evaſerat. [3] Nec ſucceſſum victoriae moderatus eſt:

17. *Conjurandi pro partibus ſuis. Optimatum* minus bene in Cort. & inepte in Med. ſec. Exc. Voſſ. *ordinandum.* Adi Comm.

1 *Ne aut ſibi* &c.] Non tollendum eum jactabant, ne referretur gratia pro Antonio ſublato; ſed ne avunculi ejusdemque patris partes refoveret, ipſiusque necem ulciſceretur; quod ſciebant eum minatum eſſe. Ad haec nimis ſophiſticum eſt *ornandum, ne gratia referretur.* Calumniatus vero eſt non *dicta* Ciceronis & quorumdam tantum; ſed & *facta* plurimorum & totius ſenatus. Haec praecipua erant, quod ipſi non par honor & gratia referebatur, quam D. Bruto, & aliis Pompejanis, ut diſerte docent Vell. L. II. C. 62. Dio Caſſ. p. 317. Appian. L. III. B. Civ. p. 577. Ep. Liv. 119. aliique. Sic *dicto factoque* ſingula ſpecimina ſubjungit auctor C. 16. & alibi. Hinc omnino adſentior viris doctis conjicientibus *nec* vel *neque.* Sed ſcripti mordicus in vitioſa lectione conſpirant. In ſolo Cortiano *jact. quaſi ne*, corrupte.

2 *Egit oppido.*] In MSS. tum Burm. tum ſex aliis, quorum excerpta habeo, & Edd. Baſileenſi prioribus, hic eſt ordo *oppido egit:* quem idcirco repoſui. *Nurſios* in Vind. pr. uti & *adſcripſerunt.*

3 *Nec ſucceſſum.*] Viterbienſi codici accedunt tres Palatini, ſcribentes, *Nec ſucceſſu.* quod rectum puto. Nec, inquit, cum feliciter ei ſuccederet, moderate victoria eſt uſus, ſed inſolenter & crudeliter ſe geſſit. *Succeſſu*, ut ſuperius *mandatu* in Jul. C. 7. *Cum mandatu praetoris jure dicundo conventus circumiret.* Et cap. praeced. *Tribunatu militum, qui primus Romam reverſo per ſuffragia populi honor obtigit, auctores reſtituendae tribunitiae poteſtatis, &c. enixiſſime juvit.* Inf. C. 17. hujus vitae: *Aſiae Syriaeque circuitu Aegyptum petit.* Cap. 43. *Sed & Trojae ludum edidit frequentiſſime, majorum minorumve delectu, priſci decorique moris exiſtimans, clarae ſtirpis indolem ſic noteſcere.* Cap. 44. *Conſeſſu frequenti.* Cap. 57. *Equites Romani natalem ejus ſponte atque conſenſu, biduo ſemper celebrarunt.* Tib. II. *Nihil aliud ſeceſſu devitaſſe ſe.* Veſpaſ. 2. *Tribunatu militum in Thracia meruit.* Hoc eſt, cum tribunus militum eſſet. quae lectio non eſt vexanda. Cic. I. de orat. C. I. *Si infinitus forenſium rerum labor & ambitionis occupatio decurſu honorum, etiam aetatis flexu conſtitiſſet.* Paullo poſt: *Conſulatu devenimus in medium rerum omnium certamen atque diſcrimen.* Idem IX. ad Att. ep. 10. *Quem φιλόπαιδα* ac *πολλοῦ hominis prudentis & amici, tali admonitu,*

non

est : sed capite Bruti Romam misso, ut statuae Caesaris [1] subjiceretur, [2] in splendidissimum quemque captivum non sine verborum contumelia saeviit. Ut quidem uni subpliciter sepulturam precanti [3] respondisse dicatur, *Jam istam in volucrum fore*

non moveret auctoritas. Plures hujus generis locutiones minus nunc usitatas apud nostrum & alios facile reperias. GRAEV. *Successu* confirmarur a Mediceo pr. & tertio. Nec tamen *moderatus est* absolute poneretur, ut censebat Cl. Burm. sed *successu*, sive rebus bene succedentibus *moderatus est victoriae.* Ita enim verba forent construenda; atque eo modo construxisse Graevium, ex ejus interpretatione patere videtur. De hoc temporis & conditionis ablativo V. ad Caes. L. II. B. G. C. 4. Burm. ad Ovid. L. VIII. Met. 19. Wopkens. in Misc. Obs. V. VIII. p. 54. Dativo casu pro *successui* capiebat Cl. Ernest. Quia vero Suetonius semper accusativum huic verbo jungit, *successum* etiam praetuli.

1 *Subjiceretur.*] Hic paullo hebetius fuit id acutissimum alias J. F. Gronovii & Graevii judicium, qui aliique denuo reposuerunt *submitteretur*, pro quo Casaubonus ex MSS. Viterb. Cujac. aliisque, uti & Edd. Romanis, ac Stephani inprimi curaverat *subjiceretur*, quod legas etiam in Memmiano, Mediceis omnibus, Vindob. sec. Pinell. Cort. pluribusque. Nam praeterquam quod praecessit *misso*, & Dio in simili re (Bruti enim caput mari submersum est p. 356.) dicat p. 344. τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ πρὸς τὴν τοῦ Καίσαρος εἰκόνα ἔρριψε, *submitti* magis est supplicis, *subjici* non supplicis tantum, ut saepe, sed & victi ac calcati, *pedibusque subjecti*; quomodo frequenter loquuntur; uti jam rectissime monuit Cl. Burmann. V. in Caes. C. 2. Infra C. 94. Et hic solum habet locum; quippe externum subjectionis Optimatium simulacrum, & figura. In pari negotio in Galbae C. 20. *Caput eo loco, ubi jussu Galbae animadversum in patronum fuerat, abjecit.*

2 *In splendidissimum.*] Haec vocula *in* non est in MS. S. GRON. Illis libris, qui sine *in* habent *secuit*, accedit ex meis solus Medic. tert. ac *secuit* jam conspicitur in marg. Ed. Mediol. Sed male: ut docuere multis Gruter. Bernegg. Burm. Necando splendidissimos quosque exercuit saevitiam, sed atrocibus & contumeliosis verbis comitatam: factis dictisque saevus fuit, ut Calig. C. 29, 33. quod exemplis illustrat auctor. Ceterum *saevit* in MSS. Torr. Mediceis duobus, Vindob. pr. Edd. Med. Cald. aliisque. Dein *suppliciter uni* Vindob. pr. Periz. & Edd. Vett. Facile vox *uni* poterat abesse. *prec. sepult.* in Edd. Rom.

3 *Respondisse dicatur.*] Cod. Salm. *respondisse dicitur.* Statim idem: *jam istam volucrum fore potestatem*, ut bene Turnebus, applaudentibus Casaubono & Gronovio: ultima littera in *istam* repetita transit in τὸ *in.* Paullo ante cod. Harle[illegible]. *statuae Caesaris submitteretur*, ut multi MSS. & editi ante Casaubonum. GRAEV. *Istam volucrum.* sic MS. vulgo *in volucrum*; & *dicitur* S. GRON. Memmiani Codicis librarius *ut* videtur cepisse pro *sicut*, exempli gratia, & forsan istud *secuit* natum e glossa vel lectione *sicut.* Haud tamen placet. Mox Memmiano Codici, cujus lectionem Graev. Gron. & Ernest. receperunt, *istam volucrum f. potestatem* accedunt Medic. pr. cum Exc. Voss. Cujac. Ed. Camp. Eleganter. Vide J. F. Gronov. & Comment. ad Liv. L. XXVII, 8. *Senatus populi potestatem fecit.* Videtur tamen hoc loco *in* absorptum ab ultima littera vocis *istam*: praesertim

fore poteſtatem : alios, patrem & filium, pro vita rogantes, ſortiri vel [1] micare juſſiſſe, ut alterutri concederetur : ac ſpectaſſe utrumque morientem, quum patre, [2] quia ſe obtulerat, occiſo, filius quoque voluntariam occubuiſſet necem. Quare [3] ceteri, in his M. Favonius, ille Catonis aemulus, quum catenati producerentur, imperatore Antonio honorifice ſalutato, hunc foediſſimo convicio coram proſciderunt. Partitis poſt victoriam officiis, quum Antonius Orientem ordinandum, ipſe veteranos in Italiam reducendos, & municipalibus agris conlocandos recepiſſet,

ſertim ob accuſativum *poteſtatem*. Sed tritiſſima eſt locutio, de qua vide Hottom. & Graev. ad Cic. Divin. C. 20. *eſſe, fore in poteſtatem ;* pro qua in Medic. tert. *in poteſtate*. Vindob. ſec Pinell. cum Edd. ante Torrent. *in v. poteſtatem fore*. Dein *alias* ſive alio tempore Cort. & illam hiſtoriam duorum Flororum accidiſſe tradit Dio poſt Actiacam victoriam L. LI. p. 444. V. Caſaub. Mox *regantem* Edd. Mediol. Cald. cum aliis.

1 *Dimicare.* Firmant *τὸ micare* codex Salmaſii & manus prima codicis primi Palatini. quod immerito reſpuerunt editores. Vult enim, ut aut alio ſortis genere, aut micatione digitorum vitam alteruter redimat. GRAEV. *Micare*. ſic MS. vulgo *dimicare*. GRON. Confirmatur ea lectio cum MSS. aliorum multis, tum Medic. ſec. tert. Politiani, Cujac. Pin. & Voſſ. excerptis. Cic. II. Div. C. 41. *Quid eſt ſors? idem propemodum quod* micare, *quod talos jacere, quod teſſeras*. III. de Off. C. 3. *quaſi* ſorte aut micando *victus alter cedat alteri;* quem locum ante eodem modo corruptum adpoſite citarunt jam viri docti: *dimicare* hic locum non habet. Dein *ac conſpexiſſe* Vindob. pr.

2 *Qui ſe obtulerat, occiſo filius quoque voluntaria occubuiſſet nece.*] Melius Salmaſ. & Palatini Codices *Cum patre, quia ſe obtulerat, occiſo, filius quoque voluntariam occubuiſſet necem*. GRAEV. *Quia* & *voluntariam necem*. ſic MS. vulgo *qui* & *voluntaria nece* GRON. Pin. *voluntariam occ. necem*, quam lectionem & in ſuo codice reperit auctor Fori Romani, locoque alio Livii firmat & tuetur. SCHEFFER. *Qua* Cod. Politian. ſed *quia* legitur in Mediceis omnibus, Cuj. Voſſ. & Edd. Romanis. *obtulerat ſe* Vindob. pr. De patribus ante filios mori fatorum ordine cupientibus vide Burm. ſic Lucan. L. III, 750.

Letum praecedere nati
Feſtinantem animam morti non credidit uni.

Voluntariam necem praeter Torr. Caſauboni & Burm. Codd. exhibent quoque Medic. ſec. Cort. Exc. Voſſ. & Ed. Camp. Utrumque bono in uſu eſſe nemo neſcit. Adi etiam Drakenb. ad Liv. XXXI, 18. *Qui pugnantes mortem occubuiſſent*. Abeſt *quoque* a Vindob. pr.

3 *Ceteri & in his.*] Idem. Salm. *quare ceteri, in his M. Favonius*, omiſſa copula. GRAEV. GRON. Faſtidiunt copulam quoque praeter libros a Torrentio & Burm. laudatos Medicei tres, Cortian. Pinell. Exc. Voſſ. Edd. Rom. Campani, Mediol. aliaeque. Bene. V. p. 147. & C. 102. Ner. C. 32. *Simulacraque* &c. conſta-

ſet, neque veteranorum neque poſſeſſorum gratiam tenuit: alteris, pelli ſe; alteris, non pro ſpe meritorum tractari querentibus.

XIV. Quo tempore L. Antonium, fiducia conſulatus, quem gerebat, ac fraternae potentiae, res novas molientem, confugere Peruſiam coëgit, & ad deditionem fame compulit: non tamen ſine magnis [1] ſuis & ante bellum & in bello diſcriminibus. Nam quum ſpectaculo ludorum gregarium militem, in XIV ordinibus ſedentem, excitari per adparitorem juſſiſſet, rumore ab obtrectatoribus dilato, quaſi eumdem mox & diſcruciatum necaſſet; minimum [2] afuit, quin periret, concurſu & indignatione turbae militaris. Saluti fuit, quod, qui deſiderabatur, repente comparuit incolumis, ac ſine injuria. Circa Peruſinum autem murum ſacrificans, paene interceptus eſt a manu gladiatorum, quae [3] oppido eruperat.

XV.

conflavit: in his penatium deorum. Domit. C. 10. *Senatores: in his aliquot conſulares.* de Gramm. C. 6. *Claros viros: in his M. Ciceronem.* C. 18. *Nobiles: in his Julium Antonium.* & omnino Comm. ad Liv. L. XXVII. C. 12. *Cecidere* &c. *in his quatuor centuriones.* Graev. ad Cic. L. 1. in Verr. C. 47. me ad Caeſ. L. v. B. G. C. 4. *His adductis: in iis filio.* Nep Alcib. C. 5. *Urbes* &c. *in his Byzantium.* Sed tamen in Caeſ. C. 14. *Pluribus*, & *in his Cicerone.* Vitell. C. 7. *Creditorum turbam*, & *in his Sinueſſanos* &c. Dein *in Italia* Pin. Cort. & *convocandos* pro *conloc.* idem cum Edd. ſeculi XV. quod in Ed. Mediol. marg. jam correxit Politian. ac *priorum* in uno Pulm. quoque & Edd. Mediol. aliisque pro *poſſeſſorum*, vitioſe.

1 *Suis.*] Non eſt in Edd. Mediol. Cald. V. Burm. Dein *delato* Med. pr. Tum *eo* exſulat a Med. ſec. & Edd. ante Caſaub. qui recte addidit, ſicut & Politianus *ſuis* atque & adlevit marg. Ed. Mediol.

2 *Abfuit.*] Notarat Salmaſius *afuit*, ſed rurſus induxit, neſcio cur, niſi quod, calamus praecurrebat oculos. GRON. Tenuis lineola per *afuit* in ſcriptura Salmaſii ducta eſt. *Afuit* millies ſcribitur ubique in optimis codicibus, uti & hic in Med. pr. tert. Vide praeter alios N. Heinſ. & Burm. ad Virg. Aen. VII, 498. Dein & *ſinei.* Periz. Paulo poſt *ante murum* Exc. Voſſ. quaſi librarius legiſſet *circa Peruſiam ante murum.* Non placet tamen. Mox *interemptus* e gloſſa Vindob. pr. Pin. cum aliis & Edd. Mediol. Cald. obvio errore.

3 *Oppido eruperat.*] Torrentii unus *oppidum*, quod non diſplicet Cel. Burmanno, quem vide, ejusque cognatum Cl. & Doctiſſ. P. Burm. Juniorem in ſpecimine Anthol. Lat. p. 11. Tacit. L. XII. Ann. C. 63. *vis piſcium pontum erumpens* ex Lipſiana & Groſſotii emendatione in Corp. Epiſt. a Burmanno editarum T. 1. p. 351. Antiquo-

XV. Perusia capta, in plurimos animadvertit, orare veniam, vel excusare se conantibus una voce occurrens, *Moriendum esse*. Scribunt quidam, [1] trecentos ex dedititiis electos, utriusque ordinis, ad aram Divo Julio exstructam, Idibus Martiis hostiarum more mactatos. Exstiterunt, qui traderent, [2] compecto eum ad arma isse, ut occulti

ciquorum pronunciationem' *om* in Accusativo abiisse saepe in Ablativum *o* docet egregrie locus Plinii pessime depravatus L. XI. C. 51. *Recepto enim ut duobus sub pectore eavis (cannis* MSS. quatuor a me visi) *spiritu mobili occursante membrana intus attritu ejus sonare viscera sat notum est. Cetera simul cum volatu & incipere audiri & desinere, ut muscas, apes.* &c. Bene quidem *viscera sat notum est* e MSS. delerunt Pintianus & Harduinus, & *muscas, apes* e seqq. huc revocarunt; sed mala distinctione. In MSS. Leidd. quatuor est *accusante*. At vetustissimae Leid. membranae dant *receptum spiritum mobili occusante m.* Quare lege *receptum e. in d. s. p. c. spiritum m. occussante m. i. a. e. sonare muscas, apes: cetera similia*, nam male Hard. & edidit pro *cetera*, ut est in MSS. omnibus. Sequitur mox *Locustas feminum adtritu sonare*. Ad hujus loci corruptionem juvit multum activi verbi compositi *obcussare* raritas; quod lucem capit ex altero Plinii loco L. XI. C. 37. §. 63. *Ad libramentum modicae aquae receptae in fauces, palpitante ibi (sibi* al.) *lingua ululatus elicitur.* Sic cum Edd. Vett. edidit Harduinus. Aliae *editur, ejicitur*. Sed in MSS. quatuor inveni *elitur*, in uno *alitur*. Lego *eliditur*. ut C. 51. *Elephas citra nares ore ipso sternumento similem elidit sonum*. L. XIV. C. 22. §. 26. *ad elidendum in pavimentis sonum*. Ut noster, sic MS. Flori III. C. 20. *eruperunt Capuam*. & nonnulli apud Liv. L. XXII, 50. *portas erumpamus*. Adeantur Comm. *erumpebat* est in Medic. sec. Pin. & Exc. Voss. Dein *orantibus* Vindob. sec.

1 *Trecentos.*] Casaub. duo, Cort. & Edd. Rom. *ducentos*. Dioni L. XLVIII. p. 365. τετρακόσιους. An dederat Suetonius CD? Dein *dedititiis* Med. pr. tert. Edd. Ven. Mediol. *deditiis*. Edd. Rom. & aliae, librariorum culpa. V. ad Tib. C. 9.

2 *Compecto.*] *Conspecto* S. GRON. Cod. Copes. *consulto*; sed margini pro var. lect. adscriptum *conspecto*, ut & Salmas. *compecto* est *de compacto*. GRAEV. Sic vere emendarunt Lipsius & Gron. ad Liv. L. V. C. 11. *compacto eam rem actam*; ubi plurimi MSS. habent *conspecto*, uti hic cum pluribus Medicei omnes, Exc. Voss. &. margo Ed. Mediolanensis pr, uti & edidit Casaub. aliique. Sed *conspecto* est depravata lectio vocis *compecto*: & *consulto*, quod in aliis, uti & Vindob. pr. Edd. Ven. Mediol. multisque sequentibus, item Ernestina editur, uti & *ex proposito*, quod in aliis, atque Vindob. sec. & Ed. Rom. utraque est, vel *ex compositio*, quod suprascr. in Vindob. sec. aliaeque lectiones apud Scriverium, ut *conspirato, conspicato*, merae sunt glossae, & falsa partim interpretamenta. In Cort. utrumque *conspecto eum ad arma isse ex proposito*: quo ordine etiam Edd. Rom. *conspectu* Pinell. unde conjecit Scheffer. *e conspectu*. Quidam scilicet tradiderunt, eum facta pactione collusisse cum L. Antonio; licet a se id non credi supra jam docuerit auctor. Apud Appulej. L. X Met. p. 229. *Quo confecto* Stewechius non male conjecit *quo compecto*, sive qua pactione

culti adverſarii, & quos metus magis, quam voluntas, contineret, facultate L. Antonii ducis praebita, detegerentur; devictiſque his, & confiſcatis, promiſſa veteranis praemia perſolverentur.

XVI. [1] Siculum bellum inchoavit in primis, ſed diu traxit, intermiſſum ſaepius: modo reparandarum claſſium cauſſa, quas tempeſtatibus duplici naufragio, & quidem per aeſtatem, amiſerat: modo pace facta, flagitante populo, ob intercluſos commeatus, famemque ingraveſcentem: donec navibus ex integro [2] fabricatis, ac XX ſervorum milibus manumiſſis, & ad remum datis, portum Julium apud Bajas, inmiſſo in Lucrinum & Avernum [3] lacum mari, effecit. In quo quum hieme tota copias exercuiſſet, Pompejum [4] inter Mylas & Naulochum ſuperavit: ſub horam pugnae tam arto

ne facta, cum in MS. Bertin. & Edd. Colvianam antecedentibus ſit *conſpectu*. Vide locum. *Depeciſci* cum derivatis eidem aliisque haud infrequens eſt. Cetetum cauſſam non video idoneam, cur *eum* referri non debeat, aut poſſit ad *Auguſtum*, ut quidam cenſent, & hinc Erneſt. conjicit *itum ad arma eſſe*. Dein *perſolverentur* tacite e Memm. & Edd. Romanis edidit Caſaub. & confirmatur a Cortiano, niſi excerpta fallant. In reliquis & Edd. prioribus *ſolverentur*. Sed ita *perſolvere legata*, *praemia*, ſive plane & omnino ſolvere in V. Calig. C. 16, 26. Veſp. 8. Adi Broukh. ad Tib. 1, 10, 13. *jam mihi perſolvet poenas*.

1 *Bellum Siculum.*] *Siculum Bellum* & mox *reperandarum*. S. GRON. Eo ordine verba excudi juſſi, Memmiano accedentibus Mediceis duobus, Polit. Vind. ſec. Exc. Voſſ. *incoavit* Vind. pr. V. ſupra.

2 *Ad* XX *ſerv. milibus.*] Nimium ſibi tribuit Graevius, ſic tacite edens ex conjectura, quam propoſuit ad Cap. 20. Julii, recepit tamen eam ſuo more Pitiſcus: at rejecere Gronov. & Burmann. neſcire ſe faſſus, quis hujus lectionis *ad* ſit auctor. MSS. ad unum omnes habent *ac*. Quare non auſus ſum Graevii contextum ſequi. Utrumque tacite omiſit Erneſt. *ac* X *ſerv. m.* ibid. in Addend. De *ſervis ad remum datis* i. e. remigibus libertinis factis V. Gronovios ad Liv. L. XX, 19. XXX, 2.

3 *Lacum mari.*] Vindob. uterque, & Edd. Camp. Mediol. aliaeque multae cum MSS. Burm. *mari lacum*. ſive quod librarii crediderint, *lacum* pertinere ad τὸ *effecit*; ſive quod ea vox a gloſſatore ſit, ut Clar. vir conjecit; quem vide. Sed MSS. tamen plures & vetuſtiores rectum ſervant ordinem. V. Dion. p. 388. Vell. II, 72. & Cluver. in Ital. Dein *totas* Cort. & Edd Rom. *tota hieme* Mediol. Ed. aliaeque.

4 *Inter Mylas & Naulochum.*] *Inter termopytmilas & N.* S. GRON. MSS. & Edd. Vett. *Milas* vel corruptius *Milias* & *Mauloeum*. Ed. Mediol. *nivas*. V. Cluverii Siciliam p. 302.

1 *De-*

arto repente ſomno [1] devinctus, ut ad dandum ſignum ab amicis excitaretur. Unde praebitam Antonio materiam putem exprobrandi, *Ne rectis quidem oculis eum adſpicere potuiſſe inſtructam aciem: verum ſupinum, caelum intuentem, ſtupidum cubuiſſe: nec prius ſurrexiſſe, ac militibus* [2] *in conſpectum fuiſſe, quam a M. Agrippa fugatae ſint hoſtium naves.* Alii dictum factumque ejus criminantur, quaſi claſſibus tempeſtate perditis exclamaverit, *etiam invito Neptuno victoriam ſe adepturum*; ac die Circenſium proximo ſollemni pompae [3] ſimulacrum Dei detraxerit. Nec temere plura ac majora pericula ullo alio bello adiit. Trajecto in Siciliam exercitu, quum [4] partem reliquam copiarum continenti repeteret, obpreſſus ex inproviſo a Demochare & Apollophane, praefectis Pompeji, uno

1 *Devinctus.*] In Mediceis quoque omnibus & Vindobonenſi utroque cum aliis & Edd. Vett. eſt *devictus*, cum minore Auguſti dedecore: quare retinendam eam lectionem cenſuit Scriverius, perperam: Parcere Auguſti infamiae Suetonio animus non fuit; & vox *artus* propria *vinculis*, ſatis declarat, *devinctus* eſſe ſcribendum, ut bene primus vidit Caſaubonus. Adi Burm. & Drak. ad Liv. L. v, 44. *vinctos ſomno veluti pecudes.* Dein *unde ei praeb.* Medic. pr. cum Copeſ. & Hulſ. pro &, ſive *etiam*, ut conjecit Burm. & Medic. pr. *putem mat.* ac mox *ſupremum* inepte pro *ſupinum* Cort. Edd. Camp. Mediol. & aliae ac *tribuiſſe* Vind. pr. pro *cub.*

2 *In conſpectum fuiſſe.*] Hanc lectionem firmant duo codices Palatini, teſte Grutero; Sed codex Salmaſii & Harlemenſis *in conſpectum veniſſe.* GRAEV. Hanc lectionem a Caſaubono ex MSS. Viterb. & Cujac. receptam firmant quoque Medic. pr. & tert. cum Politiano. *in conſpectu veniſſe*, Pinell. V. Comm. & Burm. ad Phaedr. F. v. vſ. 4. & Ovid. Ep. XVI, 138. *in dubium Veneris palma futura fuit.* Eadem confuſio apud Liv. L. XXXI, 33. *priusquam in conſpectum venirent.* Dein *ſunt* in utroque Vindob. & in primo ac Periz. & Edd. Rom. Ven. Med. aliisque *naves hoſtium.* Mox & *invito N.* Edd. Mediol. Cald.

3 *Simulacrum dei detraxerit.*] Codex Salmaſii *deinde detraxerit.* GRAEV. *Deinde traxerit.* S. GRON. Male, uti & *detraxit* in Edd. Mediol. Cald. Gryph. aliisque multis & quibusdam MSS. Pendet verbum a voce *quaſi* V. ad C. 12.

4 *Ad partem reliquam copiarum continentem repeteret.*] Repoſui hanc lectionem codicis Urſiniani, quam olim in editione ſua expreſſit Robertus Stephanus, quamque probarunt Urſinus & Caſaubonus. Sane vulgatae longe praeſtat. Sed pro vulgata ſtant Salmaſ. & Copeſ. Codd. eamque tuetur J. F. Gronovius ad Senecam Tragicum. GRAEV. *Cum partem r. c. continenti repet.* Haec eſt & fere omnium veterum & certe optimorum codicum ſcriptura, & optimam eſſe

uno demum navigio aegerrimè effugit. [1] Iterum quum praeter Locros Rhegium pedibus iret, & prospectis biremibus Pompejanis, terram legentibus, suas ratus, descendisset ad litus, paene exceptus est. Tunc etiam per devios tramites refugientem, [2] servus Aemilii Paulli, comitis ejus, dolens proscriptum olim ab eo patrem Paullum, & quasi occasione ultionis oblata, interficere conatus est. Post Pompeji fugam, collegarum alterum M. Lepidum, quem ex Africa in auxilium evocarat, superbientem xx legionum fiducia, summasque sibi partes terrore ac minis vindicantem, spolia-

esse didici ex notis paternis ad Senecae Oedipum vers. 61. GRON. Tanti non est unus Ursini codex, & R. Steph. Ed. ut reliquis omnibus praeponderentur. Quare licet *ad partem* pro *partis gratia* posset explicari (de qua re vide ad Julii C. 84.) veterem lectionem quoque reduxi. Adi Cl. Burm. qui nonnet tamen in Copes. esse *contizentem*. An scripsit auctor *q. partem r. c. ab continente rep.*

1. *Item cum praeter Locros.*] Salmas. quoque Cod. & Rob. Steph. *iterum cum praeter Locros.* GRAEV. *Iterum.* Sic MS. vulgo *item.* GRON. Praeter Torr. & Palatinos Codices *iterum* etiam legitur in Medic. sec. tert. Vind. utroque, Pinell. Cortiano, & Edd. Rom. V. ad Tib. C. 6. Mox Boxhornio quemquam fidem habiturum nullus credo, adfirmanti, non dubium esse, quin legendum sit *interceptus.* Quia scilicet Suetonius alibi sic loquitur. Non secus enim adhibet vocem *exceptus*: ut in Tib. C. 8. *Exceptos subprimerent.* V. & Caes. VI. B. G. 28. Front. I, 10, 9. *exceptum aquatorem.* & ibi Tenn. & hic Torr. ac Comm. ad Liv. L. XL. 7.

2 *Servus Aemilii Paulli, comitis ejus, dolens proscriptum olim ab eo patrem Paullum.*] Non fuisse patrem Aemilii Pauli proscriptum illum Aemilium, cujus nomen in proscriptorum album fuerit relatum, ut suspicatur Casaubonus, inde conficit doctissimus Perizonius in Animadvers. Historic. C. 3. quia tum nulli fuerint Aemilii Paulli, praeter Paullum Lepidum, & ejus patrem Consularem, cui id nomen non hereditarium, neque commune cum quoque fuerit, sed impositum a patre ad renovandam memoriam L. Paulli illius Macedonici, qui ultimus fuerit istius nominis in illa gente. Aemilios vero fuisse plures. Sic L. Aemilium Bucam inveniri in numis Quatuorvirum sub Caesare Dictatore, & apud Appianum Lib. v. Ἐμφυλ. Plures illorum temporum Aemilios ibi Perizonius recenset, ac talem etiam fuisse putat Aemilium ab Appiano inter proscriptos & occisos relatum. Sed hic apud Suetonium per Aemilium Paullum, non alium posse intelligi, quam qui affinitate Caesaris & honorum dignitate unus ex Aemilia gente tunc maxime floruerit Paullus Lepidus, de quo multis ibidem agit, & multis suam adstruit sententiam. GRAEV. Verissime docuit ibi Perizonius a pag. 121. ad 148. Aemilii ejus Paulli comitis Augusti ac dein Censoris fuisse patrem Lucium Paullum Consulem A. DCCIII. proscriptum

liavit exercitu: ſubplícemque conceſſa vita [1] Circejos in perpetuum relegavit.

XVII. M. Antonii ſocietatem ſemper dubiam & incertam, reconciliationibusque variis male [2] focillatam abrupit tandem. Et, quo magis degeneraſſe eum a civili more, adprobaret, teſtamentum, quod is Romae, [3] etiam de Cleopatrae liberis inter heredes nuncupatis, reliquerat, aperiundum recitandumque pro concione curavit. Remiſit tamen hoſti judicato neceſſitudines, amicosque omnes,

a fratre Lepido Triumviro, quorum pater erat M Lepidus Q. Filius, conſul cum Q. Catulo. Quamvis vero *pater Marius, Catulus pater*, & Cap. ſeq. *Caeſare patre* & ſimilia dicantur a Suetonio, numquam tamen tali verborum concurſu & ambigua ſententia *patrem* ſimpliciter ſcribit, ut quisquam putaret ipſius *ſervi* eſſe *patrem*: quare Schottus volebat legere *patronum*, merito correptus ideo a Berneccero & Perizonio p. 137. Praeterea non video, quid hic valeat copula &. unde, ſi vel unicus addiceret codex, libens reſcriberem *patrem Paulli L.* ſive Lucium. Hujus autem Aemilii Pauli Cenſorii filius ex Marcella minore, Octaviae & Marcelli filia, *Lucius* rurſus *Paullus* duxit in matrimonium Juliam Agrippae & Juliae filiam, Auguſti neptem, unde ejus *progener* vocatur C. 19. & cum fratre adfini Cajo Caeſare, Agrippae natu maximo filio, per Auguſtum adoptato Coſ. fuit A. DCCLIV. Vide ad C. 26. & conf. C. 64. & Graev. in Praef. T. VII. Th. Rom. Ant. Dein *convocarat* Vindob. pr. *convocaverat* ſec. *evocaverat* Edd. Rom. *vocarat* Mediol. aliaeque: item & *minis* Medic. pr. tert. Periz. Exc. Voſſ. Edd. Rom. Ven. Mediol. aliaeque. ac mox *exercitio* Vind. pr.

1 *Circejos.*] Operarum, credo, vitio inrepſit in priorem Graevii editionem *Circeos*. Ita tamen retentum eſt in ſeq. item Gronovii, Burm. Erneſti, licet eaedem oſtendant *Circejos* in Tib. C. 72. Graecis quidem Κιρκαῖα; ſed Latinis *Circeji* dicitur urbs. atque ita vel *Cercejos* MSS. & Edd. Vett. cum Torr. Caſaub. &c. praeter Periz. Harlem. Vindob. pr. & Ald. Ed. in quibus *Circeos* & Mediceum tert. in quo *Cerocios*. In aliis Edd. male *Circejis*, *Circeis*, vel *Ciceronis* ineptiſſime. V. Liv. I, 56. Cluver. Ital. Ant. L. III. p. 992. &c.

2 *Focillatam.*] *Focilatam. S.* GRON. Sic etiam Medicei pr. ſec. Vindob. ſec. Exc. Voſſ. & alii a viris doctis citati, de more non geminandi conſonantes. De hoc deminutivo, a *foco* derivato vide hic Comm. & Cort. ad Plin. L. III. Ep. 14. *Ipſe paucis diebus focillatus.* Antea *que* exſulat a Periz. Cort. & Edd. Camp. Mediol. aliisque. *Et* ante *quo* abeſt a Vindob. pr.

3 *Etiam de Cleopatrae liberis inter heredes n.*] *Etiam & de Cleopatra lib. & aperiundum.* S. GRON. J. F. Gronovii emendationem *Romae, etiam de Cleopatra liberis* &c. comprobat codex Salmaſii, in quo plane. *Quod is Romae etiam de Cleopatra, liberis inter h. nuncupatis, reliquerat.* GRAEV. Pin. *quod is Romae etiam & Cleopatrae liberis*, non *de Cleopatrae.* Utrum vera ſcriptura & diſtinctio eſt iſta? *teſtamentum, quod is Romae, etiam ex Cleopatrae liberis inter heredes* nun-

nes, atque inter alios C. Soſium & [1] T. Domitium, tunc adhuc conſules. Bononienſibus quoque publice, quod in Antoniorum clientela antiquitus erant, gratiam fecit conjurandi cum tota Italia pro partibus ſuis. Nec multo poſt navali proelio apud Actium vicit, in ſerum dimicatione protracta, ut [2] in nave victor pernoctaverit. Ab Actio quum [3] Samum in hiberna ſe recepiſſet, turbatus nunciis de ſeditione praemia & miſſionem poſcentium,

nuncupatis reliquerat. Senſus: reliquerat teſtamentum Romae, nuncupatis eo in teſtamento heredibus, interque eos etiam aliquibus ex liberis Cleopatrae. Sed de aliquibus tantum nuncupatis nihil veteres. Malunt nuncupatos omnes. Ut videatur ſtare poſſe lectio MS. hac explicatione facta, & ſervato conſtructionis ordine: Teſtamentum reliquerat etiam Romae, nuncupatis liberis, & (i. e. etiam) Cleopatrae inter heredes. Senſus: fecerat teſtamentum, in quo ſcripſerat plures heredes, ac inter eos etiam liberos Cleopatrae, poſt id reliquerat teſtamentum, ut locis aliis, ita etiam Romae. SCHEFF. Exhibui Graevii notam, ut editur inter variorum obſervationes. Sed in qua deſideratur & ut eſt in Salmaſ.,. & male diſtinguitur. nam J. F. Gronovius jungebat *de Cleopatra liberis*, quos e Cleopatra ſuſtulerat. Alii aliter corrigebant. Quia vero in pleriſque etiam Torrentii & Caſauboni libris, nec non Medic. pr. tert. Politian. Copeſ. *etiam & de Cleopatrae liberis*, & in ceteris, & Edd. Vett. *etiam de Cleopatrae liberis* vel, ut eſt in Periz. ſine *de* exaratur, putem optimam eſſe Caſauboni conjecturam; *etiam de Cleopatra & de Cleopatrae liberis.* Nam de ipſa Cleopatra quoque in teſtamento cautum erat, aeque ac de liberis Antonii ex ea ſuſceptis. Quam facillime *de Cleopatra* excidere potuerit, nemo non videt. Vel recipienda eſt Freinshemii trajectio *de Cleopatra & liberis.* Mox *aperiendum* fide Codd. Memm. trium Mediceorum & Polit. excudi curavi.

1 *T. Domitium.*] Nulli fuere *T. Domitii.* Hic vero Lucii ad Pharſalum occiſi filius a Dione p. 419. Zon. L. X. C. 29, Corn. Nep. in V. Att. in f. Vell. Paterc. L. II. C. 84. Cicerone aliquoties & in Faſtis *Cn.* vocatur. V. Pigh. ad ann. DCCXXI. Plutarch. in Antonio ſaepius, & noſtro in Ner. C. 3. ſimpliciter. *Domitius.* Quare cum viris doctis exiſtimo *T.* hic delendum, quod inhaeſit ex littera praecedentis &. Paullo ante *C. Caſſium* Vindob. pr. Σόσσιον Dioni, ſed rectius Joſepho aliisque nomen Σόσιος ſcribitur. In Nummo etiam Aegyptio CΩCIOY. In Latinis nummis & Inſcriptionibus *Soſius.* Poſteriorum temporum ſunt *Soſſii.* Vide & J. Cruceum T. I. Fac. Crit. p. 890. Addit autem Suetonius *tunc adhuc conſules*, quo deſignet tempus profectionis eorum; cum ſuffecti conſules nondum munus inierant. *Antiquitus* exſulat a Vindob. pr. aeque ac Copeſiano. Idem dat *pro ſuis partibus*: unde ſuſpicari poſſes, *ſuis* inſititium eſſe. V. ad Cap. 12.

2 *In navi.*] *Nave* edidi ſecutus ſcripturam Codd. Memmiani; ut notavit Salmaſius, quod omiſſum eſt ab aliis, trium Mediceorum, Politian. Cort. Copeſ. Exc. Voſſ. & Edd. Romanarum. V. Drak. ad Liv. L. XXV, 29.

3 *Samum inſulam.*] Non Palatini tantum, ſed & Salmaſ. Cod. & Rob. Steph. non agnoſcunt: *inſu-*

tium, quos ex omni numero, confecta victoria, Brundiſium praemiſerat, repetit [1] Italiam, tempeſtate in trajectu bis conflictatus: primo inter promontoria Peloponneſi atque Aetoliae, rurſus circa montes Ceraunios, utrobique parte Liburnicarum demerſa, [2] ſimul ejus, in qua vehebatur, fuſis armamentis, & gubernaculo diffracto. Nec amplius quam ſeptem & xx dies, donec [3] deſideria militum ordinarentur, Brundiſii commoratus, Aſiae Syriaeque circuitu Aegyptum petit: obſeſſaque Alexandria, quo Antonius cum Cleopatra confugerat, brevi potitus eſt. Et Antonium quidem feras conditiones pacis tentantem, ad mortem ade-

Jam. Salmaſianus etiam non habet, *militum*. Ex quo hic locus ſic ſcribendus: *Ab Actio cum Samum in hiberna ſe recepiſſet, turbatus nunciis de ſeditione praemia & miſſionem poſcentium.* Pannos male adſutos recidimus. Mox idem Cod. Salmaſ. *promuntoriam* ſcribit & *utrubique*, ut Pandectae Florentini. GRAEV. *Samum*. Ita S vulgo *Samum inſulam*. & vox *militum* non eſt in MS. S. GRON. *Inſulam* etiam non habent Medicei, Pin. Cujac. Exc. Voſſ. nec Edd. Ald. Junt. Dein ejeci quoque *militum* fide eorumdem, Vindob pr. Cort. nec non illorum, quos laudat Burm. & Ed. Romanae principis, Mediol. aliarumque. *turbatis* in Medic. tert.

1 *Italiam.*] *Alia.* S. mox *promunteria* & *utrubique*. S. GRON. *Italiam* ſervant ſoli Vindob. pr. Gottian. & Var. Lect. Politiani. Reliqui MSS. tum Pulm. & Burm. tum Medicei, Pinell. & Vindob. ſec. cum Edd. Vett. habent *alia*: niſi quod Steph. plane omiſerit eam vocem. Mirum eſt adeo turbari in adjunctis huic verbo *repetere*. V. ſupra C. 16. & quae habet Drakenb. ad Liv. L. XXV, 27, 11. Potuit *it* excidiſſe ob praecedens *repetit*, & hinc *iliam* abiiſſe in *alia*, ut cum *tempeſtate* conſtruerctur. Sed & ſyllaba *ita* facile elabi potuit ob ſeq. *Ita*, & dediſſe Suetonius, *repetita Italia*, *t. in trbis eſt conflictatus.* ut vidi dein conjeciſſe quoque Schefferum, addentem tamen, *ſed hic progreſſus fit nimis & enormiter longus.* quod mihi non ita videtur. Dein *promuntoria* etiam Medic. ſec. de more, ſicut & in tribus Medic. Vind. pr. Ed. Mediol. aliisque *Peloponenſi* vel *Peloponnenſi*; ut paſſim. *Ceraurucos* male quoque Edd. Mediol. Cald.

2 *Simul ejus.*] Ita edidi ejecta copula *que* auctoribus Palatinis duobus, Mediceis omnibus, ac Copeſ. & conſenſu Gruteri. contra *fuſisque* habet quoque Vindob. pr. Adi ad Jul. C. 67. *diſfracto* Vindob. ſec. & Cort. V. ad Caeſ. C. 37.

3 *Deſideria.*] *Ad deſideria.* S. GRON. Ita & Pithoeanus. Sed tunc *res* vel ſimile videtur addendum fuiſſe. In Palat. tribus, Viterb. Cujac. Medic. ſec. Polit. Vindob. ſec. Copeſ. & *deſideria*. An *ea deſid.*? praemiorum ſcilicet & miſſionis; quae etiam ordinavit. V. Dion. L. LI. p. 445. qui *trigeſimo die* eum in Graeciam Brundiſio rurſus ſolviſſe ait. In Vindob. pr. corrupte *donec deſiderata*

rem

adegit, [1] viditque mortuum. Cleopatrae, quam ſervatam triumpho magnopere cupiebat, etiam pſyllos admovit, qui venenum ac virus exſugerent: quod [2] periſſe morſu aſpidis putabatur. Ambobus

rentur, *ordinar.* Dein *circumita* Medic. ſec. Cort. in quo deſideratur item *que* poſt *obſeſſa*; ut in aliis, & Edd. veruſtioribus omnibus.

1 *Viditque mortuum.*] Quid id refert? aut quid profuit vel ipſi vel Antonio vidiſſe? Satis ſaepe illum viderat antea. Quaſi vero idem fuiſſet, ac ſi Nero matrem necatam ſpectaret apud Tacitum XIV. ann. 9. Cleopatram vidit, quia vivam antea non viderat, aut nonniſi forſan praetextatus, quum Romam accita fuit; ut potuit, vidit mortuam illam, quae duos Romanos ſuis faſcinaverat illecebris. Plane igitur hoc otioſum, nec videtur Suetonii, qui ſcripſit *unxitque mortuum*, more ſcilicet Aegyptio, non Romano, jubens curari cadaver ad invidiam hominis, qui ſe Aegyptium fecerat ejurata Roma. Tacitus dicit regum externorum conſuetudine corpus Poppaeae differtum odoribus condiri juſſum a Nerone, non igni abolitum, qui Romanis mos. Itaque dicit & Dio LI, pag. 453. ὅτι τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἐταριχεύθησαν. Hoc primum. Mox etiam regali more ſepeliri conceſſit. GRON. Probaſſe debuerat Cl. Gronovius *unguere* ſimpliciter a Romanis adhibitum eſſe de odorifero condimento, quo Aegyptii cadavera inficiebant. Nam certe Auguſtus Antonium Aegyptio more condiri juſſit; atque eo ſenſu ipſe id feciſſe dici potuiſſet. Sicuti Cleopatra ejus mandato vel conceſſu ἐταρίχευσεν ſuum Antonium teſte Dione p. 452. At memoria fefellit virum clariſſimum; cum negat, vivam Cleopatram ab Octaviano tunc viſam. Omnes enim Hiſtorici referunt, & operoſe Dio ibidem, Reginam, ut Auguſti gentiam captaret, ejus in conſpectum veniſſe, ut ex Floro L. IV. C. 11. etiam notavit Burmannus, qui vulgatam lectionem, Torrentio abundare viſam, ſervandam, atque ita a Suetonio ſcriptum eſſe exiſtimat, ut probet duritiem Octaviani, in ſpectando cadavere viri illuſtris, olim amici & adfinis. Nec ſecus cenſet Erneſt. inque ea ſententia fuit quoque J. Perizonius ad Aelian. L. III. V. H. C. 5. infeliciter locum a Caſaubono & Torrentio tentatum ſcribens. Verum quum nemo Antonium ab eo conſpectum adnotaverit, haud auſim ſtatuere, Suetonium tam turpis animi notam Auguſto inuſſiſſe, praeſertim Plutarcho contrarium ſcribente in Anton. p. 952. MSS. duo Torrentii, item Periz. ac Cortian. oſtentant cum Edd. Romanis *viditque mortuam Cleopatram*, probante Caſaubono ex Dione p. 458. At ei lectioni otioſae obſtat totius orationis nexus; cui tamen occurrerunt Cort. Cod. & Romani editores, exprimentes & *Pſyllos adm.* Si & mihi ſententiam de tam dubio loco ferre liceat, putem quoque voces *viditque mortuum* eſſe ſpurias, vel potius corruptas eſſe, & ad Cleopatram pertinere. Conjicio igitur legendum *ultroque morienti* vel *mortuae Cleopatrae*, ejusque ſpontaneam necem oppoſitam eſſe *coactae Antonii*; ita ut, cum Antonium ad mortem adegerit, contra Cleopatram ultro morientem ſervare per Pſyllos conatus fuerit Octavianus. Quam parum nova haec lectio recedat a vulgari, adtendat, quaeſo, judicioſus lector, & corruptionisque cauſſas conſideret. Ceterum *magno opere* rurſus edidit Burmannus; licet MSS. & Edd. hic *magnopere* mordicus retineant.

2 *periſſe.*] Ita, ut alibi, etiam

bobus communem ſepulturae honorem tribuit, ac tumulum ab ipſis inchoatum perfici juſſit. Antonium juvenem, majorem [1] de duobus Fulvia genitis, ſimulacro D. Julii, ad quod poſt multas & inritas preces confugerat, abreptum interemit. Item Caeſarionem, quem [2] ex Caeſare patre Cleopatra concepiſſe praedicabat, retractum e fuga ſupplicio adfecit. Reliquos Antonii reginaeque communes liberos, non ſecus ac neceſſitudine junctos ſibi, & conſervavit, & mox pro conditione cujuſque ſuſtinuit ac fovit.

XVIII. Per idem tempus, conditorium & corpus Magni Alexandri, quum prolatum e penetrali ſub-

hic exprimi curavi, cum tribus Mediceis, Vindob. pr. Exc. Voſſ. & Edd. Romanis, pro *periiſſe*. Paullo ante *ſugerent* Cort. & Edd. Rom. & *putabant* Cort. Recte autem ſcribit auctor *putabatur*. Nam licet illa conſtans ſatis opinio fuerit, quia id credidit Auguſtus, & hinc ejus effigiem in triumpho pictam, aſpide *brachium ſiniſtrum*, (non vero *mamillam*, ut errant vulgo & gemmarum quidam artifices.) mordente circumtulit, quae nota ſunt; nemo tamen pro certo aſpidis morſum adfirmare potuit; cum adfuerit nullus arbiter praeter duas ancillas, itidem ilico mortuas; ac nemo aſpidem aliamve ſerpentem in copinho vel calatho, viderit: unde alii eam venenata acu aliove inſtrumento brachium pupugiſſe altius conjecerunt V. Strabon. L. XVII. p. 795. Plut. in Anton. p. 454, 455. Dion. L. LI. p. 452, 453. Zonar. L. X. C. 31. & Comm. ad Propert. L. III. El. 9, 53. *Brachia ſpectavi ſacris admorſa colubris*. Montfaucon. in Antiquit. Illuſtr. T. V. Supplem. Tab. I. & Diar. Ital. p. 278. Mox *incoatum* vel *incohatum* Vindobonenſes. V. ad Caeſ. C. 47.

1 *De duobus.*] Abeſt haec partic. de ab MS. ſ. GRAEV, GRON, Item a Medic. tert. Male. Non enim e Fadia, ſed Fulvia erat natus *Antyllus* vel *Antullus* potius cognomine. Alter *M. Julius Antonius* vocabatur. V. Plut. p. 955. Dion. p. 454. Zon. L. X. C. 31. Glandorp. in Onom. Periz. Anim. Hiſt. C. 3. p. 155. Perperam quoque *arreptum* in duobus Medic. Pin. Vindobon. Periz. Edd. Mediol. aliisque.

2 *Ex Caeſare.*] Codex Salmaſ. cum vulgatis *ex Caeſare patre*. GRAEV. GRON. *Patre* cum Sabellico ejecit Caſaubonus, ſuorum aliquot codicum auctoritate; ſicut etiam abeſt ab Cujac. Hulſ. Exc. Voſſ. Vindob. ſec. ac Medic. ſec. a m. pr. At cum reliqui MSS. omnes & Edd. praeter Baſil. ſervent, illos ſecutus ſum, qui *patre* revocarunt, vocem additam, emphaſis & differentiae ergo, & ut pateat cauſſa, cur Caeſarionem occidi juſſerit, quia ſcil. Cleopatra praedicabat, eum e Julio Caeſare, Octaviani patre genitum, quique idcirco multas ipſi turbas creare poſſet, ſi in vivis relinqueretur. C. 45. *patrem Caeſarem reprehenſum commemorabat*. V. ad Cap. praeced. Dein *victos* Edd. Rom. ut in nonnullis MSS. in Ner. C. 3. & paſſim, & poſt *ſibi* exſulat quoque a Vind.

ſubjeciſſet oculis, corona aurea inpoſita ac [1] floribus adſperſis veneratus eſt: conſultuſque, num & [2] Ptolemaeum inſpicere vellet, *Regem ſe voluiſſe*, ait, *videre*, *non mortuos*. Ægyptum, in provinciae formam redactam, ut feraciorem habilioremque annonae urbicae redderet, foſſus omnes, in quas Nilus exaeſtuat, oblimatas longa vetuſtate, militari opere deterſit. Quoque Actiacae victoriae memoria celebrior & in poſterum eſſet, urbem

Vind. pr. & Cort. ac Vett. Edd. ſed Politianus Suetoniani ſtyli bene gnarus Ed. Med. margini jam adlevit. & *fovit* Vind. pr.

1 *Floribus aſperſis.*] Cod. Salm. *floribus aſperſus*. Harlem. & al. *aſperſum*. poſt Salmaſ. *Apollonis* pro *Apollinis*, & ſic ſemper. GRAEV. *aſperſus*, ac mox & *in poſterum* & *Apollonis* S. GRON. Pars quoque Codicum Caſaub. & Palat. tert. cum Medic. ſec. Cuj. Periz. Cort. Pin. Exc. Voſſ. & Edd. Vett. dant *aſperſum*, quod recepere Celeb. Burmannus & Erneſt. *aſperſus* Medic. tert. librariorum aberratione. Ego enim omnino retinendum puto *adſperſis*. Nam ut *corona* habet adjectivum *inpoſita*, ita vox *floribus* adjectivum ſibi debitum requirit. Alioquin corpus videretur aeque adſperſum corona inpoſita ac floribus. Quod certe abſurdum foret. Praeterea *corpus* recte *adſpergi quovis humore*, qui haeret, dicitur, ſed an *floribus adſperſum* tam bene dici poſſit pro *conſperſo*, dubitem. Ad haec illa de *floribus* non tam pertinent ad ipſum *corpus*, quam ad totum *conditorium*; quod *veneratus* eſt *adſperſis floribus* de more notiſſimo, uti *corpus aurea corona*. V. hic Torrent. Pitiſc. & Comm. ad Ner. C. 57. *vernis aeſtivisque floribus tumulum ejus ornarent*: unde & ipſae urnae paſſim ſculptis floribus ſunt conſpicuae. *Aurea* bene defendit Cl. Burm. & ante eum Vir. doctus in ſchedis ineditis Bibl. Reid. ad Nepotis locum Pelop. in fine *interfectum Pelopidam coronis aureis donarunt*, ab inepta conjectura Bernegg. *laurea*. In Vindob. pr. *aura i. & fl.* Mox in Cort. *conſultus*.

2 *Ptolemaeum.*] In MSS. de more *Ptolomeum* vel *Ptolomaeum*. Alii autem intelligunt Lagi, alii Auletae filium. Sed de pluribus agi docent ſequentia, ac Dio p. 455. Zonar. L. x. C. 31. Πτολεμαίων σώματα. Hinc Torrent. putat *Ptolemaeûm* contracte ſumendum pro *Ptolemaeorum*, ut legebat Heinſius. Rectius Bernegger. exiſtimat innui Ptolemaeorum Mauſoleum ſeu ἡρῶον. Neutrum diſplicet Erneſtio. Quid ergo, ſi ſcripſit auctor *Ptolemaeium*? quo nomine Athenis etiam fuit Gymnaſium. Vel *Ptolemaeûm* ſcil. *conditorium*. Nihil hic facilius omiſſione litterae *e*, ut in multis MSS. Propertii L. III. El. I, 30.

Et Ptolemaeae litora capta Phari.

Et male exſulat quoque ab Ed. Mediol. pr. cujus margini adpoſuit Politian. & aliis. Mox *ſe voluiſſe ait* tacite excudi fecit Caſaub. e ſuis codicibus, quibus conſentiunt omnes Medic. Polit. Memm. Vindob. ſec. Cort. Vulgo erat *ſe ait v.* vel *ait ſe v.* Dein *in quibus* Medic. pr. & *opera d. quo quia* Vind. pr. & *celebrior* ſec. Praeterea & *in poſterum*, quomodo e MSS. & Edd. Vett. reſtituit Burm., confirmatur Mediceis cunctis, utroque Vindob. Cort. Exc. Voſſ. Edd. Rom. principe, Mediol. aliisque.

urbem [1] Nicopolim apud Actium condidit: ludosque illic Quinquennales constituit: & ampliato vetere Apollinis templo, [2] locum castrorum, quibus fuerat usus, exornatum navalibus spoliis, Neptuno ac Marti consecravit.

XIX. Tumultus post haec, [3] & rerum novarum initia, conjurationesque complures, prius quam invalescerent, indicio detectas compressit, alias alio tempore: Lepidi juvenis, deinde Varronis

1 *Nicopolim.*] Ed. Rom. princ. *Nicopolis.* sec. *Nicopolin*; bene. Antonino in Itinerario vocatur *Actia Nicopolis.* ubi vide p. 325. Antipatri epigramma, editum ab Holstenio & Berkelio ad Stephanum hac voce, quasi ἀνέκδοτον repetivit minus correctum vir doctus post Hesychianas lucubrationes p. 330. Vide Serv. ad Aeneid. L. III. vs. 274. *Juxta Ambracium sinum & civitatem, quam Augustus Nicopolin adpellavit.* Sic leg. est non *Ambraciam, sinum & c.* Mox *Quinquinales c. e ampl.* Vind. pr. item & *M.*

2 *Locum castrorum.*] Sive strictius locum, in quo ipse Augustus tetenderat, seu ἐσκήνησεν. Errant autem Viri docti, qui Suetonium hic erroris accusant, confundentes locum spoliis ornatum cum novo Apollinis sacrario seu templo. Si quid commisit hic auctor, potius omissionis vel obscuritatis esset agendus reus. Bene ei convenit & Straboni ac Dioni, nisi quòd non loquatur hic de novo templo seu sacrario Apollini exstructo & dedicato; cujus tamen meminit Cap. 96. *Apud Actium descendenti in aciem asinus cum asinario occurrit. Hominis Eutychus, bestiae Nicon erat nomen. Utriusque Simulacrum aeneum victor posuit in templo, in quod castrorum suorum locum vertit.* Nam Apollini, ut oraculorum & ominum deo, id dicatum fuisse indicant haec simulacra; Nec Dio ait, locum spoliis ornatum, esse dedicatum Apollini, sed fanum. Cui deo locus alter dedicatus sit, tacet. Verba ejus sunt L. LI. p. 443. Τότε χωρίον, ἐν ᾧ ἐσκήνησε, λίθοις τετραπέδοις ἐκρηπίδωσε, καὶ τοῖς ἁλοῦσιν ἐμβόλοις ἐκόσμησεν, ἕδος τί ἐν αὐτῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ὑπαίθριον ἱδρυσάμενος. Strabo L. VII. p. 325. eodem modo tradit templum Apollinis (nisi de vetere agat) in tumulo esse positum, & sub illo πεδίον ἄλσος ἔχον, καὶ νεώρια, ἐν οἷς ἀνέθηκε Καῖσαρ τὸν δεκανέαν ἀκροθίνιον. Fanum igitur *Apollini*, sed locum circa illud vel sub illo, ornatum hostilium navium rostris & aplustribus, dicavit *Marti & Neptuno*; ac sic singulis diis proprium illis honorem rite tribuit. Quia Suetonius hic diserte dicit *Vetere* templo ampliato, quod & tradit Dio p. 442. posses suspicari ejus verba de *Novo* hic excidisse. V. & Misc. Obs. vol. VII. p. 78.

3 *Ac etiam.*] Latinum non est perperam defensum a Cortio ad Plin. L. V. Ep. 6. Rescripsi vero, licet & *etiam* aliquoties jungantur, ut vidit lector ad Jul. C. 76. hic simpliciter & fide trium Mediceorum, utriusque Vindob. Cort. Copes. Exc. Voss. in quibus *posthac*, & Edd. Romanarum, excludentium τὸ *etiam*. V. ad Jul. C. 26. & suspectum Ernestio. Mox quoque delevi & ante *alias* ex perpetuo Suetonii more; quum non compareat in duobus Palat. & Edd. aliquot, ut monuerunt jam Bernegg. & Burm; iisque accedunt Medic. tert. & Politian.

1 Mi

nis [1] Murenae, & Fannii Caepionis, mox [2] M. Egnatii, exin Plautii Rufi, Luciique Paulli progeneri ſui: ac praeter has L. Audaſii, falſarum tabularum rei, ac neque aetate neque corpore integri; item Aſinii Epicadi ex gente [3] Parthina hybridae: ad ex-

1 *Murenae*] Medic. tres *Murrenae* cum Ed. Mediol. aliisque. *Murenaeque* Periz. prave, uti & in Tib. C. 8. male vulgo *Muraena*. Item Med. duo *Fanni*, & Vind. ſec. *Fauni*. ac *Scipionis* in Edd. Rom. uti ſaepe nomen *Caepio* depravatum eſt in *Scipio*. V. Periz. Anim. Hiſt. C. x. p. 426. laudatum quoque a Cl. Weſſeling ad Diod. Sic. T. II. p. 524. ubi idem vulgo vitium. Male etiam in multis *Cepionis*. Graecis enim dicitur Καιπίων.

2 *M. Egnatii.*] Cod. Salm. *M. Genaiti*. Harlem. *M. Genatii*. Mox idem *Plauii*, *Audaſi*, *Aſini*, pro *Plautii*, *Audaſii*, *Aſinii*. dein *deſtinarant*. Sic & cap. 32. *collegi novi*, pro *collegii novi*. GRAEV. GRON. Primo reliqui omnes Codd. & Edd. primae dant *M. Genati*, inverſis litteris pro *M. Egnati* ſeu *Egnatii*; ut in ſolo Non. Cod. apud Pulm. quod non mutandum fuerat in *Genutii* vel *Gnatii*. item *Plauti*, *Planti*, *Planci*, ac *Luci*, uti & *Audaſi*, *Audiſi* & *Audacii*, & *Aſini* de more vel corruptius *Themaſini*, & *Temaſini* pro *item Aſinii* exhibent quoque noſtri Codd. & Edd. Vett. ſed inmorari in his taedet. V. Comm. & Lipſ. ad Tac. Ann. I, 10. De Lucio Paullo ejusque patre & avo V. ad Cap. 16. *exinde* Vindob. pr.

3 *Parthina*] Sic cum libris optimis Pinell. Gentem hanc bene Pulmannus ex monito Turnebi L. XXIV. Adverſ. C. 15. reſtituit; cum vulgo in Edd. ſicuti etiam in MSS. longe plurimis exhiberetur *Parthiea*. Verum non accurate ſatis illi & omnes ſeqq. editores cum Colero ad Val. Max. L. VIII. C. 6, §. 4. id nomen per *y* ſcripſerunt pro ſimplici *i*; ut oportuerat. Graecis enim Polybio, Dioni, Strabo-

ni vocantur Παρθυαῖοι, vel ut apud Appian & Steph. Byzant. ob ſoni affinitatem. Παρθυροί. Sicut illa elementa ϑ & θ paſſim inter ſe confunduntur. V. Comment. ad Steph. Byzantin. voce Παρθος πόλις Ἰλλυρική. per θ ſcribendum eſſe evincunt Tabulae Capitolinae Triumphales apud Grut. p. CCXCVII. & alios, C. ASINIVS CN. F. POLLIO PROCOS. A. . . . DE PARTHINEIS. &c. Adi Pigh. Ann. ad A. 714. Comm. ad Liv. L. XXX. 34. XLIV. 30. ubi etiam *Epicadus Parthinorum* peditum praefectus; ut monet hic Cl. Burm. Male itaque Pintianus ad Melam L. II. C. 3. *Parthini & Daſſaretae*, ibi non tantum ſed & in Caeſ. L. III. B. C. C. 41, 42. & ubique *Parthenos* voluit ſcribi. Quamquam ſuſpicor, Melam ante oculos habuiſſe Graeci Auctoris codicem, in quo erant Παρθυροί. Nam MSS. omnes, certe a me viſi 5. dant *Parthenii*, at Caeſaris omnes *Parthini*. Sed & in Plinio L. III. C. 22. & 23. vulgo edi videas *Partheni*. At ille male *Parthenos* & *Parthinos* diſtinguit. De prioribus enim ait *Tenere tractum Ozuaei Partheni*; quaſi jam tum extincti; & de poſterioribus ſcribit *Gentes Partheni*, & *a tergo eorum Daſſaretae*: ubi e MSS. & Edd. primis reſtituendum *Parthini*: Cic. in Piſon. C. 40. *Parthini & Bullienſes* (V. ad Caeſ. L. III. C. 12. B. C. Liv. XLVI. 30.) *illuſi*. Videnturque verius nomen habere a Παρθίς. V. ad Steph. V. Παρθυαῖοι; unde *Parthini* & *Parthyaei* Macedoniae nonnullis iidem ſunt ibid. & Bertio in Ptolem. p. 94. Ceterum Colerus ad dictum Valerii Maximi locum hic & alibi cum Scalig. *Ibridae* legi vult. & juvant Medic. pr. tert. cum Memmiano, in quibus

extremum [1] Telephi, mulieris ſervi nomenculatoris. Nam ne ultimae quidem ſortis hominum conſpiratione & periculo caruit. [2] Audaſius atque Epicadus Juliam filiam & Agrippam nepotem ex inſulis, quibus continebantur, rapere ad exercitus: Tolephus, quaſi debita ſibi fato dominatione, & ipſum

Tyridae. Sed in Horat. Plinio, Hirtio *Hy* ſcripti conſtanter retinent. Male vero Colerus negat *Hybridas* dictos *propter obſcurum jus civitatis & libertinos*; carpitque Valerium, & vocem eam ut gloſſam delet Hirtio de B. Afric. C. 19. ſolum vocatos ita cenſens, quod patrem & matrem diverſae nationis haberent. Verum & ideo obſcurum iis jus civitatis erat, ac tales plerumque libertini eorumve filii. Sicut hic ſine dubio *Aſinius Epicadus* natus erat ex Epicado, Aſinii Pollionis liberto, & matre Itala vel Romana: Turpiter in Fabri Theſauro exponitur *patre Romano, matre Parthyna*.

1 *Telephi mulieris ſervi nomenculatoris.*] *Talephi* Pin. Si ſana eſt vox *mulieris*, elicias hinc ſervos mulierum viliores, quam virorum fuiſſe, ideoque additam eam vocem ad extremum dedecus, & ultimae ſortis hominem deſignandum: uti monet Caſaubonus. Ut verum tamen fatear; mihi quoque, uti multis viris doctis, quorum conjecturae in eorum commentariis videri poſſunt, admodum diſplicet vox *mulieris* tam nude poſita, & dubito, num rectius foret *muliebris*, ut certe ſaepius peccarunt librarii. Ita *funeribus*, & *funebribus* confunduntur apud Lamprid. in Comm. C. 16. Atque hinc ſimiliter quidam viri docti in Front. 1, 12. 5. *Sepulcra eorum funeribus ornantur*, legunt *funebribus*. Alii *muneribus*. Sed capiendum videtur in Dativo pro *ad* vel *in eorum funera*; item in Caeſ. L. VI. B. G. C. 21. *juſtis funeribus confectis*: ubi olim mihi placuit quoque *funebribus*. At nihil nunc muto. Diſerte enim ſic & Plin. etiam in antiquiſſimis membranis L. X. N. H. C. 2. *principioque juſta funera priori reddere*. Auſon. praef. parent. *condita funere juſto*. Carm. 9. *juſto funere fletos*. Apage igitur Celeb. Marklandi audacem conjecturam, legentis *mutuis vulneribus confecti*, quaſi ageretur de ſervis Romanorum gladiatoribus. Sed haec ἐν παρόδῳ. Ad Suetonium redeo. In Palat. pr. eſt *Zulieris*. In tertio *militis*. Nomenculatores aliquando fuiſſe Afros vel Libycos docet Lucianus de Merc. Cond. T. 1. p. 665. a Caſaubono citatus. An ergo fuit a manu Suetonii *Mazycis*? Certe *Mazycum* ſervorum turbam *curſoribus* ſervis jungit Tranquillus in Nerone C. 30. ubi vide. Alioquin & conjeci *M. Alieni* ſeu *Allieni*. Sed hoc eſt hariolari. Conſtanter autem MSS. excepto Vindob. pr., & Edd vetuſtiores praebent *nomenculatoris*; uti & in V. Calig. C. 41. Claud. C. 34. atque etiam alibi optimi Codd. Et ſic legendum docet jambus Martialis L. X. Ep. 30.

Nomenculator mugilem citat notum.

Adde Caſaubon. Quare miror, Boxhornium cum Edd. quibusdam voluiſſe *nomenclator*, ut contractum ex *nominis calatore* & hinc neceſſarium: ac nollem, a Celeb. Burm. in contextum eſſe receptam eam vulgariorem vocis ſcripturam, ſaepe quidem in lapidibus obviam; ſed & *nomenculator* in his exhibetur: In Gruteri Corp. pag. DCXXX. N. 4. C. EGNATIVS C. L. EVRIPVS NOMENCVLATOR. Adde Fabr. Inſc. p. CC. & Murat. p. CMLVI.

2 *Audaſius atque Epicadus.*] MSS. & Edd. quidam *Andaſius*, *Aridaſius*. In Vindob. pr. *quoque*. In Medic.

ipſum & ſenatum adgredi,[1] deſtinarant. Quin etiam quondam juxta cubiculum ejus lixa quidam ex Illyrico exercitu, janitoribus deceptis, noctu deprehenſus eſt, cultro venatorio cinctus:[2] inposne mentis, an ſimulata dementia, incertum. Nihil enim exprimi quaeſtione potuit.

xx. Externa bella duo omnino per ſe geſſit:[3] Dalma-

Medic. duobus *Epicadius*. Male. V. Burm. & ad Gr[illegible]m. C. 12. Dein *ad exercitum* Vindob. pr. Unde facilius repetita ex praecedentibus lectio *rapere*, *ad extremum Tel.* quae exſtitit quoque in Mediceis, Vindob. ſec. Cort. editisque ad Steph. usque. Sed Politianus jam maigini Ed. Mediol. adſcripſit *exercitus* e ſuis, ut puto, codicibus. V. Comm.

1 *Deſtinarant.*] Ita MS. S. vulgo *deſtinaverant* GRON. Tres quoque Medicei, uterque Vindobon. Politian. & Copes. cum Exc. Voſſ. *deſtinarant*; quare ſic edidi. *deſtinaverat* Cort. cum Edd. Romanis. Dein *Illyrio* Medic. tert. ſed vide Tac. III. Ann. 7. II. Hiſt. 85. *Illyrici exercitus ſtudio.* Alius enim *Illyrius*, alius *Illyricus* eſt exercitus. Hic *Illyricianus* quoque vocatus, exercitus eſt Romanorum, vel alterius cujusvis gentis, degens in *Illyride.* Ille conſtat ex ipſis Illyriis, & poteſt aliis terrarum in oris eſſe. *Illyris* nempe & *Illyria*, ſubintellecto *terra* & *Illyricum* ſcil. *ſolum* dicitur regio, & id adjectivum de quibuslibet rebus eo pertinentibus adhibetur. Ipſi vero populi dicuntur *Illyrii*, non vero *Illyrici*, ut contra ſaepe in vulgatis libris prave legitur. V. Comment. ad Epit. Liv. XX. Front. II, 5, 10. Inſignis locus eſt Feſti vel Paulli in *Sibynam.* (Sic enim ſcrib. ut jam alii viderunt, non *Sibinam.* in MSS. tribus *Sybin.* Ed. ult. Amſt. ſordide *Sabinam.*) *adpellant Illyrici telum venabuli ſimile. Ennius: Illyrici regnant Siceis Sibyneisque fodentes.* Ubique MSS. 4. Leidd. & Ed. Vet. *Illari* vel *Illiri.* Quia legi debebat *Illyrii*, & *Illyrici*, De σιβύνῃ adi Jungerm. ad Pollucem L. X. Sect. 144. Male Columnae in Ennio p. 137. a Graecis promiſcue συβίνη & σιβύνη dici videtur. *Ganitoribus* Salm. Cod. *Janitorius* Vind. pr.

2 *Inposne mentis.*] Sive demens & delirans, ſanae rationis inops & curatoris egens, non autem furioſus; tunc enim decipere non poterat janitores: quare Cel. Burmanno videtur melior Perizon. & Harl. Codd. recentiſſimorum & aliquot Edd. Vett. lectio *inopsne m.* ut etiam in utraque Mediol. Ed. atque recepit Burm. Crebro hae voces permutantur. V. eum in Add. & Drak. ad Liv. XXXIV. 38. *Nec inops modo conſilii, ſed vix mentis compos eſſet.* infra in Ner. C. 34. Nil ego temere mutem. *Inpos mentis* ab auctore videtur poſitus pro *mente capto*; cum mens ex hominis *poteſtate* abiit, ut explicat Feſtus, ſicut & *inpotem* exponit, qui animum in *poteſtate* non habet, quamvis ICti diſtinguant inter *mente captum*, & *mentis non compotem.* ac temere Librarii vocem *inops* intruſerunt, etiam ubi minime locum habere poſſit. Sic apud Ovidium Ep. XV, 63.

Arſit inops frater, captus meritricis amore,
Mixtaque cum turpi damna pudore tulit.
Factus inops &c.

Primo loco alieniſſima eſt vox *inops*, unde alii *amans*, alii *egens* conjecere. Cl. Withov. *carpſit* vel *roſit opes.* Quid ſi legas *Arſit iners* ſeu deſidioſus & hinc facile captus amore? Mox *enim* exſulat a Cortiano, aliisque & Edd. Camp. Mediol. pluribusque.

3 *Dalmaticum.*] *Delmaticum* & *Delmatia*, pro *Dalmaticum* & *Dalmatia* idem codex ſemper, ut mul-

maticum, adoleſcens adhuc: & Antonio devicto, Cantabricum. Dalmatico etiam vulnera excepit: una acie, dextrum genu lapide ictus; [1] altera, & crus & utrumque brachium ruina pontis conſauciatus. Reliqua per legatos adminiſtravit: ut tamen quibuſdam Pannonicis, atque Germanicis aut interveniret, aut non longe abeſſet, Ravennam, vel Mediolanum, vel Aquileiam uſque ab urbe progrediens.

XXI. Domuit autem partim ductu, partim auſpiciis ſuis Cantabriam, Aquitaniam, Pannoniam, Dalmatiam cum Illyrico omni: item [2] Raetiam, & Vindelicos, ac Salaſſos, [3] gentes Inalpinas. Coercuit & Dacorum incurſiones, tribus eorum duci-

ti alii: vide quae notantur ad Claud. c. 13. ſic & in numis antiquis ſemper ſcribitur *Delmatius Caeſar*, non *Dalmatius*. GRAEV. *Delmaticum S.* ut & mox *Delmatico* & ſeq. Cap. *Delmatiam*. GRON. Sic etiam alibi per *e* eam vocem ſcripſerunt librarii. Adi Duk. ad Flor. IV, 12. ubi §. 3, 10. etiam *Delmatae* in duobus Leidd. Drak. ad Epit. Liv. 62. Nihil certi eſt ſtatuendum. Nam inſcriptiones aeque variant, uti & ſcriptores Graeci, qui & urbem *Delminium* vel *Delminum* vocant Δάλμινον & Δάλματον. V. ad Steph. in hac voce, & eruditiſſimum juvenem A. Gavel in Obſ. Miſc. Nov. T. V. p. 456. Mox in Vind. Sec. *D. & vulnera accepit.* Sed vide Burm. & me ad Caeſ. L. III. B. Civ. C. 9. Front. IV. 5, 17. *exceptisque aliquot vulneribus.* In Harl. eſt *genus.*

1 *Altera autem & crus.*] Cod. Salm. etiam, ut Pall. *altera & crus.* Mox idem: *Mediolaneum* pro *Mediolanum.* GRAEV. *Altera &.* Sic MS. S. vulgo *altera, autem &* GRON. Optime ineptam vocalem *autem* delevit Gronovius cum Grutero, & miror denuo receptam. Carent ea quoque duo Torrent. Medicei tres, Copes. Exc. Cujac. Voſſ. *Mediolaneum* in Medic. pr. & *Aquilegiam* Vindob. ſec. Cort. Edd. Rom princeps ac Ven. pr. quod cenſet Iſ. Voſſ. antiquum fuiſſe nomen a fontium & aquarum copia ad Mel. L. II. C. 4. *ditem adtingit Aquilejam*: ubi in 4. MSS. inveni quoque *Aquilegiam.* V. etiam ad Tib. C. 7. Veſp. 6. Non tamen ego credulus Voſſio. Nam medii demum & barbari aevi ſcriptores, & hinc librarii *Aquilejam* vocarunt vel pronunciarunt *Aquilegiam*, uti & nunc Itali, aut etiam *Aquillegium:* ut in nonnullis eſt Inſcriptionibus. *Aquileiam* quatuor ſyllabis vel *Aquileiam*, ut *Elegeïam*, expreſſerunt Poëtae. V. & Cluv. Ital. Ant. L. I. C. 20. p. 179. &c.

2 *Rhaetiam.*] In Vindob. pr. *Rethiam.* Medicei tres, Vindob. ſec. cum Exc. Voſſ. & Edd. Romanis praebent *Raetiam* ſine *h.* vere: ut ſemper in Lapidibus, & ubique in MSS. vetuſtiſſimis: quare & ita repoſui, uti & infra aliquoties. Conſule Drakenb. & Duker. ad Liv. Epit. 136. & Grut. ad Tib. C. 9.

3 *Gentes Inalpinas.*] In hac lectione pro *Alpinas* aliorum Codicibus accedunt Memm. Cujac. Copes. Politian. Medic. tert. & pr. ſed qui prave ſuprascriptum habet. Ce-

ducibus cum magna copia caeſis, Germanoſque ultra [1] Albim fluvium ſubmovit: ex quibus [2] Ubios & Sygambros dedentes ſe traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit. Alias item nationes male quietas ad obſequium redegit. Nec ulli genti ſine juſtis & neceſſariis cauſſis bellum

Ciſalpinas. Inalpini Plinio L. III. C. 4, 5. Male vero *gentem Inalpinam* conjecit vir doctus; infra in Tib. C. 9. *Raetico atque Vindelico gentes Alpinas ſubegit.* ubi *Inalpinas* quoque in MS. Eutrop. L. VII. C. 9. *Raetiam Vindelicos & Salaſſos in Alpibus.* Strab. L. VII. p. 292. V. Comm. & Bentlej. ad Horat. L. IV, 4, 17.

Videre Raetis bella ſub Alpibus
Druſum gerentem Vindelici.

& *Sal.* Vindob. uterque.

1 *Albim.*] *Abim* S. GRON. *Abin* Medic. tert. *Albini* Vindobonenſes & Exc. Voſſ. *Albin* Edd. aliquot. In MSS. Ferrar. ac Medic. pr. *Albim proprium fluvium.* Vind. ſec. *Albini flumen.* In Cortiano & Edd. Romanis non adparet *fluvium.* Forſan rectius deërit, e gloſſa adjectum. Praeſidiis autem citra Albim poſitis, prohibuit eos flumen tranſire, & incurſiones facere. Ipſe vero Romanus exercitus non tranſiit flumen, nec provinciam fecit omnem illum Germaniae tractum Druſus. V. Burm. & Dion. L. LV. p. 548. Strab. L. VII. p. 203. De Dacis ſic Florus L. IV. C. 12. §. 19. *Viſum eſt Caeſari Auguſto gentem aditu difficillimam* ſubmovere. *Miſſo igitur Lentulo ultra ulteriorem repulit ripam: citra praeſidia conſtituit. Sic tunc Dacia non victa, ſed* ſubmota. adde §. 26. Imitatus eſt vel deſcripſit Suetonium Eutropius L. VII. C. 9.

2 *Ubios & Sicambros.*] Sic cum Grutero edidi ex codicibus Urſini, & Pithoei. Salmaſianus, aeque ut Pithoei legit *Suebos.* GRAEV. *Sebos* S. GRON. Et ſic etiam Pithoei Codex. *Suevos* Palat. ſec. Reliqui MSS. *Suevos.* Edd. Rom. aliaeque cum Harlem. *Sueves.* Edd. Mediol. Cald. *ſervos.* At quia nemo de trajectione *Suevorum* in Galliam facit mentionem, & Agrippa *Ubios* A. DCCXVI, vel DCCXVII. traduxit, teſtibus Strab. p. 134. Tacito XII. Ann. 27. uti Tiberius A. DCCXLVI. *Sygambros;* Gruter. Caſaub. aliique ex Urſini Cod. legunt *Ubios;* neque ego alienus ſum ab hac lectione. Non videtur enim *Ubiorum* trajectionem tacuiſſe Suetonius. Verum tamen, quia Tiberius ipſe apud Tacitum L. II. Ann. 26. glorians Germanos a ſe in deditionem acceptos, in iis nominat *Sygambros* & *Suevos;* atque multa milia ab eo ſunt traducta, ut patet ex Tac. L. XII. Ann. C. 39. noſtro in V. Tiber. C. 9. & Eutrop. L. VII. C. 9. ubi male pro deditiis *captivos* ſcribit; immo praeter *Sygambros* (vitioſe vulgo *Cantabros*) alii multi ſe dediderunt, teſte Dione p. 552. Berneccer. & alii exiſtimant, in his aliquem *Suevorum* populum fuiſſe ſimul traductum. Alii & *Cattos* addunt, ut Cluver. Quo trahunt Aurel. Vict. Epit. 1, 7. Suevos, Catrosque Sygambros *in Galliam tranſtulit.* Sed verbum *delevit* interponunt MSS. V. Annam Fabri. ac conſule quoque J. Maſſon. Diſſert. de Jani templo reſerato a pag. 234. ad 243. Broukhuſ. ad Propert. III, 2, 45.

Suevo *perfuſus ſanguine Rhenus.* ut diſerte legitur in codicis Voſſiani margine. Ceterum pro *Sicambros* in Mediceo tertio hic exaratur *Sigambres* loco τῶ *Sugambros* vel *Sygambros.* (Graecis enim Σύγαμβρος vel Σόγαμβρος) quod hic eſſe in Memmiano teſtatur Valeſius in Valeſ. p. 91. *Sygambros* in Tacito dudum

lum intulit. Tantumque [1] afuit a cupiditate quoquo modo imperium vel bellicam gloriam augendi, ut quorumdam barbarorum principes in aede Martis Ultoris jurare coegerit, mansuros se in fide ac pace, quam peterent: a quibusdam vero [2] novum genus obsidum feminas exigere tentaverit: quod negligere [3] marium pignora sentiebat; & tamen potesta-

dum ediderunt viri docti, atque hic Burm. Sed lenius & per *y*, *v*. non per *u*, *ȣ*, videntur expressisse Romani, utpote syllabam facientes brevem: nec aliter dant optimi Codd. & Edd. Horatii IV, 2, 36. 14, 51.

Te caede gaudentes Sygambri.
Compositis venerantur armis.

De Orthographia ejus nominis plures vide laudatos a Cl. Dukero ad Flor. L. IV, 12. §. 34. *Cheruscos*, Suevosque & Sygambros pariter *aggressus est*. Passim autem *Suevi* & *Sygambri* jungi solent, ut finitimi. Vide supra & Pedon. Albin. ad Liv. vs. 17. Hinc utrique κατ' ἐξοχὴν describuntur flavis capillis in nodum retortis insignes, sive *flavi*. Confer. Lucan. L. II, 51. Savar. ad Sidon. Apoll. C. 7, 43. Cluver. in Germ. L. I. p. 106. Dein *in prox. Rheni agris* Pinell. de quo cogitandum ait Schefferus. Sed vitiosa est lectio. *Rheni agros*, (si quidem ita umquam prosaicus scriptor est locutus) non intellexerunt Gallicos, sed Germanicos: unde ait Lucanus L. X. 130.

Ut nullis Caesar Rheni *se dicat in* arvis
Tam rutilas vidisse comas.

Germanorum scilicet: ubi tamen Burmannus hunc citavit locum. Sed *proximi Rheno* occurrunt passim. V. ad Caes. L. I. B. G. C. 5. Plin. L IV. C. 14.

1 *Abfuit.*] *Afuit* S. GRON. Confirmat Medic. tert. ut dudum edide rat Graev. De eo alibi plura. Deest *Ultoris* Vindob. pr.

2 *Novum genus obsidum feminas.*] Casaubonus explicat *inusitatum ea praesertim aetate*; quia *alioquin res non erat nova*: Unde alii errare hic censent Suetonium. Nam innumera priorum temporum exempla exsistunt feminarum, obsidum loco datarum. V. Comment. hic & ad Tacit. de M. Germ. C. 8. Verum doctorum virorum nemo, excepto Cl. Ernestio, Tranquilli sensum percepisse mihi videtur. *Novum genus obsidum* non est intelligendum respectu quarumvis gentium. Hae passim feminas obsides exigebant, ut olim Porsena a Romanis: sed respectu ipsorum Romanorum. Illi numquam exegerant feminas. Id nunc primus fecit Augustus, quia videbat, a nonnullis *marium pignora negligi*. Hinc non poposcit ab illis tantum alios obsides, sed aliud plane genus, exegitque *feminas*, quod Romanis erat *novum genus obsidum*. Et sic neque erravit Suetonius, nec nisi vulgarissimo sensu vocem *novum* hic sumsit; licet sciam aliquoties sumi pro inusitato, raro. V. Serv. ad Virgil. Ecl. III. 86. Broukh. ad Tibull. II, 7, 19. Terent. Eun. II, 3, 26. *Nova figura oris.*

3 *Marium pignora.*] *pignera* S. GRON. Codd. Memm. Less. Viterb. Palat. pr. Cujac. Cop. & Harlem. item Medic. pr. & sec. habent *marum*. Qui consensus optimorum Codicum profecto non est spernendus. Infra Claud. C. 33. *Marium expers.* Memm. rursum & Copes. cum Medic. tert. *marum*; ubi a Grammaticis ortum credit Cl. Burmannus, ut distinguerent a *marium* Genitivo τοῦ *mare*. Sed cur non etiam ab ipso auctore? Apud Pompon. Melam in optimo codice Leidensi reperi L. III. C. 9. *Sine*

scito

teſtatem ſemper omnibus fecit, [1] quoties vellent, obſides recipiendi. Neque aut crebrius aut perfidioſius rebellantes graviore umquam [2] ultus eſt poena, quam ut captivos ſub lege venundaret, ne in vicina regione ſervirent, neve intra triceſimum annum liberarentur. Qua virtutis moderationiſque fama, Indos etiam ac Scythas, auditu modo cognitos, pellexit ad amicitiam ſuam populique Romani

coitu marum *ſua ſponte fecundas.* Ut *aes aerum*, *flos florum*, *mos morum*, *crus crurum*, *jus jurum*, *rus rurum* frequentius, quidni ſic *mas maram*? Nam inſolenter & dure Naevius (non Pacuvius) apud Priſcian. p. 770. a *mari* ſive pelago formavit *marum*. Vide G. J. Voſſium L. 11. de Analog. C. 14. p. 33, 37. Ed. in 4to. Ceterum *pignera* eſt in MSS. tribus primo nominatis, & Palat. tert. ac Pulm. ut nonnulli ubique e MSS. praeferunt: Inde enim derivatum *pignoror* rectius, quam *pignoror*, de quo infra. Alii archaismum cenſent. Alii ſaepius librariis, quam auctoribus deberi ſtatuunt, in quibus Cl. Burmann. ad Lucan. L. 11, 370. me haud diſſentiente, & *pignoribus* conſtanter in Caeſ. C. 17. retinent Codd. Vide Priſcian. p. 721. item ad Caeſ. L. 1. B. Civ. C. 40. Ineptiunt autem diſtinguentes inter *pignera* rerum, & *pignora* adfectionum: Nam apud Grut. p. MLII. N. 10. CARA PIGNERA. Etiam *neglegere*, ut ſaepe alibi, eſt in Medic. ſec. tert.

1 *Quoties vellent, obſides rec.*] Edd. Camp. Mediol. Cald accedunt reliquis Edd. primis & Perizon. Cod. praebentes *q. obſides vellent.* Verum non exiſtimo, reditum in patriam ab obſidum voluntate umquam pependiſſe, ſed a voluntate parentum, obſides repetentium, & hinc venism illos recipiendi a facili Auguſto inpetrantium. Forſan gloſſema eſt *τὸ obſidum.* Certe ſine ulla ſenſus fraude, &, ut opinor, magis pro Sueronii genio, abeſſe poterat.

2 *Multatus eſt poena.*] Salmaſ. Cod. & optimi quique: *graviore unquam ultus eſt poena*, ut apud Terent. *Ego te pro iſtis dictis & factis, ſcelus, ulciſcar, ut ne impune nos illuſeris.* Tralaticium eſt *ulciſci* pro punire. Mox idem: *triumphos tris egit*, & cap. 32. *ad tris judicum decurias.* Ut alibi ſaepius, ſic in eod. cod. *in quis*, pro *in queis.* cap. 36. vide quae notamus ad 1. ep. Cic. ad Fam. lib. 1. GRAEV. *Ultus.* Sic MS. S. vulgo *multatus.* GRON. Defendunt nihilominus Bernecc. Schulting. ad Calpurn. Declam. 17. Burmann. & Erneſt. quia multa ſunt verba, quae & activam & deponentialem formam ſimul habuerunt. Quod tamen ipſum Graevium, *ultus* amplexum non latuit, ut docent ejus commentarii ad Cicer. L. 11. ad Att. Ep. 17. Vide & Burm. ad Vellej. 11, 97; me ad Caeſ. L. 1. B. Civ. 19. In Tiber. C. 45. MSS. *Obſcoenitatem oris exprobrata.* Immo repertus eſt nuper vir doctus Friſchius, qui omnibus praeteriti temporis participiis aeque activam ac paſſivam vim adtribuat, nondum tamen mihi perſuadens. V. Miſc. Nov. Lipſ. Vol. v. p. 1. Diſſ. 7. Ad haec ſcio equidem *Multa & poena multare* dici a Cicerone pro Balbo C. 18., fateorque *graviore poena ulciſci* a me non inventum. Verum nonne hoc idem eſt, quod ſexcenties occurrit *gravius punire*? Quare cum etiam Caſaubonus teſtatur, optimos quosdam libros *ultus* habere, & ſic [illegible] item in

mani ultro per legatos petendam. [1] Parthi quoque & Armeniam vindicanti facile ceſſerunt; & ſigna militaria, quae M. Craſſo & M. Antonio ademerant,

Mediceis pr. ac tert. & *ultſus* in Politian. magis inclino in lectionem *ultus*, qua ſimul denotatur vindicta de rebellione ſumta. Aliorum liberum ſit arbitrium. Nec magis aliud exemplum, τῆ *multatus eſt aliquem* poteſt produci, quam τῆ *ultus poena graviore*; licet hoc non ſit tam obſoletae formae, a qua ſtudioſe abſtinere ſolet Suetonius. In Vindobon. ſec. inverſo ordine ſcribitur *eſt poena multatus*, & in Perizon. *poena* margini tantum eſt adſcripta. Hinc actius mihi de cauſſa variationis *ultus* & *multatus* cogitanti nata eſt ſuſpicio, vocem *poena* non minus, quam *multa* eſſe ſpuriam, atque a male emendante manu, ac ſcripſiſſe auctorem *graviore re i. e.* gravius, *nunquam ultus eſt*, *quam* &c. Ut repetitionis ſyllabae *re* neglectio ſit fons ceterarum lectionum. Illa enim elapſa deerat ſubſtantivum. Id ſupplevit aliquis voce *multa*; ſed cum ea ſit poena pecuniaria, maluit alius *poena*. Ex quo duplici ſubſtantivo natum *multatus poena*. Dein *venundarent* Vindob. pr. *vicinia* Harlem. & *intra* XXX. *annos* vel *annos triginta* etiam Cort. Edd. Camp. Mediol. & aliae dant, correctum jam a Politiano. Item *Indos ac etiam S.* Vind. pr. Tum *tantummodo* idem; & *petendum* Medic. ſec. a m. ſec.

1 *Parthi quoque.*] Boxhornius monet, in Ed. veterrima eſſe, probatque, *Sic Parthi quoque.* Quam intelligat, neſcio. Nec ita ſolet auctor. Summus vero Caſaubonus cenſet, hic Homericam figuram ὕστερον πρότερον ab Suetonio adhibitam: Nam ſigna militaria reddita eſſe A. DCCXXXIV. Armenia autem ceſſiſſe Phraaten, quo tempore C. Caeſar Auguſti F. ad bellum Armeniacum miſſus eſt circa annum urbis DCCXLVIII. Verum pluribus erroribus hic ſe implicat vir egregius. Antequam ſigna a Phraate reddita ſunt, Armenii ſibi regem petierant a Romanis. Nempe Artaxias (Dioni *Artabazes*) Artavasdis ab Antonio occiſi filius ſe in regno Armeniae majoris, ope Parthorum regis Phraatis tuebatur contra ipſos Armenios, qui malebant ejus fratrem Tigranem, Romam Alexandria capta abductum, & auxilium Auguſti inplorarunt, cedente nunc tutelam Partho. Miſſus ergo Tiberius eo advenit eodem, quo ſigna recepta ſunt, anno DCCXXXIV.; poſtquam jam Artaxias per dolum propinquorum erat occiſus, & tunc Tigranem in regno confirmavit, diademate pro tribunali inpoſito: unde per adulationes Tiberio ſupplicationes ſunt decretae & nummi cuſi *Armenia capta*, vel *Armenia recepta*. V. Dion. p. 526. Tacit. L. II. Ann. C. 3. Strab. L. XVII. p. 821. Vellej. II. 94. Horat. I. Ep. 12, 26. Hinc & Eutrop. ait L. VII. C. 9. *Armeniam a Parthis recepit: obſides Perſae ei dederunt, etiam ſigna Romana*, &c. Freinsh. in Suppl. Liv. Ep. 136. C. 25. Cum vero Tigranes ille ejusque proles obierat, ſucceſſit juſſu Auguſti Artavasdes; Verum Armenii a Parthis eorumque rege Phraate adjuti ejecerunt Artavasdem non ſine clade Romanorum ab A. DCCXLVIII. ad DCCLI. ac Phraates vindicavit ſibi Armeniam: Quapropter Cajus, qui virili toga indutus eſt A. DCCXLIX. in XII. Auguſti conſulatu, (V. C. 26.) in Armeniam eſt miſſus A. DCCLII. ſed demum A. DCCLV. Phraates domi ex odio ſui res conturbatas ſentiens, & Cajum in Meſopotamia eſſe videns, pacem cum Romanis redintegravit per filium ſuum juvenem, (qui cum Cajo in Euphratis inſula eſt ſollocutus: ubi praeſens adfuit Hiſtoricus Vellejus) ſub conditione, ut Armeniae regno deſiſteret; Ac Cajus victis Armeniis, & ad pacem coactis regem inpoſuit originis

non

rant, [1] reposcenti reddiderunt; obsidesque insuper obtulerunt: denique pluribus quondam de regno concertantibus: non nisi ab ipso electum [2] probaverunt.

XXII. Janum Quirinum semel atque [3] iterum a condita urbe memoriam ante suam clausum, in multo breviore temporis spatio, terra marique pace parta, [4] ter clusit. Bis ovans ingressus est urbem, post Philippense, & rursus post Sicu-

Medum Ariobarzanem. V. Dion. p. 554, 555. Tacit. I Ann. 53. II, 4. Vell. II, 99, 100, 101. Flor. IV, 12. Masson. in Diss. de Jani Templo reser.

1 *Reposcenti reddiderunt.*] Quia alii narrant, Parthos belli metu, quod parabat Augustus, ultro remisisse signa, Cel. Burmannus conjecit *nec poscenti*; juvatque non nihil Medic. pr. *res poscenti.* Sed frustra: quare in Addendis quoque monuit, melius esse nihil moveri, ex Virgilio L. VII. Aen. 685. *Parthosque reposcere signa.* Dio Cassius diserte narrat, Augustum reddidisse Phraati filium, quem captum aemulus Phraatis Tiridates obsidem ipsi dederat, ea sub conditione, sive ἐπὶ τῷ τούς τε αἰχμαλώτους καὶ τὰ σημεῖα τὰ στρατιωτικὰ τά τε τοῦ Κράσσου καὶ ἐν τῇ τοῦ Ἀντωνίου συμφορᾷ ἁλόντα κομίσασθαι: at dein Phraaten, cum nihildum eorum, quae pactus erat, praestitisset; ac timens, ne Augustus bello ipsum adficeret, captivos & signa remisisse. Omnino igitur repoposcerat Augustus. Vide L. LIII. p. 519. L. LIV. p. 525. Justin. L. XLII. C. 5. Sicuti & Tiberius, dum in Oriente erat, illa recepit una cum obsidibus, Phraatis ex priore conjuge liberis A. DCCXXXIV. Vide in Tib C. 8. Tacit. II. Ann. init. Confer Vaillant. in Arsacid. p. 174, 175. Suppl. Freinsh. ad Epit. Liv. 136, 139. *Ademerunt* est in duobus Mediceis & Copes.

2 *Comprobaverunt.*] Medicei tres, uterque Vindobon. Pin. & Exc. Voss. dant simplex *probaverunt.* Vere: sicut & Scheffero lectio sincerior videbatur. Utrumque vero adprobandi sensu adhibuit auctor. *certantibus* etiam Pin. *ab eo* habent itidem duo Medicei.

3 *Iterum a condita u. memoriam ante.*] *Iterum cond. u. ante mem.* S. GRON. praepositio *a* exsulat quoque a Medic. tert. a m. pr. & *ante memoriam* MSS. ad unum omnes atque Edd. ante Casaubonum.

4 *Ter clusit.*] Videri super hoc loco possunt commentarii, & in his laudatae virorum doctorum dissertationes, ac Lips. in Elect. L. I. C. 20. Equidem vereri quis posset, ut recte se habeat vulgaris maxime lectio *ter*, quam agnosunt tamen MSS. Medicei, Vindob. Cort. Edd. Mediol. aliaeque. V. Burm. Nam licet Orosius L. VI. C. 22. adfirmet, Janum sub Augusto ter clausum fuisse, nusquam alibi istius rei veritas clare adparet. Dio enim L. LIV. in f. tantummodo dicit decretum fuisse, ut Janus clauderetur; sed addit, ἐμέλλησε καὶ ἐκλείσθη: Dacis scilicet, Dalmatis & Germanis novas irruptiones facientibus. Neque in seqq. quidquam de Jani occlusione refert; quod perperam adfirmat Cl. Masson in Jano Reser. p. 209. &c. Ad haec ipse Augustus in Monum. Ancyr. haec vel similia tantum scripsit. *Cum a condita urbe Janum Quirinum bis omnino clausum ante me fuisse prodatur memoriae, ter me principe claudendum esse decrevit Senatus.* Non vero *ter clausit.* Si sana igitur, ut opinor, haec lectio sit, decretum & voluntatem sumsit

culum [1] bellum. Curules triumphos [2] tres egit, Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum: continuo triduo omnes.

XXIII. Graves ignominias cladesque, duas omnino, nec alibi quam in Germania, accepit, [3] Lollianam & Varianam: sed Lollianam majoris infamiae, quam detrimenti: Varianam paene exitiabilem, tribus legionibus cum duce legatisque, & auxiliis omnibus, caesis. Hac nunciata, excubias per urbem indixit; ne quis tumultus existeret: & Prae-

sumsit Suetonius pro facto: ut solemne est illi (V. Comm. ad Cap. 15. & 29. ac 84. Caes.) nec non aliis. Adi Burm. ad Val. Flacc. IV, 59. Lucan. L. IX, 685. Duker. ad Flor. L. I. 10. & 18. §. 12. Non autem semel ab Augusto clausum fuisse, seu *tertio*, ut quidam legunt, & in his Politianus; sed aliquoties voluisse indicare auctorem, totus evincit contextus. Quare male abest numerus a nonnullis, & Edd. Romanis. In Mediceorum, ab Emin. Norisio inspectorum, uno est *parister*, in altero *iterum*, quo faciunt Harl. & Periz. *inter*. At cur non potius tunc *bis* scripsisset? V. Mon. Pisan. p. 195. & Doctiss. Edm. Chishull. ad Mon. Ancyr. p. 188. Recte autem *clusit* Casaub. & seqq. Edd. exhibuerunt, uti est in Memm. Mediceo tertio, & Schotto ad Aurel. Vict. de Vir. Ill. C. 79. ac nummis, & Inscript. Grut. p. XLIX, 4. passimque alibi, non *clausit*. Atque edidit sic quoque Cuningh. invitis licet MSS. in Horat. L. IV. O. 15. *vacuum duellis*,

Janum Quirinum clusit.

1 *Bellum.*] Mirum est, hanc vocem exsulare a Vindob. pr. Cort. Periz. Harl. & Edd. ante Beroaldum. Irrepsit autem in notas Casauboni de tempore Philippensis ovationis turpis error. Nam in ipsius editione legitur A. DCCXXIV, in aliis DCCXXXIV.: cum sine dubio volnerit Casaub. A. DCCXIIX. Aer. Capit. vel DCCXIV. Aer. Varr. (quam secutus est etiam Casaub.) ut Fasti & Dio L. XLVIII. p. 375. docent. Alter ovatio de Siculo bello accidit A. DCCXVII. aer. Capit. DCCXVIII. Aer. Varr. ut iidem Fasti & Dio L. XLIX. p. 400. evincunt. Dein *Currules* Cort. & Edd. Vett.

2 *Tres.*] *tris* & *Delmaticum*. S. GRON. *Omnes* male Edd. Vett., & in his Camp. Mediol. jungunt seqq. *Omnes graves*, non vero Gryph. A. 1544. in qua alio charactere expressa est vox quasi delenda, nec Casaub. qui bene *triduo omnes* junxit, uti jam Politianus in Ed. Mediol. margine correxerat. In Vindob. pr. *uno triduo omnes*, ab VIII. Id. Sext. A. DCCXXV. quum quintum erat Cos. Vide Fast. Pighii.

3 *Lollianam.*] Vitiose Vindob. Cort. & aliorum quidam cum Edd. Vett. contra Nummos & Lapides *Lolianam*. Accidit vero ea clades & amissae aquilae V. legionis dedecus A. DCCXXVIII. ut bene in marg. Ed. Casaub. postquam praecedente anno sive quarto Olympiadis CXC. M. ille Lollius Germanos ex insidiis ceciderat. Errat enim Boeclerus & cum eo Pitiscus, videri tamen volens aliquid de suo addidisse, cum existimant victoriam secutam esse post cladem. Nam eodem anno DCCXXXVIII. Barbari Sygambri, Usipetes, Tenchteri audito ipsum Augustum, qui hoc praetextu usus urbem, in qua tunc adesse nolebat, reliquit, cum exercitu & Tiberio in Galliam advenisse, regres-

Praeſidibus provinciarum [1] propagavit imperium, [2] ut & a peritis & adſuetis ſocii continerentur. Vovit

in ſuas terras datis obſidibus pacem petiverunt, acceperuntque. V. Euſeb. ad dictum annum. Jul. Obſ. c. 131. Dion. p. 535. Tacit. I. Ann. 10. Vell. II, 97. & Comm. Supra *non alibi* manus Politiani adſcripſit Ed. Mediol. Mox *ſed* non comparet in Vindob. pr. & *auxiliis communibus* eſt in Ed. Rom. utraque. Dein vitioſe Ed. Mediol. cum aliis quoque *induxit*.

1 *Propagavit imperium.*] Ex unico Palat. Cod & aliquot Edd. recepit Cl. Erneſti *prorogavit*, motus, ut ait, rationibus, quibus diſcrimina harum vocum conſtituit ad Livium Drakenborchius. At is ea non conſtituit; ſed Perizonius, quem ex Obſerv. Hiſt. C. VI. ad Livium L. XLII. C. 30. tranſcripſit Drakenb. Scilicet ibi Perizonius docuit *prorogari imperium* non dici poſſe, quando agitur de terminis regionum ſubjectarum imperio populi Rom. proferendis; ſed dicendum tunc *propagari*: Quia *prorogatio* ſemper temporis ac durationis ſignificationem involvit, ſumtam a comitiis; adeoque in finium dilatatione locum habere nequit. Verum ut concedam *prorogari* non in uſu fuiſſe, niſi de prolatione temporis, inde non ſequitur de ea ſemper dicendum eſſe *prorogari*, nec licitum fuiſſe aliud verbum adhiberi; praeſertim poſtquam vera illa in comitiis *prorogatio* erat abolita; aut *propagare* ſemper ſignificare laxius imperium reddere, ut cenſebat Malaſpina ad Cicer. L. VIII. ad Att. Ep. 3. Nequaquam. Significat id propria notione, extendere vineam propagine vitium. Hinc transfertur ad alia, ut ſubolem humanam, religionem, opinionem (ut apud Martian. Capell. L. VI. p. 227. ſic enim MSS. non *peragratur*. Adi Feſtum in V. *progages*, *progenies*, ut legi debet e MSS. Leidd.) non ergo ſolum denotantia loci amplificationem, ſed & temporis diuturniorem conditionem. Sicut innumera verba, nomina, pronomina, adverbia, praepoſitiones a primo loci ſenſu transeunt in temporis notionem, & contra. Unde Cicero dixit Catil. II, 5. *propagare multa ſecula Reip.* L. V. ad Fam. Ep. 15. *Niſi propagatio miſerrimi temporis.* Phil. XII, 6. *propagare bellum* Pro domo C. 33. *propagatio impunitatis.* Flor. III, 17, 2. *propagare bellum in poſteros.* Liv. L. XXIII, 25. *propagare in annum imperium.* Sic enim MSS. plerique. Adi illic Comment. Infra Calig. C. 29. *propagari ſibi commeatum*; quod minus bene ex uno alteroque MS. in *prorogari* rurſus mutavit vir Clar. Appul. L. IV. Met. p. 81. *Spem futuram* vel *ſpe foeturam liberorum propagabat.* Contra pro *prorogari* ex uno alteroque cod. multi male *propagari* ſubſtituerant in Caeſ. C. 24. Graev. in Cicer. V. ad Att. 17. & Periz. in Valer. Max. L. IV, 4, 6.

2 *Ut & a peritis & adſuetis.*] In Ferrar. Medic. ſec. Ed. Mediol. Cald. exaratur *ut aſſuetis & a peritis.* Med. pr. & tert. Vindob. ſec. & aliis *ut a peritis & aſſuetis.* In Vindob. pr. *ut a ſuetis & peritis.* Cort. *ut & a ſuetis & a peritis.* Ed. Rom. princ. *ut a ſuetis & a peritis* cum multis a Burm. citatis. Puto reliquiſſe Suetonium repetitione praepoſitionis & copulae ex ſuo more *ut & a ſuetis & a peritis*, vel inverſo ordine. *ſuetus* pro *adſuetus* ſic creberrime Tacito, aliisque. Vox ea, ſed paſſivo ſenſu, reſtituenda eſt quoque Appulejo, L. VI. Met. p. 129. Ed. Pric. *Et verbum manu injecta* (male haec vox deeſt Edd. Vett. & Pric.) *ſecutus &c. baculi nodoſi, quem gerebat, ſaevis ictibus temperat.* Sic ex conjectura Scalig. vel Vulcanii ediderunt Elmenh. Scriv. & Florid. ſed MSS. omnes *ſuetis* cum Pric. ſive ſolitis. ut L. VII. p. 148. *Montis*

vit & magnos ludos Jovi Opt. Max. [1] SI RESPUBLICA IN MELIOREM STATUM VERTISSET: quod factum Cimbrico Marsicoque bello erat. [2] Adeo denique consternatum ferunt, ut per continuos menses barba capilloque submisso, caput interdum foribus inlideret, vociferans, *Quintili Vare, legiones redde*: diemque cladis quotannis moestum habuerit ac lugubrem.

XXIV. In re militari & commutavit multa, & instituit: atque etiam ad antiquum morem nonnulla

juetum vestigium. L. IX. p. 199. *fuetis cibariis.* L. XI. p. 253. *fueto lavacro.* In Apol. p. 4. Ed. Pric. *Multa in me proprie conficta & alia communiter in Philosophos ficta ab imperitis.* Quanto elegantius duo Flor. & Dorvil. *fueta* scil. confing. & jaci.

1 *Respublica in meliorem.*] Hanc lectionem librorum Memmiani, & Pithoei confirmat codex Salmasii & tres Palatini, quos merito cum Grutero sequimur. vulgo, *rempublicam.* GRAEV. *Si Respublica.* sic MS. S. vulgo *rempublicam.* GRON. Ita legendum esse jam monuerant Torrent. & Casaub. ac confirmant Medic. pr. & tert. sicut bene receperat quoque Bernegg. quem vide, ac Graevium seqq. Edd. Adi quos laudat Duker. ad Flor. III, 3, 8. Drakenb. ad Liv. II, 62. Ceterum Memmianus Cod. idem est Salmasiano. Consule Burm. in praef. Paullo ante *Jovi magno optimo* Cort. Edd. Camp. Med. aliaeque, pessime.

2 *Adeo namque consternatum ferunt.*] Lege ex Salmas. *adeo denique consternatum ferunt.* Ignoratio significationis elegantioris τῦ *denique* hujus loci veram scripturam perdidit in vulgatis. *Denique* enim Latinis est, ut paucis dicam, ex quibus intelligi possunt reliqua. Flor. I. 16. *Omnium non modo Italia, sed toto orbe terrarum pulcherrima Campaniae plaga est. Nihil mollius coelo. Denique bis floribus vernat.* Justin. IX. 4. *Hujus victoriae callide dissimulata laetitia est. Denique non solita sacra Philippus illa die fecit: non in convivio risit, non ludos inter epulas adhibuit.* plura notavi ad Ciceronem. Videndae quoque viri doctissimi, & perelegantis ingenii Joh. Schultingii τῦ μακαρίτυ, notae ad XI. declam. Calpurnii. GRAEV. *Denique* sic MS. S. vulgo *namque.* GRON. Nihil certius hac lectione, quam Politianus jam, inducta voce *namque*, Ed. Mediolanensi adposuit, & exararunt quoque librarii Mediceorum trium, Pin. Pulm. Cujac. & dudum expressérunt aliquot Editiones. V. Comment. ad d. Flori locum. Dein *Quintili* Salm. & mei MSS. & Edd. Vett. ut Graecis & vulgo in Tib. C. 17. Sed *Quinctilius* in Nummis & Lapidibus. Inepte Ed. Rom. *Quintiliane redde legiones*; sed eodem verborum ordine in Oros. L. VI 21. Tum *habuit* Vind. pr. Cort. Edd. Rom. Quod adtentionem meretur. Nam videtur id certius potuisse scire Suetonius, quam priora, de quibus etiam ait Dio ὡς τινὲς φασὶν ad A. DCCLXII. p 585. At de atra diei in historiis nunc incerti nota nihil dicit; uti nec alii, quorum nonnulli tamen, ut Aurel. Vict. in Epit. Orosius similesque, Augusti vix credibilem luctum, quasi certam rem enarrant. Ait autem *per continuos menses* non addito numero, ut in Cal. C. 27. *per continuos dies*; ubi vide Burm.

1 *Di-*

nulla revocavit. [1] disciplinam severissime rexit, ne legatorum quidem cuiquam, nisi gravate, hibernisque demum mensibus, permisit uxorem intervisere. Equitem Romanum, quod duobus filiis adolescentibus, caussa [2] detrectandi sacramenti, pollices amputasset, ipsum bonaque subjecit hastae: quem tamen, quod inminere emtioni publicanos videbat, liberto suo addixit, [3] ut relegatum in agros pro libero esse sineret. Decimam legionem, contumacius parentem, cum ignominia totam [4] dimisit: item alias inmodeste missionem postulantes, citra [5] commoda emeritorum praemiorum exauctoravit. cohortes, si quae cessissent loco, decimatas hordeo pavit. centuriones, [6] statione deserta, itidem ut manipulares, capitali animadversione puniit:

1 *Disciplinam severissime rexit.*] Recte tuetur hanc lectionem Casaubonus contra Ursinum. Sic & superius locutus est in Caesare cap. 48. *domesticam disciplinam in parvis ac majoribus rebus diligenter adeo severeque rexit.* GRAEV. V. ibi Burm. Supra *constituit* Cort. Edd. Mediol. Cald. aliaeque, ac *gravate* Vindob. sec. a. m. pr. Edd. Mediol. Cald.

2 *Detrectandi.*] Cort. & Edd. Rom. Med. aliaeque de more *detractandi.* Dein *bonaque ejus* Cort. & eaedem Edd. prave. V. ipsum Cort. ad Plin. L. 1. Ep. 2. *ipsum me & contubernales.* ac mox *emtione* Medic. pr.

3 *Relegatum in agros.*] Cortian. cum Edd. Vett. *in agro.* quod ex Periz. & Harl. reposuit Cl. Burm. Sed *agros* servant MSS. Memm. Medicei, Polit. Vindobonenses; & recte. *Agris* Ed. Junk. In Mediceo pr. exaratur *relegatum fuum.* Sub qua lectione an lateat quid, videant acutiores. De servili poena rustica vide etiam Bernegg. & Terent. Phorm. II, 1.

4 *Dimisit.*] In Edd. Seb. & Ant. Gryphii legitur *divisit.* An credidерunt earum editores hinc natum esse cognomen *Geminae*, quod habuit Leg. X. Pannonica? si ita, errarunt. Nam *Gemina* habet nomen ex copulatione duarum legionum, quarum una alteri est inserta. V. Dion. L. LV. p. 564.

5 *Commoda emeritorum praemiorum.*] MSS. Cortian. & Edd. Rom. exhibent *primorum.* Bene quidem Bernegg. explicuit *emeritis praemia* dici, ut *emeritum donum*, & *emeritam laudem*, &c. Verum offendunt vehementer *commoda emeritorum praemiorum.* quare non placet quoque *emer. & praem. Commoda* enim sunt *praemia emeritae militiae* cum missione veteranis dari solita; sive *merces emeritorum stipendiorum*, ut apud Liv. L. XXI, 43, 10. ubi V. Drak. vel *justae militiae*, ut auctor ait in Vitell. C. 15. Fateor hic mihi aquam haerere. Si *commoda emer. stipendiorum* scripsisset, vulgari more esset locutus auctor. Giphanio vox *praemiorum* spuria est visa, uti & aliis. Tum *punivit* Vind. pr.

6 *Statione deserta itidem.*] Lipsius haec accepit de desertoribus ordinum, cum intelligat excubiarum desertores. Capi-

niit: [1] pro cetero delictorum genere variis ignominiis adfecit: ut ſtare per totum diem juberet ante Praetorium: interdum tunicatos, diſcinctoſque, nonnumquam cum decempedis, vel etiam ceſpitem portantes.

XXV. Neque poſt bella civilia, aut in concione, aut per edictum, ullos militum, [2] commilitones adpellabat, ſed milites: ac ne a filiis quidem, aut privignis ſuis, imperio praeditis, aliter adpellari paſſus eſt: ambitioſius id exiſtimans, quam aut ratio militaris, aut temporum quies, aut ſua domuſque ſuae majeſtas poſtularet. Libertino milite, praeterquam Romae incendiorum cauſſa, & ſi tumultus in graviore annona metueretur, [3] bis uſus eſt; ſemel ad praeſidium coloniarum, Illyricum contingentium; iterum ad tutelam

tale autem erat ſtationes deſerere. GRAEV.

1 *Pro cetero delictorum genere.*] Haec & ſeqq. non ad centuriones, ſed ad manipulares & gregarios ſolos pertinere, ac parum Latina eſſe cenſens Clar. Erneſti acute conjecit, *Ceteros pro del. gen.* Verum ea lectio iſtud incommodi habet; quod ita Suetonius videatur ſtatuiſſe, Auguſtum gregarios non puniviſſe, niſi poenis ignominioſis, at levioribus gravioribusve pro delictorum genere. Quum ſine dubio intellexerit, illum in majore crimine, ut ſtationis deſertae, loci relicti, eos quoque, ut centuriones, capitali ſupplicio adfeciſſe, vel decimaſſe, uti jam monuerat; ſed pro cetero delictorum genere poenas tantum ignominioſas exegiſſe. Scilicet non advertit vir egregius, illas voces *isidem ut manipulares*, non ſecus ac *centuriones*, ἀπὸ κοινοῦ eſſe repetendas ſenſu; & Auguſtum aeque centuriones ac manipulares pro cetero delictorum genere variis ignominiis adfeciſſe; non vero ſolos centuriones; aut, ut vulgo fiebat, ſolos manipulares. Quamquam alii quoque Impp. centuriones, itidem ut gregarios, ſtare diſcinctos, diſcalceatos &c in principiis juſſerunt. V. ad Front. L. IV. C. 1 §. 27. 28. & alibi. De gregariorum itaque poenis non minus hic tacet auctor, quam in Caeſ. C. 67. Vit. C. 10. Veſpaſ. C. 8. Sed eorum poenis ne exceptos quidem fuiſſe ipſos centuriones ab Auguſto innuit. *Delictorum* vox deeſt Medic. ſec. Mox *vel* exſulat a Vind. ſec.

2 *Commilitones adpellabat.*] Cod. Salm. *appellat.* forte *appellavit.* GRAEV. Ita adſcripſit Salm. GRON. *Appellat* etiam in Medic. tert. Dein *a* abeſt a Vindob. pr. qui contra & inſerit ante *imperio.* Mox Cujaciano codici haud male *aliter* faſtidienti favet Medic. ſec. in quo legitur inverſo ordine *app. aliter*, frequenti interpolationis indicio. *eſtimans* Vindob. pr. *extimans* Pin.

3 *Bis.*] *Urbis* S. GRON. Sic quoque. Medic. tert. & Hulf. Abeſt a Cortiano & aliquot Burman-

lam ripae Rheni fluminis : [1] eosque servos adhuc viris feminisque pecuniosioribus indictos, ac sine mora manumissos, sub priore vexillo habuit, neque aut commixtos cum ingenuis, aut eodem modo armatos. Dona militaria, aliquanto facilius

no laudatis, item Ed. Mediol. cui Politianus adscripsit *urbis*, & aliis. Mallem, si quid mutandum, *urb bis* sive *urbanus*, *bis usus est*. Dein *item* Medic. pr. Edd. Mediol. &c. Male.

1 *Eosque servos adhuc &c. sub priore vexillo b.*] Vehementer hoc loco, haud sane, ut nunc legitur, intelligendo, se torquent viri eruditi, & varia tentant, ut videre est in Comm. Nemo tamen mihi satisfecit, suspicanti istud, nunc plane otiosum *adhuc*, omnium tenebrarum esse causam. Lego itaque & distinguo, *eosque*, *ad hoc servos* i. e. praeterea servos : atque intelligo libertinos duplicis generis. *Eosque* scilicet, quos alioquin incendiorum causa instituerat sub praefecto equite, adeoque etiam sub certo vexillo merentes, & *ad hoc* sive insuper servos recens manumitti jussos a viris feminisque pecuniosioribus (ut recte est in MSS. O. & Edd. pp.) simul *sub priore vexillo* habuit. Jamque clare patet, cur dicat *priore* & non *proprio* vel *privo* ; ac qua ratione illud explicari, nec vero quidquam mutari debeat. De libertinis illis incendiorum causa sub praefecto Vigilum equite vide Dionem L. LV. p. 566. & Casaub. aliosque infra ad C. 30. Neque solos ad praesidium coloniarum missos servos per vitos feminasque pecuniosiores libertate donatos, sed etiam alios docet Dio rursus eodem Lib. p. 569. Πέμπει τὸν Γερμανικὸν, ἐφαλιώτας οἱ ἐκ ἐυγενεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξελευθέρους δὲ, ἄλλους τε καὶ ὅσους παρά τε τῶν ἀνδρῶν καὶ παρὰ τῶν γυναικῶν δέλους πρὸς τὰ τιμήματα αὐτῶν λαβὼν ἠλευθέρωσεν, ubi pessime vertitur *certo pretio* aut *pro certi nummi pretii ratione*, loco τῷ *ex censu eorum*, ut monuere Casaub. & Popma ad Vell. L. II. C. III. *ex censu dare* ; sed & *redemerat* pro *adeptus* vel *sumens*. Nam non redemit eos Augustus ; sed *dare coegit & indixit*, ut Vellej. & Sueton. Corrumpendi loci ansam dedit quoque librariis pronomen *eos*, praecedente *libertino milite*. Sed illa numeri mutatio hac in re quibusvis scriptoribus est frequentissima. Videantur modo collecta a me ad Caes. L. II. B. G. C. XI. *Omnem equitatum. His Q. Paedium praemisit*. Drakenb. ad Liv. L. XXX. C. 42. §. 6. Burm. ad Vitell. Vit. C. 15. *Ad hoc* loco τῷ *praeterea* crebro abiit in *adhuc* vel *adhaec*. Sic in Ner. C. 47. *Terrebatur* ad hoc *evidentibus portentis* : ut est quoque in tribus Medic. ac Polit. Vide illic Burm. & Duk. ad Flor. L. II. C. 8. §. 3, 16. Cort. ad Sall. B. Catil. C. 44. Ad hoc *mandata verbis dat*. Plin. L. XI. C. 12. *Ad hoc fuco florum corruptus*. Ita Chiffl. & Leidd. tres vetustiores. al. *adhuc* : vulgo *adhaec*. Appul. L. X. Met. p. 213. Ad hoc *uxoris dilectae lamentationibus*. Sic enim MSS. Florent. & Urs. atque Edd. aliquot. In aliis *adhuc*, *adhaec* &c. De Dogm. Plat. L. I. p. 4. Ed. Elm. *profuga*. Ad hoc *illa*, *quam dixi*, *intelligendi subſtantia quoniam conſtanti nititur labore*. Ita hic locus legendus & interpungendus. L. II. p. 16. Ad hoc *bonus quisque natura praeferatur*, ut bene Elmenh. cum MSS. Flor. Urs. Voss. Popma autem, nescio, casu an de industria citavit etiam *ad hoc*, at sine distinctione ad dict. Velleji loc. Ceterum non opinor necessarium esse, ut moneam, omnes milites, qui non erant legionarii, item evocatos, non dici *sub signis* mere-

lius phaleras, torques, [1] & quidquid auro argentoque conſtaret, quam vallares ac murales coronas, quae honore praecellerent, dabat: has quam parciſſime, & ſine ambitione, ac ſaepe etiam caligatis tribuit. M. Agrippam [2] in Sicilia poſt navalem victoriam caeruleo vexillo donavit. Solos triumphales, quamquam & ſocios expeditionum, & participes victoriarum ſuarum, numquam donis inpertiendos putavit: quod ipſi quoque jus habuiſſent tribuendi ea, quibus vellent. Nihil autem

ſe, ſed *ſub vexillis*; ſicut paſſim *ſociorum vexilla* diſtinguuntur a *legionum ſignis*.

1 *Et quicquid auro argentoque.*] Sic editio Romana, probante Caſaubono. GRAEV. Ed. Romana non habet & *torques & quidquid*, ut voluit Caſaub. & edidit Burm. Sed utraque exhibet *faleras, torques & quidquid*; uti reſtitui auctoribus MSS. Vindob. pr. & Cortiano. In ceteris & *torques, quicq.* V. Comment. In ſuperioribus quoque mutavi diſtinctionem. Vulgo *dona (donaria* Edd. Med. Cald.) *militaria aliquanto facilius, ph.* Prius totum nominat genus *dona militaria*, tum varias ſpecies deſcribit. Adi Periz. ad Sanct. Min. L. IV. 8. p. 708. Burm. ad Veſpaſ. C. 6. Wopkens. in Miſc. Obſ. V. VIII. p. 51. me ad Frontin. L. I, 6, 1. Inepte autem hinc colligit Harduinus, vallares coronas interdum argenteas fuiſſe, recte ideo reprehenſus non modo ab Erneſtio, ſed & jam ante ab eruditiſſimo ac nobiliſſ. Juvene Ad. v. der Mieden in Diſſert. ad Vetus quoddam marmor, Ultrajecti defenſa. Dein *aut murales* Medic. pr. Pin. & *in* Vindobonenſes. *ac ſine amb.* Pin.

2 *In Sicilia.*] *In Ciliciam* S. adſcripſitque *perp.* GRON. Medic. tert. & Politian. etiam praebent *in Ciliciam* vitioſe: ut ubique iſta Aſiae regio cum nobiliſſima Ceretis inſula ſolet a librariis confundi. Ed. Rom. Camp. *in Siciliam* pro *in ra*; ſed forſan latet aliud quid: nam in Copeſ. & Vindob. ſec. item Edd. Rom. ſec. Gryph. Plant. legitur *in Cilicia*. At ſane non in Sicilia, ſed poſt navalem Actiacam victoriam Agrippae dedit vexillum caeruleum; ſi fides Dioni p. 458. Caeruleus enim maris color. Alioquin inter dona militaria erant quoque vexilla *pura*, vel *bicoloria* vel *argentea*. V. quos laudat Drak. ad Sil. Ital. L. XV. vſ. 261. Comm. ad Sall. Jug. C. 85. Poſt navalem vero de S. Pompejo apud Artemiſium victoriam donavit Agrippam corona roſtrata navali, ſeu potius claſſica aurea, de qua, ſoline Agrippae, ut plerique ſcribunt, an & M. Varroni ante tributa, conſule Comment. ad Virgil. L. VIII, 684. Vellej. L. II. C. 81. & Feſt. V. *Navali*. Diſtinguendum mihi videtur inter vulgarem coronam navalem, & claſſicam Agrippae. Sed haec operoſius diſputare, non eſt hujus loci. Ad Suetonium redeamus: ubi vide, num pro *in Cilicia* reponi debeat *Nicopoli*, vel loco ei ubi deſignato caſtriſque. V. ad Cap. 18. Dio tamen videtur ſtatuere Romae donum hoc eſſe factum. Dein *inpartiendos* rurſum Vindob. pr. & *tribuenda* corrupte Edd. Med. Cald.

tem minus [1] in perfecto duce, quam feſtinationem temeritatemque, convenire arbitrabatur. Crebro itaque illa jactabat,

[2] Σπεῦδε βραδέως. [3] Et
Ἀσφαλὴς γὰρ ἐς' ἀμείνων, ἢ θρασὺς στρατηλάτης.

Et, *Sat celeriter fieri, quidquid fiat ſatis bene.* Proelium quidem aut bellum ſuſcipiendum omnino negabat, niſi quum major emolumenti ſpes, quam damni metus, oſtenderetur. Nam *minima commoda non minimo ſectantes diſcrimine, ſimiles* ajebat *eſſe aureo hamo piſcantibus, cujus abrupti damnum nulla captura penſari poſſet.*

XXVI. Magiſtratus atque honores, [4] & ante tempus,

1 *In perfecto duce convenire.*] Singularis eſt locutio *in duce convenire*: pro *duci* vel *in ducem*, ſive *ducem decere*, ut bene notavit Cl. Burmannus. Politian. ſuprascripſit in Ed. Mediol. pr. *duci*, e MS. ut opinor; ſed tunc *in* delendum: quam praepoſitionem contra repetiverunt multi Edd. *in imperfecto.* Medic. ſec. Pinell. & Exc. Voſſ. oſtentant *venire.* Ampliandum exiſtimo cum Scheffero, licet ille citaverit Ciceronem L. 11. de N. D. C. 29. *Nec vero hoc in te uno convenit* &c. *limato, ſed cum in reliquos veſtros, tum in eum maxime* &c. Sed & is locus vitioſus. Vide Comm. Saepe vidimus ex accuſativo *om*, factum ablativum *o.* Ausel. Vict. in Epit. C. 1. ait, *Neque imperatori bono quidquam minus quam temeritatem congruere, ſatis celeriter fieri, quidquid commode gereretur.*

2 Σπεῦδε &c.] Giphanius ſic notaverat, *Tria ſunt quae jactabat Auguſtus.* 1 Σπεῦδε &c. 2 Ἀσφαλὴς &c. 3 Sat celeriter. *Primum eſt Auguſti dictum, ſecundum eſt verſus Trochaicus Euripidis in Phoeniſſis, ubi Hecates inter ſe diſputatio. Tertium eſt Catonis dictum, ut Beroaldus hic ex Hieronymo, & Eraſmus in proverbio,* Feſtina lente, *annotarunt.* SCHEFF.

3 *Et* Ἀσφαλὴς.] In nullo cod. nec Ed. Ver. comparet copula &. Caſaub. addidit &c. Abeſſe etiam rectius puto: nam licet ſaepe ſolitus fuerit duas tantum voces dicere & ſcribere Auguſtus σπεῦδε βραδέως, ut teſtatur Gell. L. x, C. 11. & alii, potuit tamen & aliquando addidiſſe Euripidis verſum, niſi adjectus ſit a Suetonio; quod tamen vix opinor; cum non ita ſoleat. Graecus verſus deeſt Vindob. ſec. & ultimum ejus hemiſtichium Edd. Rom. Pro θρασὺς in Cort. prave βραδὺς. Latinam interpretationem male adjecere etiam Edd. Mediol. Cald. Dein *Et, ſatis* Vind. ſec. Mox in Medic. tert. & Polit. *pro proelium.* Dein *ſectantis* Memm. & tandem *eſſe ajebat* Vindob. pr. Forſan *ajebat* e gloſſa adjectum; ut ſolet ſaepiſſime, facile e ſenſu ſupplendum. Sicut etiam omiſit Aurel. Victor d. l. Adi Drak. ad Liv. XXIII, 45. Duk. ad L. XXV, 22. & alios paſſim. Malim etiam *poſſit.* Aurel. *poteſt.*

4 *Et ante.*] *Sed a.* S. GRON.

pus, & quosdam novi generis, perpetuosque, cepit. Consulatum vicesimo aetatis anno invasit, admotis hostiliter ad urbem legionibus, missisque, qui sibi nomine exercitus deposcerent. Quum quidem, [1] cunctante senatu, Cornelius Centurio, princeps legationis, rejecto sagulo, ostendens gladii capulum, non dubitasset in curia dicere; *Hic faciet, si vos non feceritis.* Secundum consulatum post IX annos, tertium anno interjecto gessit: sequentes usque ad [2] undecimum continuavit: multisque mox, quum deferrentur, recusatis, duodecimum magno, id est, septemdecim annorum intervallo, & rursus [3] tertiumdecimum biennio

Item Med. sec. Cuj. Exc. Voss. Dein e Mediceis, Vindob. pr. & aliis, atque Edd. Rom. rescripsi *vicesimo*. Deerant 20 aetatis annis dies 25. V. Casaub. & Comm. ad C. 8. *Admonitis* operarum vitio in Edd. Cas.

1 *Cunctante.*] *Concertante* Cort. & Edd. Rom. *quidam* in Mediol. Cald. Dein *si non fec. vos* Vind. pr. Edd. Med. Cald.

2 *Undecimum.*] Vitiose *decem* Vindob. pr. at Edd. Ven. duae ac Bonon. *novem*. Edd. Rom. Ven. pr. Mediol. Cald. *undecim*, male. Non enim continuavit undecim, sed a tertio ad undecimum, sive novem ab A. DCCXXIII. ad A. DCCXXXI. & plerosque illos toto anno gessit, ut mox subdit auctor.

3 *Tertiumdecimum.*] Male incusant viri docti Dionem Cassium, quod Augusto tribuerit XIV. consulatus contra reliquorum scriptorum Fastorumque consensum: Non enim Dionis, sed librarii est culpa in elencho Libri LV. licet per illum decepti alii Augusto XIV. consulatus adscripserint. Nam in Dione p. 647. pro Γ. Καῖσαρ Ἀύγουςος τὸ ιδ scrib. est Γ. Καῖσαρ Ἀυγούςου υι. Ὀυιψ. vel Γ. Καῖσαρ Ἀυγ. υι. Ὀυιψ. *C. Caesar Augusti filius Vipsanianus.* Erat enim Cajus, maximus M. Vipsanii Agrippae & Juliae filius, Augusti nepos, & ab eo adoptatus, qui absens in Oriente A. DCCLIV. consulatum gessit cum fratre affini L. Aemilio Paullo. Si adtendissent viri docti ad simplicitatem nominis, quod Dio illi in praecedentibus elenchis & hoc ipso tribuit, statim vidissent esse librarii aberratum. Nam nominat eum simpliciter Καῖσαρ & octavo Consulatu Καῖσαρ Ἀύγουςος. Titulum enim illum recepit M. Sextili consulatus septimi; ac tunc semper modo Ἀύγουςος. V. El. L. LI, LIII, LV. Atque eam corruptionem dudum vidit magnus Ant. Pagius, sed ex MSS. Ἀύγουςος τοῦ υι simpliciter legit Ἀυγούςου υι. Nec magnopere intercedo. Videtur tamen meae emendationis lectio faciliorem depravationi ansam dedisse. Adi illum ad Ann. Baron. T. I. p. 2. Et sic Dioni consentit Neapolitanum Marmor. C. CAESARE. AVG. FIL. L. PAVLLO. COS. &c. quod bene adtulit Pigh. in Fast. ad A. DCCLIII. ubi male & addit. & Grut. p. 1075. n. 1. *L.* omittit. Non supplendum enim est AEMILIO; ut opinabatur Almelovenius. Sic enim rursus in Romano marmore apud Pigh. ad A. DCCL.

nio poſt ultro petiit: ut Cajum & Lucium filios ampliſſimo praeditus magiſtratu, ſuo quemque tirocinio deduceret in forum. Quinque medios conſulatus a ſexto ad undecimum annuos geſſit: [1] ceteros aut novem aut ſex aut quatuor aut tribus menſibus; ſecundum vero, pauciſſimis horis. Nam die Kalendarum Januarii quum mane pro aede Capitolini Jovis paullulum curuli ſella praeſediſſet, honore abiit, ſubfecto alio in locum ſuum. Nec omnes Romae, ſed quartum conſulatum in Aſia; quintum in inſula Samo, octavum & nonum Tarracone iniit.

XXVII. Triumviratum Reip. conſtituendae per decem annos adminiſtravit: in quo reſtitit [2] quidem aliquamdiu collegis, ne qua fieret proſcriptio; ſed incoeptam utroque acerbius exercuit. Namque illis in multorum ſaepe perſonam per gratiam & preces exorabilibus, ſolus magno opere contendit, ne cui parceretur: proſcripſitque etiam [3] C. Toranium tutorem ſuum, eumdemque collegam patris ſui Octavii in aedilitate. [4] Junius Saturninus

DCCL. & Reineſium Cl. x. N. 3. C. CAESARE. L. PAVLLO COS. Ceterum *petit* in Medic. tert. & *Brutum* inepte pro *Cajum* marg. Ed. Mediol. & *decimum* vitioſe pro *undecimum* Med. pr. & tert. cum aliis; item *annos* Med. tert. Exc. Voſſ. Ed. Rom. Camp.

1 *Ceteros aut novem.*] Veriſſime ita reſtituit R. Stephanus, & ſequuti ſunt Graev. Gron. ac Burm. conſentientibus tum Urſini & Gruteri MSS. tum Mediceis, Vindob. ſec. aliisque. prave in plerisque ac Vett. Edd. *Ceteros autem ſex aut novem &c.* debuiſſet tunc eſſe *Ceteros autem octo.* nam conſulatus intelligi, quos novem, ſex &c. menſibus geſſit, nemo non ſentit. Dein *Januariarum* Medic. ſec. Exc. Voſſ. *Januarium* Vindob. pr. Tum *paulum curruli* Vind. ſec. *curruli* etiam Ed. Mediol. aliaeque. Mox *in inſulis* Edd. Med. Cald. & *Terracone* vel *Terraconae* Medic. duo. *Tarraconae* Vind. ſec. *Teracone* Vind. pr.

2 *Quidem.*] Deeſt haec vox etiam in Cort. Edd. Camp. Mediol. aliisque. Dein *utrobique* mendoſe Vindob. pr. Tum *magno opere* edidi cum Burm. auctoritate Medicei ſec. V. ad Caeſ. C. 1.

3 *C. Toranium.*] In Medic. ſec. exaratur *Torannium.* Male. Ejusdem hujus viri in Monumento Auguſti patri erecto & collegii eorum in aedilitate mentio fit apud Gruter. pag. CCXXV. N. 7. ex quo ubique ſic ſcribendum eſſe liquet. Vide & ad Valer. Max. L. IX. C. II. §. 5. Mox *eumdem c.* in Medic. tribus.

4 *Junius.*] *Julius.* S. GRON.

nus hoc amplius tradit. Quum peracta proſcriptione, M. Lepidus in ſenatu excuſaſſet praeterita, & ſpem clementiae in poſterum feciſſet; quoniam ſatis poenarum exactum eſſet; hunc e diverſo profeſſum, ita modum ſe proſcribendi ſtatuiſſe, ut omnia ſibi reliquerit libera: in cujus tamen pertinaciae poenitentiam, poſtea T. [1] Vinium Philopoemenem, quod patronum ſuum proſcriptum celaſſe olim diceretur, equeſtri dignitate [2] honoravit. In eadem hac poteſtate multiplici flagravit invidia. Nam & Finarium equitem Rom. quum concionante ſe, admiſſa turba paganorum, apud milites, ſubſcribere quaedam animad-

Vide Burm. Ex ipſo Suetonii teſtimonio videtur ille hiſtoricus potius e gente Junia fuiſſe, quam Julia. *Saturnius* in Cort. Ed. Rom. pr. item *haec* in Vind. ſec. Mox *in proſperum f. q. ſ. p. & exactum e. h. ex div.* Vind. pr. *poſtea* abeſt quoque ab Edd. Rom. pr. Mediol. aliisque.

1 *Vinium.*] Sic Cod. Salmaſ. vulgg. *Junium.* GRAEV. *Junium Philemonem* habent Medic. tert. Palat. tert Polit. cum aliquot Edd. & Appiano L. IV. B. C. p. 614. Reliqui etiam *Junium* ſervant, exceptis Urſini Codd. & Vindob. pr. *Vumum.* Quare ex Dione p. 331. T. Οὐίνιον Φιλοποίμενα, cum Caſaubono & Graevio *Vinium* praetuli, refingens apud Appianum ex Ἰούνιον & Ἰουνίᾳ ſic, Τ Οὐίνιον & Τ Οὐινίᾳ; & cum Caſaubono, Φιλοποίμενα. Male Scriverius ait, *Philemonem* Caſaubono placere. Urſinus ad antiquum lapidem provocans videtur intelligere eum, in quo *T. Vinius* A. DCCCXXII. Conſul cum Imp. Galba II. legitur apud Gruterum p. CLXXXIX. N. 3, 4. Fabrett. p. 485. ubi Imperatoris nomen eſt ſupplendum: cujusque meminit auctor in Galba C. 14. & qui LVII. annos natus ſimul cum Galba eſt occiſus. V. Tacit. I. H. 1, 2, 12, 47, 48. Plut. in Galba ſaepiſſime: ubi vulgo Οὐίνιος Τίτος pro Οὐίνιος, & male vertitur *Junius.* Proſcriptus autem T. Vinius, quem per uxorem Tanuſiam in arca occluſum, hic a liberto Philopoemene, patroni nomen de more gerente, domi ſuae celatum ſcribit Suetonius, erat avus maternus T. Vinii Conſulis, iſtud nomen rurſus vel adoptione, vel alia de cauſſa adepti. V. Tacit. d. l. C. 48.

2 *Decoravit.*] Praetuli, quod eſt in MSS. Caſauboni, Pulm. Torrent. tribus, & totidem Burm. ac Mediceis pr. tert. Vindob. ſec. Exc. Voſſ. & aliquot Edd. *honoravit.* i. e. in praemium & mercedem celati a ſe patroni decoravit, ſeu dono dedit equeſtrem dignitatem: ut ſexcenties *honorem* & *honorare* de praemii donatione occurrere ſciunt etiam tirones. C. 46. *pro merito certantium quemque honoraverit.* Tib. C. 9. *triumphalibus ornamentis honoratos.* Paſſim ita Vellejus, apud quem L. II. C. 6. *honoratus equeſtri ſtatua.* Vindob. pr. *eq. ordine.* Dein malim cum Caſaubono & *T. P.* Mox *concionantem*

madvertiſſet, curioſum ac ſpeculatorem ratus, [1] coram confodi imperavit. Et [2] Tedium Afrum conſulem deſignatum, quia factum quoddam ſuum maligno ſermone carpſiſſet, tantis [3] conterruit minis, ut is ſe praecipitaverit. Et Q. Gallium praetorem, in officio ſalutationis, tabellas duplices veſte tectas tenentem, ſuſpicatus gladium occulere: nec quidquam ſtatim, ne aliud invenirctur, auſus inquirere, paullo poſt per centuriones & milites raptum e tribunali, ſervilem in modum torſit: ac fatentem nihil, juſſit occidi, prius oculis ejus ſua manu [4] effoſſis. quem tamen ſcribit col-

tem Medic. pr. item & *ſpec.* Medic. pr. Vind. pr. & Edd. Rom. Ven. Mediolan. &c.

1 *Coram confodi.*] Ita non modo habet Cujacian. ſed & Memm. Medicei, Vindobon. Cort. Periz. Harl. Exc. Voſſ. Edd. Rom. Ven. Mediol. aliaeque: Pronomen *ſe* ex ſuis MSS. dudum proſcripſit Caſaubonus; vulgo tunc addebatur ſuperflue & ineleganter. *Coram* ſexcentics ita adverbialiter ſumitur; niſi ſi trajectum ſit pronomen, ac ſcribendum *ſe coram*, de quo ad C. 69.

2 *Tedium.*] MSS. quidam Caſaub. & Vindob. ſec. habent *Rhedium*, Lipſ. & Ryckius ad Tac. 11. Ann. 10. vocant eum *Sextum Tedium Afrum*. Qua auctoritate neſcio. *Tedia* gens ignota. In numis & lapidibus occurrit *Tadia*. Sed nil temere innovandum.

3 *Perterruit minis.*] Cod. Salm. *tantis conterruit minis*. Idem cum multis aliis: *tabellas duplices*, pro vulgato *tabulas*. Dein idem: *Oculos ejus ſua manu effuſos*. GRAEV. GRON. Parum intereſt, an *perterruit*, an *cont.* legas. Sed a MSS. ſtandum. Jam praeter exaratos & editos libros, quos Pulm. & Burm. laudarunt, *conterruit* exſtat in Medic. ſec. tert. Polit. Pin. Vindob. utroque, Cort. Ed. Rom. Prine. V. in Ner. C. 49. Dom. 11. in aliis *atterruit*. *atteruit* Edd. Med. Cald. Mox *Gallum* prave Vindob. pr. Periz. Cort. Edd. Camp. Med. aliaeque. V. Comment. & Pigh. in Faſt. ad A. DCCXI. Male Cl. Erneſtius accuſat hic Torrentium, quod hunc Gallium fecerit eumdem, quem Cicero defendit, ambitus reum: cum diſerte Torrentius ſuſpicetur hunc ejus fuiſſe filium. Accidit autem haec res in primo Auguſti conſulatu ac triumviratus initio; non autem eo dudum imperante & dominante. Dein *tabulas* videtur operarum vitio in Caſauboni Editionem irrepſiſſe. Nam in Vett. Edd. & MSS. quantum ſcio, omnibus legitur *tabellas*: quod deminutivum notiſſimi in hac re uſus recte revocarunt Pitiſc. Burm. & alii. *duplicatas* Cort. Edd. Rom. *publices* Vindob. pr. *veſte* exſulat a Pin: Mox *nequicquam* Edd. Rom. Med. aliae, perperam. Clar. autem Cannegieterus ad Avianum p. 150. ſuſpicatur hic eſſe vocum trajectionem ſive ſynchyſin, pro *ne aliud quidquam*. Vix tamen ea ad loci intellectum opus videtur. Denique & *fat.* Vindob. pr. Edd. primae.

4 *Effoſſis.*] Heinſio ex corrupta Memmiani codicis lectione *effuſos* emendanti *effuſis* omnino aſſentior. Nam nequaquam eſt credibile, Auguſtum Gallio oculos ferro

colloquio petito insidiatum sibi, conjectumque a se in custodiam, deinde urbe interdicta [1] dimissum, naufragio vel latronum insidiis [2] perisse. Tribunitiam potestatem perpetuam recepit: in qua semel atque iterum per singula lustra collegam sibi cooptavit. Recepit & morum legumque regimen aeque perpetuum: quo jure, quamquam sine censurae honore, censum tamen populi ter egit; primum ac tertium cum collega, medium solus.

XXVIII. De [3] reddenda Republica bis cogitavit: primo post obpressum statim Antonium, memor objectum ab eo sibi saepius, quasi per ipsum staret, ne redderetur: ac rursus taedio diuturnae valetudinis: quum etiam magistratibus [4] ac senatu domum adcitis Rationarium imperii tradidit. Sed reputans, & se privatum non sine periculo fore, &

ferro, telo, aliove instrumento eruisse. Hoc enim est *effodere*: sed potius prae ira praecipiti per vehementissimam manus inlisionem excussisse ei oculos, ut in Tiber. C. 53. *Conviciantique oculum verberibus excussit*. V. & Caes. C. 8. Sen. Ep. IX. Crebro autem *effodi* & *effundi* oculos confuderunt librarii. V. Popmam, & Burm. ad Vell. L. II. C. 52. ad Lucan. L. II, 185. *Ultimaque effundit spectatis lumina membris*. ut in pluribus MSS. quoque post editum a me Lucanum inveni: sed de eo loco alias. idem *expellere oculos* ait L. III, 712. Dein *admissum* Medic. sec. Exc. Cuj. & Voss. vitiose; nec aliud substituendum vulgato. Opponuntur *conjectum in custodiam* & *dimissum*, sed ea conditione, ut exsularet.

1 *Dimissum.*] Pin. *admissum*. Num forte scribendum distinguendumque *interdicta*, *amissum naufragio*, *vel* &c.? Nam τὸ *dimissum* ei magis convenit, qui bona gratia alterius abiit, atque venia. SCHEFF.

2 *Periisse.*] *Perisse*. S. GRON. Nec aliter Pin. Medicei tres, Exc. Voss. ut supra saepius: quare ita rursus edidi. Dein prave *perpetuo* Vindob. pr. ac *coaptavit* Medic. duo, Vindob. sec Edd. Camp. Mediol. aliaeque. Mox *quorum jure* Vindob sec.

3 *Reddenda.*] Legibus & libertati in integrum restituenda. V. Graev. ad Cicer. L. XII. ad Fam. Ep. 13. *Victam Remp. ex manibus hostium eripuit, ac reddidit*. Dein *sibi* abest Medic. pr. In reliquis duobus & Exc. Voss. *sibi ab eo*.

4 *Ac senatu.*] Totum senatum non accivit domum, sed τὰς ἀρχὰς, τούς τε ἄλλους τοὺς πρώτους τῶν βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων, ut ait Dio p. 517. Quare placet omnino MS. Torrentiani lectio *e senatu*, quam confirmant non solum Edd. Romanae, sed & MS. Cort. & optime contra Casaubon. adseruit Cl. Burm. vel si mavis *ex*. In Edd. Jun-

& illam plurium arbitrio temere committi, in retinenda perſeveravit: dubium, eventu meliore, an voluntate. Quam voluntatem quum [1] prae ſe idemtidem ferret, quodam etiam edicto his verbis teſtatus eſt: *Ita mihi ſalvam ac ſoſpitem remp. ſiſtere in ſua ſede liceat, atque ejus rei fructum percipere, quem peto, ut optimi ſtatus auctor dicar: & moriens, ut feram mecum ſpem, manſura in veſtigio ſuo fundamenta Reipublicae, quae jecero.* Fecitque ipſe ſe compotem voti, niſus omni modo, ne quem novi ſtatus poeniteret. [2] Urbem neque pro majeſtate imperii ornatam, & inundationibus incendiiſque obnoxiam, excoluit adeo, ut jure ſit gloriatus, marmoream ſe relinquere, quam [3] latericiam accepiſſet. Tutam vero, quantum provideri humana ratione potuit, etiam in poſterum praeſtitit.

XXIX. Publica opera plurima exſtruxit: [4] ex quibus

Junkeri inveni *ſenatui*, peſſime. Ei enim Rationarium non tradidit, ſed Collegae in XI Conſulatu ſuffecto Cn. Calpurnio Piſoni A. DCCXXXI. V. Dion. ibid. *Ratiocinarium* Cort. & dein *arbitrium* Medic. pr. a. m. pr. Paullo ante *cum* & *m.* Vindob. pr. *tum* & *m.* ſec.

1 *Prae ſe idemtidem ferret.*] Sic optime reſtituit Caſaubonus, quamvis tacite, e MS. Nonnii ſuisque, atque Edd. Rom. Bonon. Ald. & Steph. in quibus tamen *idemtidem prae ſe f. Prae ſe idemtidem* confirmatur a Vindob. ſec. & Cort. *praeſidens* vel *praeſedens idemtid. f.* in Mediceis & Politian. cui placebat. Exc. Cujac. Voſſ. *praeſidens idem* clare ex contractione τὸν *prae ſe idemtidem*. Nam male *praeſens* conjecit Torrentius. In reliquis MSS. & Edd. Vett. *praeſidens idemtidem prae ſe* vel corruptius *per ſe*. Dein *merſus* Vindobon. pr. an *eniſus*? Vindob. ſec. Cort. *nixus*, creberrima variatione.

2 *Urbem neque.*] Sic etiam Medic. tert. Politian. Cort. In reliquis MSS. uti aliorum multis & Edd. Vett. plerisque *urbem namque* contra auctoris mentem: unde in Vindob. ſec. *inornatam*. Sic vara vibiam ſequitur. Num dedit *urbem enim, neque*? Ut contractae voces *urbe en. neque*, depravatae ſint *in urbem namque*. Sed nihil innovare tutius.

3 *Latericiam.* Sic MS. S. vulgo *lateritiam*. GRON. Per *c* etiam in Medic. pr. & tert. ac Romanis Edd. quomodo in notis eam vocem ſcribit Caſaub. aliique alibi. Refert idem dictum Aur. Vict. in Epit. C. 11. Dein *praevideri* male Periz. Cort. Edd. Camp. Mediol. aliaeque. V. ad C. x & *impoſt.* Vindob. ſec. ac *praeſcivit* Politian.

4 *Ex quibus vel.*] *Quibus ut* Politian. quod non capio. *e quibus vel* Vindob. pr. *vel* male abeſt Cort. Edd. Rom. Med. aliisque.

1 *Apol-*

bus vel praecipua, Forum cum aede Martis Ultoris, templum [1] Apollinis in Palatio, aedem Tonantis Jovis in Capitolio. Fori exſtruendi cauſſa fuit hominum & judiciorum multitudo, quae videbatur, non ſufficientibus duobus, etiam tertio indigere. Itaque [2] feſtinantius, nec dum perfecta Martis aede, publicatum eſt, cautumque, ut ſeparatim in eo publica judicia & ſortitiones judicum fierent. [3] Aedem Martis bello Philippenſi, pro ultione paterna ſuſcepto, voverat. Sanxit ergo, ut de bellis triumphisque hic conſuleretur ſenatus: provincias cum imperio petituri, hinc deducerentur: quique victores redisſent, huc inſignia triumphorum [4] inferrent. Templum Apollinis in ea parte Palatinae domus excitavit, quam fulmine ictam deſiderari a Deo ha-

1 *Apollinis.*] *Appollonis.* S. GRON. V. ad C. 18, 31.

2 *Feſtinantius.*] In tribus Mediceis, Perizon. & Hulſ. exaratur *feſtinatius* a poſitivo *feſtinato*, quo uſus cum aliis eſt auctor C. 16. vitae Caeſ. ut a *cito citius*, *ſero ſerius*. Citant Lexicographi ex Gellio L. x. C. 11. *feſtinatius*; ſed Edd. novitiae exhibent *feſtinantius*. V. ad Caeſ. C. 60. Dein *nedum* Ed. Roman. pr.

3 *Aedem Marti &c.*] *Martis.* S. GRON. Sic & Medic. ſec. Vind. pr. Exc. Voſſ. quod hic loci praefero. Mutarunt, qui credidere neceſſario pendere a *voverat*: ſed aeque dicitur *dedicare*, *vovere aedem hujus illiusve dei*, ac *huic illive deo*. V. Drak. ad Liv. L. v, 23, 7. XXXI', 6, 7. *Aedem Jovis in eo proelio votam.* Infra in Ner. C. 38. *Deorumque aedes Punicis ac Gallicis bellis votae dedicataeque.* Cic. Orat. pro Arch. C. 9. *delubrum ejus in oppido dedicaverunt.* Sic libri optimis, non *ei*. Nep. in Tim. C. 2. *Arae Pacis publice ſint factae.* ubi V. doctiſſ. v. Staveren. Val. Flacc. VIII, 224. *Palladas erigit aras.* Catull. C. LV, 8. *templo ſuperi Jovis ſacrato.* Quomodo paſſim *ſacrum dei* & *deo* quid dicitur Graecis aeque ac Latinis, de quo alias. Dein mirifice *pro viſione pat.* in Medic. tribus, Vindobon. ſec. Exc. Voſſ. aliisque. *moverat* Vindob. ſec. Mox *conſuleretur hic* in Vindobon. pr. Cort. atque Edd. vetuſtiſſimis.

4 *Inferrent.*] *Conferrent.* S. GRON. *Conferrent* dant etiam Medicei tres, Politian. Vindobon. ſec. Hulſ. Exc. Voſſ. Quod non auſim damnare; ſive undique parta huc in unum locum inferrent. Certe non minore jure ita hic loci adhibuiſſet hoc verbum Suetonius, quam *conferre aerario* & *in aerarium* de uno homine Vellej. L. I. C. 9, 11. 39. & alii. V. Wopkens. Miſc. Obſ. V. VIII. p. 24. Immo auctor ipſe Cap. ſeq. *In cellam Jovis* XVI. *milia pondo auri una donatione contulerit.* Paullo ante *quicumque v.* Vindobon. pr. & *rediiſſent* Ed. Rom. pr. Med. aliaeque, fruſtra. Cort. dat *in ſigne tr.* mendoſe. Mox in Edd. Mediol. Cald. non comparet *in.*

haruſpices [1] pronunciarant. [2] Addidit porticus cum bibliotheca Latina Graecaque. quo loco jam ſenior ſaepe etiam ſenatum habuit, decuriasque judicum recognovit. Tonanti Jovi aedem conſecravit, liberatus periculo, quum expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam ejus [3] fulgur praeſtrinxiſſet, ſervumque praelucentem exanimaſſet. Quaedam etiam opera ſub nomine alieno, ne-

1 *Pronunciarant.*] *Pronunciarent.* S. GRON. Sic quoque Medicei tres, Vindobon. uterque, Cort. Exc. Voſſ. Cuj. & Edd. O. ante Steph. Sic ſaepe peccant librarii: ut C. 42. *deſtinaret* pro *deſtinarat.*

2 *Addita.*] *Addidit* Salm. Cod. GRAEV. GRON. *Addidit* cum Pitiſco aliisque repoſui auctoritate Codd. Memm. Viterb. Groſlot. Medic. pr. tert. Vindob. utriusque, Copeſ. Exc. Voſſ. Cujac. & Edd. aliquot veterum. *Addit* in Hulſ. *additus* Ed. Camp. quod vitium quaſi corrigentes Veneti & Mediol. fecere *addita.* Caſaubonus quoque jam monuit verbum eſſe reſtituendum in notis ad Mon. Ancyrani verba *Templumque Apollinis in Palatio cum porticibus:* ubi tamen operarum vitio videtur expreſſum eſſe *addit.* Dio p. 497. Τότε Ἀπολλώνειον τό τε ἐν τῷ Παλατίῳ καὶ τὸ τεμένισμα τὸ περὶ αὐτὸ τας τε βιβλοθήκας τῶν βιβλίων ἐξεποίησε καὶ κατέθετο. Dein *cognovit* Vindob. pr. *Tonantique J. aed. conſacr.* Vindob. ſec. & *in exped.* Medic. ſec.

3 *Fulgor praeſtrinxiſſet.*] Ita MS. S. vulgo *perſtrinxiſſet.* GRAEV. GRON. Ita ſcribunt eduntque hi duumviri, quaſi in Memm. Cod. exſtaret *fulgor.* Nihil minus. Edidit Caſaub *fulgur*, nihilque ad marginem notavit Salmaſ. ſed Caſaub. inveniens in Ed. Plant. *fulgor* monuit tantum, ita ſcribi pro *fulgure* etiam in Conſtantini Conſtit. & emendari juſſit Scriver. ſed hanc ipſam hiſtoriam tangens auctor C. 89. ait *conſternatus olim per nocturnum iter tranſcurſu fulguris:* ubi itidem in nonnullis *fulgoris.* Crebro autem *fulgur* & *fulgor* confunduntur; ut C. 90. Calig. C. 50. Sic in Ed. Moguntina ſimillimo Livii loco L. XL. 58. *fulgoribus praeſtringentibus aciem oculorum.* at recte Drakenb. cum aliis *u* exhibuit: ut hic MSS. O. Dein *praeſtr.* Medic. tert. quoque cum Pin. Polit. Pulm. aliisque. V. Bernegger. & Ed. Burm. ſive leviter adflaſſet aut raſiſſet fulmen praetercurrens, ſeu oblique tranſcurrens, ut Cap. 90. Non autem *perſtrinxiſſet*, quod eſt penitus tetigiſſet, ac maxime laeſiſſet: adeo ut hic audiendum non putem Clar. Cannegieterum ad Avianum fab. 22. praeferentem *te perſtr.* Errat enim Pitiſcus *perſtrinxiſſet* explicans leviter tetigiſſet. V. quos laudat Cl. Arntzen. ad Aurel. Vict. de Orig. G. R. C. 14. *flammarumque fulgoribus oculi non modo praeſtringerentur, verum etiam &c.* Porro *praelucentem* exhibet meorum ſolus Medic. ſec. & Pinell. a m. pr. In ceteris *praeducentem.* In Politian. *produc.* In Cort. *perduc.* ut in Edd. pp. V. Comm. Vulgo *praelucere* dicitur ipſa fax: ſed & de eo, qui lumen praefert, ut in loco Statii I. Silv. 2, 89. Cupido *ſaepe natanti praeluxi;* quomodo legit etiam Heinſ. T. 11. Epiſt. p. 747. item Appulejo L. IV. Met. in f. *taedas nuptialis, quibus praeluxerant, relinquentes.* L. X. p. 234. *Cupidines velut nuptiales epulas obiturae dominae coruſcis praelucebant facibus.* Auſon. Idyll. IV. vſ. 95. *lumenque tuae praeluceat*

nepotum ſcilicet & uxoris [1] ſororisque, fecit: ut porticum baſilicamque [2] Caji & Lucii: item porticus Liviae & Octaviae, theatrumque Marcelli. Sed & ceteros principes viros ſaepe hortatus eſt, ut pro facultate quiſque monumentis vel novis, vel refectis & excultis, urbem adornarent. Multaque a multis exſtructa ſunt: ſicut a Marcio Philippo, aedes [3] Herculis Muſarum: a L. Cornificio, aedes Dianae: ab Aſinio Pollione, atrium Libertatis: a Munatio Planco, aedes Saturni: a Cornelio Balbo, theatrum: a Statilio Tauro, amphitheatrum: a M. vero Agrippa, complura, & egregia.

XXX. Spatium urbis [4] in regiones vicoſque diviſit: inſtituitque, ut illas annui magiſtratus ſortito tue-

eet vitae. Dein *etiam* operarum vitio excidit e minore Ed. Graev. & Gron.

1 *Sororisque.*] *Sororis.* S. GRON. *Ac ſororis* Medic. pr. tert. Polit.

2 *Lucii & Caji.*] Perperam tacite hunc locum quaſi ſanum praetercurrunt viri docti: cum legi debeat *Caji & Lucii*; ut probe exhibent tres Medicei, Vindobon. ſec. Politian. Copeſ. Exc. Cujac. Voſſ. Ita enim poſtulat ipſorum aetas, obſervata Suetonio etiam Cap. 26. 65. Tib. 15. ceterisque ſcriptoribus; unde apud S. Rufum *Baſilica Cai & Luci.* Immo in Mon. Ancyr. de his ipſis operibus *ſub titulo Cai & Lucii nominis* &c. Adi & Noriſ. Cenot. Piſ. Diſſ. 11. C. 18. p. 351. Dein *porticum Liv.* Vind. ſec. *ſed etiam* Vindob. pr. *monimentis* Memm. Medic. tert. Cort. Edd. Rom. Tunc *vel ref. vel excultis* Med. pr. Vindob. ſec. cum Pal. pr. & Copeſ. & exſulat a Vindob. pr. *tunc exſtructa* Medicei quoque tres, Polit. Exc. Voſſ. & al.

3 *Herculis Muſarum.*] Vindob. pr. Cort. Edd. Rom. princ. & *Muſ.* Sed bene ſuſtulerunt copulam e MSS. numis & hiſtoria Torr. & Caſaub Nihilominus Lipſiae rurſus infarſerunt *Id &.* Gruter. p. MLXX, 5.

HERCVLI MVSARVM PYTHVS. Dein a *Numacio* Vind. pr. *a Numantio* ſec. mendoſe, ut paſſim. Lapis egregius, quem intelligit Urſinus, non eſt apud Grut. XXVII. ut ait (operarum credo culpa) Clar. Burm. Ibi Munatii nulla mentio, ſed p. CDXXXIX. N. 8. ubi omnino additur COS. & Pigh. in Faſt. ad A. DCCX. &c. V. & Grut. p. MXLII, 7. MCXV, 2. ubi forſan pro *ET* itidem legitur in Lapide *L.*

4 *In regiones vicosque.*] Cum Hulſiano Vindob. ſec. *vicos regionesque.* Fam. Nardinus L. 11. de Roma Vet. C. IV. & V. citat, neſcio quo codice, quave editione uſus, nec ullius varietatis admonens, Suetonium, quaſi ſcripſiſſet *in reg. quatuordecim, vicosque ſupra mille d.* Quia ante Auguſtum jam urbs ex Servii Tullii inſtituto in regiones IV. & aliquot vicos, erat diſtributa. V. Caſaub. & Abram. ad Cic. in Piſ. C. 4. Comm. ad Liv. L. XXXIV. C. 7. Quare nec ego alienus aliquando fui ab ea ſententia, excidiſſe numerum certe regionum, quas e Plinio, Tacito, Frontino, Dione aliiſq. uti & Inſcripr. conſtat fuiſſe XIV; ſed vicos fuiſſe *ſupra mille* falſiſſimum eſt. De quo forſan alibi. Omittit vero

tuerentur, hos magiſtri [1] e plebe cujuſque viciniæ lecti. Adverſus incendia excubias nocturnas, vigileſque commentus eſt. Ad coercendas inundationes, alveum Tiberis laxavit, ac [2] repurgavit, completum olim ruderibus, & aedificiorum [3] prolationibus coartatum. Quo autem facilius undique urbs adiretur, deſumta ſibi Flaminia via Arimino tenus muniенda, reliquas triumphalibus viris

vero numerum Nardinus L. III. C 4. Immo non neceſſe eſt addi numerum regionibus; nam illa Servii Tullii diſtributio, urbe ab ejus tempore ad Auguſtum & A. 737. in immenſum ſpatium aucta, nullius tunc uſus erat. Quare tempore Caeſaris multo plures *regiones* jam in vulgari uſu erant, nomen habentes a certis locis: unde & Caeſar dicitur *ludos regionatim* edidiſſe Cap. 39. Sed illae certis limitibus nondum erant deſcriptae. Hoc fecit Auguſtus, qui ita vere dici potuit de integro diviſiſſe urbis ſpatium in regiones, quae fuerunt XIV. quarum binas ſingulae e ſeptem Vigilum cohortibus defendebant ab incendiis. Exſulat *hos* a Cort. & Edd. Romanis. In Vindobon. pr. *hos ſubelegunt magri.*

1 *E plebe cujusque viciniae electi.*] Cod. Salm. *e cujusque vicinia electi*, legendum ut edidimus. GRAEV. *e plebe cujusque vicina electi* S. & adſcripſit (forte *vicinia lecti*. GRON. Graevii editiones nihil differunt a communiter vulgatis, ipſoque rectius Gronovius Salmaſii manum deſcripſit. *Vicinia electi* praeter aliorum libros habent etiam Cort. Exc. Voſſ. Ed. Camp. *vicina electi* Edd. Mediol. Cald. ſed in tribus Mediceis & aliquot jam editionibus Vett. *viciniae lecti*, quare id cum Bernegg. & Burmanno recepi: quia ſunt unice ſequendi Codd. optimi in lectionis aeque bonae varietate. V. ad Caeſ. L. II. B. G. C. 4.

2 *Ac repurgavit*] *completum ol. ruderibus.*] *Et rep.* Edd. Rom. In Vindob. pr. exaratur *purgavit opletum &c.* quod perinde eſt.

3 *Prolapſionibus.*] MS. Salmaſii *prolationibus.* quod non improbaverim. Intelligit enim moles in Tiberim jactas ad proferenda domuum ſpatia, de quibus veteres ſcriptores nonnunquam queruntur. GRAEV. *prolationibus coartatum* S. GRON. In Excerpt. Cujac. eſt *prolaxionibus*: Sed Medic. tert. & Politian. itidem habent *prolationibus.* Nec dubito, quin a Suetonii manu ſit. Uti *ruderibus obpletum repurgavit* Tiberim, ſic *prolationibus aedificiorum*, quae ad majus ſpatium comparandum in fluvii alveo a poſſeſſoribus erant ſubſtructa, ac magis magisque explicata & protenſa, *coartatum laxavit.* Haec ſibi mutuo reſpondent. Et ſi auctor contra brevem ſtyli uſum *rudera* voluiſſet explicare *aedificiorum prolapſiones*, videtur potius ſcripſiſſe *ruderibus & prolapſ. aedificiorum* aut *aedific ruder. & prol.*, non vero mediam interpoſuiſſe vocem *aedificiorum*, quibus etiam per Rutilii orationem edicto laudatam modum inpoſuit Auguſtus, ne jactis in publicas vias aquaſve molibus contraherentur ſpatia uſui communi neceſſaria, & Curatores aquarum, viarum, alvei Tiberis conſtituit. V. infra C. 37, 89. Horat. L. III. Carm. 1. & Comm. Ceterum *coartatum* Medic. duo, Vindob. uterq. Cort. & alii cum Edd. Rom. praebent; ut paſſim: ſicut ſemper cum Burm. edidi, operae pretium non ducens id monere.

ris [1] ex manubiali pecunia ſternendas diſtribuit. Ædes ſacras vetuſtate collapſas, aut incendio abſumtas, refecit; eaſque & ceteras opulentiſſimis donis adornavit: [2] ut qui in cellam Capitolini Jovis ſedecim milia pondo auri, gemmaſque ac margaritas [3] quingenties HS. una donatione contulerit.

XXXI. Poſtquam vero pontificatum maximum, quem numquam vivo Lepido auferre ſuſtinuerat, mortuo [4] demum ſuſcepit, quidquid fatidicorum librorum Graeci Latinique generis, nullis vel parum idoneis auctoribus vulgo ferebatur, ſupra duo milia contracta undique cremavit: ac ſolos retinuit Sibyllinos: hos quoque [5] dilectu habito: condiditque duobus forulis auratis ſub Palatini Apollinis baſi. Annum a D. Julio ordinatum, ſed poſtea negligentia conturbatum atque confuſum, rurſus ad

1 *Ex manubiali pecunia*] Quae cum eſſet Imperatorum praeda, ex qua, quod vellent, facerent, ut ait Aſcon. Pedian. p. 108. Ed. Lugd. in publicum tamen vel triumphi vel ludorum vel operum uſum, niſi ſi ſpreta laude nominiſque celebritate, ſuam in domum privati lucri cauſſa auferrent; conſiderari ea poteſt jam quaſi eorum privata pecunia: unde *ſuis opibus* illas vias eos ſtraviſſe ſcribunt Dio pag. 511. & Tibull. L. 1. El. 8. 59.

Namque opibus congeſta tuis hic glarea dura
Sternitur &c.

quos modo, quo dixi, conciliandos cum auctore noſtro cenſeo. V Comment. Ceterum *Flaminea* male in Ed. Rom. pr. ut C. 100. Ex hoc autem loco patet, non recte Pighium verba *ab urbe Ariminum uſque* voluiſſe intrudere Livii Epit. 20. *L. Flaminius Cenſor viam Flaminiam munivit*: ubi V. Comment. niſi quis dicat, inſtauratam eo uſque modo per Auguſtum.

2 *Utpote qui.*] Cod. Salmaſ. *ut qui.* GRAEV. *Ut qui.* Ita S. Vulgo *utpote qui* contra MSS. GRON. Obſecutus ſum Gronovio, quia *potenon* agnoſcunt quoque Medic. pr. tert. Cujac. Copeſ. & Hulſ. ſic Cap. 66. *ut qui numquam capere quid ſuſtinuerit.* C. 72. *Aedibus nequelaxitate conſpicuis, ut quibus porticus breves eſſent.* Tib. C. 7. *ut quamſenſiſſet ſui quoque adpetentem.* Cal. Cap. 50. *ut qui &c. videre viſus ſit.* Veſp. C. 4. *ut qui obligarit.* Tit. C. 3. *ut qui cantaret* &c. & ſaepius. Dein *Sexdecim* Medic. pr. uterque Vindob. Periz. Harl. & Edd. Rom. Ven. Mediol. aliaeque.

3 *Q. Seſtertii.*] Ita S. vulgo H. S. niſi quod exhibeat *ſeſtertium.* GRON. Sed *ſeſtertium* vel *ſextertium*, omnibus litteris, non per numerales notas, habent MSS. omnes. V. notata ad Caeſ. C. 50. Gron. de pec. Vet. L. 11. p. 68.

4 *Demum.*] Edd. Mediol. Cald. *deinde.* Mox *quidquid* &c. *ferebantur* Vindob. ſec. Poſt *milia* Politian. addidit Ed. Med. margini *librorum.* Sanxit autem Auguſtus, ne cui privato libros fatidicos habere liceret. V. Tacit. VI. Ann. 12

5 *Delectu.*] *Dilectu* & *Appollinis* S. GRON. *dilecta* etiam Medic. tres

&

ad priſtinam rationem redegit: in cujus [1] ordinatione Sextilem menſem e ſuo cognomine nuncupavit, magis quam Septembrem, quo erat natus: [2] quia hoc ſibi & primus conſulatus & inſignes victoriae obtigiſſent. Sacerdotum & numerum & dignitatem, ſed & commoda, auxit; praecipue Veſtalium virginum: quumque in demortuae locum aliam capi oporteret, [3] ambirentque multi, ne filias in ſortem darent; adjuravit, ſi cujuſquam neptium ſuarum competeret aetas, oblaturum ſe fuiſſe eam. Nonnulla etiam ex antiquis cerimoniis paullatim abolita reſtituit; ut Salutis augurium, Diale [4] flaminium, ſacrum Lupercale, ludos Seculares & Compitalicios. Lupercalibus vetuit currere inberbes: item, Secularibus ludis juvenes utriuſque ſexus prohibuit ullum nocturnum [5] ſpectaculum frequentare, niſi cum aliquo majore natu propinquorum. [6] Compitales Lares ornari bis anno inſtituit, vernis floribus, & aeſtivis. Proximum a Diis immortalibus honorem memoriae ducum praeſtitit, qui imperium populi Rom. ex minimo maximum reddidiſſent. Itaque & opera cujuſque, manentibus

& Ed. Torr. quod ſecutus ſum. De *Appollonis* V. C. 29.

1 *Ordinatione.*] Sic ſoli ex meis quoque dant Vindob. ſec. & Cort. cum Edd. Caſauboni, in quarum unâ A. 1610. Salmaſii manus ſuperpinxit virgulam, in ſignum, quod & Cod. Memm. habeat *ordinationem*. Sed Ablativum ſine dubio e ſuis Codd. neceſſario repoſuit Caſaubonus aliique, quod miror non animadverſum a Scriverio, qui ita reſcribi jubet, quaſi nuſquam inveniſſet.

2 *Quia obtigiſſent.*] Medicei tres, Polit. Vindob. ſec. *quod*. Putarunt forſan librarii, voci *quia* non recte jungi ſubjunctivum: unde ſaepiſſime ita turbatum eſt: ſed conſule Clar. Drak. ad Liv. L. 11, 8, 5. *Quia fecerit*. Inſr. C. 42. *quia certum haberet*. Dein *capi etiam* Edd. Camp. Mediol. Cald.

3 *Ambirent, ne darent.*] i. e. ne dare neceſſe haberent: quo ſenſu explicari poteſt; ut vulgo fit: Durior tamen mihi videtur & mira locutio *ambire, ne quid faciam*: quare non alienus ſum ab Hulſ. Cod. lectione *daret* ſcil. Auguſtus; ut eſt in aliquot Edd. Nam *pontificis M. arbitrio* virgines 20. legebantur ad ſortitionem; niſi ipſi parentes eas ultro obferrent. Vide Lipſ. de Veſtal. C. 6.

4 *Flaminium.*] *Flamenium* S. GRON. item Medic. duo, & alii. *Flamenium* Ed. Rom. pr.

5 *Spectaculum.*] *exſpectaculum* S. GRON. ut alibi. *Nocturnum* exſulat a Vindob. pr.

6 *Compitales Lares ornare bis anno inſtituit.*] Longe rectius vetus

bus titulis, reſtituit: & ſtatuas omnium triumphali effigie in utraque Fori ſui porticu [1] dedicavit,

codex Urſini, & editio Rob. Steph. *Compitalitiis lares ornari bis anno inſtituit.* idque recepi. Nam cum narraſſet quid in ſaecularibus ludis Auguſtus inſtituiſſet, ſubjicit ea quoque, quae in Compitalitiis celebrandis praeceperit obſervari. GRAEV. Binell. ſervat *compitales lares*, velut habuere Vett. Edd. Recte, ut opinor. Nam quod *compitalitiis* praeferunt, cauſam non invenio. Si enim *compitalitiis* intelligendi ſunt ludi, & hi, qui habitii in Compitalibus, non potuerunt lares, niſi ſemel floribus ornari, cum Compitalia tantum celebrata ſemel. Adde, quod ſint celebrata menſe Decembri, ut eſt teſtis Dionyſ. Halicarnaſſenſis. quo menſe, qui potuerant haberi verni & aeſtivi flores? Scio, Macrobium numerare inter ferias conceptivas, quae etiam in incertos concipiantur a magiſtratibus dies: ſed nec ipſe plus quam ſemel dicit celebratas. SCHEFFER. Graevius judicium ſequitur ſummi Caſauboni. At Cel. Burmanno ſcabri quid in ea lectione *Compitalitiis Lares* &c. ineſſe videtur. Neque probari, ſe videre ait Compitalitios ludos bis in anno celebratos. Duplicia tamen fuiſſe feſta opinor, una *conceptiva*, incerto quidem die, ſed paullo poſt Saturnalia. V. Varron. L. v. de L. L. p. 49. Auſon. Ecl. de Fer. Rom. vſ. 17. Gell. L. x. C. 24. Hinc Cicero L. vi. ad Att. Ep. 7. *Ego quoniam* iv. *Nonas Januar. Compitalicius dies eſt.* In Piſ. C. 4. *Quum in III. Kalendas Januar. Compitaliorum dies incidiſſet*; ubi V. Abram. altera *ſtata* vi. Nonas Maji, uti eſt in Kalendario, monente hic Caſaubono, & Neapoli ad Ovid. L. v. Faſt. 129.

Praeſtitibus Majae Laribus videre Kalendae.
Aram conſtitui ſignaque parva Deûm &c.

Adi Grut. Inſcr. p. CXXXIII.

Neque vult auctor, binos in anno inſtitutos eſſe ab Auguſto, ſed reſtitutos, eaque occaſione, ſi *compitaliciis* legamus, ab illo inſtitutum morem, *publicos Lares floribus ornandi*, de quo conſule etiam Plinium L. XXI. C. 3. & hic Caſaub. Verum tamen, quia MSS. reliqui ſervant *Compitales*, & flores aeſtivi neutri Compitaliorum tempori conveniunt, Scheffero & Burmanno accedo, & his verbis Suetonium non cogitaſſe de ludis Compitaliciis, ſed de ſolo Larium ornatu locutum eſſe exiſtimo, fieri juſſo per Auguſtum bis in anno in compitis. Qualia *Larium compita* erant CCLXV. teſte Plinio L. IIX. C. 5. Ceterum edi juſſi *ornari*, tum exigente ſenſu, tum auctoritate MSS. Urſ. Caſaub. Grut. Mediceorum trium, Polit. & Exc. Cujac. Non enim ſolus id agere inſtituit Auguſtus, ſed id agi ab civibus juſſit. Dein *bis in anno*, quod Cl. Burm. edidit e duobus Codd. & Edd. Vett. in quibus & Mediol. aliaque, confirmat Vindob. pr. ut Cap. 35. *bis in menſe*. rurſus C. 82. *In biduo*. Ner. C. 17. *in ipſo die*: uti utroque legendum. Dom. C. 15. *in ipſo conſulatu*. in Gramm. C. 23. *ſacpius in die*. Et quae apud alios ſimilia ſunt, ὅσα νόνις. Sed nihil mutata. *Bis anno* hic eſt bis ſingulis annis, ut in Galba C. 4. *bis die*; ubi etiam vide. Plin. L. XI. C. 29. *ter anno*. L. XII. C. 13. *bis anno floret*. C. 14. *Meti ſemel anno ſolebat. Diis* etiam, non *Dis*, habent MSS. & Edd. Vett. praeter Memm. forſan & Cort. Sed cur ergo alibi *Diis* ſervatum? At V. Drakenb. ad Liv. L. v. C. 14.

1 *Dedicavit. Profeſſus eſt edicto.*] Optime Gruterus malebat abeſſe *to eſt*, ut vulgo legitur contra noſtri genium. Quare auctoritate Vindobon. ſec. delevi, minore diſtinctione poſita poſt *dedicavit*: Poteſt legi quoque *dedicavit, profeſſus & edicto*

vit, profeſſus edicto, *commentum id ſe*, [1] *ut illorum velut ad exemplar & ipſe, dum viveret, & inſequentium* [2] *aetatum principes* [3] *exigerentur a civibus.* Pompeii quoque ſtatuam contra [4] theatri ejus regiam, marmoreo [5] Jano ſuperpoſuit, tranſlatam e curia, in qua C. Caeſar fuerat occiſus.

XXXII.

edicto ſive *etiam.* Sed nemo neſcit, millies id verbum ſubſtantivum intrudi a librariis. Ineptiſſime vero Pitiſcus ſtatuas *triumphali effigie* explicat *in curribus* poſitas; quum intelligantur triumphalibus ornamentis & veſtitu inſignes.

1 *Ut illorum.*] *ut ad illorum.* S. GRON. Bis quoque repetunt praepoſitionem Medic. pr. tert. Vind. ſec. cum aliis. Ut exciderit ſubſtantivum, *illorum*, *vitam* & *res* indicans; E. G. *normam*: quo optime quadrat verbum *exigeretur.* Contra ne ſemel quidem dant Edd. Mediol. Cald. pluresque. V. Comment.

2 *Ætatum.*] Cod. Salm. *aetatium* GRAEV. GRON.* Neque aliter in Medic. pr. ac tert. Bene. V. Burm. & Manut. ad Cicer. 1. de Off. 44. Drak. ad Liv. IX, 17. XXX, 20. me ad Caeſar. L. IV. B. G. C. 2. Veget. II. 19. & iis locis citatos. Praeterea Vindob. pr. habet *inſubſequentium*, conjunctis praepoſitionibus ex varia lectione *inſeq.* & *ſubſeq.* cum utrumque aeque bonum ſit.

3 *Exigerentur.*] Non eſt requirerentur, ut vir doctus exponit, ſed probarentur, examinarentur. Proprie exigere eſt libra, ſeu trutina examinare. Noſter in Caeſ. c. 47. *Gemmarum pondus ſua manu exegiſſe.* Hinc examen, quaſi exagimen, librae lingua, qua explorantur pondera, & inde ipſa exploratio. Seneca ex emendatione Lipſii: *Principatus tuus ad annigustum exigitur.* Liv. (XXXIV, 31.) *Nolite ad veſtras leges & inſtituta exigere, quae Lacedaemoniorum ſunt* GRAEV. Male in Vindob. ſec. a m. pr. *erigerentur.* Ovid. L. IX. Met. 500. — *ad caeleſtia ritus Exigere humanos.* Cic. I. in Verr. C. 51. *ad perpendiculum columnae exigantur*, & ſaepe.

4 *Theatri ejus regiam.*] Sic & regia theatri Marcelli apud Aſcon. in Orat. Cic. pro Scauro (p. 176.) *In hujus domus atrio fuerunt quatuor columnae marmoreae, inſigni magnitudine, quae nunc eſſe in regia theatri Marcelli dicuntur.* GRAEV. *Regia* eſt media theatri janua, qua aditur in ſcenam. V. Pollux. L. IV. §. 124. Bulenger. L. I. de Theatro C. 14. vel ipſa Baſilica, quae conſtituit frontem porticus Pompejanae ante theatrum. V. Erneſt. & Donat. L. III. Rom. Vet. C. 17. ſupra in Caeſ. C. 81.

5 *Jano ſuppoſuit.*] Nequaquam vero eſt ſimile, Auguſtum ſtatuae hujus collocatione tranſitionem & perſpectum pervii Jani voluiſſe impedire: Quod tamen utrumque neceſſario fieri debuiſſet, ſi illam Jano ſubpoſuiſſet, ſive ſub fornice in ipſo aedificio conſtituiſſet: Quocirca unice veram eſſe cenſeo lectionem, quam Suetonio reddidi, *ſuperpoſuit* i. e. ſupra arcuatum fornicem locavit, de more. Apud Sponium Itin. T. I. p. 66. Ed. Amſt. ARCUM FIERI ET STATUAS SUPERPONI TEST. JUSSIT. Atque ita Beroald. Steph. & Gruter. e tribus Pelat. Codd. exhibuerunt; praeberque unus Torrent. & aliquot MSS. Caſauboni, qui etiam ab illa lectione non alienus fuit, item unus Pulm. Copeſ. Periz. ac tres Medicei, Vindob. pr. & Exc. Voſſ. cum Pinell. probante Scheffero. Natus eſt error omiſſione lineolae, ſub littera *p* duci ſolitae pro *per*, ut in Claud. C. 20. *congeſtiſque pilis ſuperpoſuit altiſſimam*

XXXII. Pleraque peſſimi [1] exempli correxit, quae in perniciem publicam, aut ex conſuetudine licentiaque bellorum civilium duraverant, aut per pacem etiam exſtiterant. Nam & graſſatorum plurimi palam ſe ferebant ſuccincti ferro, quaſi tuendi ſui cauſſa: & rapti per agros viatores, ſine diſcrimine [2] liberi ſervique, ergaſtulis poſſeſſorum ſubprimebantur: & plurimae factiones, titulo collegii novi, ad nullius non facinoris ſocietatem coibant. Igitur [3] graſſatores, diſpoſitis per opportuna loca ſtationibus, inhibuit: ergaſtula recognovit: collegia, praeter antiqua & legitima, diſſolvit: tabulas veterum aerarii debitorum, vel praecipuam calumniandi materiam, [4] exuſſit. Loca in urbe publica juris ambigui poſſeſſoribus adjudicavit. Diuturnorum reorum, & ex quorum ſordibus nihil aliud, quam voluptas, inimicis quaereretur, nomina abolevit: conditione propoſita, ut, ſi quem quis repetere vellet, par periculum poenae ſubiret. Ne quod autem maleficium negotiumve in-

surrim. ubi eadem varietas, & crebro.

1 *Exempli corr. quae &c.*] *exempli in perniciem* S. ut voces *correxit quae* elideretur GRON. *In Principem* Vindob. pr. & *pluraque* Cort. Ed. Rom. pr. Adi Erneſt.

2 *Liberique Servique.*] Confirmant hanc lectionem a Cl. Burmanno receptam Vindob. pr. Ed. Rom. princ. Mediol. & aliae, in quibus etiam *rapi.* Perizon. a m. pr. habet. ut vulgo, *liberi.* Poſſet & ſine copula legi *ſine diſcrimine liberi, ſervi.* Dein & *plures f.* Cort. Ed. Rom. princ. ſive Camp. & *collegi* Memm. Vindob. pr.

3 *Graſſatores, diſpoſitis.*] Cod. Salmaſ. *Igitur graſſatur ad diſpoſitis.* Unde Salmaſius conjiciebat legendum *Ig. graſſaturas diſp.* GRAEV. GRON. Ut in Tiber. C. 37. *Tuendae pacis a graſſaturis ac latrociniis, ſeditionumque licentia curam habuit.* Dein & *legitima* abſunt Cort. & Ed. Camp. nec non ab illis & duobus Medic. *aerarii,* perperam. *Tabullas veteris* Vindob. pr. pro *veteres* forſan, ut Dioni τὰ παλαιὰ συμβόλαια. Mox *velut* in Marg. Gryph. Male. V. C. 29. *opera exſtruxit, ex quibus vel praecipua,* C. 51. *vel maxime.* Apud Cic. *vel inprimis, vel plurimum:* & ſimilia paſſim.

4 *Exuſſit.*] *exuſſit* S. GRON. Beroaldus, quem Ald. Gryph. Steph. &c. ſecuti ſunt, *exuſſit* emendavit primus. Mordicus tamen MSS. omnes retinent *exuſſit,* ſive evolvit & examinavit. At ſi eam lectionem admittamus, ſtatuendum eſt, quaedam eſſe omiſſa, quibus declararat Suetonius, poſt excuſſionem ſive examen tabularum ea debita fuiſſe remiſſa, quae erant dubii juris & calumniandi materia. Firma igitur maneat lectio *exuſſit* ex

inpunitate vel [1] mora elaberetur, [2] xxx amplius dies, qui [3] honorariis ludis occupabantur, actui rerum adcommodavit. Ad tres judicum decurias [4] quartam addidit ex inferiore cenſu, quae [5] ducenariorum vocaretur, judicaretque de levioribus ſummis.

ex Dionis loco a viris doctis prolato p. 497. τότε παλαιὰ συμβόλαια τῶν τῷ κοινῷ τι ὀφειλόντων ἔκαυσε, atque exemplis imperatorum Auguſti generoſitatem imitatorum. Adi Comment. & omnino J. F. Gronov. L. IV. de Pec. Vet. C. 3. ubi *exuſſit* quoque legit. Natus error videtur ex more ſcribendi *Ecſuſſit*. Dein *ambiguis* Vindob. pr. Tunc *aliud* operarum vitio excidit Ed. Burm.

1 *Mora elaberetur.*] Politian. Cod. *more elab.* Medic. duo *more laberetur.* Ed. Camp. *mora lab.* Paullo ante *aut mal.* Edd. Mediol. Cald &c.

2 *Triginta amplius dies.*] Perperam Princeps JCtorum J. Cujacius I. Obſervat. cap. 18. eumque ſecuti alii praeſtantes viri hunc locum accommodant legi III. §. ult. De accuſationibus: in qua de XXX. diebus repetendo reo conſtitutis agitur, quaſi ii ab Auguſto inſtituti ſint, idque hoc loco a Suetonio doceretur: cum id ſolum tradatur, Auguſtum & litium, propter quas & novum forum fuerat exſtruendum, & feriarum, quibus nulla experiundi juris poteſtas erat, multitudine permotum XXX. dies detraxiſſe ludis, qui edebantur ab iis, qui ad honores & magiſtratus fuerant evecti, & adjeciſſe diebus faſtis, ita ut XXX. dies, qui antea nefaſti fuerant, & addicti ludis honorariis, nunc faſti facti impenderentur rebus agendis. GRAEV. *xxx. & amplius dies* in Medic. pr. Ex voce *amplius* patet, aliquando plures, aliquando pauciores, ultra XXX. tamen, iis ludis, nequaquam ſtatis, fuiſſe occupatos.

3 *Honorariis.*] Pin. *honoratis*, quod notandum. *Honorati ludi*, ut *praeter honoratus* apud Ovidium, de quo h. l. Caſaubonus. SCHEFF. Sic & alii cum Edd. Ven. pr. Mediol. pr. Cald. Sed vide Feſtum & Comm. *actu* Vind. pr. & *trio* Memm.

4 *Quartam addixit.*] V. C. Urſini, *addidit*: ut & Torrentius ex conjectura emendat. Nec dubitem ſic legendum eſſe. GRAEV. Edidit jam R. Stephanus *addidit*. Vere, ſive *adjecit* vel *adjunxit*, quae itidem cum praepoſitione conſtruuntur, licet MSS. reliqui *addixit* ſervent. V. Comm. & ad Caeſ. vitam C. 24. Hirt. B. Alex. C. 44.

5 *Ducenariorum.*] Cur ducenarii dicti ſint, dudum docuerunt Viri docti. Appellatos autem eſſe illos judices ducenarios eadem ratione, qua centenarii appellentur liberti in lege Papia, nimirum a cenſu centum milium HS. plane aſſentior doctiſſimo & amiciſſimo Perizonio. Quia ducenarii erant lecti ex hominibus inferioris cenſus, qui tantum ducena ſeſtertia poſſidebant, non, ut ceteri quadringena, ideo de levioribus quoque ſummis tantum judicarunt. Propter hanc cauſſam Paullum Samoſatenum, Antiochiae Epiſcopum maluiſſe dici ducenarium, teſte Euſeb. Hiſt. Eccleſ. VII, 27. quam epiſcopum, quia & ipſe adſcriptus erat albo judicum illius urbis, qui lites dirimebant, recte ſentit χωρὶς ἀπορίας Harduinus ad Plin. XXXIII. C. 1. Nec diſſentio in inſcriptione antiqua CC. EPISCEPSEOS. CHORAE. INFERIORIS, recte illum exponere *ducenarium epiſcepſeos chorae inferioris*, hoc eſt, Ægypti inferioris circa Alexandriam, ut idem recte docuit in numis antiquis illuſtratis; ſed hunc ducenarium cum maluit ad Plinium fuiſſe illius dioeceſeos judicem, quam ut in numis ſentit,

mis. Judices [1] a viceſimo aetatis anno adlegit: id eſt, quinquennio maturius, quam ſolebant. [2] Ac pleriſque judicandi munus detrectantibus, vix conceſſit, ut ſingulis decuriis per vices annua vacatio eſſet: & ut ſolitae agi Novembri ac Decembri menſe res omitterentur.

XXXIII. Ipſe jus dixit adſidue, & [3] in noctem nonnumquam: ſi parum corpore valeret, lectica pro tribunali collocata, vel etiam domi cubans. Dixit autem jus non diligentia modo ſumma, ſed &

Procuratorem, qui reditus Imperatorios illius tractus curabat, cauſſae cur credam nihil video. Nam illi procuratores ducenarii dicebantur, ut docet ipſe Suetonius in Claud. 24. ubi videndum, quid docti notarint. Ceterum cum ex Juvenalis Scholiaſte hic Caſaubonus animadvertit fuiſſe decuriam judicum quaeſtoriam, quam Sarmentus emerit, labitur, & aliquid humani paſſus eſt. Nam per decuriam quaeſtoriam non intelligitur apud Scholiaſtem, decuria judicum, ſed decuria ſcribarum Quaeſtoriorum. Nam & accenſi, & apparitores, & ſcribae in decurias dividebantur, quarum crebra mentio in antiquis inſcriptionibus. Vide quae Thomas Reineſius notavit in corpore inſcriptionum, quod confecit. Deprehendit hoc παράγραμμα Caſaubonus quoque dudum H. Valeſius ad Ammianum Marcellinum. (L. XXVIII. C. 6.) GRAEV. V. etiam Hiſt. Crit. Reip. Litt. T. IV. Art. XI. & T. V. Art. I. In Vindob. ſec. a m. pr. *Ducenarium* contracte. In primo *judicarentque*, ut ediderunt multi, & in his Mediol. Cald. nec male.

1 *A Viceſimo.*] *ac tricenteſimo* S. GRON. In reliquis MSS. & Edd. ad Graev. uſque *a triceſimo* vel *trigeſimo*. vitioſe, ut cenſent e L. VIII. Dig. de Mun. & Honor. Viri ſummi Cujac. Caſaub. Bynkersh. nec non Carolus Bretus de Jud. Civil. C. 13. aliique multi. Quid ſi reliqua *id eſt* uſque ad *Ac* ſit gloſſa, quam certe ea verba ſapiunt; (V. congeſta a Cl. Burmanno ad C. 88. item notata ad Caeſ. L. I. B. Civ. C. 6. ut & inf. ad C. 97. Veſp. C. 11) & contra Auguſtus non quinque annos ſolito citius, ſed ſerius eos adlegerit, quia plerique munus id detrectabant. Potuit etiam ſcripſiſſe Suetonius, ut ſuſpicabatur filius adoleſcens, *maturiores* i. e. provectiores. Adi ad Calig. C. 44. *centurionibus maturis*. Meae fateor hae conjecturae ſunt tantum, ſed probabiles, ut ſubveniatur & rei veritati & MSS. lectioni *triceſimo*; quam itidem e mera conjectura exſulare juſſerunt eruditi.

2 *At pler.*] *Ac* S. GRON. Sic etiam Medic. tert. Polit. Vindob. ſec. Copeſ. Periz. uti repoſui cum Edd. alius. *detractantibus* rurſus Edd. Rom.

3 *In noctem.*] MSStis & Edd. a Burmanno citatis accedunt Cortian. Ed. Camp. *in nocte*. quod recte vindicavit Celeb. Duk. ad Flor. L. IV. C. 2. §. 71. *In nocte lecto ad lucernam Platonis libro*. V. et. C. 32. *In anno*. Quamcumque lectionem admittas *nox* hic ſumenda videtur pro ſera veſpera, accenſis luminibus, & poſt ſupremam tempeſtatem, Juris dicundi fini legibus ſancitam. Conſule Cenſorin. C. 24. & Comm. item Carolum Bretum de judiciis Civilibus Cap. 7. Sic Plinius L. IV. Ep. 9. utrumque jungens ait *Dixit in noctem, atque etiam*

noctem

& lenitate: ſiquidem [1] manifeſti parricidii reum, ne culeo inſueretur, quod non niſi confeſſi adficiuntur hac poena, ita fertur interrogaſſe: *Certe patrem tuum non occidiſti*? Et quum de falſo teſtamento ageretur, omneſque [2] ſignatores lege Cornelia tenerentur, non tantum duas tabellas, damnatoriam & abſolutoriam, ſimul cognoſcentibus dedit: ſed tertiam quoque, qua ignoſceretur iis, [3] quos fraude ad ſignandum, vel errore inductos, conſtitiſſet. Adpellationes quotannis urbanorum qui-

nocte illatis lucernis. Atque ita *nox* ſaepiſſime dicitur, cum diurnae lucis nihil ſupereſt. V. Bernegg. & Liv. IV, 39. *dum quidquam ſuperfuit lucis, hoſtem tenuit: nox incertos diremit.* Quare cum Caſaub. aliiſque placet mihi magis *in noctem* ſive δειλὴν ὀψίαν, qua ſatis declaratur extraordinaria Auguſti in dicundo jure adſiduitas. in Tib. C. 74. *exarſit prima veſpera, atque in multam noctem luxit.* V. & Ner. C. 23. ac citatum a Cl. Burm. in Addendis Virgil. L. VII, 8. *Adſpirant aurae in noctem*, & Servium.

1 *Manifeſti parricidii reum.*] *Manifeſto* S. GRON. Medic. tert. & Politian. *manifeſtum*: quod elegantiſſimum; praeſertim ſi *reum* abeſſet. Ovid. III. Art. 801.

Ne ſis manifeſta, *caveto.*

Salluſt. Catil. C. 52. *de* manifeſtis *rerum capitalium*: ubi V. Cort. Capitolin. in V. Marci C. 24. *Contra* manifeſtos *& gravium* criminum reos. & alii ſaepius. Nihil tamen vel ſic mutem temere in vulgata lectione, itidem Latiniſſima. Ceterum *in culleo* dant Medic. ſec. tert. *culleo* Exc. Voſſ. ut plerique in Ner. C. 45. Dein *afficiebantur* MSS. Vindob. pr. Cort. Periz. Harl. & Edd. O. uſque ad Raphel. & Caſaub. Quaſi Suetonii tempore ea parricidii poena infligeretur etiam illis, qui non confeſſi erant. Contra alii negant, umquam fuiſſe neceſſariam confeſſionem, ſi teſtibus & argumentis liquidis clare reus eſſet convictus. V. J. Solorzanum de Parric. crimine L. 11. C. 17. Quidquid ſit, *afficiuntur* ſervo cum ceteris MSS. & Edit. Mediol. pr. margine. De ſimili errore vide ad Ner. *Adiciuntur* cum Hulſiano Vindob. ſec.

2 *Signatores.*] *Senatores* S. GRON. Sic & uterque Vindob. Exc. Voſſ. & Edd. Camp. Med. aliaeque. V. Burm. Mox *tabulas* Medic. pr. & tert. & pro more Medic. omnes, Vind. pr. Cort. Edd. pp. *his* pro *iis.*

3 *Quos fraude &c. vel errore inductos.*] Hos ergo diſertis verbis non exceperat Sulla; nec diſtinxerat inter eos ſignatores, qui ſcientes dolo malo falſum teſtamentum ſignarant, & eos, qui aliorum fraude vel quovis errore inducti iſtud fecerant. Auguſtus vero prius a cognitoribus examinari voluit, utrum falſi teſtamenti, quo dolus malus inerat, ſignatores mera ſua, an aliorum culpa peccaſſent: unde ex hac conſtitutione Corneliam legem interpretati quoque ſunt Prudentes: ut bene viri docti haec conciliant. Neque opus eſt conjectura eruditiſſimi, dum in vivis erat, juvenis G. D' Arnaud *quaſi* L. 11. Conject. C. 27. Noluit Auguſtus ignoſcere, & poenae eripere vere falſarios hoc colore. Id non eſſet *lenitatis*, ſed *injuſtitiae.* Ac locum dare voluit innocentiae hominum, qui falſum quidem commiſerant

quidem litigatorum [1] praefecto delegabat urbis, at provincialium, conſularibus viris, quos ſingulos cujuſque provinciae negotiis praepoſuiſſet.

XXXIV. Leges retractavit, & quaſdam ex integro ſanxit: ut ſumtuariam, [2] & de adulteriis, & de pudicitia, de ambitu, de maritandis ordinibus. Hanc quum aliquanto ſeverius, quam ceteras, emendaſſet, prae tumultu recuſantium perferre non potuit: niſi ademta demum lenitave parte poenarum; & vacatione triennii data, auctiſque praemiis. Sic quoque abolitionem ejus, publico ſpectaculo, pertina-

ſerant, ſed non peccandi animo: quique aliorum fraude, aut ingenii judiciive humani errore decepti erant. Voces *vel errore* deſunt Cort. & Edd. Rom. Pro *quos* in Vindob. pr. *quoque*.

1 *Praetori delegavit urbano.*] Cod. Salm. *delegebat urbano.* lege: *delegabat urbi*, ut recte Caſaubonus. GRAEV. *Quodannis* & *delegebat.* S. leg. *delegabat* GRON. Caſaubonus cum Lipſio & aliis viris doctis ſimul legebat *Praefecto*, non *Praetori*: ut natum e compendioſa ſcriptura *PR.* vel *PRAEF. URB.* idque flagitat Auguſtea hiſtoria. Recepi igitur *praefecto Urbis*, cum Ernestio. Vide Dionem L. LII. p. 478, 487, 493. Ne vero tantam poteſtatem praefecto Urbis ſemel in perpetuum videretur dediſſe, *quotannis* renovabat ei delegationem adpellationum. Eam enim vocem minime a mala veniſſe manu exiſtimem. *delegabat* quoque repoſui auctoritate MSS. tantum non omnium, & in his Mediceorum, Vindobonenſium, Cort. Exc. Voſſ. & Edd. Vett. Tum *ac* in Exc. Cuj. Cort. Edd. Rom. *aut* Ed. Burmanni, male; item *propoſ.* Exc. Voſſ. & Edd. quaedam: nec non *tractavit* Edd. Med. Cald.

2 *Et de adult.*] Pinell. habebat *de adulteriis & de pudicitia*, ad quae Giphanius. Sic lege ex veteri codice. Nam lex Julia dicebatur *de adulteriis coercendis & de pudicitia.* Vide Cujacium in 2 Inſtit. & ad legem Juliam de adulter. SCHEFFER. Vere, ut opinor. Adi quoque Torrent. Mox male Cort. & Edd. Rom. *ambitione.* Dein reſtitui e MSS. O. & Edd. Vett. ante Baſil. illum verborum, quem vides, ordinem. Vulgo *quam ceteras ſeverius.* Non autem emendavit legem hanc, ſed tulit primus, ſeu *ex integro ſanxit.* Quare Cl. Heineccius L. 1. C. 3. ad Leg. Jul. & Pap. Popp. p. 46. conjecit legendum *mandaſſet.* Sed *mandare legem* non eſt Latinum: nec tamen, quod alii putant, *ex integro ſancire* ſignificat inſtaurare, iterare, at novam condere, ut Cap. 16. *navibus* ex integro *fabricatis.* Et ſaepe. Quid ſi *commendaſſet*? Pro *com* ſcribi ſolet *c.* Hinc nata eſt littera *e.* Dein *& lenita* Cort. *& linita* Ed. Rom. pr. *Trienni* Medic. tert. & pr. a. m. pr. De *vacatione triennii*, & dein *biennii*, ſeu in totum *quinquennii*, ut interim non vidui tantum, ſed & praecipue, qui numquam matrimonium contraxerant, juvenes viri ſibi quaererent conditionem, vide Dion. L. LVI. p. 577. Neque caput legis Papiae apud Ulpianum Tit. XIV., ubi de feminis agitur, quidquam commune habet cum hac vacatione viris ante-

tinaciter poſtulante equite, [1] accitos Germanici liberos, receptoſque partim ad ſe, partim in patris gremium, oſtentavit; manu vultuque ſignificans, ne gravarentur imitari juvenis [2] exemplum. Quumque etiam inmaturitate ſponſarum, & matrimoniorum crebra mutatione vim legis eludi ſentiret, tempus ſponſas habendi coartavit: divortiis modum inpoſuit.

xxxv. Senatorum adfluentem numerum deformi & incondita turba, (erant enim ſuper mile, & quidam indigniſſimi, & poſt necem Caeſaris per gratiam & praemium adlecti, quos [3] Orcinos vulgus vocabat,) ad modum priſtinum & ſplendorem redegit, duabus lectionibus: prima ipſorum arbitratu,

antequam uxorem ducere deberent, & lex vim exſereret, conceſſa. Sic ſequentia omnia pertinent ad legem viris, non feminis, ſcriptam. Aliter qui capiunt, viri docti falluntur. Adi, quaeſo, Juriſprudentiam Antejuſtinian. ſummi viri A. Schultingii p. 609. & J. Gothofr. ad capita L. Juliae de marit. Ordin. C. 3.

1 *Accitos Germanici liberos.*] Male Torrentius aliique viri eruditi ad hanc hiſtoriam trahunt nummos, in quibus ſedenti Auguſto porrigitur infans: quum iſti nummi, quorum & aliqui habent duas figuras barbarico habitu infantem faſcis involutum porrigentes, cuſi ſint A. U. DCCXLV. & DCCXLVI. ut patet ex numero tituli Imperatorii. Conſ. Mediobarb. p. 38. Oratio vero illa & actio Auguſti coram equitibus ſit geſta demum A. DCCLXII. Coſſ. C. Poppaeo Sabino, & Q. Sulpicio Camerino, ac retractata lex marita, ſeu lex de maritandis ordinibus, divortiis &c. nomen acceperit a ſuffectis ejus anni Conſulibus M. Papio Mutilo & Q. Poppaeo Secundo vel Secundino V. Dion. d. libro p. 572. & 578. & Comm. atque Excurſus ad Tac. III. Ann. 25. Et quos non? Quare opinor oblatione pueruli ſignificari deditionem Germanorum, ſe ſuoſque in fidem Auguſti tradentium; quando & Ubii Sicambrique dedititii ex Germanica in Gallicam oram ſunt tranſlati. Recte autem ait Suetonius *manu vultuque*, nam verbis nihil de eo dixit Auguſtus. De ea locutione vide Cort. ad Plin. L. v. Ep. 3.

2 *Juvenis exemplum.*] In Vindob. pr. exaratur *exemplar*: ut C. 31. ad *illorum normam, velut ad exemplar exigi.* ſed in Gramm. C. 2. *Noſtris exemplo fuit ad imitandum.* Sed de his alibi. Dein *Quumque & inm.* Vind. ſec. Mox *vim ludis elidi* Vind. pr. cui deſunt *div. mod. inpoſuit.*

3 *Orcinos.*] Cod. Salmaſ. *Orcivos.* GRAEV. GRON. Sic quoque Medic. ſec. & Exc. Cuj. In Exc. Voſſ. *Ortives:* unde patet origo lectionis, quae erat vulgaris in MSS. plurimis & Edd. *abortives.* Sed *Orcinos* in Pinell, & ita haberi in Codice Vaticano, & ſuo privato, teſtatur in Marg. Ed. Mediol. Politianus, adſcriptis legibus, in quibus agitur *de libertis Orcinis.* V. Lexicon. Briſſon. & Comm. ad Juſtin. Inſt. II, 24, 3. Nollem vero diſputari a viris doctis, utrum Augustus illi

tratu, [1] quo vir virum legit: ſecunda ſuo & Agrippae, quo tempore exiſtimatur lorica ſub veſte munitus, ferroque cinctus praeſediſſe, decem valentiſſimis ſenatorii ordinis amicis ſellam ſuam circumſtantibus. [2] Cordus Cremutius ſcribit, ne admiſſum quidem tunc quemquam ſenatorum, niſi ſolum, & praetentato ſinu. Quoſdam ad excuſandi ſe verecundiam compulit: ſervavitque etiam [3] excuſantibus inſigne veſtis, & ſpectandi in orcheſtra, epulandique publice jus. Quo autem lecti probatique &

illi *Orcivi*, an *Orcini* (quod etiam eſt in Marg. Gryph.) ſint dicendi. Cur enim non, ut ab *hirco hircinus*, *a liberto libertinus*, a *porco porcinus*, a *portu portunus* &c. derivaretur ab *Orco Orcinus*?

1 *Quo &c.*] In MS. Cortiano legitur *qua*, non male; ut edidit Erneſtius, ſive *qua lectione*, *quae fiebat ipſorum arbitratu*, *vir virum legit*: C. 59. ait *Senatus lectione*, *cum vir virum legeret*, qui locus obſtare videtur Caſauboni ſententiae exiſtimantis, Suetonium per *duas lectiones* ſive ἐξετάσεις, & ἐπιλογὰς, ut reddunt gloſſae, non intellexiſſe numerum, & quoties legerit Senatum, ſed modos & rationem duplicem legendi; ne auctor adverſetur Dioni & praeſertim Ancyrano Mon. *Senatum ter legi*. Non liquet. Dein *aeſtimatur* vel *exſtimatur* Med. ſec. Periz. Cort. & alii cum Edd. ante Torr. Tum *ferroque accinctus* Vindob. pr. ſed cave quid mutes. *cinctus cultro*, *gladio* C. 17. Calig. 49. Drak. ad Liv. L. XL, 13. *gladiis cincti ſecuti ſunt*: ubi eadem varietas.

2 *Cordus Cremutius.*] Prave *Codrus* eſt in Cortiano, & in eodem ac Vett. Edd. *Cremitius*. Hiſtoricus ſtyli liberrimi periit per Sejanum A. DCCLXXVIII. de quo vide ad Tib. C. 61. Cal. 16. Tac. IV. Ann. 34. Sen. in Conſ. ad filiam ejus Marciam, cujus filiae avum idem C. 26. *in alieni percuſſoris arbitrium venisſe* ſcribit: Si paternum intelligit, quod tamen vix puto, poſſet credi idem eſſe, qui Pompeji cadaver cremandum curavit, dein in Triumvirorum proſcriptione forſan occiſus. Certe *Cordum* id feciſſe, non *Codrum*, evincunt MSS. plurimi in Lucano a Cl. Burm. & me citati, L. VIII. vſ. 15. quibus adde Taurin. & Politian. & ut puto, opera Liberti Pompeji Philippi ac Servi ſui: dum interea ipſe latebat in litore; uti videntur nunc mihi auctores inter ſe conciliandi, & legendum in Aur. Vict. C. 77. *a ſervo Cordi*. Certe audenter Emin. Card. Noriſ. in Cenot. Piſ. p. 386. nominat eum *Cremutium Cordum Quaeſtorem*. Potuit autem is una cum Pompejo inter 2000. Cypro ſolviſſe. Male enim negat vir Clar. eo in fuga adpuliſſe Pompejum. Tu vide Lucan. vſ. 457. *Cyproque citatas Inmiſere rates*. Plut. Pomp. p. 661. Caeſ. L. III. B. Civ. C. 102, 103. d. loco citatos, Cic. II. Phil. 15. *Sciunt*, *qui eum de Pharſalica pugna Paphum conſecuti ſunt*. *Cordi* nomen, de quo etiam conſule hic Beroald. & Drak. ad Liv. L. II. C. 13. paſſim abiit in *Codri*: uti in multis MSS. Juven. S. I, vſ. 2. *vexatus rauci Theſeide Cordi*. uti *Corcodilus* & *Crocodilus*: de quo V. Gud. ad Phaedr. F. 25.

3 *Excuſantibus.*] Scil. ſe, ut facile ſubintelligi poteſt. Verum non illi tantum, qui pudore ſe excuſaverant, & Senatu ſponte ceſſerant, ſed & reliqui, qui nolentes Senatu mori ſunt, renuerunt: Senatoria ornamenta &c. ut docet clare Dio L. LIV. p. 530. Adhaec in MSS. alii

& religioſius & minore moleſtia ſenatoria munera [1] fungerentur, ſanxit, ut prius quam conſideret quiſque, thure ac mero ſubplicaret apud aram ejus dei, in cujus templo coiretur: & ne plus quam bis in menſe legitimus ſenatus ageretur, Kalendis & Idibus: neve Septembri Octobrive menſe ullos adeſſe alios neceſſe eſſet, quam ſorte ductos, per quorum numerum decreta confici poſſent: ſibique inſtituit conſilia ſortiri [2] ſemeſtria, cum quibus de negotiis ad frequentem ſenatum referendis ante tractaret. Sententias de majore negotio, non more, atque ordine, ſed prout libuiſſet, [3] perrogabat: ut perinde quiſque animum intenderet, ac ſi cenſendum magis, quam adſentiendum eſſet.

XXXVI.

aliquot eſt *excuſantes*; uti inter alios in Pin. Medic. ſec. Vindob. pr. Cort. Exc. Voſſ. Edd. Rom. vel *excuſantis*, ut Medic. tert. Vindob. ſec. aliiſque. Immo in Palat. pr. & uno Caſaub. ac Hulſ. *excuſatis*, idque admiſit Gruterus, & placuit Scheffero, i. e. Senatorio ordine motis & nudatis non ob morum dedecus aut crimen; ſed per cauſſam paupertatis, aut humilioris externaeve originis, & hinc muneris Senatorii vacationem nactis, licet invitis & ſe excuſare juſſis. In eadem re participio iſto uſus eſt Tacitus L. XI. Ann. C. 25. pro illis, qui ſponte exuerant ordinem. *Et motos Senatu & excuſatos propoſiturum, & judicium cenſorum, ac pudor ſponte cedentium permixti ignominiam tollerent.* Item editur vulgo in Plin. Paneg. C. 57. *Excuſatus honoribus:* at recte Cl. Arntzen. refragante Schwartzio legit *exſatiatus.* An potius ſcripſit Suetonius *excuſſis?* ſive ejectis & cedere juſſis: ut Luc. III, 673. *excuſſo remige*; & L. V. 309. *excuſſaque templis.* Sic enim nunc malo. Nolim tamen id cuiquam hic obtrudere. Vehementius enim quam pro re videtur verbum, vel dubiae ſignificationis; Nam & ſignificare poſſet explorátis, praetentato eorum ſinu; ut crebro occurrit. Mox in *orcheſtram* Vind. pr. Ceterum idem & antea factum eſt. Conſule Cic. pro Cluent. C. 47.

1 *Fungerentur.*] *fugerentur.* S. GRON. *Senatorio munere* Vind. pr. Cort. fruſtra. V. ad C. ſeq. uti vitioſe *modeſtia* pro *mol.* in Edd. Mediol. pr. Cald. Dein *Kal. ſcil.* Vind. pr. Cort. cum Edd. omnibus vel *ſcil. Kal.* ante Caſaub. qui recte ejecit, adprobantibus membranis reliquis.

2 *Semeſtria.*] *Semenſtria* S. GRON. Sic etiam in optimis Caſauboni membranis exaratur, item Mediceis tribus, Copeſ. & J. Crucei T. I. Fac. Crit. p. 890. Vere, ut docui ad Caeſ. C. 80. Dein *non more neque ord.* Medic. pr. & Edd. Mediol. in quorum prima e ſuis codicibus *atque* jam emendavit Politian. uti multi viri docti; & bene ſervarant Edd. Rom.

3 *Perrogabat.*] Ita S. vulgo *praerogabat.* GRON. *perr.* jam ediderat Graevius, & olim Edd. Rom. V. Comm & Sigon. ad Ep. Liv. 48. *Perrogari ſententias placuit.* Cort. ad Plin. L. IV. Ep. 22. VI, 22. *De Atticino perrogavit.* Et ita ex meis dant etiam Vindob. pr. Cort. In Edd.

XXXVI. Auctor & aliarum rerum fuit: [1] in quis, ne acta ſenatus publicarentur: ne magiſtratus [2] depoſito honore ſtatim in provincias mitterentur: ut proconſulibus ad mulos, & tabernacula, quae publice locari ſolebant, certa pecunia conſtitueretur; ut cura aerarii a quaeſtoribus urbanis ad praetorios praetoreſve tranſiret: ut contumviralem haſtam, quam [3] quaeſtura functi conſuerant cogere, decemviri cogerent.

XXXVII. Quoque plures partem adminiſtrandae Reip. caperent, nova officia excogitavit: curam operum publicorum, [4] viarum, aquarum, alvei Tiberis, frumenti populo dividundi, [5] praefecturam urbis, Triumviratum legendi ſenatus, & alterum

Edd. Mediol. Cald. *prorog.* ſolita variatione.

1 *In queis.*] *In quis* S. GRON. Et ſic reliqui MSS. & Edd. Vett. ut Cl. Burm. exhibuit. *quibus* in Vindobon. V. ad Cap. 52.

2 *Depoſito.*] *Diſpoſito.* Perperam S. GRON. Ita tamen Medic. tert. Polit. & Exc. Voſſ. cum aliis, vitioſe. *mitteretur* Vind. pr. qui etiam inepte habet *muros.*

3 *Quaeſtura functi conſueverant.*] Cod. Salm. *quaeſturam.* Idem *Conſuerant.* GRAEV. *Conſuerant* ita S. vulgo *conſueverant* & *quaeſturam* S. GRON. Quartum caſum exhibent MSS. a Burmanno viſi cum Edd. Venetis, item Medic. ſec. tert. Pinell. Polit. Exc. Voſſ. Edd. Mediol. pr. Cald. ut Cap. praec. & 45. *ſuam vicem fungerentur.* Cic. III. Verr. 86. *Quid muneris fungi*, atque ita optimi quique paſſim. V. Miſc. Obſ. A. 1733. p. 305. Inſcr. Vet. in Epiſt. Graevii ad Gudium XIV. p. 52. *Dum jus guberno remque fungor Caeſarum.* ad Flor. L. IV. 12. 5. Fabr. Inſcr. p. 230. & alibi: ut p. 704. *Diem ſuum functa.* Quo minus tamen hic recipiatur, obſtat praecedens *quam* ad *haſtam* pertinens. *Conſuerant* etiam confirmatur a Mediceis omnibus, ſyncope frequentiſſima, & a noſtro aliiſque vulgari terminatione praelata. V. ad Caeſ. C. 73.

4 *Viarum.*] Poſt hanc vocem in MS. reperit Salmaſius *variarum*, & notat (quae vox interpolata eſt, aliud enim prius legebatur) GRON. In Mediceo pr. aliiſque MSS. & Edd. in quibus & Mediol. ſequebatur *& aquar.* ſicut etiam nonnullis & *alvei.* V. Comm. Fruſtra: niſi quis pro *variarum* vellet ſubſtituere *riparum*; quarum curatores aeque ac publicorum operum, aedium ſacrarum, viarum, aquarum, alvei Tiberis & cloacarum urbis paſſim in lapideis monumentis occurrere quis neſcit? Lipſius conjecturam mutandi *aquarum* in *riparum*, quam damnat hic Caſaubonus, ſecundis ad Tacitum curis in Exc. E. ad L. III. Ann. tacite rejecit. Dein *dividendi* in MSS. O. & Edd. Vett. penes me, Memmiano excepto.

5 *Praefecturam urbis.*] Miror Torrentium affirmare praefecturam urbis non eſſe ab Auguſto inſtitutam, ſed tantum auctam, cum utique plane nova fuerit poteſtas, quamvis nomen antiquum. ideo & Meſſalla ſe ea abdicavit, quod incivilem eſſe judicaret, ut Euſe-

bius

terum recognoſcendi turmas equitum, [1] quotieſcumque opus eſſet. Cenſores, creari deſitos longo intervallo, creavit: numerum praetorum auxit. Exegit etiam, ut, quoties conſulatus ſibi daretur, binos pro ſingulis collegas haberet: nec obtinuit, reclamantibus cunctis, ſatis majeſtatem ejus inmunui, quod honorem eum non ſolus, ſed cum altero [2] gereret.

XXXVIII. Nec parcior in bellica virtute honoranda, ſuper XXX ducibus juſtos triumphos, & aliquanto pluribus triumphalia ornamenta decernenda curavit. Liberis ſenatorum, quo celerius Reip. adſueſcerent, [3] protinus virilem togam, latum clavum

bius notavit, hoc eſt, majorem, quam civem deceret, ut Tacitus: *Jam quidem invifus, quod pluſquam civilia agitaret.* hoc eſt, incivilia. Non audiendus Vir Illuſtris, qui in Euſebio corrigit: *cum imbecillem ſeſe poteſtati conteſtaretur.* Fuit hic magiſtratus inſtitutus ab Auguſto conſilio Maecenatis, ut videre eſt apud Dionem lib. 52. & longe diverſus ab antiquis illis praefectis, qui ſub Regibus olim & primis Conſl. ad tempus conſtituebantur; Illi abſentibus magiſtratibus remp. adminiſtrabant, hi praeſentibus etiam Conſſ. & Imperatoribus commiſſae ſibi functioni praeerant. Alia praetermitto. Satis enim pervulgata ſunt. vide Tacit. VI, Ann. c. 11. GRAEV.

1 *Quotieſcunque opus eſſet.*] Cod. Salm. *quotienſque opus eſſet.* GRAEV. GRON. Sic etiam in Medic. tribus, Vind. ſec. Exc. Voſſ. (dum in ceteris & Edd. Vett. ut ſemper, eſt *quotiens*) ut pertineat ad ſeq. *Cenſores creavit.* Dein *interv. longo* Exc. Voſſ. & *numerum* Politian. Tum *ne obtinuerit* Vindob. pr. & *clamantibus* male Edd. Mediol. Cald. aliaeque. V. ad Vitell. C. 15.

2 *Gereret.*] Cum aliorum Codd. etiam Cortian. & Edd. Camp. Mediol. pr. Cald. *ageret* perpetua variatione. V. Burm. & ad Tib. C. 24. Dein *ſupra* etiam Cort. Ed. Camp. *xx. ducibus* Vindob. pr. qui numerus ſuffecerit ſane. Adi Caſaub.

3 *Protinus virilem togam.*] Cod. Salm. cum aliis: *protinus virili toga.* Rob. Steph. *protinus virili togae latum clavum inducere*, ut Codices duo Torrent. Puto certam eſſe correctionem Caſauboni, quam & Rubenius probavit, *protinus e virili toga latum clavum induere.* ſtatim poſt virilem togam liberis Senatorum, qui ſcilicet non erant patricii, permiſit tunicam laticlaviam induere. Nam *protinus*, quod quidem eſt continue, non ita intelligendum eſt, quaſi ipſo die tyrocinii, ſumenda quoque fuiſſet tunica laticlavia: tum enim rectam ſumebant, non negante ipſo Ferrario, ſed ſtatim, aut non longe poſt, &, ſi liberet, ſequente die. Patriciorum autem filios, latum clavum geſtaſſe ante togam virilem in praetexta nihil mihi videtur liquidius eſſe. Si die tyrocinii tunicam rectam boni ominis cauſſa induebant, unde Auguſto virilem togam induenti tunica laticlavia, quae ad pedes illius decidebat? Habuit ergo die tyrocinii tunicam laticlaviam. Sed illa die recta erat

ſed

vum induere, & curiae intereſſe permiſit: militiamque auſpicantibus, non tribunatum modo legio-

ſumenda. Itaque tunicam illam laticlaviam ante habuit, eaque indutus venit in forum, ſed antequam exueretur, reſuta ab utroque humero decidit ad ejus pedes. Ergo latum clavum geſtavit praetextatus, & ante diem virilis togae, & quidem quia jam ante in patricios erat a Caeſare allectus. Nec eſt, quod nos moveat Dio Caſſius, qui ſcribit propter hoc omen tunicae laticlaviae, quae ad pedes deciderat, Julium retuliſſe Octavium in patricios. Nam Dionem quoties non calculi modo, ſed ipſa ratio fefellerit in rebus Romanis, viri docti infinitis exemplis docuerunt. Conſulatur vel una Corradi quaeſtura Ciceronis. Praeterea non eſt veroſimile, hoc quaſi fauſto prodigio permotum Caeſarem ad Octavium adſcribendum patriciis, quia nihil tribuebat Julius ominibus, auguriis, & auſpiciis, ut in ejus vita prodidit Tranquillus. Praeterea locus Statii in Protreptico ad Criſpinum tantopere firmat hanc ſententiam Rubenii, ut nihil fieri poſſit liquidius. Per Tyrios ſinus nihil poteſt intelligi niſi praetexta, non vero, ut interpretatur Ferrarius, tunica ad pectus, ſive in ſinu lato clavo inſignis. Quis enim unquam ſinum tribuit tunicae? Togae ſinus habebant. Ovid.

Nec toga ſit laxo conſpicienda ſinu.

Sinus enim ſunt proprii togae aeque ut umbo ac balteus. *Tyrius finus* per ſynecdochen eſt praetexta toga, ut apud Perſium *candidus umbo*, eſt toga pura, ut recte hoc vidit Rubenius. Non poſſunt igitur verba illa Statii, ad Criſpinum,

Sic te, clare puer, genitum tibi Curia ſenſit,
Primaque patritia clauſit veſtigia luna.
Mox Tyrios ex more ſinus, tunicamque potentem
Agnovere humeri.

aliter explicari quam hoc modo. Tu natus es in ſpem ſenatoriae dignitatis, itaque infanti ſtatim inductus eſt patricius lunatus calceus, dein praetexta, nec non tunica laticlavia es indutus. Vides igitur Rubenii opinionem oppugnari fruſtra in hoc capite a Ferrario, quod & in pluribus aliis Analectorum ſuorum capitibus fecit. Ferrarii vivi doctrinam & amicitiam magni feci, mortuique memoriam ſemper colam. Hoc tamen pace manium ejus dixerim, in Analectis illis contra Rubenium calidius ſaepe ſuas ſententias illum defendiſſe, & Rubenii opiniones impetiiſſe, quam validius. Non tamen inficior in nonnullis Ferrarium rectius ſentire. Sed cogitandum erat, Alberti Rubenii de lato clavo libros poſthumum opus eſſe & quaſi inchoatum, ex infinitis & incompoſitis ſcedis poſt ejus fata collectum a me, cum fere adoleſcens eſſem. Longe perfectius id futurum fuiſſe, ſi ipſe id per aetatem & negotia potuiſſet elimare. GRAEV.

Protinus virili toga.] Ita S. & recte: vulgo *virilem togam.* GRON. Pinell. *virili toga* videturque rectius. SCHEFF. Auguſtus ſane iis non permiſit jus *virilem togam induendi.* Hoc per ſe habebant, ut minimi Quirites. Nam *protinus* pro ſimul, *uno eodemque tempore* ſumi poſſe hoc loco non exiſtimem. Equidem ſimile exemplum deſidero; quamquam juvare voluit Caſaub. inſerendo *ac latum*, conjiciens tamen etiam *protinus a virili toga*: quae lectio mihi quoque ſe maxime commendat. Namque in Liſlaei Urſin. Cujac. aliiſque Codd. etiam *virili toga*; ac ſic citat Ryck. ad Tac. Ann. II, 59. Ad haec in Exc. Voſſ. eſt *virili togae*; uti & duobus Torrentii, item Giſanii, Medic. ſec. Edd. R. Steph. Lugd. *virili togae l. c. inducere*, quod non adſpernabatur Gruterus. Atque ita citavit Lipſ. ad Tacit. Ann. VI, 2. *Quod*

dant

gionum, ſed & praefecturas [1] alarum dedit: ac, ne quis expers caſtrorum eſſet, binos plerumque laticlavios praepoſuit ſingulis alis. Equitum turmas frequenter recognovit, poſt longam intercapedinem reducto more [2] tranſvectionis. Sed neque detrahi quemquam in tranſvehendo ab accuſatore paſſus eſt; quod fieri ſolebat: & ſenio vel [3] aliqua corporis labe inſignibus permiſit, praemiſſo in ordine equo, ad reſpondendum, quoties citarentur, pedibus

dam e Senatu honoribus perfunctos, an juvenes? ſed perperam. Latus enim clavus purpureus non inducebatur virilem in togam ſeu togae; verum tunicae: unde ſaepe *latus clavus* pro tota laticlavia tunica ponitur: Multo minus tunica inducebatur togae; ſed tunica erat veſtis togâ interior: Quis dubitat? Nihilominus iſti codices docent, aliud fuiſſe olim lectum, quam *virilem togam*. Opinor relictum a Suetonio *protinus virili a toga & latum cl. induere, & curiae int. permiſit*, polyſyndeto auctori noſtro frequentiſſimo, & eleganti & hic, ſi uſquam alibi, efficaci. Dedit Senatorum filiis Auguſtus honorem ac jus intrandi curiam ſimul & inſignia Senatoria, quam primum virilem togam ſumſerant, ſive in viros adſcripti erant: quando alioquin *tunicam rectam*, vel anguſticlaviam debebant gerere, dum in Senatum vere adlecti eſſent, & curia ſe abſtinere: ut notum eſt. Praepoſitio vero *a* non opus foret; ſi conſtaret *protinus* jungi ablativo, ſenſu *τῇ ſimul*, eodemque fere tempore: uti *ſimul* ita ſaepe conſtruitur. Cererum ſi quis vel ſic praeferat *inducere* ſimpliciter pro *induere*, per me licet. Nam ita exaratur quoque in Periz. Harlem. Exc. Cujac. Politian. Edd. Rom. Ven. Mediol. aliiſque. Sed de confuſione *τῶν inducere* & *induere* latius agam ad Cap. 92. & de Auguſti togam virilem ſumentis lato clavo ad Cap. 94.

1 *Alarum.*] *Alae* in veteri Rep. dicebantur ſocii Latini nominis tam equites, quam pedites: poſtea auxiliaribus copiis hoc nomen ceſſit: Sub Impp. vero *alae* dicebantur manus equitum ex ſociis collectorum, quae legioni jungebantur loco 30 turmarum, quae ex equitibus Romanis olim conſcriptae legionibus addebantur. Quoniam equeſtris ordinis viri tum temporis non niſi ſplendidis curationibus praeficiebantur, priſcuſque illemos turmas ex iis conficiendi plane exoleverat, ut multis docet vir genere ingenio, & doctrina magnus Rabodus Schellius (in cujus acerbo obitu ingentem jacturam fecerunt non ſolum omnes praeclarae artes, ſed & ipſa reſp.) in eruditiſſimis notis ſuis ad Hyginum de Caſtrametatione, quem omnino vide. GRAEV. Deeſt & Medic. pr. tert. Vindob. ſec. ut C. 43. & paſſim. *etiam* in aliis & Edd. Camp. Med. Cald. &c. In Vind. pr. *perfectum*. Dein *at* in iiſdem & Gryph. Edd. *Ne qui* exhibent quoque Medic. tres, Edd. Mediol. Cald. & *caſtrorum expers* Vind. pr. V. Burm. & ad Caeſ. C. 56. 83. *Laticlavos* mox vitioſe in Edd. Med. Cald. ut in aliis quoque libris.

2 *Transvectionis.*] *Travectionis* & *travehendo* S. GRON. *Travehendo* etiam Medic. ſec.

3 *Aliqua corp. labe.*] Pin. *alia*. Sed ſenium non ſatis commode refertur inter labes corporis, itaque videri poteſt Suetonius ſcripſiſſe *alias*. Sic enim illud *alias* occurrit uſurpatum apud optimos ſcriptores. Et notarunt jam ex Ulpiano;

bus venire: mox [1] reddendi equi gratiam fecit eis, qui majores annorum quinque & triginta retinere eum nollent.

XXXIX. Impetratisque a senatu decem adjutoribus, unumquemque equitum rationem vitae reddere coegit: atque [2] ex inprobatis alios poena, alios ignominia notavit: plures admonitione, sed varia.

L. 43. ff. de ritu Nupt. *Si qua in taberna cauponia vel alias pudori suo non parcat.* SCHEFFER. *Aliqua* recte MSS. ceteri & Edd.

1 *Reddendi equi gratiam fecit.*] hoc est, potestatem, facultatem dedit, concessit reddere. Nam & sic *gratiam facere* usurpatur Plauto in Casina A. II. sc. 6. v. 20. *de isthac Casina huic nostro villico gratiam facias:* Sic & alibi Plautus. ut non opus hic fit cum viro magno rescribere: *retinendi equi gratiam fecit.* sed hoc, ni fallor, & alii jam ante observarunt. GRAEV. *Gratiam facere* pro concedere, veniam dare, ut quid fiat, illustravit hic quoque Cl. Burm. & praesertim exemplo Livii L. III. C. 41. *fallendi gratia:* quum aliis tamen locis, ut in Aug. C. 17. Cal. 15. auctor, ut vulgo, adhibuerit pro remittere necessitatem quid agendi. In Tib. C. 35. *Jurisjurandi gratiam fecit.* i. e. remisit illud, quasi non juraret. Male vero *vellent* est in nonnullis scriptis. Pauciſſimi volebant retinere equum publicum; quando illis eum reddere licebat, sibi onerosum, ac titulo viri *equo publico* consentis. V. Plin. L. XXXIII. C. 1. §. 7. Liv. L. XXIX. C. 19. & quos ibi laudat Dukerus. Huc pertinet etiam praeter Plut. in Pomp. p. 630. Varronis locus in Sesquiulixe apud Nonium. C. 2. in voce *Caballus. In castris permansi: inde caballum reduxi ad Censorem.* At si vellent retinere, licet emerita haberent stipendia & ad honores jam & Senatoriam dignitatem perveniissent, id omnino erat licitum: Unde & legimus Censores, qui in robore tamen aetatis erant, adhuc equum publicum habuisse. V. rursus Dukerum ad Liv. L. XXIX. C. 37. Remisit vero nunc Augustus necessitatem equi publici retinendi alendique illis equitibus, qui emerita stipendia habentes, vel saltem ad id aetatis provecti, ut habere possent stipendia emerita, Senatores non erant facti, nec honores gerebant & hinc equum retinere debuissent. V. Casaub. Manebant tamen in equestri ordine; cum si quibus per Censores, vel dein Impp. adimebatur equus, ordinis quoque dignitate excidebant: quod titonibus etiam est notissimum. Dein *a Senatu* retinent MSS. mei omnes & Edd. Vett. & *vitae rationem* Edd. Rom.

2 *Ex inprobatis.*] Pin. habebat *in exprobratis*, ut & in aliis Codd. bonis reperitur. Et possunt *exprobrati* intelligi, ab *exprobrando*, quibus flagitium objectum est, & nec liberare se ab eo potuerunt. Sic *in exprobatis* erit idem, ac *inter exprobratos.* Sententia: quosdam inter eos, quibus per exprobrationem flagitia objecta, poena, quosdam ignominia notavit. SCHEFFER. *In exprobatis* Cod. Salm. GRAEV. GRON. Sic etiam Medicei duo, ac Vindob. pr. *In exprobratis* Medic. tert. Vindob. sec. Harl. quae lectiones in reliquis optimis Codd. inveniuntur. V. Gomm. Latere quid suspicor. Nam *exprobrati* Latinum non est. Posset videri sub corruptis hisce verbum delitescere, quo referatur *poena*, qua *adficimus* aliquem, non *notamus.* Sed hoc tamen non opus. Saepe solent duo substantiva diversi generis uni verbo jungere: ut C. 57. *Stipem jaciebant, item strenam.* Pro multis solum adi Cl. Duker. ad Flor. II.

varia. Leniſſimum genus admonitionis fuit [1] traditio coram pugillarium, quos taciti, & ibidem ſtatim legerent. Notavitque aliquos, quod pecunias levioribus uſuris mutuati, graviore foenore collocaſſent.

XL. [2] Comitiis tribunitiis, ſi deeſſent [3] candidati ſenatores, ex equitibus Romanis creavit: ita ut, poteſtate transacta, in utro vellent ordine, manerent. Quum autem plerique equitum, [4] adtrito bellis civilibus patrimonio, ſpectare ludos e qua-

17. §. 12. III. 7. *aliis oculos, aliis manus amputabant.* item L. III. 17. & quos laudat, ſi vis. Dein *leviſſimum* MS. Cort. Edd. Med. Cald. &c. ſed bene mutatum a Caſaubono, ac male revocatum a Pitiſco. V. Drak. ad Liv. L. XXXVI, 31. *Caſtigatum leniter.*

1 *Traditio coram pugillarium.*] Sic longe plurimi MSS. meique omnes: Quoniam vero in nonnullis eſt *tradito*, & in Torrent. MSto *tradit pugillari quod*, multum praeferebat illud ſummus vir J. F. Gronov. ex Auſon. Epig. ult. *Bipatens pugillar.* Vereor tamen, ut Auſonii auctoritas ſufficiat vulgato eliminando: quia ante eum nemo *pugillar* ſingulari dixit numero. Hinc in gloſſis *Pugillares ſingularia non habet.* Sed in Onomaſt. *Pugillaris πινακίδιον*: lege *Pugillar, is*; quo Genit. oſtenditur. De *pugillaribus* adi Comm. ad Neron. C. 52. *Venere in manus meas pugillares libellique.* In Vindob. pr. *pugilarum*, & mox *levibus. Legerint* pro *legerent.* Medic. tert.

2 *Comitiis.*] *Ac comitiis.* S. GRON. Sic etiam Medic. ſec. *at com.* Vindob. pr. *a comitiis* Medic. pr. tert. Vindob. ſec. Fruſtra.

3 *Candidati, ſenatores.*] *Si deeſſent candidati ſenatores, ex equitibus*, ita diſtinguendum cenſuit Salmaſius. GRON. Veriſſime; at non ex Memmiano Codice, in quo non obſervatae ſunt diſtinctiones. Sed adſcripſerat ea verba Ed. Caſauboni: & ſic jam edidit Torrentius; neceſſario. Non enim creavit ſenatores: ſed Tribunos pl. ex equeſtri ordine, qui nunc tertius ordo & medius erat inter patricium & plebejum; ſi ſenatores, quales hoc tempore eſſe debebant tribunitiae poteſtatis candidati, illum honorem comitiis petere nollent. V. Comm. & C. x. item ad Vell. II. C. III. Recte etiam Cl. Burm. mutavit diſtinctionem.

4 *Adtrito b. c. patrimonio.*] Edd. Gryph. Plantin. *matrimonio.* Perperam: & fruſtra defenſum id eſt a nonnullis, ut monendum jam fuit C. 2. ubi in MS. *abund. matrimonio.* Mire autem amant veteres iſtud verbum *atterere* vel *conterere* hac in re. V. Comment. ad Petron. C. 116. *poſt* adtritas *bellis frequentibus opes.* Infra in Galba C. 3. Adtritis *facultatibus urbe ceſſit.* Vitruv. L. X. C. 6. *Conduxit quidam Paconius* (ſic enim legendum e MSS. a me viſis, non *quidem Paconius*) &c. *qui ducendo & reducendo pecuniam* contrivit, *ut ad ſolvendum non eſſet:* ubi tamen MSS. plurimi exhibent inſolitum verbum *contricavit* [quod non temere auſim damnare pro intricavit, inplicuit & conturbavit ita, ut pecuniam expedire nequiverit.] Claudian. Epigr. 26. Adtrivit *Saturnus opes.* Sed & Tacit. L. I. Hiſt. C. 10. *Adtritis opibus*; ſive potius, ut eſt in MSS. optimis *adteritis.* Quo confirmatur

quatuordecim non auderent, metu [1] poenae theatralis; pronunciavit, non teneri ea, quibus ipsis parentibusve equester census umquam fuisset. [2] Populi recensum vicatim egit: ac ne plebs frumentationum caussa frequentius [3] ab negotiis avocaretur, ter in annum, quaternum [4] mensium tesseras dare destinavit: sed desideranti consuetudinem veterem concessit rursus, ut [5] sui cujusque mensis acciperet. Comitiorum quoque pristinum jus reduxit: ac multiplici poena coercito ambitu, Fabianis & [6] Scap-

unice emendatio nostra, in Misc. Obs. A. 1734. p. 139. proposita, apud Appul. L. XI. Met. p. 260. *Viriculas patrimonii* adteruerant *inpensae*: sicut recte N. Heinsius L. VIII. p. 169. restituit *conteruit*; ut exaratur in MS. Regio Paris. Neque aliter e tribus Codd. reponendum in Apolog. p. 9. Ed. Pric. *Quos justius carbone de rogo* obteruerit.

1 *Poenae theatralis.*] Addendum esse *legis* censuit Casaubonus. Sed videtur simpliciter dici *poena theatralis*, quia in ipso theatro exigebatur. Intelligit enim ignominiam inferri solitam ei, qui loco sedebat non suo; quum per adparitorem suscitabatur; & vel theatro ejiciebatur, vel locus isti adsignabatur lege Roscia constitutus: uti etiam talis erat decoctoribus proprius; quamvis quis fortunae, non suo, vitio decoxisset, ut docet Cic. II. Phil. C. 18. De *excitatione* egerunt viri docti ad C. 14. & passim. *Tenere* est in Medic. sec.

2 *Populi recensum vicatim egit.*] Cod. Salmas. *Populi R. censum vicatim egit.* Harlem. *Romani populi censum v. e.* GRAEV. Monuit etiam Gronov. de Salm. Cod. Habet etiam *Romani populi censum* Periz. & Edd. quaedam. *Populi Rom. censum* Cort. *populi censum* Exc. Voss. Sed *populi R.* vel *Romani* Medic. duo & Edd. usque ad Casaub. qui optime ex doctorum virorum emendatione exhibuit *recensum* plebis scilicet pauperis; uti habent ex meis Medic. sec. Vindobonenses cum Exc. Cujacii, V. hic Comment. uti & ad Jul. C. 41.

3 *A negotiis.*] *Ab negotiis vocaretur* Cod. Salm. GRAEV. GRON. *Ab* reposui cum Medic. tribus, Vindob. pr. Exc. Cujac. & Voss. Pro *avoc.* in Vindobon. pr. *frequentaretur* mendose; Idem dat *plebis* pro *plebes* in Nom. Sing. V. Drakenb. ad Liv. L. v. C. 12. quo facit Copes. *avocarentur*, quasi *plebes* esset plurale. Eadem variatio est C. 57.

4 *Mensium.*] *Mensuum* pro *mensum* S. GRON. V. ad C. 65. *Quaternorum* habent cum aliis Medic. duo, Vindob. pr. Exc. Voss. Edd. Camp. Mediol. *quaternas* Vindob. sec. Sed recte in ceteris & Politian. *quaternum*.

5 *Sui cujusque mensis.*] Sic constanter MSS. & Edd. vetustiores exhibent, nihilque mutandum duco. Sic Caes. L. I. B. Civ. C. 83. *Suae cujusque legionis.* Liv. L. VII. C. 32. *Divisum in suas cujusque clientelas.* L. XXVI. C. 29. *Se suam cujusque patriam relicturos*, ut legendum puto pro *quisque*. Gronov. *quemque*. Vide Cl. Duk. & Drak. ad L. III. C. 22. *Suae cuique parti.* Si in MSS. esset *quisque*, nequaquam damnarem; de quo ad C. 66. *Sui quisque ordinis principes*: ubi alii *cujusque*.

6 *Scaptensibus tribulibus.*] *tribu-*

Scaptiensibus tribulibus suis die comitiorum, ne quid a quoquam candidato desiderarent, singula milia numûm a se dividebat. Magni praeterea existimans, sincerum, atque ab omni colluvione peregrini ac servilis sanguinis incorruptum servare populum & [1] civitatem Romanam parcissime dedit, [2] & manumittendi modum terminavit. Tiberio pro cliente Graeco petenti rescripsit: *Non aliter se daturum, quam si praesens sibi persuasisset, quam justas petendi causas haberet.* Et Liviae pro quodam tributario Gallo roganti, civitatem negavit, inmunitatem obtulit: adfirmans, *Facilius se passurum, fisco detrahi aliquid, quam civitatis Romanae vulgari honorem.* Servos non contentus multis difficultatibus a libertate, & multo pluribus a libertate justa, removisse; quum & de numero & de conditione ac differentia eorum, qui [3] manumitterentur, curiose cavisset, hoc quoque adjecit, ne

tas Cod. Salm. GRAEV. GRON. Primo mirum est, omnes MSS. & Edd. Vett. si excipias Ven. sec. tert. Bon. & Doleti, habere *Scaptensibus*: nisi quod in Pinell. sit *Scaphensibus tribubus*. Cum tribus non dicta fuit *Scapta*, sed *Scaptia*: ut docuit jam Beroald. quare bene Graev. in Ed. maj. eumque secuti vocalem *i* restituerunt. Adi Manut. ad Cic. L. VIII, ad Fam. Ep. 8. & Gruter. Gud. Donii Inscript. Indic. &c. Pro *Fabianis* ex nostris solus Cort. & Edd. Rom. dant *Sabotinis*; vitiosissime. V. Cas. Dein rursus MSS. O & Edd. pp. dant *tribubus*: sed optime *tribulibus* emendavit Beroaldus. Tribus dicebantur *Fabia*, in quam adoptatus, & *Scaptia*, in qua natus est Augustus, non *Fabiensis* & *Scaptiensis*; quae voces tunc etiam in singulari poni debuissent. Mox *asse div.* inepte MSS. Medic. sec. Polit. Vindob. ut est in aliis plurimis. In Medic. tert. *Osse* suprasc. *a*.

1 *Civitatem Romanam.*] Cod. Salm. *civitates Romanas* GRAEV. GRON. Ita etiam in tribus Mediceis, uno Pulm. & omnibus Burm. atque Exc. Voss. & Edd. aliquot, in quibus & Mediol. pr. exhibetur: quae vitiosa lectio videri possit esse supposita pro *civitatis Romanae jus*. Ut nunc vulgatur, corrigere se ait Beroaldus; Inveni tamen in Ed. Rom. principe; legiturque in MSS. Vindobon. nisi excepta fallunt, & Cor. Dein *potissime dedit* Vindob. pr.

2 *Et manum.*] Deest & in MS. S. GRON. In Cort. & Ed. pr. seu Camp. *manutenendi*. Dein *Et Livias* desunt Vind. pr. Mox *Facilius se* pro *se facilius* edidi auctoribus MSS. Mediceis tribus, Polit. Vindob. sec. & Exc. Cuj. *deberi* quoque in Ed. Mediol. pr. sed in marg. *detrahi*; aliisque. Mox *a libertate* exsulant a Mediceis. Sed *& multo pluribus a libertate* desiderantur male in Vindob. pr. Cort. & Edd. usque ad Steph. E suis Codd. Politianus jam adlevit Ed. Mediol. pr.

3 *Manumitterentur.*] Edd. Me-

ne vinctus umquam tortuſve quis, ullo libertatis genere civitatem adipiſceretur. Etiam habitum veſtitumque priſtinum reducere ſtuduit. Ac viſa quondam pro concione pullatorum turba indignabundus & clamitans; [1] *En!*

Romanos rerum dominos, gentemque togatam, negotium aedilibus dedit, ne quem poſthac paterentur [2] in Foro circave, niſi poſitis lacernis, togatum conſiſtere.

XLI. Liberalitatem omnibus ordinibus per occaſiones frequenter exhibuit. Nam & invecta urbi Alexandrino triumpho regia gaza, tantam copiam numariae rei effecit, ut, foenore [3] deminuto, plurimum agrorum pretiis acceſſerit. Et poſtea, quoties

diol. Cald. *manutenerentur*. Deeſt *umquam* a Vindob. ſec. *Et habitum* Ed. R. princ. quae caret etiam *pro concione* cum Cortiano, habentque *ballatorum*, ut eſt quoque in Medic. ſec. Pinell. marg. ut in multis C. 44. *Palliatorum* Giphan. conjectabat. Sed V. Comm.

1 *En, ait.*] Delevi iſtud ineptiſſimum *ait*, quod vulgo adjicitur, & diſtinxi, ut oportebat. GRON. Continuari enim debet oratio *clamitans, en!* &c. *dedit negotium*; quum vulgo a voce *negotium* incipiebat nova periodus. Majore autem fiducia delevit vs *ait* Gronovius; quia ſciebat id verbi non comparere in Medic. pr. ac tert. ſicut etiam a Copes. abeſſe notavit Burmann. ejiciendum quoque cenſens, C. 42. quare exſulare juſſi.

2 *In Foro Circove.*] *Circæve* S. GRON. Vulgatam lectionem *circove* defendunt Torrentius & Burm. & alii, quia Romani confabulandi gratia in circo aeque ac foro coire ſolebant, vel in circo quoque togati ludos ſpectabant, & quia hae voces ſaepe junguntur. Verum quia illud edictum dedit Auguſtus occaſione viſae pullatae & lacernatae turbae *pro concione in foro*, mihi non videtur ſingulatim de *circo* cogitaſſe, ac multo melior eſſe lectio *circave*, ſervata non ſolum a Cod. Memm. & hinc probata a Perizonio ad Sanctii Min. L. IV. C. 13. p. 739. ſed etiam confirmata a Medic. pr. tert. & Copeſiano; eaque vox melius convenit vm *conſiſtere*, ac latiorem enſum Auguſti edicto praebet, qui ne *pullatos* quidem ludis prohibuit, ut patet ex C. 44. *Sanxitque, ne quis pullatorum media cavea ſederet.* Ad haec in aliis MSS. turbatum fuiſſe in voce *circo*, patere videtur ex lectione multorum, in quibus & Vindob. pr. Cort. atque Edd. Vett. in quis Rom. Camp. Mediol. aliaeque: ubi exhibetur *poſt hac de cetero pax*. De voce *circa* adverbialiter poſita adi Scheffer. ad J. Obſeq. C. 75. *In Capitolio & circa.* quoſque laudant Burm. ad Phaedr. L. III. f. 20. Duker. ad Flor. L. I, 18. Infra C. 64. *Circa adequitarent.* Vox haec male quoque exſulat a novitiis Appuleji Edd. in Metam. L. X. p. 236. *Paſcentes circa capellas odore perpluit imbre.* ut legendum, non *perfluit.*

3 *Diminuto.*] *Demituto* S. GRAEV. GRON. Accedunt Medic. pr. ac tert. & quem contulit Voſſ. uti recte ex Edd. Baſil, ac Torrens. edi-

ties ex damnatorum bonis pecunia ſuperflueret, uſum ejus gratuitum iis, qui cavere in duplum poſſent, ad certum tempus indulſit. Senatorum cenſum ampliavit; ac pro octingentorum milium ſumma [1] duodecies HS. taxavit, ſubplevitque non habentibus. Congiaria populo frequenter dedit, ſed diverſae fere ſummae: modo [2] quadringenos, modo trecenos: nonnumquam ducenos quinquagenoſque numos: ac ne minores quidem pueros praeteriit, quamvis nonniſi ab undecimo aetatis anno accipere conſueſſent. Frumentum quoque in annonae difficultatibus ſaepe leviſſimo, interdum nullo pretio, viritim admenſus eſt, teſſeraſque numarias duplicavit.

XLII.

edidit Cl. Burm. Adi ad Caeſ. C. 5. Dein *acceſſiſſent* Vindob. pr. item *his qui* Med. ſec. Vindob. uterque Cort. Periz. Exc. Voſſ. Edd. Rom. Med. &c.

1 *Duodecies HS. taxavit.*] Diſſenſus Dionis & Suetonii recte componi poteſt, ſi ſequamur eximium illum noſtrum amicum Perizonium, qui in diſſertatione de lege Voconia (p. 174.) oſtendit, ſenatorium cenſum octingentorum milium fuiſſe ante Auguſti imperium, qui eum redegerit primum ad quadringenta milia, quia teſte Dione, multi erant per bella nimirum civilia ſpoliati paternis bonis; poſtea vero ad decies centena milia perduxerit, poſtremo etiam ad duodecies. Poſuiſſe Suetonium ait cenſum Senatorum, quem Auguſtus inveniſſet ad remp. accedens, & quem moriens reliquiſſet; at Dionem, quomodo ab Auguſto primum conſtitutus poſt bellum civile, & dein prima vice ampliatus fuerit. De duodecies HS. nihil quidem diſerte Dionem tradere, ſed tamen ex eo ipſo non male forſan colligi, ea tandem ſumma taxatum fuiſſe cenſum ſenatorium ab Auguſto, quia tradat lib. 55. Auguſtum multis adoleſcentibus ſenatorii & equeſtris generis, non ſua culpa redactis ad paupertatem conſtitutum cenſum ſuppleſſe, octogiata autem ex iis uſque ad XII. HS. auxiſſe. Qui locus declarare videatur Auguſtum jam tunc in animo habuiſſe hanc ſummam praefinire tandem cenſui ampliſſimi Ordinis; vel certe illud Auguſti factum Suetonio errandi cauſſam praebuiſſe, ut, cum animo ejus obverſaretur Auguſtum tot ſenatoriis adoleſcentibus cenſum ſuppleviſſe ad duodecies HS. eamque ſummam certe ſciret poſt illum Imperatorem fuiſſe propriam cenſui Senatorum, ex eo exiſtimarit, id tunc ab illo fuiſſe conſtitutum. GRAEV. *Seſtertium* S. GRON. Auxit ergo Auguſtus, vel auctum ab ipſo credidit Suetonius Senatorium cenſum tertia parte. Nihil certe mutari opus eſt cum Lipſio L. 11. El. C. 17. aliiſque. *Seſtertium* habent etiam Medicei, Periz. Exc. Voſſ. & Edd. nonnullae veteres: ut paſſim. At legendum vel *ſeſtertii* ſcil. *ſumma*, vel *ſeſtertio* taxavit, ut tacite edidit Cl. Ernest. Vide ad Cap. 50. Caeſ. Cuncta haec *ac pro* uſque ad *taxavit* deſunt Vindob. pr.

2 *Quadragenos.*] Cod. Salm. *quadringenos.* ſic & Rob. Steph. nec dubitandum, quin ſic legendum

XLII. Sed, ut [1] ſalubrem magis, quam ambitioſum principem ſcires, querentem de inopia & caritate vini populum, ſeveriſſima coercuit [2] voce: *Satis proviſum a genero ſuo Agrippa, perductis pluribus aquis, ne homines ſitirent.* Eidem populo promiſſum quidem congiarium repoſcenti, *Bonae ſe fidei eſſe*, reſpondit: non promiſſum autem flagitanti, turpitudinem & inpudentiam edicto exprobra-

ſit. GRAEV. *Quadringenos* S. GRON. Et ſic Gryph. Pulm. Torrentius, aliique jam exhibuerunt cum Medic. tert. ac Politiani MSS. dudumque monuerat Beroaldus. *Quadrigenos* habent Medic. ſec. & uterque Vindob. V. ad Ner. C. 10. ſed ut *quadringenos* cum Dione L. LI. p. 458. legendum eſt; ita etiam debet corrigi *trecenos*, ut Torrent. Urſin. & Lipſius cenſuerunt. *Triceni* ſunt *triginta*, *treceni* ter centum: At ubique fere in ea voce errarunt librarii: ut in Caeſ. C. 38. Conſule Glareanum ad Tib. C. 20. & Drak. ad Liv. L. XL. C. 34. §. 8. Et ſervavit Ferratienſis Codex, ac confirmat omni exceptione majus monumentum Ancyranum Tab. III, a laeva ex edit. Doctiſſ. Chishulli; *Plebei Romanae viritim SS.* trecenos *numeravi ex teſtamento patris mei & nomine meo* quadringenos &c. &c. quos ter ſe dediſſe ibi teſtatur Auguſtus; ſicut & bis ſe *ſexagenos denarios* largitum eſſe ſcribit, & ἑξήκοντα δραχμὰς Dion p. 555. i. e. 250. circiter numos ſeſtertios, quorum quatuor faciunt denarium: unde aliquantum roboris accipit Ferrar. etiam Cod. lectio *ducenos quinquagenos numos*. Certe licet retineamus *que*, non intelligendi ſunt nummi duobus congiariis dati, alias nempe *duceni*, alias *quinquageni*, ut capitur vulgo: ſed *duceni quinquageni* ſimul, ut in Caeſ. C. 38. *vicena quaterna milia nummum dedit*. Modo igitur dedit 400, modo 300, modo 250. Ceterum quia *trecenos ſeſtertios* ex teſtamento patris in monumento Anc. ſe dediſſe ipſe docet Auguſtus, & ſic illos legaſſe populo viritim Julium, monuit auctor in ejus vita C. 8. patet temere egiſſe Dionem L. XLIV. p. 258. cum ait, Auguſtum ipſum ſcripſiſſe, a patre populo viritim modo legatos eſſe *triginta drachmas* i. e. *centenos vicenos*: ſed alios tradidiſſe, *quinque & ſeptuaginta* i. e. *trecenos*: & recte; ut Plut. in Bruto p. 993. & Apophth. p. 206. Pueris vero minoribus itidem, ut puberibus ſemel dedit, in gratiam Marcelli ſororis ſuae Octaviae filii, ut docet Dio citato ſuperius loco p. 458. Ceterum pro *quidem* in Vindob. pr. *quippe*: Dein *niſi* abeſt Medic. ſec. a m. pr. & Exc. Voſſ. Tum *conſueſcerent* Vindob. pr. Ed. Cald. ac *Frumento* Vind. pr.

1 *Salubrem.*] Medici inſtar ſanare utiliter ſtudentem cives a morbo luxuriae, ut recte explicat Cl. Burm. Horat. Art. Poet. vſ. 198. *Ille dapes laudet menſae brevis, ille* ſalubrem *Juſtitiam*. Hinc Vellej. de Auguſto ait L. II. C. 89. *Leges emendatae utiliter, latae* ſalubriter. Ita *ſententia Reipub.* ſaluberrima Cic. pro Domo C. 7.

2 *Voce.*] In tribus MSS. Torrent., aliquot Caſaub. duobus Burm. Cort. & Edd. Rom. Ven. Mediol. &c. legas *oratione*, in Vindob. pr. *hortatione*. ſed Memman. Politian. Cod. item Medicei, Palarini aliique multi dant *voce*; & ſimpliciter Dio habet p. 529. ἐφη. Incerti haerent viri docti, utrum praeferant. Cum vero alii quoque ineptius inſeruerint *dicens*, putet

quis

bravit: adfirmavitque, non daturum ſe, [1] quamvis dare deſtinarat. Nec minore [2] gravitate atque conſtantia; quum propoſito congiario multos manumiſſos, inſertoſque civium numero, comperiſſet, negavit, accepturos, quibus promiſſum non eſſet: ceteriſque minus, quam promiſerat, dedit; ut deſtinata ſumma ſufficeret. Magna vero quondam ſterilitate, ac difficili remedio, quum venalicias & laniſtarum familias, peregrinoſque omnes, exceptis medicis & praeceptoribus, [3] partemque ſervitiorum, urbe expuliſſet: ut tandem annona convaluit, *inpetum ſe cepiſſe*, ſcribit, *frumentationes publicas in perpetuum abolendi, quod earum fiducia cultura agrorum ceſſaret: neque tamen perſeveraſſe*,

quis tam *oratione* & *voce*, quam *dicens* eſſe librariorum additamenta, legendumque *ſeveriſſime coercuit*: in quo verbo per ſe intelligitur vox dicentis: Sexcenties ita peccaſſe librarios ſupra jam monui. V. Indic. not. & hic Burm. Sed *voce* malo, ut plane in Veſpaſ. C. 8. *Adoleſcentulum voce graviſſima increpuit; Maluiſſem allium oboluiſſes.* Dein *produ&is* male Periz. Cort. Edd. Rom. Ven. Mediol. Cald. In iisdem & Vindob. pr. *fidei ſe.* Non comparet *τὸ eſſe* in Medic. pr. nec male.

1 *Quamvis dare deſtinarat.*] Cum aliis multis Codd. etiam Medicei tres, Vindob. uterque, Pin. Mediol. Cald. praebent *deſtinaret*; quod explicari poſſet pro *deſtinaſſet*; uti eſt in nonnullis: quia ſaepiſſime inperfe&um ſubjunctivi pro pluſquamperfe&o tempore ſumitur. Vide quos laudavi ad Caeſ. L. VII. B. G. C. 88. Malim tamen ſuffragari Cl. Burmanno, variationem eſſe ortam, quia metuebant librarii conſtructioni particulae *quamvis*; praeſertim quum ſaepe ſyllabam *rant* in *rent* ſoleant mutare, ut C. 29. & hic paulo inferius. *Quamvis* vero cum Indicativo modo ſaepe conſtrui, docuerunt innumeris locis viri docti. Praeter Burm. vide Gud. ad Phaedr. f. 84. Perizon. ad Sanct. Min. p. 484. Cort. ad Plin. L. 11, Ep. 3. & plures. Cic. L. 1. de Orat. C. 61. *Quamvis ea ſunt ampla.* At illic MSS. vetuſſimi *ſint*, ut reſtituit Pearce. Contra vetuſtiſſimae membranae duae Leidd. Vitruv. L. VI. C. 11. dant *quamvis ſunt vitioſa*: ubi vulgo *ſint*. Tum *nemin.* Exc. Voſſ.

2 *Gravitate.*] *Gratuitate* S. GRON. Mox *incertoſque* cum aliis Edd. Med. Cald. *ceteriſque minus* deſunt Vindob. ſec. *difficeret* in pr. Pro *quondam* in Cort. quoque & Pin. Ed. Rom. pr. Med. aliiſque *quadam.* Per *e* exhibuit Gron. recte *venalicias*, ut in Med. pr. ſec. & vulgo etiam in Rhet. C. 1. Porro *laniſtas* Vind. pr. quaſi *laniſtitias* etiam voluiſſet: ut apud Petron. C. 45. ſed Oroſ. L. VII, C. 3. noſtri locum fere deſcribens *laniſtarum familias* habet. Ad hanc annonae penuriam pertinere puto etiam locum Aur. Vict. in Epit. C. 1. §. 29.

3 *Partemque.*] Vindob. pr. *parteque.* Rectius Medic. pr. tert. Copeſ. *partimque*, more antiquo. Vide Manut. ac Graev. ad Cic. de

raſſe ; quia certum haberet, [1] *poſſe per ambitionem quandoque reſtitui.* Atque ita poſt, hanc rem temperavit, ut non minorem aratorum ac negotiantium, quam populi rationem deduceret.

XLIII. Spectaculorum & adſiduitate & varietate, [2] atque magnificentia, omnes anteceſſit. Feciſſe ludos ſe, ait, ſuo nomine [3] quater: pro aliis magiſtratibus, qui aut abeſſent, aut non ſufficerent, ter & vicies. Fecitque nonnumquam vicatim, ac pluribus ſcenis per omnium linguarum hiſtrio-

Prov. Conſ. C. 10. *partim illorum.* Cort. ad Sall. Jug. C. 55. Drak. ad Liv. L. XXVI, 8. *partim copiarum.* Hinc enim natum per ellipſin adverbium *partim:* quae vox per ſe eſt accuſativus vocis *pars.* Adi Perizon. & quos laudat in Sanct. Min. IV, 13. p. 735. Dein *caepiſſe* inepte in Ed. Torrent. ut idem conjecit in Calig. C. 43. *ceſſerat* male in Medic. tribus, Pinell. Cort. Edd. Camp. Med. aliiſque. Placet *ceſſarat.* V. Comm. item *perſeveraſſet* Medic. pr. & tert. Vindob. ſec.

1 *Poſſe.*] Non videtur hoc verbum apte poni poſt *certum haberet:* cum in illo *poſſe* nihil certi ſtatuatur: quare Junt. Ald. aliiſque omiſiſſe credo. Verum non contemnenda eſt ſcriptura Vindob. pr. *poſt ſe*, ut *reſtitui* ſumatur pro *reſtituendum iri:* Infinitivi enim praeſens ſaepiſſime pro futuro adhiberi, notum eſt. Adi Comm. ad Caeſ. L. II. B. G. 32. VII, 36. & plurib. locis. item quos laudat Drak. ad Liv. L. XXVII, 3. §. 4. Nec male Cl. Burm. in ſeq. legit *potius*; licet adrideat *poſt hac*, ut eſt in Urſ. V. C. & Mediceo ſec. ac R. Steph. Ed. placuitque Scriverio. *Poſt* adverbialiter ſumtum ante *hanc rem* nimis ambiguam reddit ſententiam, ut bene obſervavit vir Celeb. *temperavit* etiam in Mediol. utraque (ſed in marg. primae *temperavit*) Cald. aliiſque. In fine malim cum Cl. Erneſtio ex MS. uno Torrentii, Urſ. Edd. R. Steph. & Gryph. marg. *duceret*; quia inſolens eſt, non *deducere* pro *ducere*, aut *deducere rationem* abſolute, ſed *deducere rationem alicujus.*

2 *Atque magnif.*] *Et magnif.* in Medic. tribus, Edd. Rom. pr. Mediol. Cald. aliiſque apud Burm. item *feciſſe ſe ludos* Politian. Vindob. uterque, Exc. Cuj. & Voſſ. quod malim.

3 *Quater.*] Male Lipſ. L. II. Elect. C. 17. legendum exiſtimat *q. & vicies*; nec melius ſupplendum *vicies* e ſeq. conjicit Caſaubonus, probante Scriverio. Suo nomine ſaepius, quam quater ludos non fecit Auguſtus. Deſcripſit Suetonius ipſa Ancyrani monumenti verba Tab. IV. vſ. 32. p. 175. *Ludos feci meo nomine quater, aliorum autem Magiſtratuum abſentium ter & vigiens.* Vide Chishull. p. 196. Intellexit Auguſtus & cum eo auctor noſter de more *ſcenicos*, quare miror, Cl. Erneſt. ſcribere de ludis ſcenicis nihil ibi hodie repetiri. Cum tamen recte ad Cap. 39. Caeſ. notaverat; *Ludos de ſcenicis ſimpliciter dici, tralatitium eſt.* Male *ter aut v.* Edd. Med. Cald. Creberrime Suetonius ipſa hujus monumenti verba uſurpat; ut mox *in quo nunc Caeſarum nemus eſt* Caji ſc. & Lucii. V. Chish. p. 197. Miſc. Nov. Lipſ. Vol. III. P. 2. pag. 257. & Erneſt. De hoc loco adi & Tib. C. 72. Tit. C. 7. Tunc *nonn. etiam vicatim* Medic. ſec. & tert. Vindob. uterque, cum Copeſ. Hulſ.

ſtriones: *Munera* [1] non in foro modo, nec in amphitheatro, ſed & in circo, & in ſeptis; & aliquando nihil praeter venationem [2] edidit: Athletas quoque exſtructis in campo Martio ſedilibus ligneis: item navale proelium circa Tiberim cavato ſolo; in quo nunc Caeſarum nemus eſt. Quibus diebus cuſtodes in urbe diſpoſuit, ne raritate remanentium graſſatoribus obnoxia eſſet. In circo aurigas curſoreſque & confectores ferarum, & nonnumquam ex nobiliſſima juventute, produxit. Sed & [3] Trojae luſum edidit frequentiſſime, majorum mino-

Hulſ. Exc. Cuj. Voſſ. & *vicatim* Politian. Codd. In Caeſ. *Edidit* &c. *ludos* etiam *vicatim* & *quidem per omnium linguarum hiſtriones. Scaenis* Memm. & Edd. aliquot Vett. prave.

1 *Non in foro m. nec in amphith.*] Sic etiam in Monum. Ancyr. Medic. Vindob. Cort. & Edd. ante Plantin. ut reſtituit Burm. Male *in* exſulat vulgo ante *amphit.* nec e Memmiano quidquam notavit Salmaſ. Verum longe majus vitium hic latet. Scenicos enim ludos non dedit Auguſtus in foro, amphitheatro, circo, ſeptis, ut cum Torrentio exiſtimat Cuper. in Epiſt. Corp. T. 11. p. 732. ſed *munera* & *venationes*. Prima igitur vox Suetoniano contextu elapſa eſt; quam, alio tamen charactere repoſui. Dudum haec commentatus eram, antequam Cl. Erneſti editio prodiit, quem valde laetor mihi conſentientem habere, immo lubens illi, me occupanti, emendationis laureolam concedo. Dein licet ſaepe *ſed* pro *ſed* & vel *etiam* ponatur poſt *non modo* &c. nihilominus τὸ & hic addidi codicum fide. Nam pro *ſed* eſt & in Vindob. pr. At *ſed* & exhibent Memm. (quod omiſit monere Gron.) Polit. Medic. pr. & ſec. Pinell. cum aliis. V. ad C. 38. Verum iidem Medicei & Memm. (circumduxit enim voculam Salm.) ac Torr. codd. copulam non habent ante τὸ *in ſeptis*, quae ſequentibus jungere mavult Torrentius. V. Scriv. Certe latere vitii quid videtur: ac forſan pertinet ad Athletas, quos in ſeptis aeque ac campo Martio dedit quoque Caeſar C. 39. Nero C. 12. & alii. De *ſeptis* etiam nihil hic in Monum. Ancyr. uti nec de *Athletis*, ibi forſan in lacuna latentibus. V. Dion. p. 496. Forte *in ſeptis* e gloſſa in contextum irrepſit, ut contra exciderat *munera*. Sed vide notam ſequentem.

2 *Edidit: Athletas exſt.*] In Cort. & Edd. Camp. Med. Cald. ut in nonnullis aliis & Mon. Ancyr. eſt *dedit*. Utrumque quin rectum ſit, nemo dubitat; & utrumque paſſim a noſtro eſt adhibitum: *edere* & *dare ludos*, *proelium*; *edere* & *dare athletas*, *gladiatores*. Quid ſi utrumque ſimul hic adhibuerit, hoc modo? *nihil pr. venat. edidit. Dedit & in ſeptis Athletas quoque.* Nam *quoque* male excidit rurſus ex Edit. Graeviana ſecunda & ſeqq. licet abſit etiam Edd. Ven. Bon. Mediol. aliiſque. In Memm. Copeſ. Exc. Voſſ. Cuj. Mediceis, Vindobon. & Edd. aliquot, item Caſaub. comparet. In Politian. Cort. Edd. Rom. *Athletaſque*. Sed monere paene oblitus eram in Vindob. pr. exarari *Addidit Athl. quoque*.

3 *Trojae ludum.*] Cod. Salm. *Tr. luſum* GRAEV. GRON. Sit quo-

minorumque puerorum dilectu; priſci decorique moris exiſtimans, clarae ſtirpis indolem [1] ſic noteſcere. In hoc ludicro C. Nonium Aſprenatem lapſu debilitatum, [2] aureo torque donavit: paſſuſque eſt [3] ipſum poſteroſque Torquati ferre cognomen. Mox finem fecit talia edendi, Aſinio Pollione oratore graviter invidioſeque in curia queſto [4] Aeſernini nepotis ſui caſum, qui & ipſe [5] crus frege-

quoque Medic. tres, Hulſ. Exc. Voſſ. & Ed. R. Steph. quod repoſui. Nam licet ſaepe ejus ludicri mentionem faciat auctor, numquam dicit *Trojae ludum*, ſed vel *Trojam ludere* vel *Trojae luſum*, proprie puerile ludicrum: ut in Claud. C. 21. niſi quod in Tib. C. 6. jungat *Actiacis ludis*, *Trojanis Circenſibus*. Feſtus *Troja*, *luſus puerorum equeſtris dicitur*. Seneca in Troaſin vſ. 778.

Sollemne referens Troici luſus ſacrum
Puer citatas nobilis turmas ages.

Immo Servius ad Virg. Aen v, 602. a Caſaubono citatum ſcribit *Luſus ipſe, ut ait Suetonius Tranquillus, Troja vocatur, cujus originem expreſſit in libro de puerorum luſibus*. Male vero ibidem inſeritur *quem vulgo pyrrichan adpellant*. Illam enim fuiſſe armatam pedeſtrem ſaltationem Graecae originis, *Trojam* vero equeſtrem & Phrygiam, quis neſcit? Adi Burm. *Producis* Vind. pr. Dein *magnorum* mendoſe etiam Cort. Edd. Camp. Med. Cald. aliaeque; Sed *minorumque* exhibui pro *minorumve* fide Codd. Torrent. trium Medioeorum, Pin. Vindob. ſec. Politiani &c. cum Burmanno; item *dilectu* cum Torrentio, quam vocem omittunt Pin. Hulſ. & Exc. Cujac. eamque genuinam eſſe lectionem putat Schefferus. At ſequentia videntur hanc vocem, per ſe non neceſſariam, exigere.

1 *Sic noteſcere.*] Exc. Voſſ. *ſic enim noteſcere*. Vindob. pr. *ſic ignoteſcere*. Torr. duo *ſic eniteſcere*. Burmann. probat *innoteſcere*, ut vulgo in Ner. C. 42. *quae vulgo innotuerunt*. Sed & illic meliores libri carent τῷ *in*. Eidem non diſplicet quoque *enoteſcere*, ut in Oth. C. 3. vulgo: de quo compoſito adi comment. ad Plin. Paneg. C. 5. ubi auctor Act. Lipſ. A. 1747. p. 293. minus bene *eminuit* ſubſtituere conatur. Dein *lubrico* Edd. Rom. *ludo* Medic. tert. Polit. in quibus *Crenonium A.* Deeſt C. a. Medic. ceteris, utroque Vind. Copeſ. Exc. Voſſ. Edd. Rom. in quibus, & Pin. *Nonium*. Praenomen non eſt quoque C. 56. Nam male C. addit Harduin. ad Plinium L. XXXV. 12. Fuit *L. Aſprenas* hoc tempore Procoſ. Africae ſub Tiberio.

2 *Aureo torque.*] In Excerptis Voſſ. exhibetur *aurea*. Scilicet *torquis* communis fuit generis; certe Poetis. Propert. IV, 10, 44. *Torquis ab inciſa decidit unca gula*. Ovid. Faſt. I, 601. *Aut torquis ademtae*. quibus locis videantur Paſſeratius & N. Heinſius, atque Urſinus Inſtit. Gramm. L. Lat. Vol. I. p. 285. Eadem varietas in Epit. Livii 7. notante Cl. Drak.

3 *Ipſum.*] Deeſt in MS. S. GRON. Contra *Aſprenatem* addunt alii apud Burm. & Edd. Med. Cald. & *alia* pro *talia* Exc. Voſſ.

4 *Aeſernini.*] *Aſernini* S. Harlem. *Aſſeverini*. GRAEV. *Aſerninì* etiam Medic. tres, Vind. ſec. In Vett. Edd. *Aſerini*, *Aſſernini*. Beroald. *Eſorn*. In Vindob. pr. *Salamini*. Ab urbe *Aeſernia* erat nomen.

5 *Crus effregerat.*] Cod. Salm. *er. fregerat*. GRAEV. GRON. Simpler

gerat. Ad ſcenicas quoque & gladiatorias operas, [1] etiam equitibus Romanis aliquando uſus eſt: verum prius quam Senatuſconſulto interdiceretur. Poſtea nihil ſane, praeterquam adoleſcentulum [2] Lucium honeſte natum, exhibuit: tantum ut oſtenderet, quod erat bipedali minor, librarum ſeptemdecim, ac vocis inmenſae. Quodam autem muneris die, Parthorum obſides, tunc primum miſſos, per mediam arenam ad ſpectaculum induxit; ſuperque ſe ſubſellio ſecundo collocavit. Solebat etiam citra ſpectaculorum dies, ſi quando quid [3] inviſitatum dignumque cognitu advectum eſſet, id extra

plex verbum reſcripſi confirmantibus id Medic. pr. tert. Vindob. ſec. Copeſ. & quibuſdam Caſauboni, cui etiam placuit. Senec. de Morte Claudii p. 855. *Jupiter uni Vulcano crus fregit. Effringere* hoc ſenſu non amant Latini, nec Suetonius. V. Tib. C. 44. *utrique crura fregit.* Gramm. C. 1. Nam Cap. 67. ubi vulgo *crura effregit*, videbimus legendum *crura ſuffregit* vel *ei fregit.* Hinc *crurifragium*; & Appul. L. IX. Met. p. 192. *Crurum ei fragium abominata:* ubi male *ei* a nonnullis exemplaribus exſulat; ſicut vulgo in Martiano Cap. L. I. p. 11. *Tractus, aërios jam Phoebus exierat, cum ſubito vitta crinalis inmutari in radios.* Lege e MSS. quinque Leidd. *cum ſ. ei vitta cr. inmutatur in radios.*

1 *Etiam eq.*] & *eq.* S. GRON. Sic quoque Med. ſec. tert. Vindob. uterque, Cort. Exc. Voſſ. Periz. Edd. Vett. ut ante & *nonnumquam ex nobiliſſima j.* ubi malebat abeſſe Torr. ſicut hic abeſt Medic. pr. Copeſ. & Harl. Nec quid valeat, video, praecedente *quoque.*

2 *Lucium.*] *Lycium* S. GRAEV. GRON. Vide varias lectiones in Comm. *Lycium* etiam Politian. Medic. tert. *Litium* Medic. pr. ſec. Edd. Med. Cald. *Latium* Vind. ſec. Edd. Rom. Corruptum ſine dubio, & *L. Itium* legendum cum Torrentio ac Gallando in Miſc. Obſ. Vol. VI. p. 516. Nam minus huc quadrat J. Crucei T. 1. Fac. Crit. p. 890. & Caſauboni *Lycium*, ut fuerit aliquis filiolus unius principum Lyciae: de qualibus Aſiae principum liberis ad ludos adhibitis vide in Caeſ. C. 39. Cal. C. 58. & alibi. Dion. p. 663. 680. Sed niſi adoleſcens Romanae nobilitatis ſive equeſtris ordinis hic intelligatur, Suetonii exceptio claudicat. Dein *ſeptem decem* Med. pr. Mox edidi *per mediam arenam* ex Medic. tribus, Vindob. ſec. Cort. Exc. Cuj. & Voſſ. vulgo *arenam* ſeu *har.* ut in aliis, *mediam. ad ſpectandum* Pin. *duxit* pro *ind.* Vindob. ſec.

3 *Inuſitatum.*] *Inviſitatum* S. GRON. *Inviſitatum.* Sic recte codex Salmaſii, vulgo *inuſitatum*, ut & apud Liv. XXVII. 39. *Inviſitati namque antea alienigenis* Gronovius ex Putaneo & optimis codicibus, & Lipſius ex conjectura reſtituere. *Inviſitatus* enim ſaepius apud Liv. & *inviſus* apud Cic. eſt antea non viſus. Sicut contra *viſitatus* apud Plaut. in Pſeud. Act. II. Sc. 4. eſt, ſaepe viſus, & *viſitare* in Epidic. & in Trinum. ſaepe videre. Frequenter haec vox *inviſitatus* mutata eſt a correctoribus in *inuſitatus.* Sic apud Juſtin. lib. XVIII. 1. ex emendatione Gronovii legendum

fuit

tra ordinem quolibet loco publicare: ut [1] rhinocerotem, apud ſepta: tigrim, in ſcena: anguem quinquaginta cubitorum, pro comitio. Accidit votivis Circenſibus, ut correptus valetudine, lectica cubans, [2] tenſas deduceret: rurſus commiſſione ludorum, quibus theatrum Marcelli dedicabat, evenit, ut laxatis ſellae curulis compagibus caderet ſupinus. Nepotum quoque ſuorum munere,

Sed Romanos vincentes jam inviſitata ante elephantorum forma ſtupere primo, mox cedere praelio coëgit. Vulgo: *inuſitata.* GRAEV. Addas Cl. Burmanni, & in primis Drakenburgii notam ad Livium L. v. C. 35. *Quum formas hominum* inviſitatas *cernerent.* Lib. XLV. 42. *Navis* inviſitatae *ante magnitudinis.* Sic enim in vetuſtiſſimo & unico Vindobon. Cod. ut conjecit Gronov. Curt. L. VIII. C. 9. §. 16. *Animalia* inviſitata *ceteris gentibus; niſi invecta*: Ita Voſſ. pr. non *inuſitata.* Appul. Flor. N. 10. *forma* inviſitata, ac p. 93. N. 18. *pueritia* inviſitatus. Valerii M. locum jam emendarat Davis. ad Cic. II. de Divin. C. 67. *Forma tam* inviſitata; uti dant illic quoque MSS. Voſſiani. Ubivis tamen id verbum cum eodem Daviſio intrudere nolim. Confer Doctiſſ. Wopkens. Tull. Lect. L. III. C. 8. Ita Davis. contra MSS. omnes reponere vult *inviſitata* & *inviſitatae* in Caeſ. L. II. B. G. C. 31. Nova *atque* inuſitata *ſpecie commoti*, & Valerio Max. L. V, 9. 4. Novae *atque* inuſitatae *rationis.* Male profecto. Sic enim Caeſ. L. IV. B. G. C. 25. *Species* inuſitatior, & *genere* inuſitato. Plin. L. VI. Ep. 16. *Nubem* inuſitata *magnitudine ac ſpecie.* Val. Max. L. IX, 2. Ext. 1. Inuſitata *ratio.* ac junctim Cic. III. ad Att. 24. *Cauſſa* inuſitata *ac* nova. Caeſ. L. III. B. Civ. C. 47. *Erat* nova & inuſitata *belli ratio.* Hirt. B. Aftic. C. 19. Novo *atque* inuſitato *genere.* Nec ſecus apud alios. Male vero Pitiſcus *citra* ſumſit pro *ante*, & dubitavit Cl. Burm. an non ita capi poſſit. Senſus Suetonii eſt, Auguſtum raras beſtias publicaſſe extra ordinem quovis loco; cum non eſſent ſpectaculorum dies: Alioquin enim exſpectaſſet, ut dies illi tanto jucundiores forent, nec ante illos populum in admirationem earum erexiſſet. Sic paſſim pro *ſine*, *abſque*, uſurpat eam praepoſitionem auctor; ut ſupra in Caeſ. C. 28. hujus vitae C. 24. infr. C. 66. Claud. 35. Ovid. x. Met. 607. & paſſim. ſive praeter, extra dies ſpectaculorum. Notavit *ἀκριβείαν* iſtam in Pitiſco Duker. ad Flor. III, 1. *Citra morem.* Mel. I, 19. *citra magnitudinem*, *Ponto ſimilis.*

1 *Rhinocerotem.*] Vindob. pr. Cort. *rinocerontem.* Quomodo in Thuaneo, & quinque aliis Codd. a me viſis in Mart. L. I. Epigr. 4. *Et pueri naſum rhinocerontis habent.* Nec aliter MSS. Curt. L. VIII, 9. 17. *Eadem terra & rinocerontas alit.* At antiquiſſimi Codd. multi Leidd. Juvenalis habent ſat. 7, 130. *Magno cum rhinocerote.* Sed in meo *rinoceronte.* In Dorvill. *rinocerunte.* Aſperationem omittit Med. ſec. & *renocer.* Edd. Rom. Dein *ſaepta* Vindob. ſec. *tygrim* Cort. cum Edd. Med. Cald. &c.

2 *Thenſas.*] *tenſas* S. GRON. Uti exhibui rurſus cum tribus etiam Mediceis, utroque Vindob. Cort. Exc. Voſſ. Edd. Rom. aliiſque. & ita ſemper. V. ad Caeſ. C. 76. Supra *ut vot. Circ. corr.* Vindob. ſec. Notabilis vero eſt lectio Codd. Bolitiani *tenſas manus deduceret.* Hinc enim facilis naſcitur conjectura legendi

re, quum conſternatum ruinae metu populum retinere, & confirmare nullo modo poſſet, tranſiit e loco ſuo, atque in ea parte conſedit, quae ſuſpecta maxime erat.

XLIV. Spectandi confuſiſſimum, [1] ac ſolutiſſimum morem correxit ordinavitque, motus injuria ſenatoris, quem Puteolis per celeberrimos ludos conceſſu frequenti nemo receperat. Facto igitur decreto patrum, ut, quoties [2] quid ſpectaculi uſquam publice ederetur, primus ſubſelliorum ordo vacaret ſenatoribus; Romae legatos liberarum ſociarumque gentium vetuit in orcheſtra conſidere; quum quoſdam etiam libertini generis mitti deprehendiſſet, Militem ſecrevit a populo. Maritis e plebe [3] proprios ordines adſignavit: praetextatis cuneum ſuum, &

gendi *manu*. Quaſi ipſe Auguſtus religionis ergo in hac deductionis pompa tenuerit manu lorum, quod ante tenſam equoſque eam trahentes erat extenſum, quodque pueri praeſertim ephebi patrimi matrimi tenebant: ut Cic. Tertull. Arnob. ſaepe citati docent; & hinc defendi poteſt lectio MSS. apud Ovid. L. 1. Art. 147. *At cum Pompa frequens cantantibus ibit ephebis.* Sed & alii *qui tenſas deducunt* gaudebant *manu tenere & tangere*, ut tradit Aſcon. Pedian. ad Cic. L. 1. in Verr. C. 59. Quo alluſiſſe Virgilium in equi lignei deductione notat Servius ad Aen. 11, 239. *funemque manu contingere gaudent. Deducere tenſam* ſimpliciter in Veſpaſ. C. 5. V. Cuper. in Harpocrate p. 135. alioſque de re Circenſi ſcriptores. Dein *laſſatis* Cort. Edd. Rom. ac *carrulis* Vind. ſec. & Edd. Rom. Ven. Med.

1 *Ac ſolutiſſimum.*] Medic. ſec. habet *ſolitiſſimum*, male. *atque* eſt in Edd. Camp. Med. Cald. aliiſque Vett. Dein *conſenſa* prave Exc. Voſſ. V. infra. Cic. pro Sext. C. 56. *nam ſic ad ludos ſcenamque perlato, conſeſſu maximo* &c.

2 *Quid ſpectandum.*] Cod. Salmaſ. *quoties quid ſpectaculi.* procul dubio vere. Firmant tres codices Torrentii, & olim recepit Rob. Stephanus. GRAEV. *Spectaculi.*] Ita MS. S. vulgo *ſpectandum* GRON. Accedunt Codd. Pulm. Burm. Medicei tres, uterque Vindobon. Pinell. & Exc. Voſſ. de ea lectione igitur non dubitandum eſt. *Quoties ſpectandi* Cort. Edd. Camp. Med. aliaeque. Ceterum hoc SCtum ſive decretum non ſpectavit ludos, aut ſpectacula, quae Romae fiebant, ſed in municipiis, coloniis, provinciis, ut vel ſatis patet ex oppoſitione τῶν *uſquam*, & ſeq. periodo *Romae*, quae vox male deeſt Cort. cuique pro colo male punctum praeponitur in Edd. Graev. ac Burm. V. Comment. Dein *ſedere* cum aliis habent Medic. pr. tert. Politian. Vindob. ſec. ut in ſeqq.

3 *Proprios.*] Honeſtiores ſciliicet, & quatuordecim equitum proximos, ut ex Martialis L. v. Ep. 41. egregie docet Caſaubonus; & ſic ceteris *propiores*, ut legere Cl. Ernestio in mentem venit.

1 *Pub*

& proximum paedagogis: ſanxitque, ne quis [1] pullatorum media cavea ſederet. Feminis ne gladiatores quidem, quos promiſcue ſpectari ſolemne olim erat, niſi ex ſuperiore loco ſpectare [2] conceſſit ſolis. Virginibus Veſtalibus locum in theatro ſeparatim, & contra praetoris tribunal, dedit. Athletarum vero ſpectaculo, [3] muliebre ſecus omne adeo ſubmovit, ut Pontificalibus ludis pugilum par poſtu-

1 *Pullatorum.*] Sive plebis viliſſimae, de qua ad C. 40. Hos voluit ſedere in ſumma cavea, remotiſſima a ſcena & arena, atque hinc loco viliſſimo: ut bene cum pluribus explicat Torrent. damnans *bullatorum*, quod in Beroaldi, ipſius, & aliorum aliquot MSS. uti & Vindob. ſec. Polit. Periz. Cort. & Edd. Rom. conſpicitur. Adi & Comm. ad Calpurn. Ecl. VII. 26. de Amphitheatro.

Venimus ad ſedes: ubi pulla ſordida veſte
Inter femineas ſpectabat turba cathedras. &c.

Paullo ante in marg. Vindob. ſec. male exaratur *multis epl.* in Vindob. pr. *ſanxit* ſine *que*.

2 *Conceſſit ſolis. Virg.*] Recepi hanc diſtinctionem cum Caſaub. Grut. Butm. Erneſt. Cum enim ante viri feminaeque *promiſcue* in amphitheatro ſpectarent; ut docet etiam Plutarchus in Sulla p. 474. Auguſtus juſſit viliſſimam & pullatam plebem maſculam tam in amphitheatro, quam theatro *ſedere in ſumma cavea*, feminas autem in *ſummae caveae ſuperiore loco*; certe ſi in arena gladiatores darentur: Sicut etiam in theatro ſedebant ſummo loco; ut docet Propert. L. 4. 8, 77. Hoc tamen dein rurſus mutatum eſſe, & promiſcue viros feminaſque in ſumma cavea ſediſſe liquet ex d. Calpurnii loco. Vulgarem diſtinctionem, *conceſſit. Solis virg.* falſam eſſe liquet, quod non ſolae virgines Veſtales in theatro ſeparatum habuerint locum; ſed & alii. Illae vero nunc eum acceperunt contra praetoris tribunal, ſive e regione loci; ubi praetor edens ludos ſedebat. V. Comment. & Lipſ. de Amphith. C. 13, 14. non ſatis diſtincte tamen agentem. In Vindob. autem primo eſt *ſeparatum*.

3 *Muliebrem ſexum omnem.*] Cum in plurimis antiquis libris legatur *muliebre ſecus omne*, iſta formula vero *muliebre, virile ſecus* nunquam in nominandi caſu, ſed ſemper in gignendi uſurpetur apud ſcriptores elegantes, ut primus pulchre obſervavit GRONOVIUS ad Liv. lib. XXVI, 47. legendum ille ipſe hic cenſet veriſſime: *muliebre ſecus omnes adeo ſubmovit*. Vide notas ejus ad d. l. GRAEV. *Muliebre ſecus omne* S. GRON. In aliis legitur *muliebre ſexus omne*: quod nonnullis placet, capientibus *ſexus* neutro genere. Mihi quoque videtur corrigendum eſſe *muliebre ſecus omnes*, non *omne*, ut minus exacte Erneſtius ait, a Gronovio, Graevioque legi. Vide me ad ſimilem plane Frontini locum L. 1. C. 11. §. 6. *Omnes virile ſecus*. Colv. ad Appul. de Dogm. Plat. L. 11. *Et qui de talibus nuptiis erunt orti, docebuntur non virile ſecus modo, verum etiam feminarum*: ut diſerte in Florent. & Voſſ. Codd. exaratur. Adi Elmenh. in Ind. Eſt autem caſus ille ubique dubio procul quartus, per praepoſitionis ellipſin, ut viri docti ad Livium probarunt. Eoque caſu accipiendus videtur locus Appuleji Lib. de mundo p. 667 Edi

poſtulatum diſtulerit [1] in inſequentis diei matutinum tempus: edixeritque, *Mulieres ante horam quintam* [2] *venire in theatrum, non placere.*

XLV. Ipſe Circenſes ex amicorum fere libertorumque coenaculis ſpectabat, interdum [3] e pulvinari, & quidem cum conjuge ac liberis ſedens. [4] Spectaculo plurimas horas, aliquando totos dies [5] aberat, petita venia, commendatiſque, qui ſuam vicem praeſidendo fungerentur. Verum quoties adeſſet, [6] nihil praeterea agebat; ſeu vitandi rumoris cauſſa, quo patrem Caeſarem vulgo reprehenſum commemorabat, quod inter ſpectandum, epiſtolis, libelliſque legendis, aut reſcribendis vacaret: ſeu ſtudio [7] ſpectandi, ac voluptate, qua teneri

Ed. Elmenh. *Sic mare & femineum ſecus junguntur*: ſive illi, qui ſunt virilis & feminei ſexus: quamquam in plurimis MSS. ibi exaratur *jungitur*. Sed de eo alias pluribus.

1 *In ſequentis diei.*] *In inſequentis d.* S. GRON. quod edidi confirmatum a Mediceis tribus, Hulſ. Exc. Cuj. & Voſſ. Vide Burm. & C. 53. Tib. C. 7. Ner. C. 44. quod & Schefferum e Pinell. probaſſe exiſtimo, licet male ſemel *in* omittatur Miſc. Obſ. Vol. IX. p. 340. Mox in Medic. pr. *edixerit quoque.*

2 *Venirent in theatrum non placere.*] Palatini tres, aliique MSS. ipſa verba edicti & editiones antiquiores omnes *venire*, quod merito repoſuit Gruterus. GRAEV. *Venirent* non invenitur niſi in Memm. Medic. ſec. Exc. Cuj. Voſſ. & Edd. Raphel. ac Caſaub. Mox *coenacula* male quaerunt nonnulli in aedificiis circo adhaerentibus: Ibi enim non habitabant amici & liberti Auguſtales, ſed hic illic ſuperbis & altis aedibus, quae proſpectum habebant in circum. Talia *domeſticorum Auguſti coenacula* memorat etiam Cap. 78. V. Erneſt.

3 *E pulvin.*] *ex* S. GRON. Sic quoque in Medic. tribus, Polit. & Exc. Voſſ. Paullo ante *liberorum* Cort. Ed. Rom. princ.

4 *Spectaculo.*] Cod. Salm. *ſpectacula.* GRAEV. GRON.

5 *Aberat.*] Senſu, & tota hac, ſequentique periodo poſtulantibus, ita reſcripſi quoque ex Virorum doctiſſimorum monitu, pro vulgari *aderat*: quod mirum eſt, in MSStis fere omnibus reperiri praeterquam in Alv. Nonnii, uti & Cortiano Cod. in quibus bene *aberat*: V. & Erneſt. in Add. niſi quis malit *deerat*: vel credere aliud verbum latere ob Cod. Memmiani lectionem *ſpectacula.* Male autem in Medic. pr. Vindob. ſec. exaratur, ut & in aliis, *ſua vice.* Adi ad C. 36.

6 *Nihil.*] Abeſt haec vox *nihil* ab MS. S. GRON. Dein *aut reſcrib.* Medic. pr. ac tert. Politian. Vindob. uterque, aliique apud Burm. praebent: quare admiſi; licet parum vel nihil ad ſenſum intereſſet; ſed ſatis ſaepe iſtud *ac* hoc capite occurrit.

7 *Spectandi.*] Cod. Salmaſ. *ſtudio exſpectandi*, hic in fine cap. idem *exſpectatorem*, pro *ſpectatorem*. & cap. 53. *exſpectante eo ludos*, pro *ſpectante*, idem poſtea: *praemia in*

neri ſe, neque diſſimulavit umquam, & ſaepe ingenue profeſſus eſt. Itaque corollaria & praemia in [1] alienis quoque muneribus ac ludis & crebra & grandia de ſuo obferebat: nullique Graeco certamini interfuit, quo non, pro merito [2] certantium, quemque honorarit. Spectavit autem ſtudioſiſſime pugiles, & maxime Latinos; non legitimos atque ordinarios modo, quos etiam committere cum Graecis ſolebat; ſed & catervarios oppidanos, inter anguſtias vicorum pugnantes temere ac ſine arte. Univerſum denique genus operas aliquas publico ſpectaculo praebentium, etiam cura ſua dignatus eſt. Athletis & conſervavit privilegia, & ampliavit. [3] Gladiatores ſine miſſione edi prohibuit. [4] Coercitionem in hiſtriones, magiſtratibus

alienis quoque muneribus, ut & Steph. ed. perperam. dicitur n. ut ſtatim *ludis & ſcena*. GRAEV. *Se poſt teneri* abeſt a Vindob. pr. *Se teneri* Ed. Rom. pr. *corolaria* Vind. ſec. & Edd. Vett. quaedam.

1 *Alienis.*] *In alienis* S. GRON. Quamvis Latiniſſime poſſit omitti praepoſitio, plurimorum tamen Codicum antiquiorum conſenſus eam hic flagitat. Nam omnes Medicei, Politiani, uterque Vindob. Cort. Exc. Cujac. Voſſ. binae Edd. Rom. item Beroald. cum Steph. & Ern. Add. eam agnoſcunt. Exſulare igitur non paſſus ſum.

2 *Cert. quemque honor.*] *quemque certantium honoraret.* MS. S. vulgo *honoraverit* GRON. In Salm. eſt *honorarit*, non *ret.*; ut typothetarum errore legitur in nota Gron. Et ſic dant omnes antiquae notae Codd. certe Medicei omnes & Vindobon. *quemque cert.* in Medic. duobus, utroque Vindob. Exc. Voſſ. Ed. Rom. pr. Dein *committere Graecis* in Vindob. pr. & *pugnantis* Politian.

3 *Gladiatores ſine miſſione edi prohibuit.*] Non eſt, ut Beroaldus vult, niſi victoribus miſſio pro praemio propoſita foret, qua impetrata rude donabantur: ſed ſine miſſione pugnare eſt *ad mortem pugnare*, ut dudum viri docti praeceperunt. GRAEV.

4 *Coërcitionem in hiſtriones, magiſtratibus in omni tempore & loco.*] Cod. Salm. *coërcionem in hiſtriones magiſtratibus omni tempore & loco.* Sic & Cic. & inſr. in Calig. Inferius paullo idem: *flagellis verberavit*, leg. *verberarit*, ut ſuperius in hoc cap. idem cod. *quemque honorarit.* Inferius ex eod. cod. rectius ſcribe: *Pyladem Urbe.* GRAEV. *Coërcionem* etiam in Medic. pr. Vindob. pr. Edd. Mediol. Cald. *Coërtionem* Vindob. ſec. Ed. Camp. V. Burm. Mox *in*, quod a Memm. abeſſe etiam monet Gron. exſulat itidem a Mediceis, Polit. & Exc. Voſſ. Dein & *longo* pro & *loco* praeter MSS. & Edd. a Burmanno citatos exhibent tres Medicei, Polit. Vindob. ſec. Cort. Edd., Rom. pr. Mediol. aliaeque: Laterne veteris legislatoris nomen? Mirum alioquin ſane eſt, librarios in tam vulgari locutione *omni tempore & loco* corrumpenda.

tibus in omni tempore & loco, lege vetere, permiſſam, ademit, [1] praeterquam ludis & ſcena. Nec tamen eo minus aut xyſticorum certationes, aut gladiatorum pugnas ſeveriſſime ſemper exegit. Nam hiſtrionum licentiam adeo compeſcuit, ut Stephanionem [2] togatarium, cui in puerilem habitum circumpenda conſpiraſſe, cum *tempore* reſpondere nunc videatur *ludis*, & *loco τῷ ſcena*.

1 *Praeterquam ludis & ſcena.*] Recepi hanc lectionem cum Grutero ex codice F. Urſini, ſicut & ante ex conjectura legendum ostenderant Torrentius & Lipſius, qui ait: (ad Tac. L. 1. Ann. C. 77.) Mos vetus puniri hiſtriones ab Aedilibus, Praetoribus, Conſulibus, quovis tempore & quovis loco permittebat: arctavit Auguſtus, & non niſi per tempus ludorum permiſit, & in loco ipſo, ubi peccarant, id eſt, in ſcena. Ademit etiam jus virgarum: (quod redditum eſſe magiſtratibus videtur lege Julia de vi publica non quidem nominatim, ſed prudentum interpretatione) at carcerem tamen & exſilium reliquit. Probat & hanc lectionem Caſaubonus: dicitur autem *ludis*, pro cum ludi ederentur, ut inferius, *feriis*, cum feriae eſſent, & *gladiatoribus*, cum ludi gladiatorii ederentur. GRAEV. *Praeterquae in ludos & ſcenam.*] Edidi in loco vexatiſſimo, ut libri veteres (excipe ſingularem illum unum Urſini, qui forſan nullus fuit) mihi ſuppeditabant ex litteris *praeterquam ludos & ſcenam*, unde volunt *ludis & ſcena*. Subintelliguntur autem verba haec, *n. illis erat permiſſa*. Vides nihil diſcedere ab MSStorum lectione. GRON. Duriſſimam iſtam ellipſin non perſuadet mihi Cl. Gronovius, & recte eam explosit Cl. Burmannus, conjiciens *praeterquam per ludos*, ut ſimpliciter exciderit *per*. Vulgaris enim lectio erat *praeterquam ludos & ſcenam*: Unde Doctiſſ.]. Gothofredus ad L. 7. Cod. Theod. de Scenic. legebat *praeter ludos & ſcenam*: quam propoſuit etiam Caſaubon. Sed & illam conjecturam recte refellit Celeb. Schultingius in Jurisſpr. Antejuſtin. ad Pauli L. v. T. 26. §. 2. *Hac lege Julia excipiuntur, qui artem ludicram faciunt.*, Quamvis vero *ludis & ſcena*, ut plerique viri docti malunt cum Beroaldo, locutio obvia ſit pro *ludorum tempore & in ſcena*: [de qua vide hic Burm. & Voſſ. ad Caeſ. L. 11. B. G. C. 1. Wopkens Miſc. Obſ. V. VIII. p. 54. me ad Obſeq. C. 66, 107. *Ludis in theatro*, cui lectioni male obloquuntur Lipſienſes in Actis A. 1720. p. 119. Cic. de Senect. C. 18. *Quum Athenis* ludis *quidem in theatrum grandis natu veniſſet*: & centies. Sic *nuncupatione* in Ner. C. 46. *ſtatione* in Oth. C. 6.] in animum tamen mihi inducere nequeo, eam in *ludos & ſcenam* eſſe corruptam, atque exiſtimo ſimpliciter excidiſſe voculam *in* ob praecedentem vocem *praeterquam*: Immo clare ſic exaratur in Vindobon. pr. *praeterquam in ludos & ſcenam*. ſive in futurum ludorum ac ſcenae tempus: Ut ſcilicet artiore in metu ac diſciplina continerentur, quo melius partes ſuas ſtato tempore agerent; neque nimia licentia, & contemtu Praetorum Aedilitumque cauſſam praeberent, qua ludi minus decenter, nec legitimo ſatis, aut male ominoſo ritu, ac confuſe peragerentur, operamve ipſi praebere detrectarent. Judicent doctiores. Mox *egit* male Cort. Ed. Camp.

2 *Togatarium.*] Retinent id MSS. omnes: auctorem ſc. ſaltandi togatas, ut teſtis eſt Plin. L. VII. C. 48. quem locum bene emendavit Torrentius; ſed ejus emenda-

cumtonſam matronam miniſtraſſe compererat, per trina theatra virgis caeſum relegaverit. [1] Hylan pantomimum, querente praetore, in atrio domus ſuae, nemine excluſo, flagellis verberarit: & Pyladen urbe atque Italia ſubmoverit, quod ſpectatorem, a quo exſibilabatur, demonſtraſſet digito, conſpicuumque feciſſet.

XLVI. Ad hunc modum urbe urbaniſque rebus adminiſtratis, Italiam [2] duodetriginta coloniarum numero, deductarum ab ſe, frequentavit, operi-

tionem ſibi vindicavit notiſſimus iſte graculus Harduinus, quaſi de ſuo etiam hic legens *Togatarium*; ut conjecit Egnatius, & edidere Ald. ac Steph. ſcilicet *biſtrionem*. Vulgarem lectionem non prius ſanam ego quoque credam, quam mihi quis oſtenderit non *praetextarium* modo; ſed & *fecundarium*, *tertiarium*; uti Caſaubonus in Cicerone & Valerio M. ſcribi vult. Tu vide potius J. F. Gronov. in Obſerv. ad Auct. Eccleſ. Cap. 25. Dein *cum* Edd. Mediol. Cald. *religaverit* Cort. Cod. Ed. Camp.

1 *Hylam.*] *Tlan* S. quam poſtremam literam ſequor, quum vulgo *Hylam* edant; ut & mox *verberarit* pro vulgato *verberaverit*, etſi Salmaſius notet *verberavit*. Scio enim optime in MSStis legi. Sed & *Pyladen*, non *Pyladem*. Tum *exſpectatorem*. S. GRON. *Hylan* vel *Tlan* (aliis *Bathyllum*) etiam praebent Medicei omnes cum Exc. Voſſ. *Tlam* Vindob. pr. *verberarit* Medic. pr. tert. Politian. Exc. Voſſ. ut Graevius jam edidit. *verberavit* Vindob. uterque. *Pyladen* quoque Medic. pr. tert. Exc. Voſſ. *Philadem* Vindob. ſec. Ed. Camp. Dein *exhilarabatur* Vindob. pr. a manu pr. cum Copeſ. quod ortum ex more ſcribendi *exhibilabatur*.

2 *Duodetriginta c. numero, d. ab ſe, frequentavit.*] In MSS. omnibus Burmanni, item Medic. pr. tert. eroque Vindobon. Edd. Ven. Mediol. Cald. videas *deductarum refrequentavit*. unde Edd. Lugd. Junt. Arg. Ald. junxerunt *abs ſe refrequentavit*; de quo verbo vide Cl. Burmannum, cui aliquo modo adridet; mihi quoque nonnihil ſe probat iſtud compoſitum. Mens vero auctoris non eſt, Italiam ab eo frequentatam demum poſt rerum urbanarum ordinationem: ſed tranſit modo ab illis rebus ad Italicas & provinciales, nunc narraturus, quid per omne vitae tempus etiam in iſtis egerit. Non igitur intelligit ſolas colonias, ab ipſo deductas poſt principatum in ejus ſolius manus redactum, Auguſtique nomen receptum, uti exiſtimant Sigonius L. III. de Ant. Jure Italiae C. 4. Caſaubon. & Fontaninus in Antiq. Hortae; ſed illas quoque octodecim in hoc comprehendit numero, quas Triumvir ſuo & collegarum, Antonii inprimis nomine deduxit, de quibus vide ad Cap. 13. & Appian. L. IV. & V. B. Civ. reductis in eas, ſuaque municipia veteránis atque evocatis. Hinc ipſe Auguſtus non gloriatur duodetriginta a ſe eſſe deductas; ſed ipſe ſic ſcripſit in Mon. Ancyr. Tab. II. a dextra p. 176. Ed. Chishull. *Colonias in Africa, Sicilia, Macedonia, utraque Hiſpania, in Gallia Comata & Gallia Narbonenſi, praeter praeſidia militum deduxi. Italia autem colonias, quae, vivo me, celeberrimae & frequentiſſimae fuerunt,*

XXXX

operibusque ac vectigalibus publicis plurifariam inſtruxit: etiam jure ac dignatione urbi quodam modo pro parte aliqua adaequavit; excogitato genere ſuffragiorum, quae de magiſtratibus urbicis decuriones colonici, [1] in ſua quisque colonia, ferrent,

IIXXX deductas habet. Diſtinguit itaque colonias, quas ipſe ſolus deduxerit exteras, & quas militares haberet Italia. Si itaque ſcripſit auctor *deductarum ab ſe*, non bene Auguſti percepit mentem, quod de Suetonii accuratiſſima adtentione vix cogitare fas eſt. Quare per me licet deleantur voces *ab ſe* (Medic. ſec. & Exc. Voſſ. *ad ſe*) & tranſponantur voces ſic *deductarum numero*; Non obſcure autem indicat Auguſtus, eas colonias ſua maxime opera fuiſſe frequentiſſimas, & ſic Italiam *refrequentatam*, quamvis nova Italiae frequentia aeque per ſimplex verbum, quam inuſitatum ejus compoſitum, exprimi videatur. An fuit olim *coloniarum, IIXXX numero deductarum cura frequent.*? De illis vide etiam ad Monum. Ancyr. p. 174, 202. Ed. Angl. & Fabric. in Fragm. & Vita Aug. p. 233. ubi ſunt XXVII. Dein *operibus* ſine *que* Ed. Rom. pr. Tum *a vectig. publ.* vel *a publ. vectig.* Medic. tert. Polit. male. & *vectig.* Vindob. pr. Cave vero, ne ejicias alterutrum *quodammodo pro parte ſua* contra genium Suetonii & omnes MSS. Adi ad Caeſ. C. 4. & ſaepiſſime.

[1] *In ſua quisque colonia ferrent.*] Non capienda haec ſunt verba de ſolis coloniis per Auguſtum deductis, ſed totius Italiae, quae dudum civitatis jus habebat, & tribubus Romanis erat inſerta, & nunc ad vitandum nimiae hominum multitudinis in urbe confluxum, motusque comitiorum tempore, quaſi vero novum hoc jus, quo domi manere poterant, accepit. Verum cum haec verba videntur indicare, Italiam nequaquam jure ac dignatione urbi adaequatam, ſed deterioris conditionis factam eſſe; quippe cum ex hac conſtitutione *ſoli decuriones colonici, in ſua quisque, ſuffragia de magiſtratibus urbicis ferrent* (ut ſtatuit Noris. Cenot. Piſanis p. 322. ad novas colonias tamen reſtringens) atqui ante omnes coloni civitatis Romanae ſibi donatae jure ſuffragia ferebant, recte Celeb. Burmannus ſuſpicatur voces hic eſſe tranſpoſitas, & ſcribendum hoc modo *quae de mag. urbicis in ſua quisque colonia ferrent, & decuriones colonici ſub aïem* &c. ut omnes coloni dederint ſuffragia; ſed decuriones ea obſignata miſerint Romam: qua certe trajectione omnis difficultas eſt ſublata. Vide etiam doctiſſ. Alb. Diëter. Trekell. in Sel. Antiq. P. 1. C. 5. §. 39. & Erneſt. qui ſolam vocem *decuriones* tranſponit. Nam viri eruditi omnes verbum *ferre* capiunt ſignificatione *τῦ dare*, ut C. 56. *Ferebat & ipſe ſuffragium in tribubus, ut unus e populo.* Cogitavi autem aliquando, an *ferrent* hic non poſſet accipi pro *acciperent, referrent, obtinerent*; ut in Jul. C. 13. *Ut plura ipſe in earum tribubus ſuffragia, quam uterque in omnibus tulerit.* Cic. pro Planc. C. 22. *Tene gratuita quidem eorum ſuffragia tuliſſe.* Aliter *puncta ferre.* Atque ita video Bernegger. in indice cepiſſe: ut ſenſus ſit; Decuriones colonicos ab Auguſto etiam admiſſos eſſe ad honorum & magiſtratuum urbanorum petitionem, & ſic illa oppida jure & dignatione urbi adaequata: quum eorum ſenatores ſuis ſuffragiis commendari poterant ad *magiſtratuum urbicorum* adminiſtrationem, licet ad comitia Romam non irent; ſicuti ſinguli honeſte nati cives *ad equeſtrem mi-*

ferrent, & [1] sub die comitiorum obsignata Romam mitterent. Ac necubi aut honestorum deficeret copia, aut multitudinis soboles, equestrem militiam [2] petentes etiam ex commendatione publica cujusque oppidi ordinabat: [3] at iis, qui e plebe regiones sibi revisenti filios filiasve adprobarent, singula numorum milia [4] pro singulis dividebat.

XLVII. Provincias validiores, & quas annuis magistratuum imperiis regi nec facile nec tutum erat,

litiam: quae ultima & seqq. non parum hanc conjecturam firmant: per ea enim videtur a *magistratibus* ad *equites*, & hinc ad *plebem* per Italiam descendere. Ne vero Decuriones necesse haberent cum hisce a se obtentis suffragiis, quae rarissime vel numquam eos juvisse puto, Romam sub diem comitiorum venire, excogitasse Augustum, ut ea obsignata Romam mitterent. Verum cum tunc deesse videatur *capiendis* vel simile verbum, pro ea explicatione certare cum nemine velim, & potius in Cel. Burmanni trajectione adquiescere. Ceterum *in suam coloniam* Accus. pro Ablat. seu *intra*, ut saepissime, exaratur in multis aliorum libris, nti & Medic. sec. Pinell. Vindob. pr. Cort. Exc. Voss. Edd. priscis usque ad Steph. sed talia contra MSS. optimos non intrudenda; & Polit. etiam in suis esse Ablat. notavit.

1 *Sub diem.*] Pin. *sub die*, quo genere locutionis utitur & alibi, ut. cum in Nerone dicit *sub exitu vitae*. Plinius VIII. C. 33. *Ideo sub ipsa die quam maxime invia petunt*. SCHEFFER. *Die.*] Sic Cod. Salm. pro vulg. *sub diem*. GRAEV. GRON. Qui tamen *diem* in textu retinuerunt. Praeter aliorum autem codices *die* exhibent quoque Medic. tres, Vindobon. pr. Cort. Edd. Rom. pr. Mediol. aliaeque. Perinde est. V. Burm. & me ad Caes. L. II. B. G. C. 31, 33. *obsignata* etiam Mediol. Cald.

2 *Petentes.*] *Petentis.* S. GRON. Sic item Medic. duo, Politian. & Exc. Voss. cum Edd. aliquot. Paulo ante *aut necubi* in Medic. pr. *suboles* edidere Gron. ac Pitisc. De ea orthographia alibi.

3 *At iis, qui e plebe.*] *At his* S. GRON. *At his* Medic. tres Vind. sec. Exc. Voss. &c. Malim cum Casaubono abesse vò *at*, vel saltem cum Boxhornio scribere *atque*: quo facit Perizon. Cod. lectio *ac* quae admitti potest, si *his* vel *iis* cum Harlem. & Burm. ejicias. Quocumque modo legas, certe pergit auctor tradere, quid fecerit Augustus, ut *necubi*, sive nusquam in Italia, *deficeret multitudinis soboles*, sicut ante docuerat, quid fecerit Augustus, *ne deficeret honestorum copia*; unde patet, *petentis* non jungi debere cum *multitudinis*; (In MSS. enim est pro Accusativo;) nec tamen necesse esse, ut corrigatur *multitudini*. Uti ordinavit homines honestos petentes equestrem militiam ex publica cujuscumque oppidi commendatione; sic hominibus plebejis, sibi sobolem adprobantibus, ubique per XI Italiae regiones pecuniam dedit.

4 *Pro singulis.*] Sic recte in Memm. Mediceis, Politian. Vindobon. Cort. aliisque & Edd. Rom. Male in nonnullis, ut & Edd. Mediol. Cald. *per singulos*; pejusque ejiciendas voces judicat Torrentius

rat, ipſe ſuſcepit: ceteras proconſulibus ſortito permiſit: & tamen nonnullas commutavit interdum; atque ex utroque genere pleraſque ſaepius adiit. Urbium quaſdam foederatas, ſed [1] ad exitium licentia praecipites, libertate privavit: alias, aut aere alieno laborantes levavit, aut terrae motu ſubverſas denuo condidit, aut merita erga populum Romanum adlegantes Latinitate, vel civitate donavit. [2] Nec eſt, ut opinor, provincia, excepta dumtaxat Africa & Sardinia, quam non adierit. In has, fugato Sexto Pompejo, trajicere ex Sicilia adparantem, continuae & inmodicae tempeſtates inhibuerunt; nec mox occaſio, aut cauſſa trajiciendi fuit.

XLVIII. [3] Regnorum, quibus belli jure potitus [4] eſt, praeter pauca, aut iisdem, quibus ademe-

rentius aliique. Non ſingula milia numûm dedit patribus familias, ſive plures ſive pauciores haberent liberos: ſed ſingulis tot milia dedit, quot numero haberent filios filiasve in illorum alimenta. Pro ratione ergo numeri liberorum ſingulis patribus in ſingulos dedit milia numûm; ut bene Caſaubonus cepit. Nec enim credere fas eſt, Auguſtum non majorem pecuniam dediſſe iis, qui onoroſam habebant familiam, quam qui pauciorem ipſi adprobabant.

1 *Ad exitium.*] *Et exitium* Vindobon. pr. *ad exitum* Ed. Roman. pr. obvia paſſim corruptione. Adi Drak. ad Liv. L. v. C. 27. §. 10. Huc autem quadrat illud Phaedri Fab. 2.

Procax libertas civitatem miſcuit;
Frenumque ſolvit priſtinum licentia.

ubi V. Comm.

2 *Non eſt.*] Salm. Cod. & Rob. Zeph. Ed. *nec eſt.* GRAEV. *Nec eſt*, quod etiam Gron. e Salmaſ. obſervavit, edidit recte Cl. Burm. adſtipulantibus tum Edd. aliis, tum MS. Copeſ. Adde Mediceos tres, utrumque Vindobon. Politian. & Exc. Voſſ. ac Pinell. probante Scheffero. Supra *ac terrae m.* Pin. Medic. ſec. Exc. Voſſ. *Provincia* &c. *Sardinia* deſunt Vindobon. pr.

3 *Regna.*] *Regnorum*, ſic MS. S. quod libenter recepi, non dubitans, quin ita legatur in optimis libris MSS. & fere omnibus, ideoque admirans editores, qui nec cernere id voluerunt & indicare, nec animadvertere & ſequi. An enim alia conſtructio eſt, quam apud Livium *captivorum qui nominis Latini eſſent*, aut *veſtrûm quibus commodum eſt, ite mecum Quirites?* Vulgo edunt *Regna.* GRON. Veriſſime *regnorum* edidit vir praeſtantiſſimus per ellipſin, quaſi dicas *ex numero regnorum illa*, ut ſaepiſſime loquitur auctor: atque ſic exhibent omnes Medicei, Polit. Vindobonenſes, Copeſ. Exc. Cujac. ac Voſſ. Edd. Mediolan. pr. Cald. probavitque Burmannus, quem vide, & omnino Sanctium, ac Perizon. in Min. L. IV. C. 3. p. 544. &c.

4 *Eſt.*] Abeſt a MS. S. & mox *iisdem*

demerat, reddidit, aut alienigenis contribuit. Reges ſocios etiam inter ſemetipſos neceſſitudinibus mutuis junxit; promptiſſimus adfinitatis cujusque atque amicitiae conciliator & [1] fautor: nec aliter univerſos, quam membra parteſque imperii, curae habuit, [2] rectorem quoque ſolitus adponere aetate parvis, [3] aut mente lapſis; donec adoleſcerent aut reſipiſcerent: ac plurimorum liberos & educavit ſimul cum ſuis, & inſtituit.

XLIX. Ex militaribus copiis [4] legiones & auxilia provinciatim diſtribuit: claſſem Miſeni, & alteram Ravennae, ad tutelam ſuperi & inferi maris, collocavit. [5] Certum numerum partim in urbis,

Idem ac *contribuit* S. GRON. *Idem etiam* Medicei duo de more ſcribunt. Dein *junxit mutuis* edidit Cl. Burm. e MS. Harlem. & Edd. Vett. Accedunt Periz. Edd. Camp. Mediol. ſed in reliquis MSS. omnibus *mutuis junxit*, & rectius.

1 *Fautor.*] In Medic. pr. tert. Politian. eſt *factor*: quae forſan gloſſa eſt vocis *auctor*; ut conjecit Lipſius. Non enim hic agi videtur de cura conſervandae amicitiae, at faciendae. Et ut *conciliator* pertinet ad τὸ *adfinitatis*, ſic altera vox ad τὸ *amicitiae*: quam ut inirent inter ſe reges ſocii, *auctor* erat, ſive iis ſummo opere & graviſſima auctoritate ſuadebat. *Fautor* magis conveniret ſeqq. *curae habuit*. In Vindobon. ſec. *promptiſſimusque*. & mox *nec tamen aliter* Medic. pr. *partemque* Politian. *cura* Vindobonenſ. pr.

2 *Rectorem quoque ſolitus eſt apponere aetate parvis, ac mente lapſis.*] Melius Salmaſ. & Rob. Steph. *rectorem quoque ſolitus apponere aetate parvis aut mente lapſis.* ſed τελεία τύχη ante *rectorem* delenda. GRAEV. *Solitus.* ſic MSS. vulgo *ſolitus eſt.* GRON. Nec aliter Burmanni, meique codices omnes & Edd. Vett. praebent. Ante Gryph. non additur *eſt.* Mox in Vindobon. ſec. eſt *obponere* ſolita variatione. Hic locum non habet *obponere*, quod potius in malam partem adhiberetur. In Claud. C. 2. *paedagogum ex induſtria ſibi adpoſitum.* Liv. L. 11. C. 18. *moderatorem & magiſtrum conſulibus adpoſitum*: ubi vide Drakenb. Et paſſim apud alios. Plura infra ad Tib. C. 21.

3 *Aut mente.*] Sic MS. S. vulgo *ac.* GRON. *Aut* eſt in MSS. omnibus & Edd. Vett. Ei reſpondet *aut reſip.* Dein *& cum ſuis inſt.* Periz. Cort. Edd. Rom.

4 *Legiones.*] Quarum XIX ſuperfuerunt tempore Dionis Caſſii. Non enim bene viri docti, qui apud illum p. 564. ἐπτὰ- pro ἐννεακαίδεκα legunt, earum numerum ſubduxere, non adtendentes, duas *decimas* & duas *viceſimas* ab illo memorari.

5 *Certum numerum.*] *Ceterum* S. GRAEV. GRON. Sic etiam Pinell. Medic. pr. tert. Polit. Exc. Voſſ. crebra confuſione. V. Drakenb. ad Liv. L. XXXIV, 36. Infr. C. 57. *partim in urbis* deſunt Ed. Rom. pr. V. Comm. *ad urbis* Vindob. pr. *in ſuam cuſt.* Medic. pr. tert. Polit. Hulſ. male. V. ad Caeſ. C. 30. *de adventu ſui.* Tum *Colaguritan.* Vindob. pr. *Calagoritan.* Edd. Vett. pleraeque *Calaguritanorum*

Sed

bis, partim in ſui cuſtodiam adlegit: dimiſſa Calagurritanorum manu, quam uſque ad devictum Antonium: item Germanorum, quam usque ad cladem Varianam, inter armigeros circa ſe habuerat. Neque tamen umquam plures quam tres cohortes in urbe eſſe paſſus eſt, easque ſine caſtris: reliquas in hiberna & aeſtiva, circa finitima oppida dimittere adſuerat. Quidquid autem ubique militum eſſet, ad certam ſtipendiorum praemiorumque formulam adſtrinxit; definitis pro gradu cujuſque, & temporibus militiae, & commodis miſſionum: ne aut aetate aut inopia poſt miſſionem ſollicitari ad res novas poſſent. Utque perpetuo ac ſine difficultate ſumtus ad tuendos eos proſequendosque ſubpeteret, aerarium militare cum vectigalibus novis [1] inſtituit. Et quo celerius, ac [2] ſub manum adnunciari cognoſcique poſſet, quid in provincia quaque gereretur, juvenes primo modicis intervallis per militares vias, dehinc vehicula, diſpoſuit. commodius id viſum eſt, [3] ut, qui a loco perferunt litteras, iidem interrogari quoque, ſi quid res exigant, poſſint.

L. In

ſed optimi libri habent duplex *rr.* V. Duk. ad Flor. L. III. 22, §. 9. Drakenb. ad Liv. L. XXXIX, 21. & alibi. Denique *adſueverat* & *ubicumque* Vindobon. pr. *militum eſſet ubique* Vind. ſec.

1 *Inſtituit.*] In Medic. ſec. tert. Cort. Exc. Cujac. ac Voſſ. Periz. a. m. ſec. item Edd. Vett. & Burm. *conſtituit.* ſed nulla cauſſa eſt, cur recedamus a lectione plurimorum & vetuſtiorum Codd. ac Caſauboni, quam paſſim in ſimilibus adhibet Auctor. V. Bernegg. Ind. ſic. *inſtituere portoria* Caeſ. C. 43. *ſtipendia* Claud. 25. ſupra C. 24. *in re militari multa inſtituit.*

2 *Sub manum.*] Sic cum Mentel. habent Medicei, Politian. Copel. plerique Torrent. Grut. cum Edd. Ber. Steph. aliisque. Graece ὑπὸ χεῖρα. At in Vindobon. utroque, Cort. & Burm. cum Edd. Vett. *manu.* V. Comm.

3 *Ut qui a loco eidem perferrent litteras interrogari quoque.*] Codex Corſendoncenſis, quem vidit Pulmannus: *ut qui a loco perferunt litteras, iidem interrogari quoque, ſi quid res exigerent, poſſent.* Salmaſ. codex, *ut qui a loco idem perferunt litteras.* Suo loco mota fuit vox *iidem*, inde nata divetſitas ſcripturae. Sed *a loco* etiam valde ſuſpectum. Suetonii manum fuiſſe ſuſpicor: *ut qui alicunde perferrent litteras, iidem interrogari quoque, ſiquidem id res exigerent, poſſent.*

L. In diplomatibus, libelliſque & epiſtolis ſignandis, initio Sphinge uſus eſt, mox imagine Magni Alexandri: noviſſime ſua, [1] Dioſcoridis manu ſculpta, qua ſignare inſecuti quoque principes [2] perſeverarunt. Ad epiſtolas omnes, horarum quoque momenta, nec diei modo, ſed & noctis, quibus datae ſignificarentur, addebat.

LI.

Alicunde uſitatum Plauto, Terentio, Ciceroni. *Sicunde* inferius in Calig. 4. *Quoties aliquo adveniret*, vel *ſicunde diſcederet*. & cap. 51. *Non mediocrem fore conſternationem, ſicunde hoſtis appareat*. GRAEV. *Idem perferunt* & *exigant paſſint* S. His adſcripſit Salmaſius (l. *ſi quid res exigat, poſſint*.) Ita certe loquitur auctor cap. 89. *Si quid res exigeret*. GRON. Quam varie hunc locum legant & exponant, vide in Variorum & Scriverii commentariis. In MSS. omnibus, Corſendoncenſem ſi excipias apud Scriverium, (Pulm. enim nihil de eo monet) & Edd. priſcis legitur *quia loco idem* vel *iidem*; non tranſpoſite, ut vulgo nunc fit: & tamen retinui, ne rurſus in re incerta mutarem; quamvis nullus dubitem, quin *eidem* vel *iidem*, ubicumque ponas, ſit vitioſum. Aeque ante *qui* ponere potuiſſent, ac poſt *literas*. Cl. Cannegiet. ad Avianum p. 150. adſtipulatur Cl. Burmanno, exponenti *a loco* ſc. rei geſtae, a quocumque juvenes mitterentur. Caſauboni & Graevii conjectura *alicunde* pro *a loco idem* maxime mihi adridet, ut ſcriptum fuerit *aliconde*. Dein MSS. omnes, & Edd. Vett. excepta Rom. ſec. dant *perferunt*: ut repoſuit Cl. Burm. veriſſime. Idem enim uſus durabat tempore Suetonii. *perferant* Ed. Baſil. Tum etiam in cunctis MSS. & Edd. priſcis *exigant* & *poſſint*; niſi quod in Vindobon. pr. *exigat*. Minus bene *poſſent* retinuit Burm. ſic C. 55. *cenſuit cognoſcendum de iis, qui libellum famoſum edant*: ubi male a nonnullis intrusum *ederent*. Ibi vide. Si qui praeferat in ſingulari *exigat*, per me licet. paſſim enim amant in ſingulari dicere *res exigit, cogit, monet, poſcit, vocat*, &c. Graevii vel Heinſ. lectionem ſequitur Cel. Ern. niſi quod *a loco* & *ſi quid* retineat.

1 *Dioſcoridis*.] Cod. Salm. *dioſcuridi*. GRAEV. *Dioſcuridis* S. GRON. In Vindob. pr. *Diſcoridis*, Cort. *Diaſcoridis*. Ed. Rom. princ. *Diſcoris* Med. aliaeque *Dioſcoris*. In duobus Torrent. & Ed. Rom. ſec. *Dioſcuridis* quoque: eamque ſcripturam praefero. Nam & ſic vetuſtiſſima Plinii exemplaria L. XXXVII. C. 1. exhibent; & Graece vocabatur ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΔΗΣ, uti gemmae quoque oſtentant; qualem vidi Auguſti imagine, eoque nomine ſculptam in Gazophylacio Comitis de Thoms. V. & Hiſt. Acad. Reg. Inſcript. & Litt. Vol. 11. p. 409. Ed. Amſt. & Burm. Sic *Pulydamas*, de quo adi N. Heinſ. ad Ovid. Met. XII, 547. *Lucuſta* infr. in Ner. C. 33. *Pompuſianus* in Veſpaſ. C. 14. Per Ω tamen *Dioſcoridis* nomen eſt in gemma apud Spon. Miſc. Erud. Ant. p. 122. Immo o & ου promiſcue in Κόρη & Κούρη; Διόσκορος & Διόσκουρος. Dein *ſculpta* Erneſt. contra MSS. & Edd. Latinitate, ut ait ad Ner. C. 46. poſtulante: ſed adi ad Galb. C. 10. Supra *Sphingae* Cort. Vindob. ſec.

2 *Perſeveraverunt*.] Cod. Salm. *perſeverarunt*: ut idem ſeq. Cap. *inquiſiit* pro *inquiſivit*. GRAEV. *perſeverarunt*. Ita MS. S. vulgo *perſeveraverunt*. GRON. Conſpirant Medic. terr. & Exc. Voſſ. cum Ed. Graevii minore. Infra quoque re-

ſcripſi

LI. Clementiae civilitatisque ejus multa & magna documenta sunt. [1] Ne enumerem, quot & quos diversarum partium venia & incolumitate donatos, principem etiam in civitate locum tenere passus sit, Junium Novatum & Cassium Patavinum, e plebe homines, alterum pecunia, alterum levi exsilio punire satis habuit: quum ille Agrippae juvenis nomine, asperrimam [2] de se epistolam in vulgus edidisset: hic convivio pleno proclamasset, *Neque votum sibi neque animum deesse confodiendi eum.* Quadam vero cognitione, quum Aemilio Aeliano Cordubensi inter cetera crimina vel maxime objiceretur, quod male opinari de Caesare soleret: conversus ad accusatorem, commotoque similis: *Velim*, inquit, *hoc mihi probes: faciam, sciat Aelianus & me* [3] *linguam habere: plura enim de eo loquar.* Nec quidquam ultra, aut statim aut postea inquisiit. Tiberio quoque de eadem

scripsi *inquisiit* auctoritate Memm. Medic. sec. ac tert. & Exc. Voss. cum marg. Torrent. pro *inquisivit.* V. ad Caes. L. 1. B. G. C. 32. *Ex ipsis quaesiit.* Tota periodus *nec quidq.* &c. *inquisiit* abest MS. Pinell. Mox *omnis* Medic. tert. Recte autem Cl. Burmannus *horarum momenta* explicat illa spatia, quibus definiuntur horae, quarum numerum subscriptioni epistolarum addidisse Augustum dicit Suetonius. Et sic fere Cic. L. 1. Ep. ad Fam. 2. *Haec scripsi ad.* XVI. *Kal. Febr. ante lucem.* Apud Val. Max. L. VII. C. 7. Ex. 4. *Omnia temporum momenta ad percipiendam doctrinam conferens.*

1 *Ne enumerem.*] In Medic. pr. tert. Politian. Vindob. utroque, Copes. Hulf. & Edd. Junt. Ald. Steph. aliisque legitur *Et, ne enumerem.* Quod non contemnendum videtur. Sic in Claud. C. 29. *Ac ne singulatim minima quaeque enumerem* &c. in Domit. quidem C. 1. *Ne exsequar singula.* Sed in MSS. & Edd. Vett. *nec.* Paullo ante pro *ejus* in Cort. & Edd. Rom. est *ejusdem.* Dein *quot & quas* Vindob. pr. *Capsium* Pin.

2 *De se.*] Vindob. pr. Medic. sec. Corr. Edd. Rom. pr. Mediol. & aliae apud Burm. *de eo.* Male & e glossa natum; ut bene monet Cl. Burm. V. illum ad Cap. 10. *Conatibus suis.* item C. 12. Ner. C. 2. Drak. ad Sil. L. XII, 33. & quos non? Mox *magno convivio pleno* in Medic. pr. & *neque amicum sibi* Vindob. pr. Dein *solebat* & *plura de eo enim* Edd. Mediol. Cald.

3 *Linguam habere.*] Vide, num huc pertineat locus in Epist. Cydippes, vs. 205.

Si mihi lingua foret, tu nostra justius ira,
Qui mihi tendebas retia, dignus eras.

Ubi conjiciunt viri docti *si me digna*, vel *si minus aegra forem.* Ita & *aures habere* in Calig. C. 15.

1 Sor

dem re, [1] ſed violentius apud ſe per epiſtolam conquerenti, ita reſcripſit. *Aetati tuae, mi Tiberi, noli in hac re indulgere, & nimium indignari quemquam eſſe, qui de me male loquatur. Satis eſt enim, ſi hoc habemus, ne quis nobis male facere poſſit.*

LII. Templa quamvis ſciret etiam proconſulibus [2] decerni ſolere: in nulla tamen provincia, niſi communi ſuo Romaeque nomine recepit: nam [3] in urbe quidem pertinaciſſime abſtinuit hoc honore. Atque etiam argenteas ſtatuas olim ſibi poſitas conflavit omnes, [4] ex quîs aureas cortinas [5] Apollini Palatino dedicavit. Dictaturam magna vi obferente populo, genu nixus, [6] dejecta ab humeris toga, nudo pectore deprecatus eſt.

LIII. Domini adpellationem, ut maledictum & obpro-

1 *Sedulo.*] Reſtituit Gruterus lectionem veram huic loco ex codice Urſini *Tiberio quoque eadem de re, ſed violentius*; ut ante quoque conjecerat F. Pithoeus: cum in ſuo reperiſſet: *ſedulo lentius*, quod & exſtat in Salmaſiano. GRAEV. *Sed violentius.*] S. *ſedulo lentius.* vulgo *ſedulo violentius* ex mala repetitione & corrupta. GRON. *Sedulo lentius* erat quoque in MSS. Turnebi L. XXIV. Adverſ. C. 15. Pin. Exc. Cuj. ac Voſſ. unde de hac emendatione amplius non eſt dubitandum. Ineptiſſimum eſt hoc loco *ſedulo*. In Vindob. pr. Edd. Camp. Med. Cald. ut in aliis *loquatur male.*

2 *Decerni ſolere.* Ultima vox non comparet in MS. Torrent. Exc. Pin. Cujac. Voſſ. & Medic. ſec. a m. pr. ac rectius abeſſe cum Scheffero opinor. Decernebantur quidem iis templa, de quibus vide Caſaub. & Manut. ad Cic. 3. ad F. 7. *Quod eorum aedificationem litteris meis impediſſem:* ſed rarius. At ſtatuae & imagines paſſim iis ponebantur. V. ad Cic. 11. in Verr. C. 55. 57. In Tib. L. 13. *etiam* exſulat a Vindob. pr.

3 *In Urbe.*] Quae enim illic fuerunt, poſt ipſius mortem ei ſunt erecta. V. Comment. & Montfauc. Diar. Ital. p. 177. Arntz. ad Aurel. Vict. de Caeſ. C. 1. De templis & ſacerdotibus Romae & Aug. vide ad Tac. Ann. 1, 78. 4, 15. 37. Dion. L. LI. p. 458. Spon. in Antiq. Lugd. p. 135. ac Ruben. de Urbibus Neocoris T. XI. Th. Graev. p. 1350. Vaillant de iiſdem Urbibus p. 218.

4 *Ex quîs.*] Sic reſcripſi e Mediceis tribus, Cujac. Copeſ. aliiſque: cum in reliquis MSS. & Edd. Vett. ſit *ex quibus*: pro quo Caſaub. forſan e Memm. tacite repoſuit *exque iis* & ſeqq. retinuere. Sic C. 36. *in quîs.* Recte autem explicant viri docti *ex quarum pretio*, ſive *qua de pecunia*, ut ipſe Auguſtus in Ancyr. Monum. teſtatur, inde redacta. V. Caſaub. & Burm. ac Cap. 67.

5 *Apollini.*] *Appolloni* S. GRON. Ut paſſim in eo Cod. Dein *magnam* pro *magna vi* Medic. tert. Polit.

6 *Dejecta ab humeris toga.*] Non legendum videri *rejecta*, diximus ad Julii C. 9. Amplius Dio

ait

obprobrium semper exhorruit. Quum [1] spectante eo ludos, pronunciatum esset [2] in mimo, *O dominum aequum & bonum*; & universi quasi de ipso dictum exsultantes comprobassent; & statim manu vultuque indecoras adulationes repressit, & insequenti die gravissimo corripuit edicto, dominumque se posthac adpellari, ne a liberis quidem aut nepotibus suis, vel serio vel joco, passus est: atque [3] hujusmodi blanditias etiam inter ipsos prohibuit. Non temere urbe oppidove ullo egressus, aut quoquam ingressus est, nisi [4] vespera aut noctu, ne quem officii caussa [5] inquietaret. In consulatu, pedi-

ait initio L. LIV. καὶ τὴν ἐσθῆτα προσκατερρήξατο.

1 *Spectante.*] *Exspectante* S. GRON. Sic frequenter illo in codice. Supra *semperque* Cort. Edd. Rom.

2 *In mimo.*] Bene sic restituit Torrent. e MSS. & Edd. Vett. pro *a*, quae praepositio nihilominus reperitur quoque in Vindob. utroque, Politian. & Medic. sec. in quo tamen suprascripta modo est. Defendi utique facile posset. Dein *exsultassent* Vind. sec. qui caret mox & cum Cort. Edd. Camp. Mediol. &c. quam voculam Casaub. e suis MSS. quibus reliqui nostri consentiunt, adjecit noscens creberrimum polysyndeti usum a Suetonio adhibitum. Mox *appellationes* Vind. sec. Dein *gravissime* Medic. pr. Cort. Edd. Vett. V. Burm. *nec a liberis* Edd. Mediolan. Cald.

3 *Hujusmodi.*] Medic. tres. Polit. Vindob. pr. Hulf. Exc. Cuj. & Voss. Torr. dant *ejusmodi*. Dein *tempore* pro *temere* in Vind. pr. *aut quoq. ingressus* desunt Cort. Ed. Rom. pr. aliisque. *quoquo* in marg. Torr.

4 *Vespere.*] Cod Salm. *vespera* GRAEV. GRON. Pin. *vespera* a nominativo *vespera*, quo usus est Plautus, Tacitus XV. Ann. 60. *Illo propinqua vespera tribunus venit.* SCHEFF. *Vespera* reponi curavi, adstipulantibus tribus Mediceis, Copes. Hulf. Polit. Pulm. Exc. Cuj. Voss. & marg. Gryph. ac Torrent. Varie admodum eam vocem extulerunt Latini. V. ad Caes. L. II. B. G. C. 33. I. B. Civ. C. 20. Comment. ad Appulej. L. v. in init. *Vespera, dum polentae* &c. Item Becichemum Ep. 69. Prave ibi legunt nonnulli *vesperna*. L. II. p. 28. *Cum ecce jam vesperâ lucernam intuens:* ubi male vulgo *esset*. L. v. p. 99. *eum vespera redeuntem* & saepe.

5 *Inquietaret.*] Sic. MSS. omnes praeter unicum Torrent. *sollicitaret*: quod putem hoc loco glossema, vel mutatum ab aliquo, existimante, hoc verbum non dici nisi de somno interrupto, ut in Cal. C. 26, 55, 59. Nam saepius auctor *inquietare* utitur pro molestiam alicui praebere, vexare interpellando ejus tranquillitatem, & avocando a suis negotiis. In Claud. C. 9. *Deinde extraneo vel etiam domesticorum aliquo deferente adsidue varieque inquietatus.* Ner. C. 34. *Remae morantem litibus & in secessu quiescentem per convicia & jocos inquietarent.* Colum. L. VIII. C. 5. §. 11. *ne incubantes matrices ab aliis avibus inquietentur.* Et sic Senec. Tacit. & alii, ac passim

Cal.

pedibus fere, extra conſulatum, ſaepe [1] adaperta ſella per publicum inceſſit. Promiſcuis ſalutationibus admittebat & plebem; tanta comitate adeuntium deſideria excipiens, ut quemdam joco corripuerit, quod *ſic ſibi libellum porrigere dubitaret, quaſi elephanto ſtipem* Die ſenatus numquam patres, niſi in curia, ſalutavit, & quidem ſedentes, ac

JCti. Conſule Briſſonii Lexic.

1 *Adoperta ſella.*] Sic recte legunt MSS. etiam Palatini. Perperam Beroaldus, Scriverius, Caſaubonus & Gruterus contendunt legendum eſſe *adaperta*, aut *haut operta*, praefati, non videri ſolum modo voluiſſe Auguſtum, ſed & patere adeuntibus. Nullam enim virtutem eſſe, qua ſibi populum magis demereatur princeps, quam ſi libenter & obvie excipiat deſideria ſuorum. Quod Gruterus multis exemplis ad Livium oſtendiſſe teſtatur. Sed de hoc civilitatis genere hic non loquitur Suetonius, verum de illo, quod noluerit inquietare obvios officii cauſa, ideo adoperta ſive clauſa ſella per publicum eum ait inceſſiſſe; ſicut eandem ob cauſſam egreſſus & ingreſſus eſt oppida noctu, & Conſul pedibus inceſſit. Talis etiam fuit *obſuta lectica*, qua Tiberius nurum & neptem aſportari juſſit in cap. 64. GRAEV. Non poſſum accedere Graevio *adoperta* defenden-ti. Nam ſi hae voces pertinerent adhuc ad iſtud civilitatis genus, quo nolebat aliquem *inquietare*, potius poſt vocem *noctu* ſubdidiſſet *vel adoperta ſella*, quam nova in periodo collocaſſet. At in *ſella* iter non faciebat Auguſtus, ſed *lectica* & noctibus, non *ſaepe*, ſed *fere ſemper*, ut ait auctor C. 82. Vide & C. 29. Quae lectica ſine dubio erat undique clauſa: quali operta lectica in itinere per oppida ferebatur quoque Antonius ut moritur, ridente Cicerone Phil. II. C. 41. V. Scheff. L. II. de Re Vehic. C. 3. & Comm. ad Tit. V. C. 10. Quare omnino ceteris viris doctis adſentior, credoque hic de alio civilitatis genere agi, ſive facilitate, qua Romae omnibus, qui ipſum adpellare volebant, ſui copiam praebebat, & hinc aperta in ſede *ſaepe* erat collocatus *per publicum incedens*: quae ipſae voces nonnihil declarant, vitioſum eſſe *adoperta*, licet MSSti ſoliti vocales *a* & *o* in hoc participio & verbo confundere (V. modo coll. a Drak. ad Liv. XXXIX, 14.) mordicus retineant. Neque *ſella* hic ſumenda eſt, ut Lipſius exiſtimabat L. 1. Elect. C. 19. κατακρηπικῶς pro *lectica*: ſed proprie: & ideo tam accurate notavit Suetonius. Vellem enim, probaſſet Cel. Burmannus, quod ait, Auguſtum ob corporis infirmitatem vulgo *ſella operta* uti fuiſſe ſolitum. Illi uſui aptior eſt *lectica*, in qua cubabant, quam *ſella*, qua ſedebant. (Nequaquam hae voces ſunt confundendae; ut male fit a P. Fabro de Magiſtr. Rom. C. 1. In Domit. C. 2. *ſellam patris fratriſque lectica ſequebatur*, quod etiam docet proprietas & rectus uſus vocum *lectiſternium*, & *felliſternium*.) Hinc Cap. 43. *Accidit votivis Circenſibus, ut* correptus valetudine lectica cubans *tenſas deduceret*; nempe κατασίγῳ, uti in συμποδίῳ κατασίγῳ in Senatum vehebatur, teſte Dione L. LVII. p. 614. Utinam etiam clarius docuiſſet Burmannus, *adapertum* eſſe *apertum ex parte* ſolum & non omnino. Haud enim juvat locus Ovidii L. 1. Amor. 5, 3. *Pars* adaperta *fuit*, *pars altera clauſa fenſtrae*. Non enim ait Ovidius, *fenſtram adapertam*; ſed *partem* ejus

ada-

ac nominatim ſingulos, nullo ſubmonente, etiam diſcedens eodem modo ſedentibus valere dicebat. Offi-

adapertam i. e. omnino apertam, & *partem clauſam*: unde ipſa feneſtra erat ſemicluſa. Vide de ſimilibus me ad Caeſ. L. VI. B. G. C. 29. *partem pontis reſcindit*, id eſt, *pontem recidit*. Ut igitur *adoperire* eſt omnino operire & tegere vel claudere: ut in Oth. C. 11. *foribus adopertis*: ſic *adaperire* ſignificat contrarium, & plane aperire. Adi Cl. Drakenb. ad Liv. L. XXV. C. 30. *Adapertas fores portae*. Sed ad *ſellam* revertor, quam Lipſius *lecticam* interpretatur; quia Dio L. LX. p. 665. dicat Auguſtum & Tiberium numquam uſos fuiſſe *ſella* ſeu διφρῳ κατασίγῳ, ſed pro illa adhibuiſſe σκιμπόδια κατάστεγα. Hoc verum eſt. Sed iis verbis non negat illos aliquando geſtatos eſſe ſimpliciter ἐν διφρῳ, ſeu ſella curuli vulgari & aperta; at κατασίγῳ. Alioquin ipſe ſibi obloquutus eſſet Dio, qui L. LVII. p. 609. διφρον tribuit Tiberio. Recte meo judicio rem explicuit Schefferus L. II. de re Veh. C. 4. Geſtatoria Auguſti & Tiberii ſella fuit omni ex parte aperta, uni viro apta. *Biſellium* enim vel *Biſſellium*, de quo multi multa, non erat una ſella, in qua ſedebant duo, ſed duae ſellae conjugatae, licet dein ſumpta ſit vox pro honorata unius ſede. Illa, quam Claudius invenit, teſte Dione L. LX. p. 665. laxior erat, in qua plures poterant ſedere, & κατάστεγος, ſive ſuperne tecto quaſi munita & conſtrata, de cetero aperta & ipſa; V. Domit. C. 11. *ſimul geſtanti, conſpecto delatore, inquit*: ac virorum ex Claudii tempore communis quoque erat geſtatoria ſella; quae & vocabatur *arcuata*; ut docent viri docti ad Petron. C. 75. Erat & tertia undequaque clauſa & adoperta, feminis propria a lecticariis etiam geſtata; cujus meminit auctor in Oth. C. 6. *Abditus mu-*

liebri ſella. &c. in Vitell. C. 15. *Abſtruſus geſtatoria ſella*, quae erat uxoris ejus, ut docet Tacit. L. III. Hiſtor. 85.

1 *Et diſc. eo modo ſedentibus ſingulis vale dicebat.*] Non dubitavi recipere codicis Salmaſiani & Viterbienſis lectionem: *valere dicebat*. Sic enim ſemper meliores ſcriptores orationis, praecipue pedibus ſolutae, loquuntur. Sed & *ſedentibus* delendum ex Salmaſiano, qui quoque pro *eo modo* legit, *eodem modo*. Totus igitur locus ſe melius habebit, ſi ex illis membranis ſcripſeris: *etiam diſcedens eodem modo ſingulis valere dicebat*. eodem modo, ſcilicet ſedentibus ſtans ipſe. Et ſic plane quoque membranae Copeſii. GRAEV. *Et iam diſc. eodem m. ſedentibus valere dicebat.*] Ita MS. S. quae eſt veriſſima Suetonii manus, unde ſequutus fui, quum vulgo daretur & *diſcedens eodem modo ſedentibus ſingulis valere dicebat*, ubi certe iſtud *ſingulis* nugaciſſime iteratur. Nullus dubito, quin ita exſtet in pluribus MSStis, etſi de ſolo Viterbienſi & Memmiano declaret Caſaubonus. Nam nihil opus erat, ut faterer, Salmaſium quoque adſcripſiſſe (forte: *vale redicebat.*) GRON. Lectionem Salm. & Copeſ. Codicum confirmant Medicei omnes, Palat. & Vindob. uterque in τῳ *etiam* pro &. Quod ad *eodem modo*; ſic habent Medic. pr. tert. Politian. quoque. *ſingulis* faſtidiunt MSS. Medicei omnes, Polit. Vindob. uterque & editiones multae. *Valere dic.* comparet in Mediceis, Polit. Pin. Exc. Cujac. Voſſ. & Ed. Steph. quod & Graev. & Burm. admiſerunt, nec non Bernegg. in indice. Inepte *vale dicebat* propugnat Pitiſcus. In Tiber. C. 72. *Singulos valere dicentes*. Galb. C. 4. *Mane ſalvere, veſperi valere ſibi ſingulis diceret*. Totum igitur locum ex

ſam

Officia cum multis [1] mutuo exercuit: nec prius dies cujuſque ſolemnes frequentare deſiit, quam [2] grandior jam natu, & in turba quondam ſponſaliorum die vexatus. Gallum [3] Terrinium ſenatorem, minus ſibi familiarem, ſed captum repente oculis, & ob id inedia mori deſtinantem, praeſens conſolando revocavit ad vitam.

LIV.

ſententia Clar. J. Gronovii reformavi. Paullo ante *ſubmovente* peſſime exaratur quoque in Vindob. pr. Cort. V. Comm. & Cup. Obſ. IV, C. 8.

1 *Mutuo exercuit.*] Si vel unicus Codex (Varias enim lectiones a Cl. Erneſtio in addendis prolatas nullus credo e certo Cod. MS. eſſe deſumtas) exhiberet *mutua*, protinus id textui inmitterem ex communi doctorum virorum ſententia, & loco in V. Tib. C. XI. *mutuaque cum Graeculis officia uſurpans.* Graevius in majorem Ed. recepit, ſed in minore retinuit *mutuo*: uti eſt in MSS. omnibus, & Edd. praeter Burmannianam, & Erneſt. Nec aufim Latina e civitate expellere. Nam, licet Latinum non ſit, *dare, ſumere, petere, accipere pecuniam remve mutuo*, ſed *mutuam* [uti Gronov. L. III. de Pec. Vet. C. 1. & poſt eum multi docuerunt. Vid. Pricaeum ad Appul. Met. p. 226. & hic Burm. atque ad Quintil. L. V. Inſt. Orat. C. 10. p. 431. Cort. ad Sall. B. Cat. C. 29. ac reſtituendum Plinio L. 9. C. 55. *Hirrius coenis triumphalibus Caeſaris Dict. ſex milia numero muraenarum mutua adpendit.* Sic enim in duabus antiquiſſimis membranis Leidd. aliisque, non *mutuo*; & in eadem re Varro L. III. de R. Ruſt. C. 17. ſcripſit *in pondus mutua dedit.*] hinc tamen non ſequitur, adverbium *mutue* vel *mutuo* in omnibus locis, quibus ſubſtantivum nomen verbo additur, mutari debere in adjectivum, ut ut elegantius ita oratio inſtituatur. Certe ego contra MSS. non innovarem; ubicumque commode pro *viciſſim*, *invicem*, ac *muniis mutuis* explicari poſſit; ſicut hoc loco. *Mutuo* enim *exercere officia* idem eſt, ac *mutuo officiis reſpondere* Ciceroni L. V. ad Fam. Ep. 9. Sicut & paſſim *mutuo amare, diligere* &c. Contra ubi adjectivum eſt, & ſubſtantivo nomini jungitur, nequaquam mutandum eſt in Adverbium: ſicut temere profecto tentat Cel. Heumannus in Min. Fel. C. 2. *Quae per abſentiam mutuam de nobis neſciebamus* in Miſcell. Nov. Lipſ. Vol. V. P. 3. p. 482.

2 *Grandior jam natu.*] Cod. Harl. *grandiore jam ornatu.* Scribe cum Gronovio: *grandiore jam natu.* GRAEV. Gronovius non legebat *grandiore*, ſed *grandi e* MS. Torrent. cum vulgo tunc *grandior* ederetur. Ac *grandi* in contextu exhiberi curarunt Graev. J. Gronovius & Burm. ut eſt in Medic. pr. ſec. & Edd. Vett. praeter Romanas, quae *grandior* dant. *Grandi jam ornatu* habent Medic. tert. Polit. Vindob. pr. Exc. Voſſ. & duo Burm. atque unus Torr. Unde patet, trajectam modo eſſe ſyllabam *or*. Hinc revocavi aliorum Codd. in quibus Vindob. ſec. Cort. & Memmian. lectionem *grandior*; licet & alterum bene dicatur. V. Cap. 89. Ner. C. 34. Ter. Adelph. V, 8, 7. Phorm. II, 3, 15. & paſſim. & exſulat a Cort. & Edd. Rom. *quodam* habet Vindob. pr. ut conjecit Goeſius. Deeſt illa vox Mediceo ſec. a m. pr.

3 *Terrinium.*] Medic. pr. tert. *Terrinum.* Vindob. pr. *Terinium.* Cort. Ed. Rom. pr. *teterrimum.* Edd. Med. Cald. *Tertium.* V. Comm. *Tertinius* in inſcript. Lugdun. apud Grut.

LIV. In ſenatu verba facienti dictum eſt, *Non intellexi:* & ab alio, *Contradicerem tibi, ſi locum haberem.* Interdum ob inmodicas [1] diſceptantium altercationes e curia per iram ſe proripienti quidam ingeſſerunt, *Licere oportere ſenatoribus de Republ. loqui.* Antiſtius Labeo ſenatus lectione, quum [2] vir virum legeret, M. Lepidum, hoſtem olim ejus, & tunc exſulantem, legit: interrogatuſque ab eo, [3] an eſſent alii digniores, *Suum quemque judicium*

Grut. p. DLXIII. N. 7. *Tertii* ſaepe occurrunt. Mox inepte legitur in MSS. quinque apud Burm. item Mediceis tribus, Cort. & Edd ſeculi XV, excepta Bonon. *ob inediam.* Cogitare quis poſſet *ab inedia.* Sed in Tiber. C. 53. *mori inedia deſtinanti.*

1 *Altercationes diſcept.*] Vocum ordinem mutavi, ut vides, auctoribus Mediceis tribus, Exc. Cujac. Voſſ. *altricationes* in Ed. Rom. principe. Dein. *l. opportere cum ſenat.* Vindob. pr.

2 *Vir virum.*] *Triumvirum* S. GRON. In Pinell. ſic legebatur *Triumvirum l. M. L. h. o. e. & hinc exſulantem, interrogatus ab eo,* reliquis omiſſis. Quod efficit, ut ſuſpicer, verbum *triumvirum* eſſe gloſſatoris, ac licet rectius ſcribatur a Torrentio *vir virum*, melius tamen deleri: Cohaeret namque optime locus totus ſine eis hoc modo: *Antiſtius Labeo Senatus lectione cum legeret Marcum Lepidum, hoſtem olim ejus & tunc exulantem, interrogatus ab eo* &c. SCHEFFER. In nullo codice, ſi excipias unicum F. Urſini, forte Vaticanum (nam ex eo etiam margini Ed. Mediol. allevit Politianus) comparet lectio *vir virum.* Nihilominus recepetunt eam viri docti ex conjectura Torrentii & Cap. 35. Neque renuo. Vox tamen *triumvirum*, quae in MSS. omnibus & Edd. priſcis, (non *triumviratum*; ut citat Bertrandus in Labeonis vita p. 68.) reperitur, non temere proſcribenda videtur; Non alius enim hic Lepidus eſſe poteſt, quam triumvir olim, qui A. 718. victo Pompejo volens ſibi Siciliam retinere, circumventus ab Auguſto, omnibus dignitatibus praeterquam pontificis M. exutus, & Circejos relegatus eſt, hoſtis ſic ei factus: unde etiam A. 724. abſente in Aegypto Auguſto, Triumviri filius M. Lepidus contra Auguſtum conjurationem inierat; ſed oppreſſus a Maecenate punitus erat morte. Anno autem 736, quo Auguſtus, ut Senatum denuo legeret, ex ſententia Suetonii videtur permiſiſſe, *ut vir virum legeret*, quamquam Dio Caſſius aliter rem narrat L. LIV. p. 529, eſt nominatus ab Antiſtio Labeone M. ille Lepidus, adhuc pontifex M, ſed exſulans quoque. Nam errare videtur Dio p. 531. dicens, eum in urbe tunc invitum vixiſſe omnibus contumeliis expoſitum, & aliud quoque reſponſum dediſſe Auguſto, quam refert Suetonius. Vide, num locus hic corruptus, & luxatus ſic reſtitui poſſit. *Ant. Lab. ſen. lect. quum vir virum legeret, M. Lepidum hoſtem ejus, olim Triumvirum, & tunc exſulantem legit.* Alioquin Schefferi ſententiae non refragor. In MS. Vindob. pr. habetur *hoſtem ejus olim & elegit.* In Harl. *interrogantibuſque.*

3 *An eſſent alii digniores.*] Ironice ita interrogaſſe Auguſtus, & hoc ſenſiſſe Labeo videtur. Quare non opus eſt intrudi particulam *non* cum Stephano, Scriverio, Erne-

dicium habere, reſpondit. Nec ideo libertas, aut [1] contumacia fraudi cuiquam fuit.

LV. Etiam ſparſos de ſe in curia famoſos libellos, nec expavit, nec [2] magna cura redarguit. Ac, ne requiſitis quidem auctoribus, id modo cenſuit, cognoſcendum poſthac de iis, qui libellos aut carmina ad infamiam cujuſpiam [3] ſub alieno nomine edant.

LVI. Jocis quoque quorumdam invidioſis aut petulantibus laceſſitus contradixit edicto. Et tamen de inhibenda teſtamentorum licentia, [4] ne quidquam conſtitueretur, interceſſit. Quoties magiſtratuum comitiis intereſſet, tribus cum candidatis

tio, Bertrando & G. Grotio in vitis JCtorum p. 68, 87. qui viri docti exiſtimant, Labeoni nimiam libertatem in tantum fraudi fuiſſe, ut idcirco Conſul numquam factus ſit ex Tac. L. III. Ann. C. 75. Sed nihil id detrahit Suetonianae fidei, ut bene monet Cl. Erneſt. Dein *quemquam* in Vindob. ſec. & mox *defuit* pro *fuit* in Medic. ſec. Exc. Voſſ.

2 *Contumacia fraudi fuit.*] Contumacia non eſt indomabilis jactatio libertatis, ut vult Boxhornius, ſed contradicendi ſtudium & libido in cenſendo, cum in Auguſti ſententia non conquieſcerent, cui recte opponitur obſequium deforme. *Contumacia* enim Latinis eſt, quae barbaris *inobedientia*, ut & *contumaces*, qui male *inobedientes* dicuntur. GRAEV.

2 *Nec magna cura redarguit.*] Sic repoſui cum Torrentio ex codice Ferrarienſi. Res ipſa loquitur. Sic & deceſſor ejus Julius contemſit hos ſcurras. GRAEV. MSS. & Edd. priores, item Gronovii & aliorum miro conſenſu retinent &. Cl. Burmannus non male conjecit *aut*: ut praeceſſit, *nec ideo libertas, aut contumacia.*

3 *Sub alieno nomine.*] Male Torrentius conjecit *ſuo alienove nom.* Nemo enim ſubponitur tales libellos facere ſuo nomine: neque eo caſu vocari poterant libelli famoſi. Ac ſi qui ſuum nomen verum adpoſuerat, lege poterat reus injuriarum poſtulari ex L. XII. Tab. Vide praeter alios Scipion. Gentil. in Parerg. ad Pandect. L. II. C. 30. Ad *vel ſub alieno nomine* pertinent quoque, ut videtur, libelli ſine nomine. De Locutione *ſub nomine*, qua utitur auctor & C. 29. vide Cl. Burm. & Comm. ad Lucan. I, 405. *ſub Herculeo ſacratus nomine portus.* Ceterum *de his* rurſus MSS. plerique & Edd. Vett. & male pro *edant*, quod pendet a *cognoſcendum*, Steph. & Grut. e Cod. Urſ. dederunt *ederent*. V. ad C. 49. in f.

4 *Ne Senatus quicquam conſtitueret.*] Cod. Salm. *ne quicquam conſtitueretur.* GRAEV. *Ne q. conſtitueretur.* Ita MS. S. vulgo *ne Senatus quidquam conſtitueret.* Quae lectio cuſa eſt ab iis, qui naſute ſententiam ſatis apertam voluerunt facere apertiorem exprimendo Senatu. Sic ſcilicet cognoſcebatur magis, quis conſtitueret. GRON. Obſecutus Gronovio ejeci vocem *Senatus* refingendo *conſtitueretur*: Sic enim habet quoque Vindob. pr. Adhaec in Medic. pr. tert. Politiani

tis ſuis circuibat, ſubplicabatque more ſolemni. Ferebat & ipſe ſuffragium in [1] tribubus, ut unus e populo. Teſtem ſe in judiciis & interrogari, & refelli, aequiſſimo animo patiebatur. Forum anguſtius fecit, non [2] auſus extorquere poſſeſſoribus proximas domos. Numquam filios ſuos populo commendavit, ut non adjiceret, *ſi merebuntur*. Eiſdem praetextatis adhuc adſurrectum ab univerſis in theatro, & a ſtantibus plauſum, graviſſime queſtus eſt. Amicos ita magnos & potentes in civitate eſſe voluit, ut tamen pari jure eſſent, quo ceteri, legibuſque judiciariis aeque tenerentur. Quum [3] Aſprenas Nonius, artius ei junctus, cauſſam veneficii, accuſante Caſſio Severo, diceret; conſuluit ſenatum, [4] quid officii ſui putaret: *Cunctari enim ſe, ne, ſi ſupereſſet, eriperet legibus reum: ſin deeſſet, deſtituere ac praedamnare amicum exiſtimare-*

tian. Copeſ. Hulſ. exaratur *Et tamen ne de inhib. teſtamentorum licentia quidquam conſtitueretur*: in Vindob. ſec. exſtat *ne quicquam Senatus conſ.* indicio magno, eam vocem ſubdititiam eſſe. Male vero in Vindob. pr. ut in aliis quibuſdam legitur *jocorum* loco τῶν *teſtamentorum*. Intelligi autem *jocos, convicia & ſcommata* a Romanis ſolita ſcribi in nonnullos, quos vivi metuebant, vel exoſi exheredabant in teſtamentis ſuis, qualia etiam Fulcinius Trio teſtamento alleverat in Tiberium Macronem, ac praecipuos Libertorum Caeſaris, docuerunt viri eruditiſſimi hic & citatis per illos locis. V. & Dion. L. LVIII. p. 637. Mox in ſolo Medic. ſec. & Edd. quibuſdam recentioribus *circumibat*.

1 *Tribubus.*] Sic reſcripſi ex primo & ſecundo Palatino & MS. Alvari Nonni, probante Caſaubono & Grutero. Nam in duabus tribubus ſuffragium ferre poterat Auguſtus, ut patet ex cap. 40. GRAEV. *Tribubus* deſerte exaratur quoque in Vindob. ſec. & huc faciunt omnes MSS. in quibus exaratur *in tribus*: ut in tribus Mediceis, Vindob. pr. Cort. & Edd. Vett. Male Stephanus primus dedit *in tribu*. Ante in Vindob. pr. *ſupplicabat* ſine copula. Dein & *unus* Cort. & *ut unus* Medic. ſec.

2 *Auſus.*] Medic. pr. *audens*. Dein *adiceret* Medic. tres. Exc. Voſſ. *addiceret* Vind. pr. Tum male in Medic. pr. tert. & *adſtantibus*. in aliis conjunctum *aſtantibus* ſcribitur editurque.

3 *Aſprenas Nonius.*] Deſunt haec & ſeqq. uſque ad *cunctari* Vindob. pr. *Aſpernas Novius* Vind. ſec. V. Comm. & ad C. 43. Dein & *vinctus* Cort. *ei vinctus* Ed. Camp.

4 *Quid.*] *quod* S. GRON. Sic quoque Medic. pr. ſec. Cort. Cop. Harl. Edd. Rom. pr. Mediol. aliaeque habent. Quaſi ſenſus eſſet, quia putabat id officii ſui eſſe conſulere Senatum. Rectior eſt vulgata lectio, ſequentibus explicata. Dein *eripere* Ed. Lipſ. Junkeri contra MSS. & Edd. reliquos. Mox in-

maretur. Et, conſentientibus univerſis, ſedit in ſubſelliis per aliquot horas; verum tacitus, [1] & ne laudatione quidem judiciali data. Adfuit & clientibus: ſicut [2] Scutario cuidam, evocato quondam ſuo, qui poſtulabatur injuriarum. Unum omnino e reorum numero, ac ne eum quidem, niſi precibus, eripuit, exorato coram judicibus accuſatore, Caſtricium, per quem de conjuratione Murenae cognoverat.

LVII. Pro quibus meritis quantopere dilectus ſit, facile eſt [3] aeſtimare. Omitto Senatuſconſulta, [4] quae poſſunt videri vel neceſſitate expreſſa, vel verecundia. Equites Romani natalem ejus ſponte atque [5] conſenſu, biduo ſemper celebrarunt. Omnes ordines in lacum Curtii quotannis ex voto pro ſalute ejus ſtipem jaciebant: item Kalendis Januariis [1] ſtre-

terpolate Vindob. pr. *er. legibus curſum.* De locutione *eripere reum*, quam mox repetit, vide Graev. ad Flor. I, 3. *Abſtulit virtus parricidam.* & Drak. ad Liv. II, 54. *jure, an injuria eripiendos eſſe reos.* Tum *extim.* de more Cort. Edd. primae vel *aeſtimaretur. exiſtimarent* Medic. tert. Tandem *ſubſedit in f.* Vindob. pr.

1 *Et ne.*] Sic MSS. Burm. meique & Edd. Vett. non *ac.*

2 *Scutario.*] Sic manu exarati, vel veteribus typis expreſſi codices habent; niſi quod ſolus Vindob. pr. cum Edd. Lugd. Plant. & Torrent. det *ſcrutario.* Hujus Gentilis, vel ipſius L. SCVTARII mentio ſub Auguſto bis fieri videtur in Lapide magiſtratuum nomina ferente apud Gruter. p. CCXCIX. & Donium Cl. v. N. 4. ubi ſemel male L. SCRVTARIVS. Unde clariſſime liquet, proprium eſſe nomen, nec de *ſcutariis* militibus, aut artificibus, nec *ſcrutariis* vilibus ſcrutorum venditoribus eſſe cogitandum. Conſule Comm. *cuidam* exſulat e Cort. & Edd. Rom. ſed vide ad Ner. C. 3. Mox *ex r. n.* Vind. pr. Cort. Edd. Rom. Ven. Mediol. aliaeque & *Caſtritium* Med. pr. Vind. ſec. Ed. Camp. cum pluribus.

3 *Aeſtimare.*] Rurſus *extimare* Vind. pr. Cort. Edd. Rom. ſed *exiſtimare* Vind. ſec. ſive aeſtimatione facta judicare, ut paſſim alibi, & ſupra ſaepius. *quanto opere* rurſ. Ed. Burm.

4 *Quae poſſunt.*] *quia p.* S. GRON. Ita etiam Medic. tert. Polit. Copeſ. Exc. Voſſ. & Edd. aliquot. Dein *natale* Cort. Ed. Camp.

5 *Conſenſu.*] Cod. Salmaſ. *conceſſu*, GRAEV. GRON. *conceſſu* eſt in omnibus Mediceis, Vindob. utroque, Pinell. Copeſ. Exc. Cuj. Voſſ. & Ed. Ven. pr. ſive permiſſu ipſius Auguſti. Haec enim equitum celebratio ejus natalis diei erat privata, & diverſa a publico feſto, annuis circenſibus & venatione; de quibus Dio p. 545, 552. & alii. Sed nihilominus *conſenſu* retinere malim. Paſſim in Inſcriptionibus *ex*

[1] ſtrenam in Capitolio, etiam abſenti: [2] ex qua ſumma pretioſiſſima deorum ſimulacra mercatus [3] vicatim dedicabat: ut Apollinem Sandaliarium, & Jovem Tragoedum, aliaque. In [4] reſtitutionem Palatinae domus [5] incendio abſumtae, veterani, [6] decuriae, tribus, atque etiam [7] ſingillatim e cetero genere hominum, libentes ac pro facultate quiſque pecunias contulerunt; delibante tantummodo

conſenſu populi, provinciae, concilii. V. & Cap. 58. Burm. ad Tit. C. 6. *quaſi conſenſu.*

1 *Strenam.*] *ſtrenuam* S. GRON. Sic quoque Medic. ſec. tert. Copeſ. *ſtrennam* Vindob. ſec. V. ad Tib. C. 34. Paullo ante *Curti* Medic. ſec. Exc. Voſſ.

2 *Ex qua ſumma.*] qua ſcilicet conſtabant ſtrenae collationes; quae in inſcriptionibus *ſtipis* nomine quoque venit. Cl. Burmannus mallet delere *ſumma*; & ſi addicerent Codd. non refragarer: ut C. 52. *ex quis.* ubi V.

3 *Vicatim.*] Ex hac voce patet, Apollinis & Jovis cognomina non dicta fuiſſe ab eorum habitu, ut quidam viri docti exiſtimant & hinc e Cod. Pulm. cum Ed. Steph. *ſandaliatum* legunt: ſed ab hominum genere, quod illos vicos inhabitabat, & quibus praeſes erat, & deus tutelaris illic poſitus. Sub *aliis* intellige *Volcanum* in Lapide Gruteri, quod nomen nequaquam eſt mutandum, *Lares publicos* &c. *Salutis publicae*, *Concordiae*, *Pacis*, *imagines*. V. Comm. hic & ad C. 57. 91. item Dion. L. LIV. p. 545. Confundi autem non debet vicus Sandaliarius (in quo etiam habitabant librarii; teſte Gellio L. XVIII. C. 4. unde & illic dedicatus eſt Apollo; in Regione IV. ſeu templo Pacis) cum vico Apollinis, in Reg. X. ſive Palatio; ut hic fieri video in notis.

4 *Reſtitutionem.*] *Reſtitutione* S. GRON. Ita etiam Medic. duo, Vind. ſec. Exc. Cuj. Pin. probante Scheffero. Mihi ſecus videtur.

5 *Incendio abſumtae.*] Sic paſſim loquitur auctor de aedibus, quae incendio corruptae, & aliqua parte mutilatae ſunt: *Conſumtae*, quando plane evanuerunt. Vide C. 30. Ner. C. 31. Domit. C. 5, 20. Calig. C. 59. Et ſic alii. Palatinam autem Auguſti domum illo Palatinae regionis incendio non *conſumtam*, ſed *abſumtam*, & membris aliquot truncatam fuiſſe, patet C. 72. E gloſſa igitur videtur natum, quod exaratur in Medic. pr. tert. Politian. Copeſ. ac Hulſ. *abruptae*. Dio dicit p. 556. ἐμπεπρησμένα καὶ ποσὶ τὰ Παλατῖνα διαφθείραντος.

6 *Decuriae.*] In Vindob. ſec. 2 m. pr. *decuriones*; perperam. Per *decurias* enim intelligi magiſtratuum varios miniſtros, in *decurias* deſcriptos, ſaepius docuerunt viri docti: in primis H. Valeſius ad Amm. Marc. L. XXVIII, 6. hic jam citatus; & Comm. ad Claud. V. Cap. 1. *obviis ſcribarum decuriis*: quarum participes ipſi *decuriales* vocabantur; ſed & primi quorumcumque collegiorum & ſodalitatum *decuriones* dicti: ut ſaepiſſime in Inſcriptionibus.

7 *Sigillatim.*] Codex Salmaſii: *ſingillatim*. Et ſic ubique ſcribendum. Neque enim video ut ex hoc conficiatur, quia ex *ſignum* fiat *ſigillum*, ideo & ex *ſingulus*, *ſigillatim* naſci, ſed hoc potius ex *ſingulus*, *ſingillatim*. GRAEV. *Singillatim.*] Sic MS. S. vulgo *ſigillatim* aut *ſingulatim*. GRON. *Singillatim* Medicei omnes, Vindob. ſec. atque Exc. Voſſ. Vide ad C. 9. *et cet-*

modo eo ſummarum acervos, neque ex quoquam plus denario auferente. Revertentem ex provincia, non ſolum fauſtis ominibus, ſed & modulatis carminibus proſequebantur. Obſervatum etiam eſt, ne, quoties introiret urbem, ſubplicium de quoquam ſumeretur.

LVIII. Patris patriae cognomen univerſi repentino maximoque conſenſu [1] detulerunt ei: Prima plebs, legatione Antium miſſa: dein, quia non recipiebat, ineunti Romae ſpectacula frequens & laureata: mox in curia ſenatus: neque decreto, neque adclamatione; ſed [2] per Valerium Meſſalam. Is mandantibus cunctis, *Quod bonum*, inquit, *fauſtumque ſit tibi, domuique tuae, Caeſar Auguſte, (ſic enim nos perpetuam felicitatem Reipublicae* [3] *& laeta huic precari exiſtimamus.) Senatus te conſentiens cum populo Rom. conſalutat PATRIAE PATREM.*

te etiam Edd. Mediol. Cald. male. V. ad C. 49. *hominum genere* in Politian. concinnius. Mox prave *omnibus* Medic. duo, Cort. Edd. Med. Cald. aliaeque ex corruptione vocis *ominibus* perpetua. *Nominibus* fruſtra tentavit Torrent. hic & in Calig. C. 13. De *fauſtis ominibus* vide Heinſ. & Burm. ad Ovid. Met. L. VI, 448. *fauſto committitur omine ſermo.*

1 *Detulerunt ei. Prima plebs.*] Voculam *ei*, quam Cel. Burmannus abeſſe malebat, non agnoſcit Vindob. ſec. iſtamque plane inſitiam opinor. *Plebs prima* eſt in Medic. pr. *plebis* in Vindob. ſec. ut ſupra in Vind. pr. C. 40. ubi V. Tum *deinde* in Vindob. ſec. Periz. & Edd. primis aliiſque. Item *ſpectaculum* Med. tert.

2 *Per Val. Meſſallam id mand.*] Cod. Salmaſ. *per Val. Meſſ. is mand. cunctis.* Proba lectio, ſi juvetur interpunctione hac *per Valerium Meſſalam. Is mandantibus cunctis: Quod bonum, inquit, fauſtumque ſit tibi.* GRAEV. *Meſſallam. is mand.* Ita MS. S. vulgo *id* GRON. Certiſſimam emendationem cum interpunctione recepi, confirmante eas Mediceo tertio. In primo non adparet *τὸ id.* Res accidit Nonis Februariis A. V. DCCLII. non prius, nec ſerius. Neque opus eſt, ut cum Caſaubono in Grut. Inſcr. p. CCXXVI, 6. legamus TRIBVNICIA POTESTATE XXVIII; Suffecerit enim XXI. vel XXII. Nec plures numeri deeſſe videntur. Accepit autem titulum Conſulatu XIII. & Trib. pot. XXI. V. J. Maſſon. in Vita Horat. p. 240. &c. & Erneſt. in Excurſu; cui cave auſcultes vulgarem lapidis lectionem defendenti ficto provincialium errore. Quomodo enim illi de Auguſteo *patris patriae* titulo ſomniare potuerunt ante ejus delationem per Senatum? Alia ibidem addit vir Clariſſ. ex Pagio non minus falſa. Sed ea huc non pertinent.

3 *Et laeta huic.*] Particulam *huic* duriſſima trajectione alii jungunt *Reipublicae*; alii eam delent; alii *ordini* vel *Senatui* excidiſſe putant.

TREM. Cui lacrimans reſpondit Auguſtus, his verbis (ipſa enim, ſicut Meſſalae, [1] poſui) *Compos factus votorum meorum, Patres C. quid habeo aliud deos inmortales precari, quam ut hunc conſenſum veſtrum ad ultimum vitae finem mihi perferre liceat.*

LIX. Medico Antonio Muſae, cujus opera ex ancipiti morbo convaluerat, ſtatuam, aere collato, juxta ſignum Aeſculapii ſtatuerunt. Nonnulli patrum familiarum, teſtamento caverunt, ut ab heredibus ſuis, [2] praelato titulo victimae, in Capitolium ducerentur, votumque pro ſe ſolveretur, QUOD SUPERSTITEM AUGUSTUM RELIQUISSENT. Quaedam Italiae civitates diem, quo primum ad ſe veniſſet, initium anni fecerunt. Provinciarum pleraeque ſuper templa & aras, ludos quoque quinquennales paene oppidatim conſtituerunt.

LX. Reges amici atque ſocii, & ſinguli in ſuo quiſque regno, Caeſareas urbes condiderunt; & cuncti ſimul aedem [3] Jovis Olympii, Athenis antiqui-

tant. Ego elapſam arbitror vocem *Urbi*. Paſſim ſolet tota *Reſp.* & *Urbs* ſociari, quarum ſalutem pendere ait a ſalute *Auguſti* & *domus* ejus. Mox in Edd. veterrimis rurſus *extimamus* & *aeſtimamus*. Tum *tecum ſentiens* Politian. Vindob. ſec. Hulſ.

1 *Poſui.*] Vindob. pr. Cort. cum aliquot Torr. Pulm. Burm. MSS. & Edd. primis, ac Mediol. *appoſui*. Item *ipſe* in Periz. Cort. & Edd. Rom. De lacrimis prae gaudio obortis vide Comm. item Moll. ad Longi Paſtor. L. IV. p. 132, 133. Pric. alioſque ad Appul. L. 1. Met. p. 9. *Senſi naturalitus* (ſic enim MSS. Reg. & Oxon.) *quoſdam adfectus in contrarium provenire. Nam ut lacrimae ſaepicule de gaudio prodeunt*. Deeſt *ut* in Cort. In Mediceis & Exc. Cuj. Voſſ. *finem vitae*. Dein *ancipiti ex m.* Ed. Camp.

2 *Praelato titulo, victimae.*] Ita MS. S. vulgo *victimae titulo*. Idem de ſuis MSS. teſtatur Torrentius. Sed etiam MS. *victumae*. GRON. Hoc ordine, quem recepi, voces iſtae locantur etiam in Palat. tribus & Hulſ. item Mediceis ſec. ac tert. Polit. Vindob. utroque, Exc. Cuj. Voſſ. & Ed. Steph. Paullo ante *familiarum* ſuperſcriptum modo in Medic. pr. *familiarium* Edd. Mediol. pr. Cald. cum aliis male. V. Burm. & me ad Caeſ. L. 1. C. 14. Hirt. B. Alex. C. 58. ubi dein *familiarum* diſerte inveni in Ed. Veneta A. 1471. *ſolverent* Vindob. pr. Polit. *atque ſocii* deſunt Cort. *ſocii* & exſulant Edd. Rom. De voce *quiſque* hic ad eas Cl. Erneſt.

3 *Jovis Olympici.*] Cod. Salm. *Jovis Olymphii*. leg. *Olympii* GRAEV. *Olymphii* S. & adſcripſit (leg. *Olympii.*) Quod verum eſt, legitur-

tiquitus inchoatam, perficere communi sumtu destinaverunt, Genioque ejus dedicare: ac saepe regnis relictis, non Romae modo, sed provincias peragranti quotidiana officia togati, ac sine regio insigni, more clientium praestiterunt.

LXI. Quoniam qualis in imperiis ac magistratibus, [1] regendaque per terrarum orbem pace belloque Rep. fuerit, exposui: referam nunc interiorem ac familiarem ejus vitam, quibusque moribus atque fortuna domi & inter suos egerit, a juventa usque ad supremum vitae diem. Matrem amisit in primo consulatu, sororem Octaviam, [2] quinquagesimum & quartum agens aetatis annum. Utrique quum praecipua officia vivae praestitisset, etiam defunctae honores maximos tribuit.

LXII.

que in pluribus MSS. vulgo *Olympici*. GRON. *Olympii* confirmatur a Mediceis pr. tert. Vindob. sec. V. ad Calig. C. 22. Drakenb ad Liv. L. XXIV. C. 21. *Incoatam* Vind. pr. V. ad Caes. C. 46. Dein *sine regno inf.* Vind. pr. a m. pr. & *clientum* Cort. Edd. Camp. Med. aliaeque. V. Burm. & Drak. ad Liv. L. XXIII. C. 3. §. 2.

1 *Regendaque per terrarum orbem pace belloque Rep.*] Intricata & scabra non inmerito videtur haec locutio. *Regenda* sine *que* exaratur in Vindob. pr. ut ediderunt Lugd. Junt. Ald. Steph. jungentes *in imperiis ac magistratibus regenda rep.* verum tam longe continuata periodus minus placet. *Regere pace belloque remp.* explicat munera *Imperatoris* & *magistratus*. Celeb. Burmannus abundare existimat τὸ *per terrarum orbem*. Quid? si insertam credamus vocem *Rep.* per librarios non percipientes elegantissimam locutionem *regenda pace belloque*: quae est egregia descriptio unici in terrarum orbe Imperatoris & summi στρατηγοῦ. Temporis autem ordinem observat Suetonius, ut in superioribus; Nam primum in imperio fuit, dein Magistratus quoque gessit, & tandem pace belloque remp. rexit, vel per totum terrarum orbem pacem ac bellum rexit, regum quoque & sociorum arbiter, ut Cap. 48. Crebro sic dicitur *pacem bellumque regere*. Adi congesta a me ad Caes. L. VI. B. G. C. 17. Et sic restituendum forsan etiam Ovidio, L. III. Am. 8, 53.

Omnia possideant. Illis Campusque Forumque
Serviat. Hi pacem crudaque bella regant.

Vulgo *gerant*: quod minus ibi locum habere videtur. *Rem gere* & *rem rege* commutantur quoque in Tib. C. 21. Nihilominus tam illis locis, quam hic, temere contra MSStos quidquam innovari nolim.

2 *Quinq. & quartum agens aetatis annum.*] Natus enim A. U. DCXCI. sororem amisit A. U. DCCXLIII. Q. Aelio Tuberone, Paullo Fabio Maximo Coss. V. Dion. p. 544, 546. Epit. Liv. 138. & Fastos. *Aetatis* exsulat a Medic. tert. nec comparet, nisi in marg. Vindob. pr. nec solet in hac constructione addere auctor. In Caes. C. 1. *Annum agens sextum decimum*;

Aug.

LXII. Sponſam [1] habuerat adoleſcens P. Servilii Iſaurici filiam: ſed reconciliatus poſt primam diſcordiam Antonio, [2] expoſtulantibus utriuſque militibus, ut & [3] neceſſitudine aliqua jungerentur, privignam ejus Claudiam, Fulviae ex P. Clodio filiam, duxit uxorem, vix dum nubilem. Ac ſimultate cum Fulvia ſocru exorta, dimiſit intactam adhuc, &. virginem. Mox Scriboniam in matrimonium accepit, nuptam ante duobus conſularibus, [4] & ex altero etiam matrem. [5] Cum hac quoque divortium fecit, pertaeſus, ut ſcribit, morum perverſitatem ejus: ac ſtatim Liviam Druſillam matrimonio Tiberii Neronis, & quidem praegnantem, abduxit, dilexitque, & probavit unice ac perſeveranter.

LXIII.

Aug. C. 8. *Duodecimum annum agens.* Aliud eſt *hoc* vel *illo aetatis anno.* Perinde tamen.

1 *Habuit.*] Ita reſctibi juſſit Cel. Burm. ex tribus Torrent. item Periz. & Harl. Codd. atque Edd. vetuſtiſſimis, & conſentiunt Vindob. pr. ac Cort. Verum in reliquis omnibus Polit. Urſ. Grut. Caſaub. Pulm. Mediceis, ceteriſque melioris notae codicibus exaratum eſt *habuerat.*

2 *Et poſtulantibus.*] *Expoſtulantibus* S. GRON. Cum Burmanno reſtitui *expoſt.* auctoribus MSS. meis omnibus, ſi forſan Vindobonenſes excipias, & Edd. Caſaubono prioribus. Mox *ex nec.* male Edd. Vett.

3 *Neceſſitudine.*] Pinell. *neceſſitate*, non *neceſſitudine*, quod videtur ex gloſſa veniſſe in textum, ut apud alios ſcriptores locis plurimis. *Neceſſitatem* pro *neceſſitudine* uſurpatam optimis ſcriptoribus, jam pridem docuit Gellius XIII, 3. qui hic legendus eſt. SCHEFFER. Uni Codici tantum non eſt tribuendum in perpetua harum vocum confuſione. Vide ad Caeſ. L. I. B. Civ. C. 8. *Reip. commoda privatis neceſſitatibus potiora.* ad Liv. L. VIII. C. 3. *Neceſſitudinibus conjunctos.* Adhaec hac in re ſemper *neceſſitudinem* adhibet Sueronius; & paſſim cum aliis *neceſſitudine jungi* dicit: ut in hac ipſa vita C. 17, 48, 56. unde liquet etiam τὸ *unirentur*, quod pro *jungerentur* exſtat in Mediceis pr. tert. Politian. Vindob. ſec. Copeſ. nihilominus eſſe malum & Latinitatis corruptae. In Livio quoque *adunare* pro *adjungere* dederunt librarii quidam V. Drak. ad L. XXXII. 30. §. 6. *Uxorem* deeſt Cort. Ed. Camp. & *vixtum* Med. pr. Exc. Voſſ. Sed V. ad C. 8. Tum *ortu* Med. pr. tert. Exc. Voſſ. Vind. ſec. & Copeſ.

4 *Et ex altero etiam matrem.*] Malim deleri τὸ & cum Politian. Copeſ. & Exc. Voſſ. *aſſumpſit* pro *accepit* legas in Vindob. ſec. & Hulſ. Ipſe autem tunc A. DCCXIV. natus erat XXIII. annos, atque intra annum poſt partum Juliae, eodem die dimiſit, jam captus amore Liviae, quam initio A. DCCXVI, elocante quaſi vero ipſo marito Nerone, duxit. V. & C. 69. Dion. p. 366, 377, 383. Vellej. II, 79. & Comm.

5 *Cum hac etiam div. fecit.*

LXIII. Ex Scribonia Juliam, ex Livia nihil liberorum tulit, quum maxime cuperet. Infans, qui [1] conceptus erat, inmaturus eſt editus. Juliam primum Marcello, Octaviae ſororis ſuae filio, [2] tantum quod pueritiam egreſſo; deinde, ut is obiit, M. Agrippae [3] nuptum dedit: exorata ſorore, ut ſibi genero cederet. Nam tunc Agrippa alteram Marcellarum habebat, & ex ea liberos. Hoc quoque defuncto, [4] multis, ac diu, etiam ex equeſtri ordine, circumſpectis conditionibus, Tiberium privignum ſuum elegit: coëgitque praegnantem uxorem, & ex qua jam pater erat, dimittere. M. Antonius ſcribit, *Primum eum Antonio filio ſuo deſpondiſſe Juliam: dein* [5] *Cotiſoni Getarum regi: quo*

Quoniam praecedit *etiam*, reſcripſi fide Mediceorum trium, Politian. Exc. Voſſ. & marg. Torrent. *quoque*. Vindob. pr. *cum qua*. Dein Medic. tert. *Tiberi*, & vitioſe *adduxit* uterque Vindob. uti idem vitium eſt C. 69. & ſaepe. *ac probavit* Medic. & Pulm. duo & Edd. aliquot.

1 *Conceptis.*] Ridicule quidam intelligunt Druſum Liviae & Tiberii Claudii Druſi filium, cum is maturus ſit editus, & Claudii Imp. fuerit pater celeberrimus. Clare agit auctor temporis ordinem ſequens de infante, qui a Livia, ex ipſo Auguſto jam juſto marito conceptus, ſed abortu editus erat, ut hoc loco bene vidit Cel. Burmannus. Dum initio vitae Claudii prave capit de Druſo, & *inmaturum* exponit, ratione matrimonii cum Auguſto initi, ac *trimeſtrem* ſic editum.

2 *Tantum quod.*] Hanc Torrentii aliorumque emendationem confirmant Medic. tert. Politian. Periz. Vindobon. uterque. In aliis & Edd. Vett. *tantumque*, crebra corruptione. V. Comm. & in Ner. C. 5. Veſp. C. 5. uti & ad Liv. L. XXXIV. C. 5. Appulej. de Deo Socratis. *Enim ſemper illis victus omnis in terra* &c. *tantum quod aëra proximum terrae volitando transverberant.* Sic MSS. non *eſt enim*, & *tantumque*. Adeundus illic Mercerus.

3 *Nuptum dedit.*] Sic recte cum Stephano Caſaubonus, & ſeq. ex optimis MSS. ediderunt. ante *nuptui*. Confirmant *nuptum* Memm. Medicei, Politian. Vindob. ſec. Pin. Conſule de hoc ſupino Cl. Drakenb. ad Liv. L. 1. C. 49. *Ei filiam nuptum dat.* Caeſ. 1. B. G. 18. *Nuptum in alias civitates collocaſſe ſororem* &c.

4 *Multis ac diu.*] Ica exhibent quoque Memm. Medicei, Polit. Vindob. Male *ac* deeſt Cort. Edd. Rom. Mediol. aliiſque. V. Burm. Flor. L. II. C. 3. Cic. L. XVI. ad F. Ep. 26. *Isque diu & multis lucubrationibus commentata oratione*: Mox *elegit* repoſui, ut habent MSS. omnes, etiam Memmian. & Edd. ante Graevium, qui tacitus cum Gronovio edidit *legit*, ut Burm. monuit. *Suo* mox abeſt a Vind. pr. *deinde* in Cort. Vind. ſec. Edd. Camp. Med. Cald. aliiſque.

5 *Cotiſoni.*] Cod. Salm. *Coſoni*, GRAEV. *Coſini* S. GRON. Immo vero *Coſoni*, ut Graevius ſcribit. Quia Salma-

quo tempore ſibi quoque invicem filiam regis in matrimonium [1] *petiſſet.*

LXIV. Nepotes ex Agrippa & Julia tres habuit, [2] Cajum, Lucium, & Agrippam: neptes duas, Juliam & Agrippinam. Juliam L. Paullo Cenſoris filio, Agrippinam [3] Germanico ſororis ſuae nepoti collocavit. Cajum & Lucium adoptavit, domi per aſſem & libram emtos a patre Agrippa: teneroſque adhuc [4] ad curam Reip. admovit: & conſules deſignatos circum provincias exercituſque dimiſit. Filiam & neptes ita inſtituit, ut etiam laniſ-

maſius minutiſſime exaravit litteram o, & in Medic. pr. ac tert. exſtat *Coſini*, deceptus eſt Gronovius. *Coſini* habent quoque Politian. Vindob. ſec. *Genitarum* Medic. pr. *Geriſtarum* Vind. ſec.

1 *Petiſſet.*] Ita MS. S. vulgo *petiſſe* aut *petiiſſet* GRON. Caſaubono placuit contra MSS. *petiiſſe*: quia falſum eſt, Auguſtum umquam ſibi petiviſſe filiam Cotiſonis: adeoque ad Antonium id verbum eſſe referendum cenſuit; ſed recte rogat Scriverius *petiiſſe* retinens: *Nonne potuit tamen Antonius falſa Auguſto objicere?* Ita certe aliquoties egit Antonius, & vox *invicem* demonſtrat, de Auguſto, non Antonio, eſſe capiendum verbum *petiſſet*, ut bene advertit Schildius. Per unicum *i* exhibent quoque Medicei, Polit. Vindob. pr. Cort. Periz. cum aliis & Edd. primis, Mediol. aliiſque veteribus. V. ad Caeſ. C. 30. *niſi ab exercitu auxilium petiſſem.*

2 *Cajum Lucium* &c.] In MSS. Pulm. omnibus Mediceis, Exc. Voſſ. Polit. Vindob. utroque, Cort. Periz. a m. ſec. & Edd. Rom. Ven. Med. aliiſque legitur *Cajum & Lucium & Agr.* Pro *Agrippinam* male *Agrippam* Vindob. pr.

3 *Germanico ſororis ſ. nepoti.*] Ineptit admodum Pitiſcus ſcribens, *quia filius fuit Antoniae minoris, quam duxerat Druſus Liviae filius.* Id verum quidem eſt ſed ideo non erat nepos *ſororis* Auguſti Octaviae, verum *uxoris* Liviae; uti eſt in Edd. Froben. monente Torrentio. Sed contra MSS. Nam idem Germanicus filius Druſi, privigni Aug. & Antoniae minoris, erat nepos Octaviae Sororis Aug. Minor enim Antonia ex M. Antonio Triumviro & Octavia erat nata. Quod eſt notiſſimum. V. Plut. in Anton. p. 955. Tac. Ann. 1, 41. &c. & Godefr. Peſchwitzii Comment. de Familia Caeſarum Auguſta apud Fabricium de Gen. & Fragm. Aug.

4 *Ad curam Reipub.*] In Mediceis pr. ac. tert. legitur *curae Reip.* ſed contra Suetonii ſtylum. V. Burm. Contra mox *ad lanificium* eſt in aliis, item Cort. & Ed. Camp. ut apud Livium L. III. C. 52. §. 11. *ad ſupplicia Patrum plebem adſuefaciant.* Caeſ. L. VI. B. G. C. 26. *adſueſcere ad homines*, ſed *adſueſcere Reip.* dixit C. 38. & Eginhart. Suetonium, ut ſolet, imitatus in V. Car. M. C. 19. *filias vero lanificio aſſueſcere.* Poteſt etiam hic eſſe Ablativus. Vide Comm. ad Liv. L. XXIV. C. 48. §. 12. & notas ad Veget. L. 1. C. 9. *ad curſum adſuefaciendi*; ubi in MSS. eſt *curſu*: in Miſc. Obſ. V. VI. p. 565. Tacit. L. XII. Ann. C. 5. *luxui aut voluptatibus adſuefactus.* In MS. Bodlej. *luxu.* Mox *palam* Cort. & Ed. Rom. princ. cum aliis.

In

nificio adſuefaceret; vetaretque loqui, aut agere quidquam, niſi propalam, & [1] quod in diurnos commentarios referretur. Extraneorum quidem coetu adeo prohibuit, ut [2] L. Vinicio, claro decoroque juveni, ſcripſerit quondam, *Parum modeſte feciſſe eum, quod filiam ſuam Bajas ſalutatum veniſſet.* Nepotes, [3] & litteras & natare aliaque rudimenta per ſe plerumque docuit: ac nihil aeque [4] cla-

In margine autem MS. Periz. legitur *adſueſceret* active: Vide ad Lucan. L. v, 776. & Vellej. L. II. C. 79.

1 *Quod.*] Abeſt a MS. S. GRON. item Medic. tertio. Dein *in diurnos* prave Medic. ſec. tert. Vindob. pr. Periz. Cort. & alii, frequenti errore. V. Drak. ad Liv. IV, 12. V, 28. Sic crebro in Appuleji Codd. variatur. Mox minus bene *coetum* in Medic. pr. & tert.

2 *L. Tucinio.*] Adſcripſerat Giphanius: *forte Vinicio*, de quo infra Cap. 71. SCHEFF. *L. Vicinio* aut *Fucinio* S. GRON. *L. Vicinio* in Medic. ſec. *Lucinio* Medic. pr. & tert. *L. Lucinio* Polit. *L. Licinio* Vindob. utroque. *L. Vicino* Exc. Voſſ. *L. Tucinio* Cort. Edd. Rom. Med. & aliis. V. Comm. *Vinicio*, ut correxerunt viri docti, retinendum judico: quamquam *Licinia* gens fuerit clariſſima. Supervacua vero Boxhornii eſt conjectura mox legentis *parum honeſte.*

3 *Et litteras & natare.*] Perſuaderi mihi nequit Auguſtum, qui corpore erat inbecillo & coxendice, femore ac crure ſiniſtro parum valebat, ut tradit auctor C. 80, in tanta imperii majeſtate *per ſe* docuiſſe nepotes *natandi artem*, quamvis non publico, ſed privato loco id factum quis velit ſtatuere: praeterea duo ſequentia *aliaque rudimenta; & chirographum ſuum* debent pro more & ſtylo Suetonii reſpondere duobus enunciatis praecedentibus. Quare omnino lubens accedo Lipſii, Caſauboni, Barmanni & Erneſtii ſententiae, legi ſuadentium *notare* ſive ſumatur pro notitia ſcribendi per notas, ſive in genere pro ſcribendi arte, ut *litteras docuit* ſignificet earum lectionem, & *alia rudimenta*, quae ad intelligendum librum pertinent; At *docuit notare eas* deſignet ſcripturae notitiam, in qua voluit eos imitari ſuam manum ſeu chirographum. Sed tum videtur aliquid inſuper deeſſe, ſive verbum *litteris* ſive pronomen verbo *notare* jungendum, niſi quis conjiciat ſcriptum fuiſſe &, ſive *etiam*, *litteras enotare*, ſeu effingere; ut de ſola ſcriptura haec ſumantur, & *alia rudimenta* de reliquis Grammaticae partibus, *aliaſque* eſt in Medic. pr. Quidquid ſit, vulgatum *natare* fluxit e librarii cerebro, qui proverbium illud novit, *neque litteras neque natare.* ſed quod hic locum non habet, conſpicuum tamen in omnibus MSS. forſan etiam ob praecedens *Bajas*, locum natationibus celebrem. Eadem confuſio eſt apud Lucan. L. IX, 954. *& amore notatum Aequor*: ubi adhuc ex duobus MSS. & primis aliiſque Edd. & ſuffragatione Cl. Withovii in Encaen. Crit. p. 109. praefero *natatum* ob apertam Statii imitationem L. I. Silv. III, 27. *Seſtiacos nunc fama ſinus, pelaguſque natatum Jaſſet.* Significat autem *prae amore* vel *propter amorem*: ut Catullo C. 14. *Munere iſto Odiſſem te odio.* i. e. propter munus. Sed de eo loco alias pluribus.

4 *Laboravit.*] Codex quoque Salm. *elaboravit* GRAEV. *Elab.* Sic MS. S. vulgo *laboravit* GRON. it

elaboravit, quam ut imitarentur [1] chirographum suum. Neque coenavit una, nisi [2] ut in imo lecto adsiderent: neque iter fecit, nisi ut vehiculo anteirent, aut circa adequitarent.

LXV. Sed laetum eum atque fidentem & sobole & disciplina domus, Fortuna destituit. Julias, filiam & neptem, omnibus probris contaminatas relegavit. Cajum & Lucium in duodeviginti [3] mensium spatio amisit ambos; Cajo in Lycia, Lucio Massiliae defunctis. Tertium nepotem Agrippam, simulque privignum Tiberium adoptavit in foro, lege Curiata. Ex quibus Agrippam brevi, ob ingenium [4] sordidum ac ferox, abdicavit, seposuitque

ita quoque Torrent. Burm. Codd. & tres Medicei, Politian. & Edd. Vett. usque ad Basil. post. atque compositum istud non fastidiendum fuisse jam dudum monuerat J. F. Gronovius. Idem restituendum est Senecae Ep. 15. *Quidquid ars ulla luxuriae elaboravit.* Sic enim in quatuor Leid. Biblioth. membranis, non *lab.* V. etiam Burm. ad Neron. C. 41.

1 *Chirographum.*] *Cyrographum.* S. GRON. Sic etiam Med. sec. tert. V. ad Cal. C. 12.

2 *Ut in imo lecto adsi.*] Abest vo' ut praeterquam ab aliorum libris, sic etiam Medic. tribus, Exc. Voss. Cort. Edd. Camp. Gryph. Malim *in* cum Vindob. pr. & Lipsio ac Torrentio deleri. Mox *uno* in Vindob. sec. a m. pr. Ed. Camp. Med. aliisque, prave. Dein *aut vehiculo* Cort. & *circum* Vindob. pr. Sed vide ad C. 40. Tum *sobole* Exc. Voss. & Edd. qq. *Laetum eum* agnoscunt MSS. omnes. Adi Cap. 7. Julii.

3 *Mensium.*] Bene monet Cel. Burmannus in Exc. Cujacii exhiberi *mensum.* Passim ita antiquissimi Codd. praebent. Vide quae congessi ad Caes. L. 1. B. G. C. 5. *Trium mensium molita cibaria.* Gron. ad Gell. L. 1. C. 25, *induciis mensum aliquot.* Graev. ad Cic. L. VII. Ep. 17. ad F. *primorum mensum.* Drak. ad Liv. L. XXXIX. C. 3. Bunemann. ad Lactant. Phoen. vi. 17. Neque aliter inveni in duobus vetustissimis MSS. Voss. in fine Timaei Ciceroniani, *mensum annorumque conversiones.* Lib. II. de Leg. C. 7. *mensum temperatio.* Sic tres membranae antiquissimae Leidd. exaratum habent. Nec secus in venerandis membranis Plinii L. VII. C. 5, II. VIII, 51. & alibi. Item apud Veger. L. II. C. 5. Recte autem calculos subducit Suetonius. Lucius Massiliae obiit A. U. DCCLV, 20. Augusti. Cajus Limyrae in Lycia A. U. DCCLVII. 21. Febr. Nec tamen corrigendus locus in Tib. C. 15. *intra triennium*: ut docent ex annorum numeris Pagius, Norisius, aliique; aut Velleji L. II. C. 102. *Cum ante annum ferme L. Caesar Massiliae obiisset.* Hic enim *ferme* significat *aliquanto plus*: uti & alibi *fere.* Adi Drakenb. ad Liv. L. 1. C. 40. Ceterum *in Massilia* habent Vindob. sec. Hals.

4 *Sordidum.*] Optime codex Salmasianus, *ob ingenium scordalum.* Sic & alibi Seneca loquitur, praeter locum a Schildio laudatum, in Ep. 83. *Tullius Cimber & nimius erat in vino & scordalus.* Et in

Sua

que Surrentum. Aliquanto autem patientius mortem, quam dedecora, ſuorum, tulit. Nam Caji Luciique caſu non adeo fractus, [1] de filia, abſens, ac libello per quaeſtorem recitato, notum ſenatui fecit; abſtinuitque congreſſu hominum diu, prae pudore: etiam de necanda deliberavit. Certe quum ſub idem tempus una ex conſciis liberta, [2] Phoebe nomine, ſuſpendio vitam finiſſet: *Maluiſſe ſe*, ait, *Phoebes patrem fuiſſe*. Relegatae, uſum vini, omnemque delicatiorem cultum, ademit: neque adiri a quoquam libero, ſervove, niſi ſe conſulto, per-

Suaſor. 7. de M. Tulli filio: *Erat autem etiam, ubi pietas non exigeret, ſcordalus*, ex J. Fr. Gronovii emendatione. *Sordidi* Latinis ſunt avari. Sed avaritia numquam fuit in Agrippa notata, verum robore corporis ſtolide ferocem fuiſſe Tacitus tradit. Hoc vero eſt *ſcordalus*. GRAEV. *ſcordalum & ferox*. ita puto legi debere. Salm. Ut non videatur haec mutatio ex MS. libro, ſed Salmaſii conjectura non ſane admittenda. Sic in eadem pagina ad cap. 77. adſcripſit (*omnino leg. frigoris.*) Id non oportet attribui codici MS. Memmiano. GRON. In nullo codice adparet varietas; & recte Gronovius obſervavit, *ſcordalum* Salmaſii conjecturam eſſe, non ſcriptam lectionem. *Sordidum* hic expono quovis modo inhoneſtum, ac diſciplinae domus Auguſtae non reſpondens. V. Boxhorn. Burm. Erneſt. Cic. L. II. de Off. C. 14. *Duri enim hominis vel potius vix hominis videtur periculum capitis inferre multis. Id cum periculoſum ipſi eſt, tum etiam* ſordidum ad famam, *committere, ut accuſator nominetur*. Vocem *brevi* non agnoſcit Cort. Arrogatus eſt A. U. DCCLVII. relegatus A. U. DCCLX. Mox *aliquanto etiam* Vindob. ſec. *aliquando* Ed. Cald.

1 *De filia.*] Exc. Cujac. *de filiae*. A Mediceo pr. exſulat *ac*, & in Vindobon. pr. *necanda ea*.

2 *Phoebe.*] *Foede* & *Foedes*. S. GRON. Nihil certius eſt Pulmanni correctione, quam ex Dionis L. LV. p. 555. ad Ed. Dolet. marginem adlevit etiam Giphanius, *Phoebe* vel *Foebe*, licet in omnibus tum aliorum tum meis Codicibus ſcribatur *Foed.* vel *Fed.* Vide etiam Clar. Burmannum. Sed & *nomine* deſideratur in omnibus Gruteri membranis, nec non Mediceis, Vindob. pr. Pinell. Exc. Cujac. & Voſſ. Edd. Ven. Mediolan. Cald. aliisque. Quare ſic lego, & diſtinguo *una ex conſciis, liberta Phoebe*. Mox in Medic. tertio legitur *Foede patrem*, uti & in Gruterianis MSS. & Cort. *Fedae* vel *Foedae*; quaſi Latino more fuiſſet: *Phoebae patrem*, uti alibi *Aganippae, Andromedae, Antigonae, Antiopae, Antiphilae, Arachnae, Ariadnae, Arſinoae, Circae, Cybelae, Dionae, Dircae, Eriphylae, Hecatae, Helenae, Hermionae, Heſionae, Niobae, Pamphilae, Paſiphaae, Penelopae, Perſephonae, Semelae*. Quas terminationes partim e vetuſtis membranis reſtituerunt viri docti, partim ego quoque in optimis multorum auctorum codicibus paſſim inveni: de quibus alias opportuniore loco. Vide & ad Neron. C. 12. *Paſiphaan*. C. 21. *Nioban*. Mox *a quoquam* edidi ex MSS. quod ſciam, omnibus, ſi Memmianum

permiſit: & ita ut certior fieret, qua is aetate, qua ſtatura, quo colore eſſet, [1] etiam quibus corporis notis vel cicatricibus. Poſt quinquennium demum ex inſula in continentem, [2] lenioribusque paullo conditionibus, tranſtulit eam: nam, ut omnino revocaret, exorari nullo modo potuit, deprecanti ſaepe populo Romano, & pertinacius inſtanti, *tales filias taleſque conjuges* pro concione inprecatus. Ex nepte Julia, poſt damnationem, editum infantem [3] agnoſci alique vetuit. Agrippam nihilo [4] tractabiliorem, immo in dies amentiorem, in inſulam tranſportavit, ſepſitque inſuper cuſto-

num excipias, & Edd. Caſaubono, qui *quopiam* exhibuit, prioribus. *a quoquam adiri* Medic. pr. *Liberto* male operarum, ut opinor, vitio eſt in Ed. Burmanni. *Servoque* in Medic. pr. ſec. utroque Vindobon. Harl. Periz. Cort. & Edd. ante Gryph.

1 *Etiam quibus corporis notis vel cicatricibus.*] Torrentius hoc ideo voluiſſe obſervari & ſcire Auguſtum conjicit, ut inde adulterinos partus poſſet cognoſcere. Sed cicatrices parentum liberi referre non ſolent, raro quoque notas, quamvis de ingenuis illis notis exempla quaedam ſint, ut Seleucidarum. Potius igitur hoc Auguſtum exiſtimo mandaſſe, ut cum ipſi conſtaret de iis, qui ante filiam adierant, reſcire etiam poſſet ex cuſtodibus appoſitis filiae, iidemne eſſent, qui illam adirent, an vero alii ſub eorum nomine. GRAEV. Cl. Erneſti putat, id factum, ut conjectura capi poſſet, an verendum, ne ejus amore caperetur Julia, nec ne.

2 *Lenioribuſque.*] In Medic. pr. Vindobon. ſec. Cort. Hulſ. & Ed. Rom. pr. pluribusque apud Burm. eſt *levioribus*, quod praeplacet Caſaubono ad C. 51. *levi exſilio*. Nihil in perpetua harum vocum verborumque *lenire* ac *levare* permutatione hic mutandum opinor. Sic enim crebro *lenior ſententia*, *poena*, & ſimilia pro *mitiori* dicuntur. Liv. L. XXXVIII, 23. *Ad leniendam indignitatem injuriae reditus ad ſuos mulieri facit*. Quomodo & *lenire invidiam* aliquoties occurrit. Mox *exhortari* pro *exorari* Cortian.

3 *Agnoſci.*] *Adcognoſci* S. nec dubito id exſtare in pluribus Suetonii MSS. exemplaribus, quum ille ſit ſtilus ejus. Itaque in contextum deberet id merito recipi, perinde ut in Galbae cap. 7. dicit *adaquari*. Tale apud alios *adimplere*. GRON. Decompoſitum *adcognoſci* confirmant Medic. tert. Politian. Vindobon. pr. ac plurimi codices. In Claud. C. 10. *quisnam eſſet*, *adcognovit*. Item gloſſae Vett. *Adcognoſcit*, ἐπιγινώσκει. nec non MSS. Petronii & Quinctil. Vide Burmann. & Falſter. in Suppl. L. Latinae. Sed forſan id decompoſitum modo natum eſt ex veteri ſcriptura *adgnoſco*. Nam rurſus in Claud. C. 15. *feminam non agnoſcentem filium*: in Medic. pr. *adcogn*. Hic *accogneſci* Medic. ſec. *cognoſci* Exc. Voſſ.

4 *Tractabiliorem.*] Ovid. Remed. 123.

Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte
Reſpuit, atque odio verba monentis habet.

custodia militum. Cavit etiam senatusconsulto, ut [1] eodem loci in perpetuum contineretur: atque ad omnem & ejus & Juliarum mentionem ingemiscens, proclamare etiam solebat,

Αἰθ' ὄφελον ἄγαμός τ' ἔμεναι, ἀγονός τ' ἀπολέσθαι!

nec aliter [2] eos adpellare, quam tres vomicas aut tria carcinomata sua.

LXVI. Amicitias neque facile admisit, & constantissime retinuit, [3] non tantum virtutes, ac merita cujusque digne prosecutus, sed vitia quoque & delicta, dumtaxat modica, perpessus. Neque enim temere, ex omni numero, in amicitia ejus adflicti reperientur, praeter Salvidienum Rufum, quem ad consulatum usque, & [4] Cornelium Gallum,

1 *Eodem loci.*] Sic recte Torrent. Casaub. & seqq. ediderunt, uti exstat in Memm. Politian. Vindobon. utroque, Exc. Cujac. Voss. & V. Calig. C. 53. Cic. L. 1. ad Att. Epist. 13. *res eodem est loci, quo reliquisti.* Alibi saepe *eo loci.* In reliquis *loco.* Vindobon. pr. caret *τοῖς in perpet.* in Vindob. sec. *destineretur.*

2 *Illos adpellare quam tres.*] *Eos* & *tris* S. GRON. *Eos* est in Medic. sec. tert. Pin. Vindob. sec. multisque aliis: quod cum Torrent. & Burm. recepi. *eas* praebent Medic. pr. Vindob. pr. Cort. Exc. Voss. & plures cum Edd. Vett. *illos* Exc. Cujac. cum Casaubon. & seqq. *tris* itidem est in Medic. tert. Ed. Graev. *ac tria* Med. tert. Copes. Exc. Voss. Edd. Roman.

3 *Non tantum.*] Recte delevit Casaubonus copulam & ante has voces, quam tamen agnoscunt quoque Medic. pr. sec. Vindobon. pr. Cort. & Edd. illo priores. Dein *reperiuntur* Vindobon. pr. Cort. Edd. Camp. Mediol. cum aliis *reperirentur.* Mox *Salvidenium* vel *Salvidemum* MSS. & Edd. Vett. male.

4 *Cornelium Gallum.*] Non hic fuit aliis dictus Aelius Gallus, ut Casaubonus putat, sed alius. Nam Cornelius Gallus celebris ille poëta primus fuit Aegypto praefectus ab Augusto; huic successit Petronius; huic vero suffectus fuit Aelius Gallus, ut docuit Vossius de natura Rhetorices. GRAEV. Vide Commentarios in Edd. Pitisci & Burm. Obiit poëta & Aegypti praefectus Cornelius Gallus A. U. DCCXXVIII. aetatis XL anno. Aelius Gallus Petronio successit A. U. DCCXXX. Vide Euseb. Chron. Strab. L. XVII. p. 819. Dion. L. LIII. p. 516. Errantem virum magnum temere secutus est doctiss. Funccius Cap. IV. de Poët. minoribus. Erravit etiam ad Propertium p. 141. Passeratius, statuens diversum a poëta fuisse primum Aegypti praefectum A. U. DCCXXV. Adi ad Ammian. Marcell. L. XVII. C. 4. cui tamen, calumnias inimicorum Galli veras fuisse credenti, temere non est habenda fides, & inter se conferendi Propertius L. II, 25, 91. Ovid. L. III.

Am-

lum, quem ad praefecturam Aegypti, ex infima utrumque fortuna, provexerat. Quorum alterum res novas molientem, damnandum ſenatui tradidit: alteri ob ingratum & [1] malivolum animum, domo & provinciis ſuis interdixit. Sed Gallo quoque & accuſatorum denunciationibus & ſenatuſconſultis ad necem compulſo, laudavit quidem pietatem tantopere pro ſe indignantium: ceterum & inlacrimavit, & vicem ſuam conqueſtus eſt, *quod ſibi ſoli non liceret amicis, quatenus vellet, iraſci.* Reliqui potentia atque opibus ad finem vitae [2] ſui quiſque ordinis principes floruerunt: quamquam & obſenſis intervenientibus. Deſideravit enim nonnumquam, ne de pluribus referam, & M. Agrippae [3] patientiam, & Maecenatis

Am. 9. 11. Triſt. 445. Sueton. hic & in Gramm. C. 16. Dio L. LIII. p. 512. Eutrop. L. VII. C. 7. Euſeb. N. 1990. quorum teſtimonia huc redeunt; Gallum Cornelium, nequaquam Conſulem, ſed praefectum Aegypti Auguſtalem, prae linguae, mero incaleſcentis, incontinentia, & ingrato animo in odium Auguſti redactum, ejus amicitia & patrocinio excidiſſe, proditum a Valerio Largo, forſan etiam poëta Tibullo; & hinc graviſſimis criminibus expilatae provinciae ac majeſtatis accuſatum, ſed non convictum, damnatumque exſilio, prae rei indignitate, animique moerore ſibi ipſum violentas manus intuliſſe, ac ſuo gladio periiſſe. Errant enim Servius ad Virgil. Ecl. x. 1. & auctor vitae Maronis, qui *eum occiſum* ajunt, *quod conjurationis in Auguſtum erat ſuſpectus*; nec minus Barthius L. XLI. Adverſ. C. 26. male capiens Propertii verba

Et modo formoſâ quis mulſa Lycoride Gallus
Mortuus infernâ vulnera lavit aquâ,

ut legendum videtur cum N. Heinſio.

1 *Malevolum.*] *Malivolum* S. GRON. Et ſic tres Medic. Pin. Vindobon. uterque, Corr. Periz. Harlem. Exc. Voſſ. Edd. Rom. Ven. Med. & aliae dant, ut paſſim. Dein *tanto opere* Pin. Ed. Burm. *lacrimavit* Medic. tert. *ceterum lacrimavit* Politian. *eſt* exſulat a Medic. pr. tert.

2 *Sui quiſque ordinis pr.*] Sic optime emendarunt Torrent. & ſeqq. viri docti e ſuis Codd. quum vulgo ederetur *ſuae cujuſque*. Si in MSS. eſſet *ſui cujuſque*, non mutarem. V. ad Cap. 40. Sed *ſui quisque* etiam in Memm. & *quiſque* in Mediceis & Politian. V. ibid & hic Cl. Burm. item Hirt. B. Afric. C. 31. *ſuo quiſque loco*. Mordicus tamen MSS. a Burmanno viſi, meaque excerpta *ſuae* vel *ſue* retinent. Paullo ante pro *potentia* in marg. Vindobon. ſec. *pecunia*, inepte: & *princeps* Vindobon. pr. *floruerunt princ.* Vindobon. ſec.

3 *Patientiam.*] *Impatientiam* S. GRON. Item Medic. ſec. Vindobon. Pinell. prave. Supra *intus ven.* Vindob. pr.

tis taciturnitatem: quum ille ex levi [1] rigoris ſuſpicione, & quod Marcellus ſibi anteferretur, Mitylenas ſe, [2] relictis omnibus, contuliſſet: [3] & hic, ſecretum de comperta Murenae conjuratione uxori Terentiae prodidiſſet. Exegit & ipſe invicem ab amicis [4] benivolentiam mutuam, tam a defunctis, quam a vivis. Nam, quamvis minime adpeteret hereditates, ut qui numquam ex ignoti teſtamento capere quidquam ſuſtinuerit, amicorum tamen ſuprema judicia moroſiſſime penſitavit: neque dolore diſſimulato, ſi parcius, aut citra honorem verborum: neque gaudio, ſi grate pieque quis ſe proſecutus fuiſſet. Legata, vel partes [5] hereditatium, a quibuſcumque parentibus relicta ſibi, aut ſtatim liberis eorum concedere, aut, ſi pupillari aetate eſſent, die virilis

1 *Rigoris ſuſpicione.*] Omnino leg. *frigoris.* SALM. Ita multi viri docti veriſimiliter admodum legunt: ſed vide commentarios; dum nihil temere contra Codd. conſenſum muto. Non ſatis patiens erat Agrippa, quod videbat, ſe ob ſimultatem exercitam cum Marcello, cui magis favebat Auguſtus, ab eo tantum quod eſſe ablegatum, & hinc *rigidiorem* in ſe eſſe Imperatorem, forſan minus, quam ante, familiarem & ſeveriore vultu ſe intuitum, ſuſpicabatur. Sed & *rigor* ille erat effectus *frigoris* in amicitia. Hinc ſaepe illae voces confunduntur. Adi Drakenb. ad Liv. L. XXI. C. 58. *torpentibus rigore nervis.* Vulgo in Appul. de Mundo *rigore frigoris.* ſed loco corrupto. Dein *Mitilenas* Medic. duo, Vindob. pr. & alii, *Mytilenas* Ed. Gron. Vide ad Caeſ. C. 2.

2 *Relictis omnibus.*] Etiam provinciae Syriae adminiſtratione, in quam ab Auguſto, qui tamen ei permiſit Mytilenenſe ſecretum, ablegatus erat, ut docent Joſephus, Dio ac Tacitus: unde Plinius L. VII. C. 8. Agrippae adſcribit *obnoxium ſeceſſum*, ſi recte emendat. Salmaſ. ad Solin. p. 23. & Cap. 56. Auguſto *pudendam Agrippae ablegationem*: ubi male *alienationem* ſubſtituit hic Torrentius.

3 *Hic.*] *Et hic* S. GRON. *Et* addunt MSS. & Edd. omnes ante Torrentium, poſt cujus conjecturam & excluſerat Caſaub. & ſeqq. Reſtituit etiam Burm. Mox perverſe Vindob. pr. *non prodid.*

4 *Benevolentiam.*] *Benivolentiam* S. GRON. Sic & Medic. tres, Vindobon. uterque, Cort. aliique cum Edd. Aldo prioribus, ut plerumque; quod cur hic & in Tito C. 8. minus receperint viri docti, quam in Tib. C. 55. Calig. C. 3. nihil cauſſae erat. Male vero Torrent. vult *vi invicem* delere, quia additur *mutuam.* Sed eum auctoris eſſe ſtylum, vide ad Caeſ. Cap. 4. Tib. C. 59. *vera plane certaque*, & ibi Burm. Waſſium ad Salluſt. Fragm. p. 249. & pluribus locis.

5 *Hereditatium.*] Sic edidi cum Caſaubono: ut habent Codd. Memm. Medic. tert. Cuj. vulgo *hereditatum.* Vide

rilis togae, vel nuptiarum, cum incremento reſtituere [1] conſuerat.

LXVII. Patronus dominuſque non minus ſeverus, quam facilis & clemens, multos libertorum in honore & uſu maximo habuit; ut [2] Licinium Enceladum, alioſque. Coſmum ſervum graviſſime

Vide Longol. ad Plin. L. x. Ep. 115. Hagenb. Epiſt. Epigr. p. 529. Grut. p. CDXCIII. 1. ubi in Legionum numeris ſupple & corrige XIII. GEM. MART. VICTR. vulgo IIII. item X. FRET. vulgo X. P... T. item III. GALLICAE. vulgo IIII. de quibus alias, ut ſpero. In Mediceis duobus *partem*, & in omnibus Medic. aliorumque libris, atque Edd. plerisque ante Caſaub. & *a quibuſc.* quia metuebant conſtructioni *legata vel partes relicta*; ſed vide hic Burm. & notas ad Caeſ. C. 75.

1 *Conſueras.*] Ita rurſus edi curavi auctoritate Medic. pr. tert. Vindobon. pr. pro *conſueveras.* Adi ad Jul. C. 73. Exc. Cujac. & Voſſ. cum Pin. *conſtituerat.*

2 *Licinium, Enceladum.*] Sic conſtanter exaratur in MSS. niſi quod in nonnullis & Edd. Vetr. ſit *Encheladum* & in Edd. Rom. *Lucinium.* Si autem *Licinium* vera ſit lectio, quod numquam me creditarum opinor, neceſſario jungi debent *Licinium Enceladum*, ut de uno homine ſit ſermo, & *Enceladus* fuerit Liciniorum alicujus libertus. Nam ſolo *Licinii* nomine, illuſtribus Romanorum familiis gentili, libertus denominari nequit. Sed exiſtimo cum viris doctis, *Licinum* & *Celadum* reponendos, & utrumque fuiſſe ipſius Auguſti libertum. In Inſcript. Gruter. p. CMLXXIX. N. 9. occurrit libertus C. Julius Tirenus libertus Julii Licini.

OSSA
C. IVLI. LICINI
L. TIRENI
ET DONATAE
LIBERTAR.

Quomodo C. Julius Jucundus Anteros eſt libertus Julii Celadi in Inſcript. quam ex Cod. Foucaltii deſcripſerat Graevius in Nota Cl. Burmanni; ſed quae jam exſtat in Grutero p. eadem N. 2. at male legitur CELANDII pro CELADI. L. Sic in Donianis Cl. VII. N. 105.

IVLIA. CELADI L.
PHILOCEROS.

quae ſcilicet fuit liberta Julii Celadi: Ut paſſim liberti & libertae libertinorum in inſcriptionibus ſunt obvii. Ex litteris *En* tamen non videtur fingendum &. Sed in iis latere aliud liberti nomen. *Julius Eubodus*, *Julius Eutychus*, ſunt apud Gorium in Columb. Lib. Liv. item *Julius Eneolpus*, apud Gruterum, ſed ſeriorum temporum. At in Columb. quoque Lib. Liv. apud Gorium. p. 205.

M. LIVIVS. EVNI L. OLYMPVS
DAT. LIVIAE IRENE L.
SVAE OLLAM.

Eunus igitur Liviae libertus fuit, ſicuti in ejusdem columbarii monumento occurrunt *Celadus*, *Coſmus*, *Diomedes*, *Proculus.* Hinc fere perſuadeo mihi, Suetonii locum ſic legendum, *Licinum*, *Eunum*, *Celadum alioſque. Euni* inter ſervos nomen jam vetus fuit, & bello ſervili celebre. Vide ad Flor. L. III. C. 19. IVLIA EVNIA apud Gruter. p. DCLXXXIX. N. 9. Mox *Coſinum*, non *Coſinum* aut *Coſinium*, dant recte omnia mea & Pin. excerpta, & Edd. Rom. Mediol. cum Torrent. Caſaub. & ſeqq.

me de ſe opinantem, non ultra quam compedibus coërcuit. [1] Diomedem diſpenſatorem, a quo, ſimul ambulante, incurrenti repente [2] fero apro per metum objectus eſt, maluit timiditatis arguere, quam noxae: remque non minimi periculi, quia tamen fraus aberat, in jocum vertit. [3] Idem Proculum ex acceptiſſimis libertis mori coëgit, compertum adulterare matronas: Thallo a manu, quod pro epiſtola prodita denarios quingentos accepiſſet, [4] crura ei fregit. Paedagogum miniſtros-

1 *Diomedem.*] Cod. Salm. *Diomeden.* GRAEV. GRON. Nec ſecus eſt in Mediceo tertio.

2 *Fero apro objectus eſt.*] Male ſollicitat hunc locum Torrentius, qui *fero* delendum cenſet. Ovidius (L. III. Am. 10, 40.)

Et ferus in ſylvis farra metebat aper.

GRAEV. Adi Burm. & Erneſt. *Repente* deeſt quoque Cort. Edd. Roman. pr. Mediol. & aliis, prave. Mox *tamen* non agnoſcit Cortianus.

3 *Idem Proculum.*] *Item* Edd. Mediol. Cald. & *Polum* in Medic. tert. ac marg. Pinell. qui in textu habebat *Poculum.* In multis aliis eſt *Polum.* Sed vide Comment. Dein *Tallo* Vindobon. pr. *Talbo* Cort. Ed. Rom. pr. *Gallo* Edd. Med. Cald. aliaeque perperam habent.

4 *Crura ei fregit.*] Ita notavit ex MS. Salmaſius, prout etiam Caſaubonus in MSS. teſtatur legi, ſed ille judicabat minus recte id eſſe. quod ſecus ſe habet. Eſt enim elegantiſſimorum in lingua Latina, praemiſſo nomini propter interpoſita quaedam hoc pronomen apponere, velut ad reperendum, & eſt Suetonii. In hoc Auguſto cap. 94. *Ad quartum lapidem Campana via in nemore prandenti, ex improviſo aquila panem ei e manu rapuit.* Domit. cap. 3. *Uxorem Domitiam, ex qua in ſecundo ſuo conſulatu filiam tuleras* &c. *eandem Paridis biſtrionis amore deperditam repudiavit*, ubi ſimiliter ruentem Torrentium tenuit pater in notis ad Livium XXV, 27. Vulgo *crura effregit.* GRON. *Crura effregit* vidimus non eſſe Latinum ſatis, & *ei* ſaepe intercidiſſe ad Cap. 43. Hinc cum Gronovio audenter recepi *crura ei fregit* munitus inſuper auctoritate Mediceorum pr. tert. Politian. & Exc. Cujac. De pronominis pleonaſmo adi hic Burm. & quos laudavi ad Hirt. L. VIII. B. G. C. 3. Caſaub. ad Appuleji Apol. p. 129. Manut. ad Cicer. L. XIII. ad Fam. Ep. 28. Cort. ad L. VII. Ep. 26. in quibus aliqua videbis exempla, ubi pronomen *is* non reſpondet praecedenti pronomini relativo, quod huic pleonaſmo neceſſarium eſſe, ideoque illum hic non admittendum, cenſet Clar. Erneſti. Poſſet & legi *ſuffregit* e Cic. pro Roſc. Amer. C. 20. Plura dicam ad Appulejum. Ceterum *Thallorum* nomen frequens in lapidibus. Proxime accedit apud Gruter. p. DLXXXVII, 5.

THALLO
ABASCANTI
AVG. LIB.
AB EPISTVLIS
LIB.

Doctiſſ. Boivinus Junior in Differt. de MSta Bibl. Regiae Anthologia, & Epigrammate alicujus *Thalli* conjecit leg. ET LIB. ſive & *libris.* Vix puto. Potius *liberis* vel

Li

ſtrosque Caji filii, per occaſionem valetudinis mortisque ejus, ſuperbe avareque in provincia [1] grassatos, oneratis gravi pondere cervicibus, praecipitavit in flumen.

LXVIII. Prima juventa variorum dedecorum infamiam ſubiit. Sex. Pompejus ut effeminatum inſectatus eſt; M. Antonius adoptionem avunculi ſtupro meritum; item Lucius, Marci frater, quaſi [2] pudicitiam, delibatam a Caeſare, A. etiam Hirtio in Hiſpania trecentis milibus numûm ſubſtraverit; ſolituſque ſit crura ſuburere nuce ardenti, quo mollior pilus [3] ſurgeret. Sed & populus quondam univerſus ludorum die, & accepit in contumeliam ejus, & adſenſu maximo comprobavit

L. D. D. ut p. praec. N. 4.

ANTISTIA. L. F.
PRISCILLA
ABASCANTI
AVG. LIB.
AB EPISTVLIS
L. L.
D. D.

Et millies.

1 *Graſſantes, oneratis gravi pondere cervicibus.*] Cod. Salm. *graſſatos, oneratos g. p. c.* vere. *Graſſatos* probat quoque Robertus Stephanus. GRAEV. *Graſſatos.*] Sic MS. S. vulgo *graſſantes.* & *oneratos.* S. GRON. *Graſſatos* confirmant praeter aliorum Codd. etiam Medic. pr. tert. Polit. & Vindobon. uterque cum Exc. Voſſ. *oneratis* vero habet ſolus Vindobon. ſec. cum duobus Torrent. Urſ. & Caſaubon. & Edd. Doleti, Caſaub. & aliis. Recte tamen: & *oneratos*, quod in MSS. reliquis & Edd. Vett. exſtat, vix Latinum eſt. *oneratoſque* Medic. pr. Dein in Vindobon. ſec. *jactavit.* ut in Hulſ. & Viterb.

2 *Pudicitiam delibatam a Caeſare, A. etiam Hirtio in Hiſpania trecentis milibus numum ſubſtravit.*] *Pudicitiam ſubſternere* nemo Latinorum dixerit, ſed *ſe* aut *corpus.* Cenſeo Suetonium ſcripſiſſe: *Quaſi ſe, pudicitia delibata a Caeſare, A. etiam Hirtio* ccc *milibus nummum ſubſtraverit.* GRAEV. Miror ita ſcribentem Graevium, qui cum reliquis tacite & bene edidit in Caeſare C. 2. *proſtratam regi pudicitiam.* & in Tib. C. 35. *Matronas proſtratae pudicitiae.* V. Burmannum. & ſic Juſtinus quoque L. XII. C. 7. *proſtratam pudicitiam* dixit. Noſter in Ner. ſimiliter C. 29. *ſuam pudicitiam adeo proſtituit.* Alio modo expreſſit Valer. Max. L. VII. C. 7. §. 4. *cujus pollincto corpori marcidam ſenectutem tuam ſubſtraviſti.* Supra *eum ut effem.* exhibent quoque Edd. Mediol. & Cald. ſed contra MSS. quare bene delevit Torrentius. Peſſime autem *Lutii Martii* vel *L. Martii* Edd. Camp. Mediol. aliaeque, & *Lucii* Exc. Voſſ.

3 *Surgeret.*] Pinell. *exſurgeret.* Sed cave, ne quid mutes. Pilus inſtar herbae conſideratur. Virg. Ecl. v. 39. *ſpinis ſurgit paliurus acutis.* Prop. L. 1, 20, 37. *ſurgebant lilia prato.* Claud. in Prob. & Olybr. Conſ. vſ. 117. *ſurgunt-*

vit [1] verſum, in ſcena pronunciatum de Gallo matris Deûm tympanizante,

[2] *Viden', ut cinaedus orbem digito temperat?*

LXIX. Adulteria [3] quidem exercuiſſe, ne amici quidem negant; excuſantes ſane, non libidine, ſed ratione commiſſa: quo facilius conſilia adverſariorum per cujuſque mulieres exquireret. M. Antonius ſuper feſtinatas Liviae nuptias objecit, & femi-

que *toris majoribus herbae.*' Plin. L. XVII. C. 28. *arundo denſior mitiorque ſurgit.* Plura vide ad Lucan. L. VI, 109. *ſurgentibus culmis* quod malim.

1 *Verſum in ſcena pronunciatum.*] Cod. Salm. *verſu in ſcena pronunciato*, GRAEV. GRON. Accedunt Medic. pr. & tert. ac Vindob. ſec. cum marg. Baſil. & duobus Torrentii, qui male probat. Immo in Politiani MSS. *verſu ſcena pronunciato.* Poſſet videri abundare *vò in*, quo carent Periz. Harl. & Edd. Ven. Mediol. Cald. ut C. 43. *ludos fecit pluribus ſcenis.* C. 45. *Ludis & ſcena.* Sed in Calig. C. 58. *operas in ſcena edendas.* Videant acutiores, quid lateat. *in cena* Vindob. pr. uti alibi quoque turbatur. V. & notam ſeq.

2 *Videſne, ut c. o. d. temperet.*] Sic citat hunc locum etiam Joann. Sarisber. in Policrat. L. 1. C. 7. male ipſum Auguſtum *in coena* tympani, quod certo certius intelligitur, orbem digito temperantem, ſeu *tympanizantem* inducens, atque ob hanc exprobrationem numquam dein ab illo tympanum manu tractatum ſcribens: de quo loco vide tamen Cl. Burm. in Add. *Videſne* exaratur quoque in MSS. omnibus praeter duos Codd. Torrentii, in quibus *Viden'*. Bene quidem: ſed Torrentium, miror, nihil monuiſſe de verbis ſequentibus; quum tamen inſiſtens veſtigiis Plantin. Ed. exhibeat *cinaedus o. d. temperat:* unde quidem optime procedit Sententiae hoc modo

Viden'? cinaedus orbem digito temperat.

ut monuit Cl. Burmannus, in cujus editione nihilominus vitioſe editur

Viden', cinaedus orbem digito temperet?

Nam ſubjunctivum ſi admittimus, neceſſario adeſſe debet *ut:* quae vocula etiam exhibetur a MSS. omnibus & Edd. Vett. item Caſauboni, ac ſeqq. ſed & *temperat* praebent Codd. Torrent. Burm. ineique, exceptis Memm. & forſan Vindobonenſibus; uti & Editiones uſque ad Caſaubonum. Quare locus hic ita eſt reſtituendus, ut viſum etiam Scriverio: *Viden', ut cinaedus o. d. temperat?* vel, ſi ita vis, *temperet.* Utrumque enim modum permittit locutio *viden', ut.* Exempla congeſſit Cel. Bentlejus ad Horat. L. 1. Ep. 1, 91.

Quid Pauper? Viden', ut mutat *coenacula* &c.

ubi tamen MSS. quoque novem a me viſi dant *ride: mutat*, & praeter neceſſitatem ſic mutat Bentlejus. Al. *rides.* Eadem varietas eſt apud Maron. L. VI. Aen. 71. *Viden', ut ſtant* vel *ſtent.* Adi Lutatium & Barth. ad Stat. Theb. L. X. 807.

Viden', ut jugulo conſumſerit enſem:

ubi duo Codd. a me collati *conſumſerat.* Nihil autem neceſſe eſt, poni *vò ut* poſt vocem *digito.* De contractione *viden'* adi quoque Drak. ad Liv. L. 1. C. 39.

3 *Quidem e. ne a. quidem.*] Omnino vel cum Celeb. Burmanno legen-

minam conſularem [1] e triclinio, viro coram, in cubiculum abductam, rurſus in convivium rubentibus auriculis, incomtiore capillo, reductam; [2] & dimiſſam Scriboniam; quia liberius doluiſſet nimiam potentiam [3] pellicis: & conditiones quaeſitas per amicos, qui matresfamilias & adultas aetate virgines [4] denudarent, atque perſpicerent, tamquam Thoranio mangone vendente. Scribit etiam ad

gendum eſt primo loco *quaedam*; vel iſta vox hic nihil ſignificans eſt ejicienda, ut nata ex eo, quod *quidem* poſt *ne amici* ſua ſede elapſum erat. Dein *negarunt* MS. Cort. & Ed. Romana Campani.

1 *E triclinio viri coram.*] Saepe *coram* adverbialiter ſumi docuerunt abunde multis locis viri docti: & ſic auctor C. 39. *traditio coram pugillarium.* Epiſt. Heroid. XVI, 223. *Oſcula quum vero coram non data daretis:* ubi male & nimis ambigue Vlitius conjecit *quumque viro c. n. d. darentur.* Verum recte multis interpretibus hic non placet iſtud *triclinium viri*, quod aegre ſic invenias: Ad haec multo veroſimilius eſt, ipſum Auguſtum, licet ſaepe apud alios quoque coenaret, teſte Macrobio L. II. Sat. C. 4. hos tamen convivas excepiſſe ſua in domo, inſtar Caligulae C. 36: ubi ſimilis plane eſt hiſtoria. Quare adſentior Beroaldo, Lipſio, Torrentio, Burmanno, & Erneſtio edentibus *viro coram*: ut eſt in marg. Ed. Baſ. & egregie confirmatum nunc video ab unico Cod. Vindobonenſi primo. Sic in Ner. C. 33. Oth. C. 1. *ſe coram.* in Tito C. 10. *populo coram.* in V. Horatii *illo coram.* Ovid. Epiſt. VIII. vſ. 59.

Hermione coram quidquamne objectet Oreſtae?

Scilicet *Pyrrhus*; vel *quisquamne*. Male Heinſius *coram* adverbialiter videtur ſumſiſſe, cum *Hermione* ſit ſextus caſus; ut Ep. XI, 19.

Quum mea me coram filvas inimicus in altas
Viſcera &c.

Paſſim apud Tacitum, Horatium, alios. Prave autem in Vindob. ſec. & Edd. Ven. Med. Cald. *adductam*. V. C. 62. & *in convivio* Cort. Edd. Rom. princ. Med. Cald. cum aliis: quod natum ex pronunciatione vel ſcribendi modo *conviviom*.

2 *Et dimiſſam.*] Abeſt & hic & ante *conditiones* a MS. S. GRON. Item a Medic. pr. & tert. Vindob. ſec. ſed mox ſervant iidem &. Rectius.

3 *Pellicis.*] *Paelicis* S. GRON. *Pelicis* Medic. tres. Exc. Voſſ.

4 *Denudarent.*] Pin. habebat *denudaret*, quod fortaſſe rectum, ut referatur ad Auguſtum: cur enim amici denudarent? potius ipſe hoc fecit per libidinem. Ergo *qui denudaret*, eſt *ut denudaret*: hoc enim quaeſivit per amicos; itaque & poſt *perſpiceret* ſcribendum. SCHEFFER. Juvat nonnihil Caligulae mos Cap. 36. ſed plus cupiebat Auguſtus, quam eas denudare, & perſpicere. Hoc amici ejus ſibi ſumebant, ut Auguſto nullas conditiones quaererent, niſi quas ipſi ſciebant pulcherrimas, corporiſque vitio carentes. Dein *Tyranio* Medic. pr. tert. Vindob. ſec. Cort. *Therannio* Ed. Camp. Politianus ſuae Ed. margini adſcripſit. Al. *Corapio.* at V. Comment. *Thoranii* & *Toranii* varii etiam in Gruteri & Donii Inſcriptionibus & *Thorania* apud Schurzfleiſch. Anim. in

ad ipſum [1] haec familiariter adhuc, nec dum plane inimicus, aut hoſtis. *Quid te mutavit? quod reginam ineo? uxor mea eſt. Nunc coepi, an abhinc annos novem? tu deinde ſolam Druſillam inis? ita valeas, uti tu hanc epiſtolam quum leges, non inieris Tertullam, aut Terentillam, aut Rufillam, aut Salviam [2] Titiſceniam, aut omnes. [3] Anne refert, ubi & in quam arrigas?*

LXX. Coena quoque ejus ſecretior in fabulis fuit, quae vulgo σωσεκαθεῶ vocabatur: in qua deorum dearumque habitu diſcubuiſſe convivas, & ipſum pro Apolline ornatum, non Antonii modo epiſto-

Gruteri & Manilii Inſcr. p. 80.

1 *Hoc.*] *haec* S. GRON. *Haec* reſcripſi, ut jubent etiam Medicei tres, Vindob. ſec. Ed. Steph. Dein pro *ineo* in Medic. tert. Hulſ. Vindob. ſec. eſt *mea*, in Medic. pr. *meam* pro *ineam* ſcilicet. *familiaris* Vindob. pr. in quo etiam *regulam* loco τῦ *reginam*. Poſſet quis *regillam* cogitare, ſi umquam ὑποκοριστικῶς ita *regina* fuiſſet dicta. Mox *Druſ. vis* Cort. Ed. Camp. *ut tu* Vindob. ſec. ac *Tertulam Terentilam Rufilam* ſine voce *Salviam* Vind. ſec.

2 *Titiſceniam.*] *Titiſeniam* S. GRON. *Titiſeniam* quoque in aliis, & Medic. pr. tert. Pin. Exc. Voſſ. *Citiſeniam* Vindob. ſec. Cort. *Ciriſceniam* Ed. Camp. *Citiſceniam* Edd. Vett. multae. Probo doctorum conjecturas *aut Saeniam*: Quamvis & de *Titia* poſſit ſuſpicio naſci: Nam *M. Titius* fuit ſuffectus Coſ. A. DCCXXIII, ut *L. Saenius* A. U. DCCXXIV. Vide Pighii Faſtos, & Ill. Scip. Maffejum in Epiſt. Antiq. Gall. p. 8. Giphan. conjecit *Salviam Titi Saeniam.*

3 *Anne ref. ubi & in quam arr.*] *an ref.* & *qua* S. GRON. *An* etiam Medic. pr. tert. Vindob. ſec. cum Turnebi libris L. XXIV. Adverſ. C. 15. Sed in familiari ſermone aut epiſtola uſitatior eſt compoſita interrogatio *anne*: ut paſſim apud Plautum, Terentium, Ciceronem. Eadem decurtatio eſt in aliquot MSS. & vulgaribus Edd. Appuleji L. 1. p. 5. *Veſtio, dico, anne contego?* Auſon. de Capua in Claris Urb. Carm. VI. vſ. 5. *quae freta ſecundis*

Neſcivit ſervare modum. Nunc ſubdita Romae,
Aemula nunc. Fidei memor, anne infida, Senatum
Sperneret, an coleret, dubitans.

Scripſi *nunc* pro *tunc* ex utroque MS. Voſſiano; in quibus tamen *aut* quoque pro *anne*: de qua variatione vide ad Tib. C. 55. & de *anne* Bentlej. ad Horat. 1, 12, 35. Dein *in quam* cum Turnebo ex aliquot MSS. & Edd. Rom. ac Gryph. &c. praefert Cl. Burmannus, uti & edidit Erneſt. Verum cum Memmiano, Cujac. Copeſ. & duobus Torrentianis accedant Medicei tres, Politian. Pinell. Vindobon. utercque cum ceteris Edd. priſcis, & Exc. Voſſ. non ego temere ſpreverim *in qua*, ſive propter quam, cujus cauſſa. Alterum videtur mihi monachorum captui accommodatius ab illis eſſe intruſum. Ovid. Rem. Am. 283. *In qua male vulneror una.* Propert. L. II, 3, 18. *Gaudeat in puero, ſi quis amicus erit.* Sic *ardere, commoveri, peccare*

ſtolae ſingulorum nomina amariſſime [1] enumerantis, exprobrant, ſed & ſine auctore notiſſimi verſus:

[2] *Quum primum iſtorum conduxit menſa choragum;*
Sexque deos vidit Mallia, ſexque deas:

Inpia

re in aliqua paſſim. V. Heinſ. & Burm. ad Ovid. Am. II, 8. 9. *In ancilla ſi qui delinquere poſſit.* ac Broukh. ad Propert. L. III, 6, 28. *Semper in irata pallidus eſſe velim:* ubi tamen MSS. omnes habent *iratam.* Hinc etiam omnes illae locutiones, quibus dicitur quis *talis* vel *talis eſſe in aliquo.* Adi Comm. ad Caeſ. L. II. B. G. C. 32. Drak. ad Liv. L. XXVIII, 43. §. 8 Dixit tamen Appulejus L. I. Met. p. 7. *Quod Venerem habuerat in aliam,* quam ſc. vi temeraverat: ubi male exſulat τὸ *in* ab Ed. Pric. Adi & Wopkens. Miſc. Obſ. Vol. VIII. p. 43.

1 *Annumerantis.*] *enumerantis* S. GRON. Compoſitum hoc ſignificat vel *ſolvere pecuniam de manu, augendo,* ut ſit, *numerum.* V. Cic. pro Roſc. Amer. C. 49. L. II. in Verr. C. 59. Metaphorice elegan-ter Theſeus apud Senec. in Hippol. vſ. 1264. *Dum membra gnato geni-tor adnumerat ſuo.* vel *adjungere aliorum ad numerum, aliiſque accen-ſere.* Cic. pro Roſc. Amer. C. 32. *propter multitudinem patronarum, in gregem adnumeres.* Sic enim MSS. non *grege.* Neutrum cum hic habeat locum, recepi, (non ob-ſtante contrario acutiſſimi Burmanni, quem vide, judicio, cum Da-viſio ad Cic. I. de Divin. C. I.) lectionem duorum Codd. Torren-tii, item utriuſque Pulmanniani, Memm. Mediceorum trium, Vin-dobonenſis utriuſque, Periz. Har-lem. & Edd. aliquot *enumerantis;* (niſi quod in nonnullis eorum ſit *enumerantes.*) id eſt, ſingulorum nomina ita numerantis, ut nullum omittatur. Utrumque ſimul pene junctum docet differentiae vim in vita Caeſ. C. 55. *Principibus Pa-tronis adnumeratus eſt.* & *Cicero ad Brutum Oratores enumerans.* in Aug. C. 51. *Ne enumerem, quot & quos diverſarum partium* &c. in Cal. C. 36. *Singula enumerans bo-na malave corporis.* ubi eadem varietas. Claud. C. 29. *Ne ſingula-tim minima quaeque enumerem.* & ſic paſſim apud alios. *nominantis* eſt in Cort. & Edd. Rom.

2 *Cum primum iſtorum conduxit menſa choragum.*] In hoc verſu vix quicquam ſani. Friget τὸ *iſtorum* in initio epigrammatis, nulla men-tione facta, quinam *iſti* ſint. Dein non *choragus conducitur,* ſed *a cho-rago* conducitur choragium, ſicut nec manceps operarum conducitur, ſed operae a mancipe. Dein quam durum *menſa* dicitur *choragum con-ducere,* pro accumbentes menſae convivas conduxiſſe choragum. O-mnia ſunt inquinatiſſima. Scriben-dum vero exiſtimo:

Cum mimum hiſtrorum conduxit
menſa choragi.

hoſt eſt, cum mimici hi hiſtriones, qui Deos Deaſque ludunt, conve-nerunt ad hoc Auguſti convivium. *Choragus* eſt, ut bene Torrentius obſervavit, ipſe Auguſtus, qui Graecorum more *choragus* dicitur, quod ſuis ſumtibus hoc convivium inſtruxerit, ut Graecis dicuntur χορηγοὶ, qui ſuis ſumtibus ludos edunt. *Conducere* hic non eſt ea notione, qua opponitur τῷ *locare,* ſed *conducere* hic eſt *cogere,* in u-num ducere, facere ut conveniant, ut apud Caeſarem: *Omnes copias auxiliaque conducunt,* & ſaepe ali-as. *Hiſter* dicitur pro *hiſtrio.* Liv. L. VII. *Accepta itaque rei, ſaepiuſ-que uſurpando excitata vernaculis artificibus, quia hiſter Tuſco voca-bulo ludio vocabatur, nomen hiſtrio-*

Inpia dum Phoebi Caeſar mendacia ludit,
Dum nova divorum coenat adulteria:

Omnia

nibus inditum. Sic apud Valerium Maximum II. 4. ſcribendum eſſe ſanxerunt viri doctiſſimi: *Et quia ludius apud eos* (nimirum Etruſcos) *hiſter, ſcenico nomen hiſtrionis inditum.* Ab *hiſter* ſane eſt *hiſtricus*, ſicut ab *hiſtrio hiſtrionius.* Plautus Poenul. prol.

Audire jubet vos imperator hiſtricus.

Quae vox & apud Appulejum legitur. Jam *mimus hiſtrorum* ſunt mimici hiſtriones, non veri hiſtriones, qui inſtar hiſtrionum induerant perſonas Deorum Dearumve non in ſcena, ſed in convivio, in quo mimum illum epularem δυδεκαθεῶν acturi erant. Hiſtri enim ſeu hiſtriones dicuntur *mimum agere* proprie, cum hujus aut illius perſonam ſuſtinent in ſcena. Petron.

Grex agit in ſcena mimum: Pater ille vocatur,
Filius hic, nomen Divitis ille tenet.

Hinc *mimus* omnis actio ſimulata, ſeu quae verum mentitur. Florus. II. 14. *Pſeudophilippus regiam formam, regium nomen, mimo quoque regio implevit*, ut pulchre vereque emendavit Gronovius cap. 25. Obſerv. in Script. Eccleſ. ubi vide exempla plura. Sic Florus eodem capite illum ipſum Pſeudophilippum vocat *ſcenicum regem*, qui inſtar hiſtrionis, qui mimum Regis in ſcenis agit, non diu regnum obtinet. Eſt igitur, ut modo monui, *cum menſa choragi conduxit mimum hiſtrorum*, cum iſti hiſtriones vocatu Auguſti conveniſſent in Capitolio ad hunc epularum mimum agendum. In poſtremo verſu legendum cum Torrentio *toros*, quia *thronos*, ut probe monet, Latina lingua non agnoſcit. Locus Auctoris pervigilii Veneris, quem affert Caſaubonus ad lectionem vulgatam ſtabiliendam, ipſi Caſaubono ſpectus eſt. Epigrammatis autem hujus parens dicit, Jovem ipſum ex auratis pulvinaribus Capitolii aufugiſſe, hoc eſt, Capitolium deſeruiſſe, propter ſceleſtos & inceſtos hos ludos. Licet tum nullum fuiſſet lectiſternium, quod Caſaubonus obducit, tamen poëta commode dixiſſet, *Jupiter fugit ſuos toros*, pro ſua pulvinaria, quae illi ſolent ſterni, hoc eſt, deſeruit Capitolium, ut idem fere dixerit, quod Virgilius, *exceſſere omnes adytis dii.* Palatinus primus *thoros* vitioſe pro *toros*, inde natum vitioſius *thronos.* GRAEV. Hypallagen hic admittendam putat Cl. Erneſti hoc ſenſu: *Cum choragus conduxit menſam* ſibi locatam, ejuſque uxor *Mallia vidit ſex deos* &c. Eodem plane modo, quo Graevius, legi hunc locum etiam voluit N. Heinſius in Adverſ. ad Propert. L. IV, 8, 23. p. 753. Qui conſenſus natus eſt forſan ex mutuo litterarum commercio. Videtur tamen mutatio illa nimia, nec neceſſaria, dummodo cum ſummis viris Caſaubono & Burmanno *choragum* per Synizeſin pro *choragium* ſumamus: ut Ovid. XV. Met. 718. & *ſpiſſi hiſtoris Autium.* quo facit Exc. Cuj. lectio *chorangium*: uti in Polit. quoque & Medic. ſec. *chorangum. Iſtorum* tamen ſine dubio eſt corruptum; ac Burmanno non diſplicebat lectio Copeſ. & Exc. Cujac. *juſtum*, corroborata ab uno Politiani, Mediceo ſec. Vindob. primo, ac Pinell. a m. pr. Sed quum in Mediceo primo pro varia lectione ſit *juſtorum*, exiſtimo, veram eſſe conjecturam *hiſtrorum*, hoc ſenſu. Quum primum menſa in unum coëgit choragium hiſtrionicum; ſeu adparatum (hucuſque ſcenae & ludis proprium) ad menſam & convivium adhibuit Auguſtus, & in triclinio, ac domi Malliae, Pantominae forſan, mimum hiſtrionicum de-

Omnia ſe a terris tunc Numina declinarunt:
Fugit & auratos Juppiter ipſe [1] *thronos.*

Auxit coenae rumorem ſumma tunc in civitate penuria ac fames. Adclamatumque eſt poſtridie,

[1] *omne*

dedit. Vide C. 74. in f. Ad funebrem pompam tranſtulit Appulejus L. 11. Met. p. 34. Ed. Pric. *Et cantatrices anus in ipſo momento choragii funebris* &c. ut locus ille e MSS. legendus, ac L. IV. in f. *Choragio ita perfecto, dejectiſque capitibus* c ubi vide Comment. & Barthium L. XXXVI. Adverſ. C. 13. Quod vero ſcribit Graevius, apud Appulejum etiam legi vocem *biſtricus*, intelligit locum in Flor. N. 15. ubi pallam citharoedicam deſcribit: *Cetera decoris biſtrici dependent.* At mera haec eſt conjectura Lipſii L. 11. Elect. C. 21. quum olim edebatur *decoris inſtrumentis*, & in MSS. exaratur *decoris byſtriis* vel *biſtris*: unde recte Colvius, Wouwerius & Pricaeus emendarunt *ſtriis* vel *in ſtriis*, ſive apte ſulcatis plicis & rugis, quales paſſim videas in ſtatuis, & columnis, de quibus adi Vitruv. L. IV. C. 1. *Strias uti ſtolarum rugas.* ſic & *ſtriata frons* L. X. Met. init. & *ſtriata conchylia* in Apolog. p. 41. Ed. Pric. quibus locis conſule viros doctos. Ita & de porca & ſulco per aratrum factis Varro L. 1. R. Ruſt. C. 29. *Que aratrum vomere lacunam in ſtriam facit*, ut lego cum nonnullis, ſeu *in modum ſtriae*: Al. & *ſtriam*; unde eae voces apud Nonium quoque coaluerunt in *biſtriam* vel *iſtriam*. Vide Comm. uti & Cel. Burmana. ad Serv. in Aen. VIII, 660.

1 *Thronos.*] Vavaſſor de uſu quorumdam Verborum p. 152. Oper. accedit Torrentio & Graevio *toros* legentibus; quamquam ipſe adfert locum Plinii L. XXXV. C. 9. ubi e MSS. legendum *Magnificus eſt & Jupiter ejus in throno, adſtantibus diis.* e quo loco patet, errasse Cellarium eam vocem ad Eccleſiaſticos Juvencum & Prudentium detrudentem in Graeciſmis inſolentibus p. 253. Vindicavit etiam e MSS. eam vocem pervigilio Veneris Carm. 2. ſed ſimul docuit, id argentei demum aevi eſſe opuſculum, Ill. Bouhierius p. 168, 169. Non igitur probari poteſt, Auguſteo aevo *thronus* Latine de *ſolio* occurrere: Neque huc pertinet ſidus ab Aegyptiis dictum Καίσαρος θρόνος apud Plinium L. 11. C. 7. Quaeritur, quomodo Romae Latine ſint locuti. Si etiam poëta de ſingulari Jovis, ut ſummi regis, eique ſoli poſito *throno*, ſe intelligi voluit, minus clare *auratos thronos* in plurali poſuiſſet. Nec etiam omnes MSS. *thronos* exhibent; ſed & *thoros*, ut jam monuere Caſaubonus & Gruterus, & ex eo Graevius optime explicans. Sed & uterque Vindobonenſis diſerte dat *thoros*, quamvis in marg. ſecundi *thronos* quoque reperiatur. *Toros* quoque eo magis commendatur, quod illius mentio conveniat aptius loco, quo agitur de convivio, & vera numina mimicis & hiſtrionicis diis convivis opponuntur. Clar. tamen Erneſti, recte *thronos* a Burmanno defenſos, & auream ejus ſedem in Capitolio intelligi, cenſet. Ceterum paullo ante in marg. Vindob. ſec. correctum erat *ad terras* plane contra mentem poëtae, qui vult, a terris ſe aliorſum deflexiſſe, in caelum nempe, & ab hominibus averſos fuiſſe. Liv. L. XXI, 52. *Ab auctoribus injuriae ad vindices futuros declinant.* L. XXV. C. 18. *ſe ab eo declinaturum.* Ovid. Met. L. VII. vſ. 28. *Nec ſe declinat ab illa.* Lucret. L. II, 250. *ſeſe recta regione viai Declinare.* In Pinell. *declinaverunt* contra verſus ſpondaici metrum,

cu-

[1] *omne frumentum deos comediſſe:* & *Caeſarem eſſe plane Apollinem*; [2] *ſed Tortorem*: quo cognomine is Deus quadam in parte urbis colebatur. [3] Notatus eſt & ut pretioſae ſupellectilis Corinthiorumque [4] praecupidus, & aleae indulgens. Nam & proſcriptionis tempore ad ſtatuam ejus [5] adſcriptum eſt,

Pater argentarius, ego Corinthiarius:

quum exiſtimaretur quoſdam propter vaſa Corinthia inter proſcriptos curaſſe referendos. Et [6] deinde bello Sicilienſi epigramma vulgatum eſt,

Poſtquam bis claſſe victus naves perdidit,
Aliquando ut vincat, ludit adſidue [7] *aleam.*

LXXI.

cujus rationem quomodo doct. Schefferus, qui id verſum exigere ſcripſit in Miſc. Obſ. V. IX p. 343. ſubduxerit, equidem neſcio.

1 *Omne frumentum.*] Hoc ordine voces has exhibent Memm. Polit. Medic. ſec. tert. Vindob. ſec. Exc. Cuj. Copeſ. Voſſ. non *frumentum omne.* In Medic. pr. deeſt *omne.* Dein *plane eſſe* Medic. ſec. Periz. & Edd. Vett.

2 *Sed Tortorem.*] Ita bene e MSS. dedit Torrent. cum Beroaldo, Steph. Caſaub. & ſeqq. niſi quod Cel. Burm. revocarit veterum Edd. lectionem *ſed* & ex MS. Harl. cui conſentiunt ſoli Vindob. pr. Perizon. Cort. ut ſenſus ſit, eum eſſe vere deum ἀπολλύοντα, perdentem & interficientem, at non ſimplici morte, ſed per tormenta excruciantem. Verum a ceteris faſtiditur τὸ &. Apollinem plane eſſe eum adclamabant; at non Ἀλεξίκακον illum, Οὔλιον & Σωλῆρα, vel Ἀποτροπαῖον & *Averruncum*, aut Πεσσάλιον, vel *Opiferum*, *Paciferum*, aut quocumque bono cognomine invocabatur variis in caſibus, *ſed Tortorem.* An vicus fuerit *Tortorum*, neſcio. Suſpicari quis lubrico poſſet e Senecae verbis Epiſt. LI. *Quemadmodum inter tortores habitare nolim, ſic ne inter popinas quidem.* Dein *celebratur* Cort. cum uno Torr. & Edd. Rom.

3 *Notatus eſt ut pretioſae ſuppellectilis.*] Omnino copula inſerenda ex Salmaſ. Rob. Steph. & duob. Pal. *notatus eſt & ut pretioſae ſuppellectilis.* Mox pro *& deinde* idem: *& inde.* GRAEV. *Eſt & ut.* Sic MS. S. vulgo *eſt ut* GRON. Agnoſcunt copulam MSS. omnes praeter Medic. ſec. & Editiones, exceptis Gryphiana, Plant. Caſ. uſque ad Graevium.

4 *Praecupidus.*] In margine Ed. Torrentii eſt *percupidus:* quod nuſquam ſe reperiiſſe ait Cl. Burmannus; puta in MSS. aut Edd. Suetonii. Alioquin eſt in Ciceronis Epiſt. 7. L. 1. p. 22. Ed. Graev. *Cognovi Hortenſium percupidum tui.* Feſtus. *Elaterare eſt ſtulte & percupide loqui.* Verum ibidem in quatuor MSS. Bibl. Leidenſis ſcribitur *praecupide.*

5 *Adſcriptum.*] *aſcriptum* S. GRON. Sic & Medic. pr. ſec. Vindob. pr. Exc. Voſſ. Edd. Vett. de more. *ſcriptum* Vind. ſec.

6 *Deinde.*] *Inde* S. GRON. *Inde* etiam Politiani MSS.

7 *Aleam.*] Politian. & Medic. tert. cum aliquot Edd. *alea.* quam diverſitatem, ut bene monet Cl. Burm. videbimus etiam in V. Claud. C. 33. Ner. C. 30. *Aleam luſit.*

LXXI. Ex quibus ſive criminibus ſive maledictis, infamiam inpudicitiae facillime refutavit, & praeſentis & poſterae vitae caſtitate: Item lautitiarum invidiam, quum & Alexandria capta, nihil ſibi praeter unum [1] murrhinum calicem, ex inſtrumento regio, retinuerit, & mox vaſa aurea adſiduiſſimi uſus conflaverit omnia. Circa libidines [2] haeſit; poſtea quoque, ut ferunt, ad vitiandas virgines promtior, quae ſibi undique etiam ab uxore conquirerentur. Aleae rumorem nullo modo expavit; luſitque ſimpliciter & palam oblectamenti cauſſa, etiam ſenex: ac praeterquam Decembri menſe, aliis quoque [3] feſtis profeſtiſque diebus. [4] Nec id dubium eſt: autographa quadam epiſtola, *Coenavi*, ait, *mi Tiberi, cum* [5] *iiſdem. Acceſſerunt convivae Vinicius &* [6] *Silius pater. Inter coe-*

luſit. Sed *talis vel par inpar ludere* cap. ſeq. *quadrigis eburneis* Ner. C. 22. Horat. L. III. C. 24, 56. *ludere doctior vetita legibus alea.* Cic. Phil. II, 23. *in foro alea ludere.* Seneca de Morte Claudii in f. *Aeacus jubet illum alea ludere pertuſo fritillo. Aleam* tamen praefero pro ipſo teſſerarum luſu, ut ſtatim *aleae rumorem:* & creberrime.

1 *Murrhinum.*] *myrrinum* S. GRON. Sic in Mediceis omnibus aliiſque. *Mitrinum* in Vindob. pr. *Myrrhinum* Vindob. ſec. Cort. & Edd. multis. *Mirrinum* Ed. Camp. Optimi Codd. paſſim *b* ignorant in deſcriptione vaſorum porcellaneorum: (qualia & ego cum pleriſque & Erneſtio fuiſſe credo) ſeu *murreorum*, vel *murrinorum.* Dein *conflavit* Vindob. pr.

2 *Haeſit.*] Sive inſtar naufragi ad ſcopulum, ſive viatoris in luto, ſive aurigae ad metam, ſive ut fera vel avis laqueo capta. Nam ab his omnibus in ea re ducunt metaphoram. Adi Comm. & quos laudat Burmann. ad Ovid. Am. L. I, 8, 24.

Haeſit & in vultu conſtitit uſque tuo.

3 *Feſtis profeſtiſque diebus.*] In Mediceis tribus, Exc. Cuj. Voſſ. exaratur *& profeſtis.* Putem, hic quoque, ut ſaepiſſime alibi, ſcriptum fuiſſe *feſtiſque & profeſtis diebus.* V. ad Caeſ. C. II. Voſſ. ad Melam. L. III. C. 5.

4 *Nec id dubium eſt: autographa q. epiſtola.*] In Mediceis pr. & tert. Polit. Vindob. ſec. Copeſ. & Hulſ. non comparet τὸ *id.* Multae vero editiones jungunt hoc modo: *Nec id d. eſt autographa q. epiſtola: Coen.* & *antigrapha* Edd. Med. pr. Cald. ut C. 87. *aphtographa* Cortian. vitioſe. Adi Beroaldum.

5 *Iisdem.*] *isdem* S. GRON. Item Medic. ſec. tert. *hisdem* Medic. pr. *cum iidem acceſſ. convivae.* Edd. Vett. In nonnullis etiam *iisdem. Vinitius* Medic. ſec. Polit. Periz. & Edd. Vett. pleraeque. V. Comm. & C. 64.

6 *Sylvius pater.*] Cod. Salm. & Rob.

coenam lusimus γεροντικῶς & heri & hodie. Talis enim jactatis, ut quisque canem, aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat: quos tollebat universos, qui Venerem jecerat. Et rursus aliis litteris, *Nos, mi Tiberi,* [1] *Quinquatrus satis jucunde egimus. Lusimus enim per omnes dies, forumque aleatorium calfecimus. Frater tuus magnis clamoribus rem gessit. Ad summam tamen perdidit non multum: sed ex magnis detrimentis praeter spem paullatim retractus est. Ego perdidi viginti milia numûm, meo nomine: sed quum effuse in lusu liberalis fuissem, ut soleo plerumque. Nam si, quas manus remisi cuique, exegissem, aut retinuissem, quod cuique donavi, vicissem vel quinquaginta milia. Sed hoc malo. Benignitas enim mea me ad caelestem gloriam*

Rob. Steph. *Silius pater.* Id. cod. Salmas. *forum aleatorum.* & *retractatum est.* GRAEV. GRON. Nulli eo tempore Silvii tam nobiles, & Othones dicti *Salvii:* quare cum Stephano, Grutero, Casaubono, G. Vossio ex auctoritate MSStorum, tum aliorum, tum Mediceorum trium, Pinell. Vindob. sec. & Cujac. rescripsi *Silius.* Sub Augusto Ordinarii Coss. fuere A. DCCXXXIV. *P. Silius Nerva.* A. DCCLXVI. *C. Silius P. F. P. N.* sub cujus consulatu testamentum fecit XIV. menses ante mortem, teste nostro C. 101. de quo quaedam notavi ad Caes. C. 15. Hic & in Vellejo L. II. C. 83. puto intelligi priorem Publium, patrem scilicet ejus Caji Legati in Germaniam A. DCCXXXVIII; & A. U. DCCLXVI. Cos. Nam male is, ni fallor, *P.* vocatur Vellejo C. 101. & Dioni p. 534. Vide potius Tacitum L. I. Ann. C. 31, 72. II, 7. 25, III, 45. qui mortem sub Tiberio sumsit A. U. DCCLXXVII, teste eodem L. IV. C. 17. Inepte in Fastis Almelovenii *Nepos* vocatur: ut saepissime illic est cognomen factum e nota, qua in Fastis designabatur, cujus hic vel ille fuerit nepos. Ejus Caji frater videtur esse P. Silius Nerva Cos. sub Tiberio A. U. DCCLXXXI. nam & is *P. F. P. N.* scribitur. Dein & *hodie* & *heri* est in Vindob. pr. & *quinque* pro *quisque* Edd. Mediol. aliisque.

1 *Quinquatrus.*] Non dubitari debebat de hujus lectionis veritate: nam *quinquatriis*, quod est in MSS. tantum non omnibus, habet eosdem litterarum ductus: uti bene accusat. *quinquatrus* praebet Ed. Camp. cum Cas. Gron. &c. *Quinquatris* Vindob. sec. Edd. Med. aliaeque. V. Comm. hic & ad Ner. C. 34. *Sollemnia Quinquatruum.* Saepe quidem apud Livium, Ciceronem, aliosque in deterioribus libris turbatur; sed Latinum non esse *Quinquatria*, cum Lambino & Gronovio censeo, vocemque natam ex Grammaticorum cerebro, Latinitate jam prolapsa. V. omnino Malasp. ad Cic. L. IX. ad Att. Ep. 13. Mox *lusimusque per* Cort. Ed. Camp. *per omnes enim dies* Vindob. pr. *omnis* Medic. pr. *aleatorum* etiam Medic. tert. Ed. Camp. *ca-*

let

riam [1] *efferet.* Scribit ad filiam; *Miſi tibi denarios ducentos quinquaginta, quos ſingulis convivis dederam, ſi vellent inter ſe inter coenam, vel talis, vel par inpar, ludere.* [2] In ceteris partibus vitae continentiſſimum [3] fuiſſe conſtat, ac ſine ſuſpicione ullius vitii.

LXXII. Habitavit primo juxta Romanum forum ſupra Scalas anularias, in domo, quae Calvi oratoris fuerat: poſtea in Palatio: ſed nihilominus aedibus modicis Hortenſianis, & neque laxitate neque cultu conſpicuis: [4] ut in quibus porticus breves eſſent Albanarum columnarum, & ſine marmore ullo aut inſigni pavimento conclavia. Ac per annos amplius quadraginta eodem cubiculo hieme & aeſtate manſit: quamvis parum ſalubrem valetudini ſuae urbem hiemе experiretur, adſidueque [5] in urbe hiemaret. Si

lefecimus Vindob. uterque, Cort. Pin. Edd. Rom. Eadem variatio in Tib. C. 74. *calefacimus* Edd. Med. aliaeque. Dein *ex* abeſt Vind. pr. ante *magnis*, qui habet modo *egiſſem*. In Medic. pr. & tert. *liberali*. *Manus* ſunt infelices jactus, & pecunia ideo danda.

1 *Efferet.*] Sic bene etiam Medicei, Polit. Vindob. pr. Cort. cum Baſ. Gryph. & ſeqq. In Vindob. ſec. & Edd. prioribus *effert*. Verba *ſcribit ad filiam* deſunt Exc. Voſſ. & leguntur modo in marg. Pin. ac Medic. ſec. in quo, uti & Vind. ſec. aliiſque, item Edd. Rom. Mediol. Ven. *conviviis*. Non placet hoc loco. Sed *quos* mallem cum Lipſio. *vel par vel impar* Edd. Med. Cald. aliaeque.

2 *In ceteris partibus.*] Medic. ſec. Polit. Vindob. pr. Periz. Edd. Rom. Mediol. aliaeque *part. cet.*

3 *Fuiſſe.*] Abeſt a MS. S. GRON. Item a Medic. tert. Pinell. & Exc. Voſſ. & *nullius* in Ed. Camp. Mox *ſcanas* Vindob. pr.

4 *Ut in quibus.*] Vindob. uterque haud agnoſcunt praepoſitionem, quam facile abeſſe patior: ut *quibus* ſit tertius caſus. Dein *permanſit* minus bene hic Vindob. ſec.

5 *In urbe hyemaret.*] Eraſmus exponit, hyemis incommodo affligeretur. Non recte, inquit Torrentius; qui nec ipſe rectius, dum explicat, hyemem in urbe peragebat. Nam ſic luxata eſſet ratio ſtructurae, ut bene vidit Eraſmus, quae poſtulabat in hoc ſenſu *aſſidue tamen in urbe hyemabat.* Nihil puto mutandum, ſed *hyemare* hic accipiendum, ut apud Columell. XI. 2. *Fidicula exoritur, hyemat & pluit.* Id. lib. XI. C. II. *Auſter aut Africus hyemat.* Plin. XVII. 22. *dies hyemant.* Horat. (II. S. 2. 17.)

Et atrum defundens piſcis hyemat mare.

Sic *hyems* eſt tempeſtas C. Nep. Attic: *Quod ſi gubernator praecipua laude fertur, qui navem ex hyeme marique ſcopuloſo defendat.* Nihil tritius, apud poëtas praeſertim. Hoc itaque commendat in Auguſto

Tran-

Si quando [1] quid ſecreto aut ſine interpellatione agere propoſuiſſet, erat illi locus in edito ſingularis, quem [2] Sy-

Tranquillus, illum in urbe manſiſſe, quamvis aſſidue in illa ſpurciſſima & humidiſſima tempeſtas eſſet, cum tamen ejus valetudini ea valde adverſaretur. Aliter accipitur *hyems* in praecedente verſu, quo narrat *eodem cubiculo Auguſtum hyeme & aeſtate manſiſſe*. Sic quidem olim hunc locum exponendum exiſtimavi, ſed nunc, cum accuratius expendo, puto ſic eum eſſe conſtituendum: *quamvis parum ſalubrem valetudini ſuae hyemem experiretur, aſſidueque in urbe hyemaret.* Non video ſane, ut *τὸ urbem* & *in urbe* in eodem verſu poſſit ferri: Auguſtus in eodem cubiculo manſit etiam hyeme, quamvis illa ejus valetudini eſſet infeſta, & quamvis aſſidua eſſet, aut diuturna illa hyems, nec molliretur aut mitigaretur blandioribus auris, quibus valetudo Auguſti, quam affligebat, levaretur. GRAEV. *Muccide.*] Ita repoſui minima mutatione pro vulgatis *in urbe*, quum nec in MSS. eae voces abſque ſuſpicione & varietate eſſent. Dicit autem, ſolitum Auguſtum tamdiu & in urbe & in cubiculo eodem manere etiam hieme, etſi eam Romae gravem ſentiret, ac praeſertim illo tempore eſſet plane is, qualem ſe negat ille apud Plautum in milite: *Minime ſputator, ſcreator ſum, iſidem minime muccidus*, & ut ille apud Juvenalem VI, 146. ſaepe emungeretur. Hanc *gravedinem* vocat cap. 48. GRON. Nemini ſano placituram eſſe Gronovii conjecturam *muccide hiemare* pro *muccidum eſſe per hiemem* putabat Cel. Burmannus. Placuit tamen Cl. Erneſtio, quia *in urbe* nullum hic ex ipſius ſententia commodum ſenſum habet, & *mucidae* (ſic) quaſi e MS. Cod. adlitum conſpexit margini Ed. Gryph. apud Cl. Chriſtium. Vide eum in Praef. & Add. Prior Graevii explicatio ſic ſatis arridere poteſt: quum ſaepe *hiemare* de ipſa tempeſtate occurrat. Vide Rivium ad Sall. B. Jug. C. 41. ubi male Eraſmi expoſitionem ſequitur. Nihilominus Beroaldo, Torrentio & Burmanno adſentior capientibus *τὸ hiemare* de ipſo Auguſto. Eodem in cubiculo manſit in urbe per hiemem, quo manebat aeſtate, quamvis urbem hieme ſibi minus ſalubrem ſentiret, & tamen per totam hiemem *adſidue* in urbe pernoctaret, quum per aeſtatem huc illuc excurrebat. Vel ſic nihilominus opinor, vitioſi quid hic ſubeſſe; quod emendari puto poſſe ope Codd. Vindobonenſium. In ſecundo enim exaratur *hieme urbem:* at a primo abeſt plane vox *hieme.* Recte. Non ſolum *hieme*, ſed & *aeſtate* urbem experiebatur parum ſalubrem ſuae valetudini; ſed tunc non illic aſſidue erat, verum in ſuburbanis ſeceſſibus vel provinciis; At hieme adſidue erat *in urbe*, quae vox forſan pro *inibi* e gloſſa irrepſit. V. ad Front. L. 1, 5, 3. Appulej. L. 1. p. 29. *Inibi deverſatur*, & paſſim. Ceterum ob non intellectum locum multi librarii dederunt *adſidueque extra urbem hiem.* ut Medic. pr. tert. Polit. Vindob. ſec. Cort. Copeſ. quaſi voluiſſet dicere modo Suetonius; Auguſtum eodem cubiculo uſum eſſe in urbe per 40 annos; ſi quidem in urbe erat; ſeu quamvis non ſemper illic degeret, ſed ſaepe abeſſet, quia experiebatur, urbem ſibi non ſalubrem, & quamvis per totas hiemes extra urbem maneret. Sed tunc alio modo locuturum fuiſſe auctorem exiſtimo

1 *Quid.*] *quod* S. GRON. Dein *ſecrete* Cort. Edd. Rom. pr. Med. Cald. aliaeque. Mox *erat ei locus* Medic. pr. Vindob. ſec.

2 *Syracuſas & τηχνόφυον vocabat.*] Videtur Auguſtus Syracuſas appellaviſſe ſeceſſum iſtum, quod in

Syracuſas & [1] τεχνόφυον vocabat: huc tranſibat, aut in alicujus [2] libertorum ſuburbanum: aeger autem in domo Maecenatis cubabat. Ex ſeceſſibus praecipue frequentavit maritima, inſulaſque Campaniae, aut proxima urbi oppida, [3] Lanuvium, Praeneſte, Tibur: ubi etiam in porticibus Herculis templi perſaepe jus dixit. Ampla & operoſa praetoria gravabatur. Et neptis quidem ſuae Juliae, profuſe ab ea exſtructa, etiam diruit ad ſolum: ſua vero quamvis modica, non tam ſtatuarum tabularumque pictarum ornatu, quam xyſtis & nemoribus excoluit, rebuſque vetuſtate ac raritate notabilibus: qualia ſunt [4] Capreis immanium beluarum ferarumque membra praegrandia, quae dicuntur Gigantum oſſa, & arma Heroum.

LXXIII. Inſtrumenti ejus & ſupellectilis parcimonia adparet etiam nunc, reſiduis lectis atque men-

in illo loco non minus novas artes excogitaret, quibus imperium ſuum moderaretur, generique humano uſui eſſet, quam Archimedes quondam Syracuſis, cujus patria & domicilium fuere, in artibus mechanicis mathematicisque diſciplinis multa utilia & pulcherrima invenerat. Vid. Plut. in Marcello. Itaque ſeceſſus iſte Auguſti Syracuſae fuere & τεχνόφυον. COETER. Sic & Erneſt. Videtur potius hunc locum Syracuſas vocaſſe, quia ibi frequentia erant talia in edito loca ſingularia, & ad eorum exemplum ſimilem ſibi Auguſtus ſecreverat. Adeantur Commentarii ad Nepot. in Dione C. 9. *Quum a conventu ſe remotum domi teneret, in conclavi edito recumbebat*: quem locum hic adnotarat Broukhuſius.

1 Τεχνόφυον.] *Technophion* S. GRON. Sic quoque Medicei tres aliique & Edd. Vett. *Tenophion* Vindob. pr. *Cenophion* Vindob. ſec. quaſi καινόφυον. ſed in marg. *Tegnophion*; ut in Polit. MS.

2 *Libertorum.*] Hanc Caſauboni reſtitutionem confirmant Memm. Medicei pr. tert. Politian. Vindob. ſec. & aliorum alii libri. In multis Codd. & Edd. Vett. ac Pitiſci inepte *libertinorum*. Non enim ibat in ſuburbanum quorumvis libertinorum; ſed eorum, quos ipſe manumiſerat, qui ideirco ejus *liberti*, non *libertini*, erant. Utroque nomine unus idemque homo inſigniri poteſt pro reſpectu vel *patroni*, cujus eſt *libertus*, vel *conditionis*, qua eſt *libertinus*: uti Hottomannus & alii dudum docuerunt, nec jam titones neſciunt, & merito vindicavit Burmannus.

3 *Lanuvium.*] Medic. pr. *Lanovinum*. Edd. Rom. *Lavinum*. Ceterae ad Baſ. uſque cum Cortiano *Lavinium*, perpetua confuſione. Adi Burm. & J. Cruceum T. 1. Fac. Crit. p. 890. Dein *ſaepe* Medic. pr. Mox *ſtructa* Vindob. ſec. & *nobilibus* Cort. cum Edd. Rom.

4 *Capreis.*] In Urſini Cod. item Palat. tert. Vindob. pr. & Perizo-

mensis, [1] quorum pleraque vix privatae elegantiae sint. Ne toro quidem cubuisse ajunt, nisi humili & modice [2] instrato. Veste non temere alia, [3] quam domestica, usus est, ab sorore & uxore & filia neptibusque confecta: togis, neque restrictis, neque fusis: clavo, nec lato, nec angusto: [4] calciamentis altiusculis, ut procerior, quam erat, videretur. Et forensia autem, & calcios numquam non intra cubiculum habuit, ad subitos repentinosque casus parata.

LXXIV. Convivabatur & adsidue, nec umquam nisi recta: non sine magno ordinum hominumque [5] delectu. Valerius Messala tradit, neminem umquam libertinorum adhibitum ab eo coenae, excepto

alani margine *capita*: quasi illa vice galearum & cassidum fuissent Heroibus. Sed exuvias capitum beluinorum, non ipsa capita, gestabant. Unice vera lectio est *Capreis* in praetorio Augusteo. *Gigantium* Medic. pr.

1 *Quorum pleraque.*] Ita jam legas in Edd. Mediol. Cald. dum aliae Edd. antiquae usque ad Bas. dederint prave *quarum* cum MSS. Medic. sec. tert. Pin. utroque Vindob. & Exc. Voss. V. Burm. Supra *illius* in Vindob. sec. & *parsimonia* cum Memm. MSS. O. & Edd. Vett. hic & in Tib. C. 34. Mox *sunt* in binis Vindobon.

2 *Instrato.*] Vindob. pr. *instracto* vel *instructo*, pro solita variatione. Adi de verbo *insternere* Cl. Burm. ad Claud. V. C. 18. Auct. B. Hisp. C. 33. *optimis insternendum vestibus.* Hinc emendandus Cicero L. 11. de Leg. C. 24. *Ut uni plura fierent, lectique plures sternerentur*: ubi in MSS. Leidd. Paris. *interentur* vel *niterentur*; scilicet pro *insternerentur*. Davis. *mitter.* Adde notas ad Ner. C. 48.

3 *Quam domestica.*] Omnino legendum est: *Veste non temere alia domestica usus est, quam ab uxore & sorore & filia neptibusque confecta*, quod & Torrentius vidit. *Domestica* opponitur *forensi*, de qua statim. GRAEV. Optime. Veste enim *domestica* foris non usus est Augustus: neque haec significat *domi confectam*: quare necessariam hanc esse trajectionem, monuere etiam Burm. & Ernest. ac particulam *quam* locum, quem nunc occupat, sano sensu obtinere non posse: quod censuit tamen Cl. Cannegieterus ad Avianum p. 150. In seqq. etiam vocum ordinem mutavi, ut vides, auctoribus MSS. Torrent. Mediceis tribus, Polit. Vindob. sec. Exc. Voss. vulgo *ab uxore & sorore*; sed prius certe gessit vestem *a sorore*, quam *ab uxore*, confectam. Vindob. *ab sorore, uxore & f.*

4 *Calceamentis.*] *calciamentis* S. GRON. Per *i* exhibent hanc vocem MSS. omnino omnes, & Edd. Vett. Adi Burm. item ad Cal. C. 52.

5 *Delectu.*] *Dilectu* S. GRON. Item Medic. sec. tert. Pin. Ed. Torrent. *que* abest Medic. pr. Supra & non habent Medicei, Polit. Edd.

pto Mena, sed adserto in ingenuitatem, post proditam Sex. Pompeji classem. Ipse scribit, invitasse se [1] quemdam, in cujus villa maneret, qui speculator suus olim fuisset. Convivia nonnumquam & serius inibat, & maturius relinquebat: quum convivae & coenare inciperent prius, quam ille discumberet, & permanerent, digresso eo. Coenam [2] ternis ferculis, aut, quum abundantissime, senis praebebat, ut non nimio sumtu, ita summa comitate. Nam & ad communionem sermonis [3] tacentes, vel submissim fabulantes provocabat, &

Edd. Bonon. Ald. Gryph. aliaeque apud Burm. & *recte* Medic. sec. prave. Dein *Mina* Cort. & *Metia* etiam Edd. Mediol. pr. Cald. & *perditam*. In Vindob. pr. deest *Sex*.

1 *Quemdam*.] Non male Salmas. cod. *invitasse se quondam*. Mox idem: *ternis ferculis*. & : *ut non minimo sumptu*. mox : *aut cromata aut histriones*. pro *aut acroamata & histriones*. Dein : *ex circo ludos* pro *ludios*. GRAEV. GRON. Sive *quemdam* sive *quondam* legas, patet fuisse aliquem, qui *speculator* (Edd. qdd. pessime *spic.*) ipsius olim fuerat, ac *libertinus* quoque: licet raro uteretur eo milite: sed scil. unus ex illis, quos incendiorum caussa, & si tumultus in graviore annona metueretur, instituit Cap. 25. ubi vide Comm. In Vindob. sec. Hulf. *fuisset olim suus*. Prave autem Scriverius Menam intelligit.

2 *Ternis*.] Ita MS. S. vulgo *trinis*. GRON. *Ternis* hic MSS. exhibent praeter optimum Torrentii & utrumque Vindobon. Cortianumque ac Pin. & Edd. antiquae praeter Romanas, Basil. poster. Torr. Casaub. & seqq. usque ad Graevium, qui jam *ternis* reposuit: quum contra eodem ordinis temporisque sensu, quo hic sumi debet, Codices satis constanter praebent in Ner. C. 1. *continuantes unumquodque per trinas personas*. Confusio ista est perpetua, licet opiner, ab antiquis *trinos* esse dictos de tribus, ordine & spatio loci temporisve; *ternos* de tribus simul, vel *triplicibus* : quamquam nondum plane liquet, & ideo hic nihil rursus mutavi; sed tamen existimo, intelligendos tres ferculorum missus, prioribus sublatis; adeoque *trina fercula*; dum *terna fercula* sint simul eodem temporis momento mensae inposita. Vide J. F. Gron. ad Liv. L. XXII. C. 12. & loca, quae citat Burm. item ad Ovid. L. X. Met. vs. 22. Ac variant ita MSS. apud Caesarem L. I. B. Civ. C. 26. Front. IV, 1, 36. Justin. L. XLI, 1. Appul. L. III. Met. init. Certe similis distinctio est inter *trigeminos* & *tergeminos* : quorum priores dicuntur respectu numeri & temporis simul; *tergemini* respectu numeri & formae; quamvis illae quoque voces saepissime sint confusae. V. Duker. ad Flor. L. I, 3, 3. Drakenb. ad Liv. L. VI. C. 7. Arntzen. ad Aurel. Vict. de Vir. Ill. C. 4. Plura dabo ad Appul. L. III. Met. *Trigemino corpori Geryones vel triplici formae Cerberi*. Ceterum in Exc. Voss. *fericulis*. ut in Calig. C. 15. ubi V.

3 *Tacentes vel submissim fabulantes*.] In Polit. *tacentis*. in Vindob. pr. Cort. Edd. Camp. Mediol. aliisque *etiam* pro *vel*. Utrumque admitti posset. *Submisse* vel *summisse* Cort. Ed. Camp. Dein *acromata* Medic. tres, Paris. Exc. Voss. & Ed.

& aut acroamata, & hiſtriones, aut etiam triviales ex circo [1] ludios interponebat, ac frequentius aretalogos.

LXXV. Feſtos & ſollemnes dies profuſiſſime, nonnumquam [2] tantum jocullariter, celebrabat. Saturnalibus, & ſi quando alias libuiſſet, modo munera dividebat, veſtem, & aurum, & argentum: modo numos omnis notae, etiam veteres regios ac peregrinos: interdum nihil praeter cilicia & [3] ſpongias, & rutabula, & forpices, atque alia id genus, titulis obſcuris & ambiguis. Solebat & inaequaliſſimarum rerum ſortes, & [4] averſas tabula-

eadem; uti in aliis: quae peſſime capiunt multi de canticis; cum hic & apud omnes Latinos ſcriptores, etiam poſterioris aevi, ſignificet ea vox homines muſicos vel ſcurras & moriones. Adi Erneſt. in excurſu, & Beſſel. alioſque ad Eginhart. V. Caroli M. C. 24.

1 *Ludios.*] Conſtanter in MSS. ſed prave, exaratur *ludos* praeterquam viſis quoque a Beroaldo, qui ex illis recte *ludios* edidit Mediolani, & bene expoſuit ſcenicos ſaltatores in circo & circa morari ſolitos. Cum Beroaldo ita dederunt Mediol. pr. Venetae ſec. tert. Cald. Baſil. Colon. cum Gryphiana A. MDXLIV. & jure poſt conjecturam Torrentii non novam recudi ſic curavit Caſaub. ceteriſque. Mox retinui *frequentius* cum Memm. Liſi. & Torrentii ac Gruteri pleriſque libris; item Pinell. Exc. Cujac. Harl. Copeſ. a m. ſec. Edd. Rom. & Raphel. licet in ceteris MSS. & Edd. ſit *frequentiſſime*. In Cort *aretbalogos*. Vindob. pr. *aretologos*. in Edd. Rom. *aretagolos*.

2 *Jocullariter tantum.*] *tantum jocullariter*. S. GRON. Illum ordinem praetuli jubentibus quoque Politiano Mediceis tribus, Hulſ. Cortiano, in quo *tamen j*. Exc. Voſſ. & Edd. Romanis, *exercebat* in Vindob. ſec. ſed in marg. *celebrabat*. In Ed. Gryph. deeſt *ſi*.

3 *Spongias.*] Cod. Salmaſ. *ſphongias*. Sic etiam Graeci σφόγγους ututur pro σπόγγους GRAEV. *Sphongeas* S. GRON. *Sphongias* Pin. V. C. 85. *ruptabula* Vindob. ſec. *rurabula* Ed. Rom. pr. Dein *forpices* eſt in MSS. & Edd. pleriſque. *forfices* Ed. Camp. ſeu Rom. pr. ſed *forcipes* quaſi *forbi-* vel *formicipes* i. e. calidum capientes, (ut eſt apud Grammaticos, ſic corrigendos: nam male *forvi* hic illic) & tenaciter prehendentes, in Edd. Rom. Beroaldi, Pitiſci, aliiſque: idque magis placet. Perpetua in illis eſt confuſio. Adi omnino Heinſium ad Ovid. Met. L. VI. vſ. 556.

Luctantique loqui compreſſam forcipe linguam
Abſtulit.

& Comm. ad Virg. L. VIII. Aen. 453. XII, 404.

Prenſatque tenaci forcipe ferrum.

Sed apud Plin. L. IX. C. 31. Cancris *bina brachia denticulatis forcipibus*. & L. XI. C. 28. Scarabaeis *cornua praelonga biſulcis dentata forcipibus*. MSS. plurimi dant *forficibus*. Recte. Dein *inaequiſſimarum* Cort. Ed. Camp.

4 *Averſas tabularum picturas.*] Sic ſcribendum ex cod. Salm. & Rob.

larum [1] picturas in convivio venditare: incertoque caſu ſpem mercantium vel fruſtrari vel explere: ita ut per ſingulos lectos licitatio fieret, & ſeu jactura ſeu lucrum communicaretur.

LXXVI. Cibi (nam ne [2] haec quidem omiſerim) minimi erat, atque vulgaris fere. Secundarium panem, & piſciculos minutos, & caſeum bubulum manu preſſum, & ficos virides biferas maxime adpetebat: veſcebaturque & ante coenam, [3] quocumque tempore & loco, quo ſtomachus deſideraſſet. Verba ipſius ex epiſtolis ſunt, *Nos* [4] *in eſſedo panem & palmulas guſtavimus.* Et iterim: *Dum lectica* [5] *ex-*

Rob. Steph. ed. vulgo male *adverſas.* GRAEV. GRON. *Averſas* exhibuerunt jam olim multi Editores, ut Beroald. Baſ. Col. Gryph. & ſic Medicei tres, Vindob. uterque, Perizon. a m. ſec. Exc. Voſſ. Veriſſime. De iis, uti & *ſortibus*, ſive tabellis obſignatis, in quibus res inaequaliſſimae erant inſcriptae, ita ut eodem vel cariore pretio potuerit, cui Fortuna non favebat, emere picturam vel rem obſcenam aut viliſſimam, quo alius utilem & pretioſiſſimam, vide Cl. Geſnerum in Theſauro Fabri.

1 *Picturas.*] *Plictura* S. GRON. Dein *ſeu jactatio ſ. l. commutaretur* in Vindob. pr.

2 *Hoc.*] *haec* & *erant* S. GRON. *Haec* exhibent quoque Medic. tres, Vindob. ſec. Copeſ. Exc. Voſſ. ut edidi. Dein *bubalum* Vindob. ſec. *bibulum* Medic. ſec. tert. Exc. Voſſ. inepte. Tum *ficus* Medic. pr. & tert. *ficus v. & biferas* Vindob. ſec.

3 *Quocumque tempore & loco, quo ſtom.*] In Edd. Aldi, Steph. Caſaub. non comparet *quo*, quod ejici voluere Lipſius & Torrentius. Sed notat Caſaubonus in membr. ſcribi *& quo loco*; atque ego in Medic. pr. & tert. ac Vindob. ſec. reperi exaratum *quocumque* (*quoque* Vindob. pr.) *quo loco, quo ſt.* Hinc emendandum exiſtimo, *quocumque tempore, quoquo loco ſt.* ut paſſim occurrit. *quod* in Edd. Mediol. Cald. aliiſque. Paullo ante *veſcebatur* ſine *que* in utroque Vindob. Contra & deeſt Cort. Edd. Camp. Med. aliiſque apud Burm.

4 *In eſſedo.*] Vindob. pr. Cort. Harl. Periz. Edd. Rom. Ven. Med. Cald. *in veſcendo.* In aliis *in eſcendo.* Politian. *in edendo.* corrupte.

5 *Ex regia domum redeo.*] Inepte in Excerptis Voſſ. exhibetur *ex regia domo*: per quam lectionem ex duabus diverſis domibus una fit. Male vero Torrentius regiam Numae, & regis ſacrorum ſeu ſacrificuli domum cenſet fuiſſe eamdem; quem errorem errarunt cum eo multi: in his Gutherlet. de Saliis p. 170. & Acron cum eodem Torr. ad Horat. L. 1. O. 2, 15. *Monumenta regis templaque Veſtae.* ubi recte quidem Schol. Cruq. *Regiam* capit *Numae Pompilii, qui ad Veſtae ſuam habuit regiam*: unde corrigendus Acron, apud quem vitioſe *veſtem habens r.* Scilicet regiae Numae juncta fuit Veſtae aedes, ut docet Plutarch. p. 29. & 69. in octava urbis regione, ac fori ima parte verſus Tiberim ad viam Novam prope viam Sacram, ut patet ex collatione auctorum, ac Feſti aliorumque Gram-

5 *ex regia domum redeo, panis* [1] *unciam cum paucis acinis uvae duracinae comedi.* Et rurſus, *Ne Judaeus quidem, mi Tiberi, tam diligenter ſabbatis jejunium ſervat, quam ego hodie ſervavi: qui in*

maticorum. V. Serv. ad Aen. VIII, 363. Barth. Adv. LVII, 6. Eaque, quamvis tota non ſupereſſet, retinuit nomen *regiae*, licet dein ſuperſtes pars fuerit *atrium templi Veſtae*, hinc etiam *atrium regium* vocatum. Confer, quaeſo, Liv. L. XXVI. C. 27. *atrium regium. Aedes Veſtae.* L. XXVII. C. II. Ovid. L. IV. F. 263.

Hic locus exiguus, qui ſuſtinet atria Veſtae,
Tunc erat intonſi Regia magna Numae.

item Triſt. L. III, 1, 27. Solin. C. 2. Minus bene Serv. ad Aen. IX, 4. *Veſtae aedem* ait fuiſſe *Numae regiam.* Verum ab hac Numae regia, aedi Veſtae juncta, diverſa erat *regia*, cujus meminit Cic. pro Mil. C. 4. *Me ad regiam paene confecit.* Illa enim, ſic vocata vel a Rege Sacrorum, ut Serv. ad Aen. VIII, 363. aliique, vel ab Anco Marcio Rege, Marti erat ſacra & ſtabat in ſumma Sacra via, ubi Fornix Fabianus, & aedes Larium erant; ut docent Aſcon. Pedian. ad Cicer. I Act. in Verr. C. 7. Solinus d. l. & Feſtus plane diſtinguens in *Sacra via. A Regia* (ſcil. Numae in fine viae Novae) *ad domum regis ſacrificuli, ſed etiam a regis domo ad ſaceſlum Streniae & rurſus a regia uſque in arcem.* Eamque Regis domum, quando ex parte ſuam quoque publicavit, donavit Auguſtus, Pontifex M. A. U. DCCXLI. Virginibus Veſtalibus; quia illarum aedes proximae illi erant: ut docet Dio Caſſius L. XLIV. p. 541. ſcilicet a tergo: cum ipſum Veſtae templum & atrium ſeu Regia Numae adhuc Novae viae accenſeretur. Hinc S. Rufus & Victor in deſcriptione Regionis quartae & Viae Sacrae non ſine morant aliquam domum regiam, vel regis; quia poſt hoc Auguſti tempus erat pars habitationis Veſtalium; ſed in octava regione: *Regia Numae, Templum Veſtae cum Atrio, ac templum Deum Penatium.* T. III. Theſ. Graev. Unde lucem accipit Tacitus L. XV. Ann. C. 41. *Numaeque regia & delubrum Veſtae cum penatibus populi Romani exuſta:* quae non cepit Cl. Ryckius. Plures enim fuerunt penatium aedes. Utram vero hic intelligat Auguſtus, tunc in Palatio habitans, ut patet C. 72. Numae regiam, cum Beroaldo, an domum regis ſacrificuli, cum Sabellico, incertum eſt. Me certe nondum expedio. Latiſſime de hiſce egit Ampliſſ. Cuper. in Epiſt. 7. ad Anton. Dalenum. Unde vero Cl. Jac. Gronovius ad Livii locum L. XXVII. C. II. didicerit, regioni octavae quoque adſcribi *l. Tarquinii Superbi regis domum cum atrio*, inveſtigare nequivi; & ſuſpicor, doctiſſimi viri erratum eſſe; Nam habitavit ille Eſquiliis ſupra clivum Pullium ad Fagutalem lucum. Is autem eſt in regione quinta, ut docent Solinus C. 2. S. Rufus & Victor, qui ibidem, Servii Tullii regiam ſuper clivum Virbium fuiſſe, teſtantur, uti Tulli Hoſtilii regiam cum curia in regione ſecunda.

1 *Unciam.*] Mire corrupta eſt lectio in Vindob. pr. *baibuciam* & Vindob. ſec. *via unicam.* An voluere *unam unciam*? Item *duratinae* in Vindob. pr. Ceterum *Sabbatum* hic non capiendum pro hebdomade, & ut apud Lucam δὶς τοῦ σαββάτου; ſed pro ſeptimis hebdomadum diebus, quibus Auguſtus credebat falſo, ut multi ethnici, jejunare Judaeos, ut egregie Caſaubonus docet, a cujus ſententia non fuit,

in [1] *balineo demum post horam primam noctis duas* [2] *bucceas manducavi prius, quam ungui inciperem.* [3] Ex hac inobservantia nonnumquam vel ante initum, vel post dimissum convivium solus coenitabat, quum pleno convivio nihil tangeret.

LXXVII. Vini quoque natura parcissimus erat. Non amplius ter bibere eum solitum super coenam in castris apud Mutinam, Cornelius Nepos tradit. Postea, quoties largissime [4] se invitaret, senos sextantes non excessit; aut, si excessisset, rejicie-

fuerat recedendum. V. & Tiber. C. 32.

1 *Balineo.*] Sic Memm. Cort. & optimus Lib. Torrent. cum Edd. Casaub. Graev. Gron. Burm. Ern. In reliquis MSS. & Edd. *balneo.* V. ad C. 85. 94. Ner. 20. 31. 35. Vesp. 21. Drak. ad Liv. L. XXIII, 18.

2 *Bucceas.*] Cod. Salm. *Baccas* GRAEV. *Buccas* S. GRON. *Buccas* etiam Medic. pr. tert. Polit. Vindob. sec. Pulm. & margo Gryph. male. *buceas* Medic. sec. *bucellas* Vindob. pr. ut in Onomast. & Glossis ac Martiali, & alibi. *buceas* non displicet cum Scheff. ad Petron. C. 44. *Buceam panis*: ut bene legit pro *buccam.* Nam *bucea* & *buccea* scripserunt, ut *bucina* & *buccina*, quae vox ab eadem origine. *Ungui* est in Torr. Cas. Memm. Polit. & tribus Mediceis, quod miror neglectum a Graevio & Gron.

3 *Ex hac inobservantia.*] Ita Cod. Salm. ut recte alii quoque. GRAEV. Beroaldus, Gifanius, Torrentius, Ursinus, Gruterus, ex suorum quisque Codd. uno, probarunt hanc vocem *inobservantiam*; sive indifferentem in tempore cibi sumendi rationem: Neque repudiat Casaubonus, inventam in Turonensi, hoc est Memmiano seu Salmas. Cod. ut patet ex Casauboni nota ad Suetonii titulum, praef. Burm. & alibi. Gronovius etiam tacite contra morem suum admisit, nec refragatur Cl. Burm. Accedunt denique Politian. Pinell. Medic. sec. ac tert. cum Exc. Voss. quare receptam vocem, quamvis novam, sede turbare nolui. Dubito tamen, an *observantia*, quod longe plurimi Codd. etiam integerrimi, & Edd. Vett. cum Casaubono servant, non praeferri debeat. Dicit Suetonius, Augustum solitum fuisse cibum sumere tunc, quum desiderabat eum stomachus, nulla ratione habita vulgaris circa prandii vel coenae tempus consuetudinis; sed ventrem ipsi fuisse solarium. *Ex qua observantia* &c. Adi Gronov. ad Plinii L. XXVIII. C. 5. Dein *initium* in Vindobon. pr. *cinitabat* Memm.

4 *Se invitaret.*] *Sese* in Medic. pr. *vinitaret* Cort. & Vindob. sec. a. m. pr. Desunt hae voces, ut aliorum libris, sic etiam Ed. Rom. pr. seu Campani. Ceterum, quia Augustus, Setina vina praeferens cunctis, delectabatur tamen Raeticis, ea commendata sunt a Virgilio & unicis Falernis *postlata.* Sic enim legendum est apud Plinium L. XIV. C. 6. ubi in MSS. 5. *postulata*: vulgo *posthabita.* Sed alterum amavit Plinius. Vide Indicem; & Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. L. II. vs. 701. idque participium recte Pintianus vindicavit L. XXXV. C. 1. *Nunc vero in totum marmoribus pulsa jam quidem & auro.* Nam in MSS. O. est *postulatum quidem.*

jiciebat. Et maxime delectatus eſt Raetico, neque temere interdiu bibit. Pro [1] potione ſumebat perfuſum aqua frigida panem, aut cucumeris fruſtum, vel [2] lactuculae thyrſum; aut recens [3] acidumve pomum ſuci vinoſioris.

LXXVIII. Poſt cibum meridianum, ita ut veſtitus [4] calciatuſque erat, [5] retectis pedibus paullisper conquieſcebat, obpoſita ad oculos manu. A coena

ſcribe *poſtlata, jam q.*

1 *Potione ſumebat.*] *Poſitione ſumabat.* S. GRON.

2 *Lactuculae thyrſum.*] Sic recte MSS. plerique, & Memmian. cum Edd. niſi quod Vindobon. ſec. quoque det *lactucula & thyrſum.* Medic. pr. *lactuculum & tyrſum.* Medic. tert. & Politian. *lactucula & byrſum:* ubi vides erroris cauſſam. De *thyrſo lactucae* vide Beroaldum & Caſaubon.

3 *Acidumve.*] *Aridumve.* S. GRON. Quaſi de compacto ſic quoque Medicei tres, uterque Vindob. Politian. Perizon. pro V. Lect. Exc. Voſſ. & alii cum Edd. Venetis, Med. Cald. pluribusque: neque ego quoque damnare auſim, licet primo intuitu *aridum* videatur *minus ſuccoſum.* At aeſtate & autumno ſumebat *recens* pomum, ſed hieme & vere *aridum;* verum omni anni tempore, ſive *recens* ſive *aridum*, tale pomum, quod erat *ſuci vinoſioris.* Neque enim *arida poma*, quae in hiemem conduntur, carent ſuco. Nam docet experientia, quam multa pira & mala per multos menſes ſucos omnes retineant, immo plures ſucos recipiant, quam recens lecta habebant. Veteres autem recentia mala quaedam ſaepe in ſole ſiccabant, afficcata i. e. arida creta lutoque illinebant, ſi in vetuſtatem reponerent; & ſic tamquam recentiſſima poma cuſtodiebant: ut docet Columella L. XII. de R. Ruſt. C. 44. Quid? quod ſi *acidum* ſcripſiſſet auctor, etiam videatur potius adhibiturus fuiſſe copulam *que*, ut bene advertit Torrentius. Ex Arnobio & Tertull. *uvida* videtur velle Caſaubon. & cum eo Erneſt. ex V. Lect. *avidumque* in Add. Aſt vide Comment. In Vindobon. pr. exaratur *tirſum recens*, *aridum vel p.* Ex tribus Mediceis & Exc. Voſſ. cum Burm. ſcripſi *ſuci.* V. ad Luc. L. III, 237.

4 *Calceatuſque.*] *Calciatuſque.* S. GRON. Ita MSS. tantum non omnes & Edd. Vett. ut C. 73. *calciamentis.* In Vindobon. ſec. *calciatuſve.*

5 *Retectis pedibus.*] Ita exhibent MSS. omnes mei, ac Torrentiani, & Burmanniani (nam typographico errore in ejus nota *rejectis* excuſum eſt) nec non aliorum Codd. & Edd. pleraeque; niſi quod nonnullae, in quibus etiam Ed. Rom. Campani & Steph. dant *rectis.* Hoc autem in loco explicando, vel emendando, ut quibuſdam viſum eſt neceſſe, quantum deſudarint interpretes, cognoſci ex illorum notis poteſt. Mihi certum ſtat, *retectis* non mutandum eſſe, ac vulgari notione ſumendum pro *apertis*, *ſtragula veſte non tectis*, ſive *intectis* Appulejo L. XI. Met. p. 197. nec tamen exutis; dum calceis pedum plantae & veſte domeſtica opertum erat reliquum corpus. Neque enim credibile eſt, illum ſe, dum paullum quieſcendi vel aeſtate refrigerandi ſui cauſſa meridiabat, oneraſſe pallio ac veſte ſtragula, qui teſte ipſo Suetonio Cap. 82. hieme interioribus veſtimentis

coena in lecticulam ſe [1] lucubratoriam recipiebat. Ibi, donec reſidua diurni actus, aut omnia, aut [2] ex maxima parte, conficeret, ad multam noctem permanebat. In lectum inde tranſgreſſus, non amplius, quum plurimum, [3] quam ſeptem horas dormiebat: ac ne eas quidem continuas, ſed ut in illo temporis ſpatio ter aut quater expergiſceretur. Si interruptum ſomnum recuperare, ut evenit, non poſſet: lectoribus, aut fabulatoribus arceſſitis, reſumebat, producebatque ultra primam

mentis bene munitus, aeſtate *apertis cubiculi foribus, ac ſaepe in periſtylio ſaliente aqua, atque etiam ventilante aliquo, cubabat.* Nusquam *retectus* ponitur pro ſimpliciter vel bene tecto ſeu *praetecto* vel *protecto*; ſed ſemper pro *aperto*. Vide Cl. Burmann. & ad Lucan. L. VIII, 789. ad Petron. C. 17. *Retexit ſuperbum pallio caput.* Plin. L. III. Ep. 12. *Quum caput ebrii retexiſſent.* Claudian. Prob. & Olybr. Conſ. vſ. 87.

Dextrum nuda latus, niveos exſerta lacertos,
Audacem retegit mammam.

Appul. Flor. N. 14. *Cumque interſcapilium* (MSS. & Edd. Vett. *interſcapulum*. V. Munker. ad Hyg. Aſtron. L. III. C. 1.) *Crates retexiſſet; quod erat acuto gibbere.* Sic lege; non *auctо*. Nihil autem probant hic exempla aliorum compoſitorum, in quibus vel *re* intendit, vel nihil plus, quam ſimplex verbum, ſignificat: neque ab illis ad hujus verbi analogiam argumentum deduci licet. Tunc enim prius demonſtrandum fuerat, in iisdem compoſitis, nunc *re* otioſe poni, nunc plane contrarium ſimplici ſignificare: ut Ex. Gr. *renunciare* ſignificaret modo *nunciare*, modo *celare*; ſic *retegere* modo *tegere*, modo *aperire*. Quis credat? Adi & ad Cap. 1. Ceterum minus bene huc a Burmanno adfertur Plinii locus L. XXVIII. C. 7. Adi ſupra ad Julii vitam C. 9.

1 *Lucubratoriam ſe in lecticulam recipiebat.*] Cod. Salmaſ. & Rob. Steph. *a coena in lecticulam ſe lucubratoriam recipiebat.* inferius Salmaſ. cod. *maturius vigilandum.* GRAEV. GRON. Ordinem verborum, quem dat Memm. ſervant MSS. omnes, & Edd. primae aliaeque: quare eum reſtitui. *lecticam* etiam Ed. Camp. At *vigilandum*, licet & illud itidem MSS. conſtantiſſime cum Edd. Vett. habeant: cum ceteris viris doctis corruptum cenſeo, qui bene ex Torrentii monito praepoſitionem addiderunt. Pitiſcum nihil moror, qui edidit quoque *ſe in lect. luc.* Aliud eſt *vigilare*, id eſt omnino non dormire, aliud *evigilare*, ſive e ſomno expergiſci, quod hic locum habet, praecedente jam *vē vigilavit.* Conſule Burmann. & ad Claud. C. 33. ad Veſpaſ. C. 21. *Maturius ſemper ac de nocte evigilabat*; ubi & pluribus Suetonii locis idem error eſt in membranis. *diuturni* vero pro *diurni* eſt in Cort. & Ed. Camp.

2 *Ex maxima.*] *E maxima* & mox *reciperare*. S. GRON. Deeſt praepoſitio Med. pr. a m. pr.

3 *Quam ſeptem horas.*] Faſtidit Vindobon. pr. *vē quum.* Latiniſſimum eſt *non amplius ſeptem horas*, per ellipſin, ut nemo neſcit. Sed C. 17. *Nec amplius, quam* VII *& XX dies Brundiſii commoratus.*

T 2 Abſunt

mam ſaepe lucem. Nec in tenebris vigilavit umquam, niſi adſidente aliquo. Matutina vigilia obſendebatur: ac ſi vel officii, vel ſacri cauſſa maturius evigilandum eſſet, ne id contra commodum faceret, in proximo cujuſcumque domeſticorum coenaculo manebat. Sic quoque ſaepe indigens ſomni, &, dum per vicos deportaretur, [1] & depoſita lectica, inter aliquas moras condormiebat.

LXXIX. Forma fuit eximia, & per omnes aetatis gradus venuſtiſſima: quamquam & omnis lenocinii negligens, & in capite comendo tam incurioſus, ut raptim compluribus ſimul tonſoribus operam daret: ac modo tonderet, modo [2] raderet barbam: eoque ipſo tempore aut legeret aliquid, aut etiam ſcriberet. Vultu erat, vel in ſermone vel tacitus, adeo tranquillo ſerenoque, ut quidam e primoribus Galliarum confeſſus ſit inter ſuos, eo ſe inhibitum ac remollitum, quo minus, ut deſtinarat, in tranſitu Alpium per ſimulationem colloquii propius admiſſus, in praecipitium propelleret. Oculos habuit claros ac nitidos; quibus etiam exiſtimari volebat ineſſe quiddam divini vigoris: gaudebatque, [3] ſi qui ſibi acrius

Abſunt *τὸ quam plurimum* a Cort. & Edd. Rom. item *τὸ iis* ab illis editis, minus bene. Dein *accerſitis* Medic. duo, Periz. Cort. Harl. & Edd. Vett. usque ad Caſaubon. Tum *perducebatque* Pinell.

1 *Et depoſita lectica.*] Si copulativa conjunctio & hinc abeſſet, nemo ſane deſideraret. Verum agnoſcunt omnes MSS. & Edd. ſi a Burmanniana receſſeris: quamvis nihil moneat vir Celeb. Senſus nunc erit Suetonii: & condormiebat inter aliquas lecticariorum moras, quamdiu deportaretur per vicos, ita ut *etiam* lectica nonnunquam deponeretur, quo major ipſi quies eſſe poſſet. Corrupte in Vindobon. pr. *per vices adoptaretur.* Supra *cujuſque* in Vindobon. ſec. & multo poſt *comando* Cortian. idemque & Ed. Camp. *ut & raptim.*

2 *Raderet.*] Laeves Auguſtum genas, ut alii multi tunc jam ſolebant, ſervaſſe ex eo tempore, quo primum barbam raſerit, quum amare coeperat Liviam A. U. DCCXV. teſtatur Dio L. XLVIII. p. 377. Mox *aliquid* exſulat a Vindobon. pr. & *etiam* ab Cort. Edd. Rom. in quibus & Mediol. quoque *remolitum*, prave. *intranſitum* Vindobon. pr. *propius* deſideratur in Cort. Edd. Rom.

3 *Si qui.*] *Si qui* S. GRON. *Qui* exaratur in Polit. Medic. tert.

erius contuenti, [1] quasi ad fulgorem Solis, vultum submitteret: sed in senecta siniſtro minus vidit. Dentes raros & exiguos, & scabros: capillum [2] leniter inflexum, & subflavum: supercilia conjuncta: mediocres aures: nasum & a summo eminentiorem, & ab imo [3] deductiorem: colorem inter [4] aquilum candidumque: staturam brevem

tert. Vindobon. pr. & MSS. Burm. & Edd. Vett. ad Basil. usque: quod hic restitui. V. Burm. & me ad Caes. C. 56.

1 *Quasi ad fulgorem solis.*] Hinc Aurel. Vict. in Epit. C. 1. *Quorum aciem clarissimorum siderum modo vibrans, libenter accipiebat, cedi ab intendentibus tamquam solis radiis adspectui suo.* Quales & Ovidius describit L. 1. Met. 499.

igne micantes
Sideribus similes oculos.

Et Seneca de Phaedra in Hippol. vs. 379.

Et qui ferebant signa Phoebeae facis,
Oculi nihil gentile nec patrium micant.

Herodian. L. 1. C. 7. ait ὀφθαλμὸν πυρώδεις βολάς: de quibus vide Comment. ad Petron. C. 126. *Supercilia usque ad malarum scripturam currentia, & rursus confinio luminum pene permixta: oculi clariores stellis extra lunam fulgentibus.* Appul. L. 11. Met. p. 21. *Oculi cæsii quidem, sed vigiles, & in adspectu micantes, prorsus aquilini. Os quoque versum floridum.* uti locus ille e MSS. est legendus. V. Elmenh. & Pricaeum; & ad L. v. p. 109. *micantium oculorum.* quo pertinet Festus sive Paullus, ut legitur in optimo MS. Vossiano, in *Aquilus color.* (de quo mox) *Quamvis eam* (aquilam) *ab acute volando, vel ab acumine oculorum, dictum volunt.* Secunda ratio abest a vulgaribus exemplaribus. *Os floridum*, ut L. VIII. p. 134. *floribus sol.* ubi vid. Colv. Mox & ante *scabros* non habet Ed. Camp.

2 *Leviter.*] Omnes meliores libri Casauboni, ipso & Scriverio probantibus, dant *leniter*: Et sic quoque in utroque Vindobon. Cort. Edd. Rom. utraque, Bonon. aliisque: quod quisque sentit hic multo esse elegantius: quare recepi; licet ceteri codices pro perpetua in his vocibus aberratione *leviter* retineant. V. ad Caes. L. 11. B. G. C. 8. *collis frontem leniter fastigatus.* In Cortiano est *capillumque.*

3 *Deductiorem.*] Omnino est depressiorem, demissiorem, humiliorem: non tenuiorem; opponitur eminentiori, quales solent esse aquilini nasi, qui hinc jocose etiam nunc *Caesarei nasi* dicuntur vulgo. GRAEV. Praefero cum aliis Casauboni explicationem, nummis convenientem, qua expositi tenuem, λεπτὸν, & quasi in acutum flexo deorsus acumine desinentem. Sic *deducta fila, deducta vox, deducta carmina*, significant tenuitatem & gracilitatem. Adi Cerdam ad Virg. Ecl. VI, 5. Comm. ad Propert. II, 24, 38.

4 *Aquilum candidumque.*] Sic Appulej. de deo Socratis p. 47. Ed. Elmenh. obponit *nubes, meantes aquilo agmine tractu segniore, illis, quae lanarum velleribus similes aguntur cano agmine volatu pernicore:* ut bene emendarunt Lipsius & Mercerus. *Deos aquilos, caesios, raros jungit* Arnob. L. III. p. 108. Vindob. pr. *aequilum* & mox *staturamque.*

1 *Etiam*

vem (quam tamen Julius Marathus libertus [1] etiam in memoriam ejus quinque pedum & dodrantis fuiſſe tradit:) ſed quae commoditate & aequitate membrorum occuleretur: ut nonniſi ex comparatione adſtantis alicujus procerioris intelligi poſſet.

LXXX. Corpore traditur maculoſo, diſperſis per pectus atque alvum [2] genitivis notis, in modum & ordinem ac numerum ſtellarum caeleſtis Urſae: ſed & callis quibuſdam ex prurigine corporis, adſiduo-

1 *Etiam in memoriam ejus.*] Cod. Salm. *etiam memoriam.* GRAEV. *In* abeſt a MSS. unde cogita, an ſcribi oporteat *libertus Atiae in memoria ejus.* GRON. Recte notat Cl. Burmannus, illum ſi Atiae eſſet libertus, vocari non potuiſſe *Julium.* Praepoſitionem autem non agnoſcunt quoque Medic. ſec. Exc. Voſſ. & Cujac. ac locus ſine dubio eſt corruptus. *Lib. & a memoria ejus*, ſive a commentariis ejus, quae Lipſii eſt conjectura, non MSta lectio, ut in Add. ſtatuit & probat Erneſt. multo veriſimilior, quam Caſauboni *lib. in memoria vitae ejus* vel *in memoria ejus* pro libro de ejus vita ſcripto, poſſet etiam firmari Inſcript. Grut. p. CLI. N. 6. *Exmagiſtro memoriae.* Gud. p. CXCII. N. 2. *Celadi a memoria & cubiculo Aug. Ser.* Addantur Guther. de Offic. domus Aug. L. III. C. 7. & Cel. D'Orville in Add. Burmanni. Gronov. ad Minut. Fel. C. 7. Neſcio tamen, quomodo magis mihi adrideat doctiſſimi Cannegieteri conjectura in Miſcell. Obſ. Vol. VI. T. 3. p. 602. *Sed jam immemor ejus*, vel potius *ſed & immemor jam ejus.* Unde patet corruptionis cauſſa, & erroris Marathi, quod ea ſcripſerit, quum jam ipſi e memoria exciderit vera Auguſti ſtatura. Ac fuerit forſan iſte Marathus origine Phoenicius, unus ex iſtis minutis pueris, quos facie & garrulitate amabiles undique conquirebat Auguſtus, praecipue Mauros & Syros, teſte Suetonio C 83. e quorum numero etiam erat Maurus Maſgabas, ſed honoratior, C. 98. ubi V. Burm. *Maratus* Vindobon. pr. ut C. 93. in aliis. Poſt in Vindobon. *ſtantis.*

2 *Genitivis.*] *Genetivis.* S. GRON. Supra *corpus* pro *pectus* in Medic. pr. Dein *Uſurſae* Vindobon. pr. pro *urſae.* Non autem Sidonius auctor eſt, has notas Draconem potius repraeſentaſſe, ut cenſet magnus Caſaub. Carm. II. vſ. 121.

Magnus Alexander, nec non Auguſtus, habentur
Concepti Serpente deo: Phoebumque Jovemque
Diviſere ſibi: namque horum quaeſiit unus
Cinyphia ſub Syrte patrem: maculis genetricis
Alter Phoebigenam ſeſe gaudebat haberi,
Poeonii jactans Epidauria ſigna draconis.

Sic enim cum J. Sirmondo diſtinguendus eſt locus. Reſpicit locum Suet. C. 94. *In corpore ejus exſtitiſſe maculam, velut depicti draconis:* ubi repetit ſuam ſententiam Caſaubon. Verum Olympiada habuiſſe maculas depicti draconis, nemo tradidit. Immo ſi jam diſtinctio vulgaris admittenda eſſet in Sidonio poſt *genetricis*, vel ſic tamen eaedem maculae debent

duoque & vehementi ſtrigilis uſu, plurifariam [1] concretis, ad impetiginis formam. [2] Coxendice, & femore, & crure ſiniſtro, non perinde valebat, ut ſaepe etiam [3] inde claudicaret: ſed remedio [4] arenarum atque arundinum confirmabatur. Dextrae quoque manus digitum ſalutarem tam inbecillum interdum ſentiebat, ut torpentem contractumque frigore vix cornei circuli ſubplemento ſcripturae admoveret. Queſtus eſt & de veſica, cujus dolore, calculis demum per urinam ejectis, levabatur.

LXXXI. Graves & periculoſas valetudines per omnem vitam [5] aliquot expertus eſt: praecipue Cantabria domita, quum etiam [6] deſtillationibus joci-

bent intelligi quoque in genetrice Auguſti Atia.

1 *Concretis.*] Sic recte Caſaubon. ex Torrentii & aliorum ſuiſque MSS. reſtituit pro *contractis*, quod obſidet proletarios Codd. & Edd. Vett. item Pitiſci. Sed Medicei quoque tres, Politian. Pinell. uterque Vindobon. cum Memmiano aliisque praebent *concretis*. Intelligit calla, quae indurata coaluerunt. Adi J. F. Gronov. in Obſerv. Monob. C. 19. Comm. ad Lucan. L. III, 573. *concreti ſanguine fluctus*. Auct. de Phoenice vſ. 75.

Concreta noto nubes.

Claudian. in Conſ. Prob. & Olybr. vſ. 182.

Filaque concreto cogit ſqualere metallo.

2 *Coxendice.*] *Coxa indice* S. GRON. Ita exaratur etiam in tribus Mediceis, utroque Vindobon. Copeſ. Exc. Voſſ. & Edd. Rom. ac Ven.

3 *Inde claudicaret.*] In Medic. pr. ſec. Politian. Exc. Cujac. & Voſſ. *inclaudicaret*. in Vindobon. ſec. a m. pr. *indiea claudicaret*. Hulſ. teſte Burm. *inclauderet*. & Copeſ. *iter inclaudicaret*. At Vindobon. prim. *iter faciens claudicaret*. Verum extra urbem *itinera faciebat lectica*. V. C. 65, 82. Interpolata igitur hic eſt verior ſcriptura, quae ſine dubio latet. At quaenam ea ſit, acutioribus diſpiciendum permitto. Conjici poſſent *in itinere*, (urbano ſcilicet. Sic *urbis itinera* in Caeſ. C. 14. & paſſim aliis.) *iter iniens*, *incedens*, *in via* & ſimilia. Certe *inde* non modo ingratum eſt, praecedente *perinde*, ſed & otioſum. Forſan & huc pertinet illud *indice* poſt *coxa* in Salm. Nam Suetonii mentem eſſe credo, Auguſtum pedibus euntem ſenſiſſe infirmitatem eorum membrorum ſaepe adeo magnam, ut claudicaret greſſum faciens.

4 *Arenarum.*] De his remediis adeantur commentarii. Sed *arenarum* legas in Vindobon. ſec. Cort. Periz. in marg. & Ed. Junt. *berenarum* Pinell. Dein pro *ſalsarum* Vindobon. pr. e gloſſa *inſulcem*. Poſtea *admoveretur* Ed. Camp. & *dolor* Periz. a m. ſec. ac *valitudines*, Memm. Medicei, Vindobon. uterque, Edd. Vett. cum Caſaub. ut ſemper fere.

5 *Aliquot.*] *Aliquod* & mox *jocinore* S. GRON.

6 *Deſtillationibus jocinore vit.*] Praetuli

jocinore vitiato, ad desperationem redactus, contrariam & ancipitem rationem medendi necessario subiit: quia calida fomenta non proderant, frigidis curari coactus, auctore Antonio Musa. Quasdam & anniversarias, ac tempore certo recurrentes, experiebatur. Nam sub natalem suum plerumque languebat: & [1] initio veris praecordiorum inflatione tentabatur: austrinis autem tempestatibus [2] gravedine. Quare quassato corpore, neque frigora neque aestus facile tolerabat.

LXXXII. Hieme quaternis cum pingui toga tunicis, & [3] subuculae thorace laneo, & feminalibus, & tibialibus muniebatur: aestate apertis cubiculi foribus, ac saepe in [4] peristylio saliente aqua, atque etiam ventilante aliquo, cubabat. Solis vero ne hiberni quidem patiens, domi quoque non nisi petasatus sub divo spatiabatur. Itinera

Praetuli *dest.* sive defluxibus lentis, cum Torrentio & Exc. Voss. non *distill.* Vide me ad Lucan. L. VIII, 777. *lentum destillat in ignem.* atque ita recte Heins. in Claudian. Consul. Prob. & Olybr. vs. 222. *Destillant per pectus aquae.* ut inveni in aliquot MSS. *jocinore* etiam reposui ex Mediceis omnibus, Vindobonensi utroque, Exc. Voss. Cujac. Pulmann. aliisque cum prima Graevii edit.

1 *Initio veris.*] Cort. Ed. Rom. princeps *in initio veris.* V. ad Caesar. C. 4. Supra *curare* etiam in Cort. & *plurimumque* Vindob. sec. Dein *austernis* Ed. Rom. pr.

2 *Gravedine.*] *Gravidine.* S. GRON. Tum *cessato* Vindob. pr. quod ortum ex scriptura *cassato. tempore* Medic. pr. a m. pr.

3 *Subuculae thorace laneo.*] Cum *subucula* sit interior tunica lanea, *thorax* vero tantum pectoris munimentum contra telorum ictus aeneum aut ferreum, merito Ferrarius de Re Vestiaria (L. III. C. 3.) praefert veterum editionum lectionem isti, quae nunc obsidet recentius editos. Illa vero haec fuit: *Hieme quaternis cum pingui toga tunicis, & subucula, & thorace laneo. Subuculam* appellavit intimam tunicam laneam corpori adhaerentem. Itaque hoc fuit notabile, quod praeter quatuor tunicas uteretur *subucula*, dein quod pro *ferreo thorace* muniretur *laneo.* GRAEV. *Subucula* & habetur in solis Edd. Bonon. Paris. ac recepit Burm. In reliquis Edd. & MSS. omnibus est *subuculae*; nisi quod Vindobon. pr. det *subuculo.* Forsan aliud quid latet. An *subulci thorace laneo*, sive qualem gestare solet subulcus? Sed hoc est hariolari. *femoralibus* minus bene Vindobon. pr. Copes.

4 *Peristylio.*] *Peristilo.* S. GRON. Item Med. sec. tert. Vindob. sec. Cort. Ed. Camp. *paristillo* Vindob. pr. *peristylo* Mediol. Ed. cum multis aliis. *propylo* Exc. Cujac. Dein exsulat a Cort. Edd. Rom. *sub di-*

vo.

hera lectica, & noctibus fere, eaque lenta ac minuta faciebat, ut Praeneſte vel [1] Tibur biduo procederet. Ac ſi quo pervenire mari poſſet, potius navigabat. Verum tantam infirmitatem magna cura tuebatur, [2] in primis lavandi raritate. [3] Unguebatur enim ſaepius, & ſudabat ad flammam: deinde perfundebatur [4] egelida aqua, vel ſole multo calefacta. At quoties nervorum cauſſa marinis Albuliſque calidis utendum eſſet, contentus hoc erat, ut inſidens ligneo ſolio, quod ipſe Hiſpanico verbo *duretam* vocabat, manus [5] ac pedes alternis jactaret.

LXXXIII. Exercitationes campeſtres equorum & armo-

vo, quod ceteri hic ſervant MSS. omnes & Edd. Ven. pr. Mediol. V. ad Caeſ. vit. C. 72.

1 *Tibur.*] *Tiburi.* S. GRON. Sic etiam Medic. pr. tert. Politian. Copeſ. Puto legendum eſſe *Tibur in biduo.* Vide ſupra C. 31. *bis in anno.* C. 94. *adeo in paucis diebus adolevit.* Prave *ac inminuta* cum Venetis Mediol. Cald. Edd. Mox *cura tuebatur magna* Vindob. ſec.

2 *In primis.*] Abeſt *in* a MS. S. GRON. Et Medic. tert. *imprimis* male dant Vindob. uterque.

3 *Ungebatur enim ſaepius & ſudabat ad flammam.*] Cod. Salmaſ. & Rob. Steph. *unguebatur enim ſaepius, aut ſudabat ad flammam.* & in fine capitis iidem: *manus ac pedes alternis jactaret.* pro quo vulgo inepte: *manus ad pedes alternis jactaret.* GRAEV. *Unguebatur*, & *aut*, item *ac pedes* S. GRON. *Unguebatur* & *aut* dant etiam Medic. pr. & ſec. Copeſ. cum Exc. Voſſ. *aut* exſtat item in Politian. Cort. ac probabat Scheffer. in Pinell. *ut.* ſed recte & *ſud.* reſtituere Torrent. & Caſaub. ut eſt in Medic. tert. Exc. Cujac. nam vulgo, & a Vindobon. pr. aliisque, exſulabat copula. *etiam* pro *enim* in Medic. pr. & in Edd. nonnullis.

4 *Egelida aqua, vel ſole multo calefacta.*] *Vel* non comparet in Vindobonenſi ſec. Uterque vero cum Mediceis omnibus, item Politian. aliisque & Edd. nonnullis apud Burmannum praebent *tepefacta*: quam lectionem ortam credo e gloſſa vocis *egelida*: cum Suetonius diſtinguat tepentem ſeu *egelidam*, ab aqua ſole multo calida. *Ac quoties* in Edd. Rom. *Albulis marinisque* Vindobon. pr. Egregie. Nam *Albulae* plerumque ſunt calidae vel ſaltem tepidae; utpote ſulfureae. Inveniuntur nihilominus etiam frigidae. Adi Beroaldum, & reliquos interpretes. At *marinae* calefiunt ad nervorum dolores medendos, unde Torrent. jam legi voluit *marinis calidis Albuliſque.* V. Comment. etiam ad Plin. L. XXX. C. 2. & 6. In eodem *Hiſp. vocabulo.* Tum Exc. Voſſ. *durectam.*

5 *Ac pedes.*] Veriſſime ſic in ſec. Ed. repoſuit Graevius; ut eſt in MSS. omnibus & Edd. primis, item Torrentii. Operarum vitio *ad* irrepſit in Gryphiorum Edd. quare miror *ac* non receptum a Gronovio: ſicut *ad* nunc quoque circumferri video in Germanicis Edd. quibuſdam.

armorum statim post civilia bella omisit: & [1] ad pilam primo folliculumque transiit: mox nihil aliud, quam vectabatur & deambulabat, ita ut in extremis spatiis subsultim decurreret, [2] sestertio vel lodicula involutus. Animi laxandi caussa modo piscabatur hamo; modo talis, aut [3] ocellatis, nucibusque ludebat cum pueris minutis, quos facie & garrulitate amabiles undique conquirebat, praecipue Mauros & Syros. Nam [4] pumilos, atque

1 *Ad pilam.*] *Ad primam.* S. GRON. Non, ut vir doctus conjicit, in Cod. Memm. legitur *ad pilam primam*, sed *ad primam primo*. Certe sic utcumque vitiosissime ab Salmasio enotatum ex illo esse, oculatus sum testis. *pillam* Vindobon. pr. cum prima sit brevis. Supra in Med. pr. *exerc. eq. & arm. camp.* Deinde praepositione *in* carent Medic. pr. Vindobon. sec. Copes. Hulf. Perinde est. Si *in* retineas, *spatia extrema* significabunt extremam spatiorum, quibus decurrebat, partem: si relicias, designabunt ultimas deambulationes; quamvis & vel sic de ipsis locis accipi posset. Utraque significatione passim venit: ac vehementer dubito, an non ea vox *spatiis* in Horatio L. 1. O. 7. pro *patiens*, ei loco alienissimo epitheto, substituenda sit. Sed ea res latiore indiget disputatione.

2 *Sestertio.*] Quamvis ita, aut *sextercio*, seu veste duorum pedum & dimidii, ridicule exaretur in omnibus, qui hucusque conspecti sunt, codicibus, verissima tamen & mihi, ut plerisque viris doctis, videtur emendatio Cujaciana *segestro* i. e. διφθέρᾳ. Adi omnino Henric. Valef. in Emend. L. v. C. 7. earumque editorem, doctissimum celeberrimumque Virum P. Burmannum Juniorem. *velodicula* Pinell.

3 *Ocellatis, nucibusque ludebat.*] Sic diserte exhibetur a MSS. omnibus; uti & Politianus e suis & Scheffer. e Pinell. adnotavit; & Edd. Rom. Ven. pr. ac pessime in nonnullis Edd. in quibus etiam Mediol. pr. & Cald. editur *ocellatis nucibus*, quales nusquam in veterum scriptis leguntur. *Ocellata* erant globuli, multum diversi a *nucibus*. V. Comment. & P. Pantoiam de Aiala in Comm. ad L. Fin. C. de aleatoribus. Immo in Vindobon. sec. exaratum est *ocellatis ludebat*, *nucibusque*. Dein *faciles* pro *facie* prave Vindobon. pr. sed vide Burm.

4 *Pumilos.*] Sic aliquot Pulm. Torrent. Casaub. Burm. Codd. at e nostris quidem in solo legitur Medic. sec. & modo suprascriptum: nam a m. pr. exhibetur *pomilias*. in duobus reliquis, item Vindobon. sec. Cort. Politian. & multis aliorum, ac variis Edd. *pumilios*. in Edd. Rom. *pumiles*. in Vindobon. pr. *pumilliones*. Terminatio *pumilio* & *pumilis* satis habet, quo se tueatur; sed *pumilius* & *pumilus* non item. Nam nusquam est *pumilus*, nisi vel apud Stat. L. 1. *S.* 6. 64. *mirantur pumilos ferociores*. (Sed admodum suspecta est eo loci haec vox, cum vs. 57. *ordo pumilonum* vel *pumilorum*, ut est in nonnullis libris, syllaba prima sit longa, uti Martialis; at altero versu per syllabam brevem ponatur rarissima audacia: licet sciam, in *pusio* & *pusillus* sic quoque differre quantitatem primae syllabae.) vel apud Martialem in Apophor. Lemmate Carm. 195.

Mulas

que diſtortos, & [1] omnes generis ejuſdem, ut ludibria naturae malique ominis, abhorrebat.

LXXXIV. Eloquentiam ſtudiaque liberalia ab aetate prima & cupide & laborioſiſſime exercuit. Mutinenſi bello, in tanta mole rerum, & legiſſe & ſcripſiſſe & declamaſſe quotidie traditur. Nam deinceps neque in ſenatu, neque apud populum, neque apud milites locutus eſt umquam, niſi meditata & compoſita oratione: quamvis non [2] deficeretur ad ſubita extemporali facultate. Ac ne periculum memoriae adiret, aut in ediſcendo tempus

Mulae pomiliae: ubi quidem in MSS. Thuaneo, aliiſque *pumilae*; ſed in aliis antiquiſſimis libris plurimis *mulae paullae:* de qua voce adjectiva adi Zinzerling. in Promulſ. Crit. L. 1. C. 4. N. Heinſ. ad Ovid. Met. VIII. 637. Lamb. ad Horat. L. III. O. 20. Vitruv. L. II. C. 9. *paulum tempus.* L. VII. C. 9. *paulo oleo. Pumilius* etiam non niſi hic in MSS. & Edd. & vulgo apud Fulgent. Expoſ. Serm. in *Pumilior* & *Glabrior*; ubi Munker. item *pumilos* legi vult; dum propoſitas voces male ipſe Fulgentius explicat in adlato Appuleji loco ex Lib. V. Met. p. 94. *Patre meo ſeniorem maritum ſortita ſum, dein cucurbita glabriorem & quovis puero pumiliorem.* Quod tamen inveni in unico Cod. quum in ceteris multis exaretur, *cucurbita calviorem, & quovis puero puſilliorem.* Ob Statii tamen locum *pumilos* hic ſervo.

1 *Omnes.*] *Omnis* S. GRON. Et ſic in tribus Mediceis, Periz. Harl. & Edd. Vetr. *obhorrebat* Ed. Campan. *adhorrebat* Vindob. pr. Dein & ante *cupide* male deeſt Perizon. Cort. Harl. & Edd. ante Torrent. *laboratiſſime* in Vindobon. pr. *laboriſſime* Exc. Voſſ.

2 *Deficeret.*] Recepi ex optimo codice Salmaſii & editione Roberti Stephani *deficeretur ad ſubita extemporali facultate.* Juſtin. *quorum non ſtudiis deficiatur quam annis.* Vellejus Patercul. *Non merito, ſed materia adipiſcendi triumphalia defectus eſt.* Sic *defici viribus, vigere.* GRAEV. *Deficeretur.* Ita MS. S. vulgo *deficeret.* GRON. Pinell. *deficeretur.* Quae lectio procul dubio vera. SCHEFFER. Nihilominus *deficeret* repoſuit Cl. Burmannus, ſcil. *oratio:* ſed obſtat Ablativus *extemporali facultate*, (ut & vidit Cl Erneſt.) quae certe verba non ad orationem, ſed ipſum Auguſtum ſunt referenda, & duriſſime tunc hic loci explicanda forent *propter extemporalem ipſius facultatem.* Senſit id etiam vir acutiſſimus, ideoque maluit, ſi per MSS. liceret, *extemporalis facultas.* Mihi *deficeretur* praeplacet, quam tantam committere variationem, ut *deficeret* occupatum injuſte locum obtineat; praeſertim quum alterum Urſinus teſtetur quoque in ſuo eſſe codice, & exhibeatur itidem ab Excerpt. Cujac. & Voſſ. ac librarii creberrime ex paſſivo verbo neutrum fabricarint, omittentes litterarum *ur* notam: de qua monet ipſe Burm. ad C. 89. 93. V. & de Gramm. C. 3. &, ut plura omittam, quae laudavi ad Hirt. B. Gall. L. VIII. C. 3. *Ne aut copia pabuli deficeretur.* Reſtituenda haec elegantia etiam Vitruvio ex MSS. duobus

pus abſumeret, inſtituit recitare omnia. Sermones quoque cum ſingulis, atque etiam cum Livia ſua graviores, nonniſi [1] ſcriptos, & e libello habebat: ne plus minuſve loqueretur ex tempore. Pronunciabat dulci & proprio quodam oris ſono: dabatque adſidue phonaſco operam: ſed nonnumquam, infirmatis faucibus, praeconis voce ad populum concionatus eſt.

LXXXV. Multa varii generis proſa oratione compoſuit, ex quibus nonnulla in coetu familiarium, velut in auditorio recitavit: ſicut *Reſcripta Bruto de Catone*. Quae volumina quum jam ſenior ex magna parte legiſſet, fatigatus Tiberio tradidit perlegenda. Item [2] *Hortationes ad philoſophiam*: & aliqua *de vita ſua*, quam tredecim libris, Cantabrico tenus bello, nec ultra expoſuit. [3] Poëticam ſummatim adtigit. Unus liber exſtat ſcriptus ab eo hexametris verſibus, cujus & argumentum & titulus eſt *Sicilia*. Exſtat alter aeque modicus *Epi-*

Voſſianis antiquiſſimis, Franeker. Cotton. & Ed. Junt. L. 1. C. 1. *Ut ſi quid de his rebus & artibus judicare & probare opus fuerit, ne deficiatur*: vulgo e gloſſis *ne deſtituatur vel deficiat*. Eidem in Praef. L. VIII. *corpora deficientur*. Dein *aſſumeret* vitioſo more Cort. Edd. Rom. Tum *atque* operarum culpa exciderat e Graev. Edd.

1 *In ſcriptis.*] Abeſt *in* a MS. S. GRON. Torrentii, Burmanni, aliorumque Codd. ſcriptis, editisque praepoſitione carentibus accedunt Medicei tres, Politian. Vindobon. pr. Periz. Edd. Camp. Mediol. &c. Placet unice, quod conjecit Cel. Burm. & probavit Erneſt. *ſcriptos*: Sic enim exhibent Cortiani codicis excerpta. Non tantum ſermones, quos gravioris momenti cum Livia ſerebat Auguſtus, ſcribebat prius, quam eloqueretur; ſed & e libello ſic ſcriptos recitabat. *e bello* Vindobon. ſec. Mox *phonaiſco* Exc. Voſſ. *phonoiſco* Ed. Camp. *phoniſco* Mediolan. & aliae.

2 *Hortationes.*] *Ortationes* S. GRON. Item Periz. *Hortationem* Edd. Graevii, qui tamen nihil monuit: unde ſuſpicor, natum id quoque ex negligentia. Nulla vero cauſſa eſt, cur ſupra cum Gujeto & Heinſio reſcribamus *relegiſſet*. Nec enim usquam adparet, illum juniorem reſcripta iſta ante quoque in coetu familiarium recitaſſe ſeu legiſſe. Dein *decem tribus* Exc. Voſſ.

3 *Poeticam.*] MSS. Politian. Medic. tert. Vindobon. uterque dant *poetica*. Sed in Ner. C. 52. *ad poeticam pronus*. in Gramm. C. 11. *ad poeticam tendentibus*.

1 *Bal-*

Epigrammatum, quae fere tempore [1] balnei meditabatur. Nam tragoediam magno inpetu exorſus, non [2] ſuccedente ſtilo, abolevit: quaerentibuſque [3] amicis, *quidnam Ajax ageret*, reſpondit, *Ajacem ſuum in* [4] *ſpongiam incubuiſſe.*

LXXXVI. Genus eloquendi ſecutus eſt elegans & temperatum: vitatis ſententiarum ineptiis, atque [5] inconcinnitate, & *reconditorum verborum*, ut ipſe dicit, *foetoribus*. Praecipuamque curam duxit, ſenſum animi quam apertiſſime exprimere. quod quo facilius efficeret, aut necubi lectorem vel auditorem obturbaret, ac moraretur, neque praepoſitiones [6] verbis addere, neque conjunctiones ſaepius

1 *Balnei.*] *Balinei* S. GRON. Cum Exc. Voſſ. Vide ad C. 76.

2 *Succedente ſtylo.*] *Succedenti* S. GRON. Nec aliter Medic. pr. tert. Politian. Copeſ. ut *inſequenti*. V. infra ad C. 94. & de Ablativo participii praeſentis in *i* Cl. Drak. ad Liv. L. VI. C. 14. §. 13. Praeterea in MSS. & Edd. Vett. omnibus *ſtilo*: quod cur hodie minus admittatur, quam *ſilva*, *lacrima*, & ſimilia, rationem non video. Variarunt in Suetonio editores.

3 *Amicis, q. Ajax ageret.*] In Mediceo pr. pro *amicis* exaratur *ſuis*: ut paſſim ea vox pro amicis ponitur: ſed videtur hic ex interpolatione nata; nam in Vindobon. pr. eſt *quidnam A. ſuus ageret*.

4 *Spongiam.*] *Sphongeam* S. GRON. Sic quoque in Medic. pr. tert. Copeſ. Exc. Cujac. *Sphongiam* Pinell. V. Cap. 75. Nodum in ſtirpo quaerunt viri docti, hic de alio inſtrumento, quam vera *ſpongia*, congitantes. Ut verus Ajax gladio ſponte periit, ita Ajax Auguſti, ipſius voluntate, ſpongia exſtinctus eſt, alluſione vocum *in ſpongiam* pro *in gladium* adhibita. Adi etiam Erneſt.

5 *Inconcinnitate.*] Cod. Salmaſ. *concinnitate*. GRAEV. GRON. Si eam vitavit Auguſtus, nihil hic fecit notatu dignum. Nam quis ſcriptor vel orator *inconcinnitatem* non vitet? Quare probo equidem lectionem codicum Memm. trium Mediceorum, utriuſque Vindobon. Cujac. Hulſ. Harlem. *concinnitate*, ſive venuſtulo ſententiarum ornatu, & adfectatis per moroſam & anxiam curam ineptiis, quas tamquam veſtes detractas voluit inſtar Julii Caeſaris in commentariis, ne ſua oratio calamiſtris inuſta & cincinnis comta eſſet, ac floſculis abundaret; ſed naturalis, gravis, ſevera, & praeſertim clara foret. V. ad Jul. C. 56. Cicer. in Bruto C. 95. Eique *concinnitati*, ut diverſi generis vitium, adponuntur *reconditorum verborum foetores*. Utrumque ergo vitium vitavit Auguſtus, & *cacozelos*, ac concinnitate ſententiarum inepta laborantes, & *antiquarios*, ſive reconditorum verborum foetoribus utentes, pari faſtidio ſprevit, ut docet auctor in ſeqq. Supra pro *eloquendi* in Medic. pr. *eloquentiae*. Dein *praecipuaque cura ipſe d.* Vindobon. pr. Pro *efficeret* in Medic. pr. a m. pr. *exprimeret*. *ac necubi* in Edd. Rom.

6 *Verbis addere.*] Cod. Salmaſ.

pius iterare dubitavit, quae detractae adferunt aliquid obscuritatis, etsi gratiam augent. Cacozelos & antiquarios, ut diverso genere vitiosos, pari fastidio [1] sprevit, exagitabatque nonnumquam; in primis Maecenatem suum, cujus [2] μυροβρεχεῖς, ut ait, *cincinnos* usque quaque persequitur, & imitando per jocum inridet. Sed nec Tiberio parcit, & exsoletas interdum, & reconditas voces aucupanti. M. quidem Antonium ut insanum increpat; quasi ea scribentem, quae mirentur potius homines, quam intelligant. Deinde ludens malum & inconstans in eligendo genere dicendi [3] ingenium

urbibus add. Optime. Solent enim eae omitti, ut notum est. Sic omnino legendum. GRAEV. *Urbibus.*] Ita MS. S. vulgo *verbis.* GRON. Cum nusquam pateat, Augustum addidisse praepositionem nominibus urbium, qui contra scripserit *esse Romae* in Claud. Cap. 4. sed abunde constet, eum praepositiones addidisse quibusvis *verbis*, quibus alii venustatis concinnae & gratiae caussa eas detrahebant. Ex. Gr. mox *excerpsit ex Originibus*, & in Mon. Ancyr. *idque in vestibulo aedium mearum inscribendum;* ac praeterea Suetonius potius *urbium nominibus*, quam *urbibus*, si de speciali hoc genere egisset, videatur dicturus fuisse, adsentiri malim Cl. Burmanno *verbis* retinenti; quamquam non solum Exc. Cujacii, sed & Politian. Pinell. ac Medic. pr. & sec. *urbibus* praebent. In Medic. tert. est *urbis*, quae lectio alterutrius corruptionis est caussa. Cl. Ernest. in Add. videtur locum etiam sic intellexisse, ut Suetonius dixerit, Augustum *urbibus* praepositiones addidisse, nam ita edidit, & rationem dat, *quia falsissimum est, Augustum verbis non addidisse praepositiones, ut fragmenta ejus docent.* Atqui hoc ipsum est, cur *verbis* sit retinendum, *nec praep.* Cort. Edd. Rom. *propositi.* Vindob. pr. *Zelos* Cort.

1 *Sprevit. Exagitabat.*] Cod. Salm. *s. exagitabatque nonnumquam.* GRAEV. *Exagitabatque.*] Ita MS. S. vulgo *exagitabat.* GRON. Hanc distinctionem, addita copula, secutus sum. Eam enim lectionem confirmant MS. Torrentii, Politian. Medic. sec. tert. Pinell. Vindobon. pr. & Exc. Cujac. In vulgata huc usque *sprevit. Exagitabat nonnumquam in primis*: sic satis abundant duae ultimae voces. immo & propter sequentia nova distinctio est admittenda. Ernest. *sprevit. Exagitabatque*, ut transitioni serviat *que.*

2 Μυροβρεχεῖς.] *Myrobrechis* S. GRON. Ut in Medic. sec. ac MSS. & Edd. Vett. multis, etiam Mediol. *mirrobrechis* Medic. pr. ac tert. Vindobon. sec. *mirobechis* Vindobon. pr. *myrobrethis* Cort. Edd. Rom. Tum *prosequitur* Vindobon. pr. *sequitur* Cort. Ed. Rom. pr. *sed ne* Edd. Rom. aliaeque Vett. *pepercit* Vindobon. pr. & ante *exsoletas* abest Edd. Graev. Gron. Pitisc. Ern.

3 *Ingenium.*] Abest a MS. S. GRON. Abest quoque a Medic. tert. In Vindobon. pr. *ejus ingenium.* Ed. Mediol. addit & post *inconstans.* V. Burm.

genium ejus, [1] addit haec: *Tuque dubitas, Cimberne Annius, an* [2] *Veranius Flaccus imitandi sint tibi? ita ut verbis, quae* [3] *Criſpus Salluſtius excerpſit ex Originibus Catonis, utaris? an potius Aſiaticorum oratorum,* [4] *inanibus ſententiis, verborum volubilitas in noſtrum ſermonem transferenda?* Et quadam epiſtola Agrippinae neptis ingenium collaudans: *Sed opus eſt*, inquit, *dare te operam, ne moleſte ſcribas,* [5] *aut loquaris.*

LXXXVII. Quotidiano ſermone quaedam frequentius & notabiliter uſurpaſſe eum, litterae ipſius autographae oſtentant. In quibus idemtidem, quum aliquos numquam ſoluturos ſignificare vult, *Ad*

1 *Addidit.*] Cod. Salmaſ. *addit.* GRAEV. GRON. Praecedunt in praeſenti tempore *inridet, increpat*: quapropter, ne ſine ulla neceſſitate vel elegantia hic fiat temporum varietas, excudi curavi *addit*, quod exhibent etiam Medicei tres, Politian. Vindob. ſec. Hulſ. & Exc. Voſſ. Dein *Tu quoque* in Ed. Rom. pr. ut & in aliis: item *Anneus* Vindobon. pr. Edd. Rom. Mediol. Cald. &c.

2 *Veranius.*] Sic, vel *Verannius*, (ut ille Catulli amicus vocatur Carmin. 9. 12.) eſt in MSS. omnibus praeter Vindobon. pr. *Varianus*, & Edd. ante Beroaldum, e cujus conjectura *Verrius* intruſus eſt. Nequaquam autem exiſtimo, innui Grammaticum, cujus crebra mentio apud Feſtum & Macrobium. *Granius* potius non diſpliceret; ut ſcriptum fuerit ab auctore *anne Granius* vel *aut Granius*. Sed haec incertiſſima, niſi quod hi ſibi obponi non debeant, at uterque Aſiaticis oratoribus. In Edd. Rapheleng. & Blav. notavit Scriverius, Caſaubonum pro *an* malle *aut* vel *ac*. Sed in Caſauboni animadvertſione hic fruſtra quaeras. Alibi ergo id monitum. Mox *ita quod* Edd. Med. Cald.

3 *C. Salluſtius.*] *Criſpus Salluſtius* S. GRON. Neque aliter habent MSS. reliqui praeter Vindobon. in quibus *Criſpus* vel *C.* abeſt, & Editiones ante Plantinianam Pulmanni. Hoc loco valde confirmare potuiſſet ordinem, quem in editione Salluſtii praetulit Cortius, *C. Criſpi Salluſtii*: ubi vide, & apud quos non?

4 *Inanibus ſententiis.*] Optime Gronovius olim legendum eſſe cenſuit: *inanis ſententiis verborum volubilitas*. GRAEV. Merito *inanis* probat Celeb. Burmannus, & viri docti manus in ora Ed. Gryph. apud Erneſt. quamvis alioquin *verba inanibus ſententiis*, quae ſententiarum ineptiis plus ſonant, quam valent, defendi ſatis poſſint. In Mediceo primo non comparet *ſententiis*: unde etiam effingere liceret *inanis verborum volubilitas*. Dein & *opus* Memm.

5 *Aut loquaris.*] Cod. Salm. & *loquaris*. GRAEV. GRON. Accedunt omnes Medicei, Polit. Vindobonenſes, Perizon. Harl. Exc. Voſſ. Edd. Mediol. pr. Cald. aliaeque apud Burm. Mox *litterae ejus* in Medic. pr. & *antographa* Vind. pr. *antigraphae* Ed. Mediol. & aliis; ut C. 71.

Ad Kalendas Graecas ſoluturos, ait: & quum hortatur, ferenda eſſe praeſentia, qualiacumque ſint, [1] *Contenti ſimus hoc Catone:* & ad exprimendam feſtinatae rei velocitatem, [2] *Celerius quam aſparagi coquuntur.* Ponit adſidue & pro ſtulto, *baceolum:* [3] & pro pullo, *pulleiaceum*; & pro [4] cerrito, *vacerroſum*: & *vapide* [5] *ſe habere*, pro male: & *betizare*, pro languere: quod vulgo *lachanizare* dici-

1 *Contenti ſimus h. Cat.*] *Contentiſſimus* Exc. Voſſ. *ſumus* in Periz. a m. pr. male. Nec tamen *ſimus* hoc loco ponitur pro *ſumus*. Non enim hic agit adhuc Suetonius de ejus elocutione ſeu ſcribendi ratione, ſed de ſententiis notabiliter ab ipſo ſaepe vel primo uſurpatis. V. Comm. Mox *exprimendum* Medic. pr. a m. pr. *feſtivizate* Vindobon. pr.

2 *Velocius, q. a. coquantur.*] Cum uterque Pulmanni codex, & MSS. Caſauboni, omnesque Medicei, Politiani, Vindobonenſes, item Exc. Cujac. Voſſ. exhibent *celerius*, nihil cauſſae vidi, cur id non debuerit reponi: Nulla enim gratia eſt in *velocitatem*, *velocius*. Sicuti & *coquuntur* praetuli cum pr. Graevii Ed. auctoritate eorumdem Pulm. Medic. Vindobon. ſec. Memmiani & Hulſiani, in quibus duobus *coeuntur* de more. Tum *bateolum* Ed. Camp. V. Comm. & nil muta, utpote Auguſti ſingulare. Vulgare erat *bacelum* dicere.

3 *Et pro pullo pullejaceum.*] Cod. Salm. & *apud paullum pullejaceum*. Dein: *betizare*, & *lachanizare*, ut omnes editi. eſt hoc quoque inter Auguſti nova. GRAEV. *Et apud pullum* S. Adſcripſit Salmaſius *betizare*. ita V. cod.) vulgo *bétiſſare*. & *lachanizare* MS. S. vulgo *lachaniſſare*. GRON. Praeterquam in codicibus per viros doctos productis etiam in Politian. Mediceis tribus, Vindobon. ſec. Exc, Voſſ. & Ed. Camp. ſine & exaratur *apud pullum*: In nonnullis tamen, ut Cortian. Vindobon. pr. legas & *pro pullum*: unde nullus dubito, quin & *pro* vel cum Caſaubono *ac pro pullum* aut *pullejum* τιχνιῶς ſit ſcribendum; nec hic tantum, ſed & in reliquis *ſtuſt. cerrit.* accuſativus ſit reponendus. Adi, ut etiam de ſeq. *z* pro *ss* Commentatios. *z* autem habent in utroque verbo MSS. mei quoque omnes cum Edd. Vett. niſi quod in Pin. ſit *bathicare*, ſcripto *o* ſuper *a*. *pullelacium* Medic. tres, *pullieaceum* Vindobon. pr. *pullelacium* Cort. Ed. Camp. *pullaceum* nonnullis placet.

4 *Cerito.*] *Cerrito.* S. GRON. Sic repoſui contracte ex *cererito*, quia ita quoque per duplex *rr* exaratur in Medic. pr. ſec. Cort. Exc. Voſſ. Edd. Rom, item MSS. Horatii L. II, S. 3, 178. Feſti & aliorum. *vacerroſum* habent etiam MSS. mei omnes, & Edd. Rom. non per ſimplex *r*.

5 *Vapide ſeſe hab.*] *Se* S. GRON. Qua auctoritate *ſeſe* ediderint Baſil. & ſeqq. neſcio. In MSS. quorum excerpta habeo, omnibus, item Periz. & Edd. prioribus eſt *ſe*, ut excudi juſſi. Non male autem *vapidè* per *languide* exponit Cl. Burmannus Nam *vapor* eſt proprie exhalatio aëris *humida & egelida*; ut ait Appulej. de Mundo, ſive *tepida*, & hinc languida reddens corpora. Auctor Graecus ἀτμῶδες dicit; ὁμίχλην alibi Plato. Sed vide Comment. *Vapidum conſilium* Barth. L. XXIV. Adverſ. C. 1. e

MS.

dicitur. Item *fimus*, pro *fumus*: & *domos* genitivo caſu ſingulari, [1] pro *domus*. Nec umquam aliter haec duo, ne quis mendam magis, quam conſuetudinem, putet. Notavi & in chirographo ejus illa praecipue: non [2] dividit verba, nec ab extrema parte verſuum abundantes litteras in alterum transfert: ſed ibidem ſtatim ſubjicit, circumducitque.

LXXXVIII. Orthographiam, id eſt, formulam rationemque ſcribendi a grammaticis inſtitutam, non adeo [3] cuſtodit: ac videtur eorum potius ſequi opinionem, qui perinde ſcribendum, [4] ac loquamur, exiſtiment. Nam quod ſaepe non litteras modo, ſed ſyllabas aut permutat aut praeterit, communis hominum error eſt. Nec ego id no-

MS. ſuo apud Appulej. Lib. 1. in fine reſcribi vult; ſed *calidum* ibi veriſſimam eſſe ſcripturam, ut ipſe olim conjecerat, alias evincemus. Dein *quod v. lachan. dic.* exſulant a Cort. *laganizare* Vindobon. pr. *lachenizare* Medic. pr. Ed. Camp. *laconizare* Pinell. *vulgo* delet Cl. Erneſt. quia nulla uſquam ejus moris nunc ſunt veſtigia.

1 *Pro domus.*] *Pro domuos* S. GRON. Non igitur Memm. & reliqui, ut puto, a Cl. Burmanno nominati pro *domos* habent *domus*: unde conjecit *domuis* vel *domis*; ſed pro *domus* exaratur vitioſe *domuos*; uti & in Mediceo pr. ac tertio. *Domos* vero non mutandum cenſeo. Nam ideo Suetonius addidit *genitivo caſu ſingulari*, (Vindobon. ſec. *ſingulariter*) ne lectorum aliquis exiſtimaret, ipſum loqui de accuſativo caſu plurali; & *domos* a Mario Victorino lectum eſſe, Caſauboni nota docet. *putent* Vindobon. pr. & mox *ulla*.

2 *Dividit.*] *Dividite* & *abundantis*, & C. 88. *ſequentis* S. GRON. *Dividit* Stephani & Caſauboni eſt lectio; cum vulgo, & in MSS. quam plurimis habebatur *dividere*. In Mediceo ſec. Exc. Cujac. & Voſſ. *dividit* &. ſed *dividit* quoque Medic. pr. tert. Vindob. ſec. Palat. pr. Copeſ. Hulſ. Bene: niſi lateat quid abſtruſius de modo, vel nota diviſionis. *abundantis* etiam Medic. ſec. *transferre* Vindobon. pr. Cort. Edd. Rom. Dein *ſubiit* corrupte Vindobon. ſec.

3 *Cuſtodiit.*] *Cuſtodit* S. GRON. *Cuſtodit* etiam recte Vindobon. pr. Nam & in ceteris tempus eſt praeſens. *cuſtodiit adeo* Medic. pr. Voces illae *id eſt &c. ſcribendi* haud dubie, uti aliis in locis, gloſſatoris ſunt, ut optime credidit Cl. Burm. Suetonii mens clare ſatis adparet ex vocibus *a gramm. inſtitutam*. Adi & ad C. 32. 97. Dein *potius ſequi* reſcripſi fide Medic. trium, Politian. utriusque Vindobon. Exc. Voſſ. Edd. Romanarum; vulgo *ſeq. pot.*

4 *Ac loquamur.*] Optime ſic e ſuis codicibus emendavit Caſaubonus, & jam olim in utraque lectione dederant Romani, uti & Mediol. & ſic Pulm. Memm. Medicei tres, Polit. Vindobon. uterque,

notarem; niſi mihi mirum videretur, tradidiſſe aliquos, legato eum conſulari ſucceſſorem dediſſe, ut rudi & indocto, cujus manu *ixi* pro *ipſi* ſcriptum animadverterit. Quoties autem [1] per notas ſcribit, *b*, pro *a*: *c*, pro *b*, ac deinceps eadem ratione ſequentes litteras ponit: [2] pro *x* autem duplex *a*.

LXXXIX. Ne Graecarum quidem diſciplinarum leviore ſtudio tenebatur: in quibus & ipſis praeſtabat largiter, magiſtro dicendi uſus Apollodoro Pergamemo, quem jam grandem natu, Apolloniam quoque ſecum ab urbe juvenis adhuc eduxerat. Deinde eruditione, etiam varia, [3] repletus eſt per Arei

Cort. aliique libri multi habent, vel *loquimur*: unde miror, non ſolum a Pitiſco, ſed etiam Burmanno repetitam eſſe vitioſam lectionem *ac loquendum*. Medic. pr. & Ed. Torrent. *exiſtimant*. & dein *animadvertit* eſt in utroque Vindob. Hulſ. & Exc. Cujac.

1 *Per notas.*] Sic recte jam edidit Beroaldus hic & in Caeſ. C. 56. Steph. Torrent. & Caſaubon. cum ſeqq. uti etiam Politianus legit e ſuis, & confirmant ceteri Codd. mei, Vindobon. pr. & Cortiano exceptis.

2 *Pro x autem duplex aa.*] Codex Salmaſ. *pro x autem duplex aa.* & ſic Rob. Steph. quae veriſſima ſcriptura eſt. nam z rariſſime Latinis in vocibus occurrit. GRAEV. *Pro x* & *duplex a* S. GRON. Omnes ad unum MSS. & Edd. ante Caſaubonum, qui mutavit contra ſuos etiam libros, habent *pro x*. niſi quod in Cort. & Ed. Camp. *per x*. Litteram *x* bene vindicarunt Graevius, & jam ante Scriverius ex Iſidor. L. 1. Orig. C. 4. Nam quae eam vulgari ordine ſequuntur *y* & *z*, non ſunt Latinae, ſed Graecae litterae, quae in Latinorum uſum modo propter Graeca nomina Auguſti tempore venerunt: Per notas ergo ſcribens debebat ſequi vulgarem litterarum numerum & ordinem. Adi omnino Martian. Capell. L. III. p. 52. 57. 58. quo loco legendum ex MSS. Leidd. 4. *cum ſupervacuis* &c. & male Grotius in numero octodecim litterarum ex ſententia Martiani ponit *y* pro *b*. Nam *y* velut Graecam rejicit quoque; & ultimum ipſi elementum Latinum ſimplex eſt *v*. Adi quoque Iſidor. d. l. Diomed. p. 415. &c. Priſcian. L. 1. p. 561. Cledon. p. 1883. Terentian. Maur. p. 2389.

Nihil Auſoniis eſſe opus Υ ſonare dixi,
Et Ζῆτα ſupremum, niſi Graja verba cogent.

Reſtitui igitur *x*; ſed & ſtatim dedi *duplex a*, e MSS. Memmian. Mediceis tribus, Polit. Vindob. utroque, Pin. Periz. Exc. Voſſ. & Edd. antiquioribus, item Steph. aliisque, non *aa*: quod ineptum eſt; nam duplex littera eadem eſt quater repetita, ut animadvertit jam Schefferus. Poſtea *nec Gr.* Vindobon. ſec. *leviori* Cort. Edd. Rom. *etiam ipſis*, in iisdem; & *adduxerat* Vindobon. pr.

3 *Repletus Sphaeri.*] Cum in Urſini aliiſque pluribus codicibus extet

Arei philoſophi, filiorumque ejus Dionyſii & Nicanoris contubernium: non tamen, ut aut loqueretur expedite, aut [1] componere aliquid auderet. Nam & ſi quid res exigeret, Latine formabat, vertendumque alii dabat. Sed plane poëmatum quoque non inperitus, delectabatur etiam comoedia

tet *contubernio* ſine *iniit*, puto hunc locum ſic ſcribendum eſſe: *Deinde etiam eruditione varia repletus in Sphaeri, Arei philoſophi, filiorumque ejus Dionyſii & Nicanoris contubernio.* Quid Salmaſii emendatio ſibi velit, ſane non capio. Et *repleri eruditione per contuberntum Arei*, non puto quemquam meliorum temporum ſcriptorem dixiſſe aut probare. In Codice Copeſiano *Sphaeri & Arei* non legitur. GRAEV. *ſper Arei.* Leg. *repletus per Arei philoſophi* &c. *contubernium.* SALM. Et hanc Salmaſii emendationem ut unicam veriſſimamque Suetonio reſtitui, quum verbum *iniit* ab eodem notaretur quoque non exſtare in veteri codice. GRON. Pro *Sperarci*, quod tamen ipſum quoque fuit in Pinell. Giphanius ſic habet: *ſorte legendum* ſuper Arei. *De hoc philoſopho* Areo Alexandrino *Plutarchus in Antonio.* SCHEFF. Summo jure probant Mercerus ad Appul. de deo Soc. p. 145. Gronovius & Burmannus conjecturam Salmaſii *repletus per Arei* &c. *contubernium* deleto verbo *iniit*, quod non agnoſcunt quoque MSS. Urſ. Liſl. Medic. ſec. a m. pr. Exc. Cujac. & Steph. editio. Nam praeter inſolentiam locutionis *inire contubernium*, noluit Suetonius dicere, Auguſtum *eruditione, etiam varia*, (ſic enim ordinandae & diſtinguendae ſunt hae voces, auctoribus Mediceis tribus, Politian. Exc. Cuj. Voſſ. Edd. Rom. vulgo *etiam erud. var.*) jam repletum, tunc demum iniiſſe contubernium illorum virorum, ſed per eorum uſum & convictum talem eruditionem eſſe nactum, eaque repletum, quotidie audiendo, diſſerendoque: Nec capio, qui minus Latinum id exiſtimarit ſummus Graevius. Salluſt. in Cat. C. 7. *per uſum militiam diſcebant:* ſicut & *per conſuetudinem* bonorum malorumve hominum aliquem imbui victutibus vitiisve, quae illis bonis malisve inſunt, paſſim occurrit. *Sphaeri* quoque unico Torrentii male corrigentis ingenio debetur. MSS. & Edd. Vett. conſtanter habent *Sperarei, Sperarci, Sperei phil.* Quapropter cum pro *iniit* deſideretur aliud verbum, & pro *contubernium* ſcribatur *contubernio* in Urſini & Caſauboni quibuſdam libris, uti & Medic. ſec. Exc. Voſſ. totus locus ſic legendus videtur. *Deinde eruditione, etiam varia, repletus eſt* (hinc enim littera *s*) *per Arei Philoſophi, filiorumque ejus Dionyſii & Nicanoris contubernia: non tamen* &c. quamquam *contubernio* poteſt natum eſſe ex correctione librariorum, aut more ſcribendi *contuberniom.* Quare reliqui *contubernium.* Ceteras emendationes in textum recepi.

[1] *Componere aliquid auderet.*] Singularis & elegans eſt lectio codicis Vindobonenſis primi *compoſitione aliquid auderet*, ſive ipſe componendo aliquid Graece vires experiretur, quid Graece poſſet, atque lectorum auditorumve judicium de ſua Graecae linguae cognitione ſubiret. In Caeſ. C. 2. *ad audendum aliquid.* Paſſim *audere* cum caſu Accuſativo ſine verbo adhiberi, nemo neſcit. Tutius tamen eſt vulgato, in quo nihil eſt, quod offendere poſſit, adquieſcere. Dein *ſpectaculis publicis* Medi-

dia veteri, & ſaepe eam exhibuit publicis ſpectaculis. In evolvendis utriuſque linguae auctoribus, nihil aeque [1] ſectabatur, quam praecepta & exempla publice vel privatim ſalubria; eaque ad verbum excerpta, aut ad domeſticos, [2] aut ad exercituum provinciarumque rectores, aut ad urbis magiſtratus, plerumque mittebat: prout quique monitione indigerent. Etiam libros totos & ſenatui recitavit, & populo notos per edictum ſaepe fecit: ut [3] orationes Q. Metelli *De prole augenda*, & Rutilii *De modo aedificiorum:* quo magis

tert. Polit. Vindob. ſec. Exc. Voſſ. &c. *comediis publicis* Medic. pr. Hulſ. Copeſ.

1 *Sectabatur.*] Anquirebat maxime exempla & praecepta, utpote eorum ſtudioſiſſimus. Sexcentries *ſectari rem* vel *locum* dici, cujus quis habendi cupidus eſt, metaphora a venatione ducta, quis ignorat? Huic loco proxime accedunt ſuperiora Cap. 25. *Minima commoda non minimo ſectantes periculo ſimiles ajebat aureo hamo piſcantibus.* in Rhetor. C. 6. *Nec alium in ulla cauſſa ſectatur locum, quam perorandi.* Horat. Art. Poet. vſ. 26.

Sectantem lenia nervi
Deficiunt animique.

Non opus itaque puto Gryphiani marginis lectione *ſpectabat.* Mox *exempla & praecepta* Periz. cum Edd. ſec. xv. Dein *excepta* Pulm. Vindob. pr. Periz. a m. pr. & alii, Edd. Camp. Gryph. minus bene. Vide. Burm.

2 *Aut ad exercituum provinciarumque rectores.*] In Medic. pr. & tert. non comparet τὸ *ad*, in omnibus eſt *exercitum*. Vind. ſec. *aut ad exercitum aut ad provinc. rectores.* In aliis etiam eſſe *exercitum*, monuit Cl. Burm. Sed quis credat, aut in animum ſibi inducere poſſit, talia pittacia, in quibus ſalubre aliquod praeceptum vel exemplum ſcripſerat Auguſtus, unquam miſſa fuiſſe *ad exercitum, monitione indigentem.* Certum mihi ſaltem eſt, vocalem *u* ob repetitionem de more ſemel excidiſſe: ut p. 156. in *Aeditus* pro *Aedituus* vidimus. *Conſularis rector* Cappadociae & legionum in Veſp. C. 8. *Rector copiarum* paſſim Tacito, ut Hiſt. I, 87. II, 11. 36. *Rector provinciae* Ann. XII, 40. II. Hiſt. 59. 85. & ſic aliis. *admonitione* in marg. Torr. *indig. monit.* Edd. Rom.

3 *Orationes Q. Metelli.*] Praenomen exſulat a Mediceis pr. tert. utroque Vind. *Quae* in Cort. & Ed. Camp. & aliis. Intelligit autem Q. Caecilium Metellum Macedonicum, primum Cenſorem plebejum cum collega Q. Pompejo A. U. DCXXIII, quem cum Q. Caec. Metello Numidico Cenſore A U. DCLII. confundit Torrent. ſupra ad C. 34. ex Gellio L. I. C. 6. quem etiam citat hic Caſaub. aliique ſaepe. Sed vel erravit Gellius, vel Numidicus aeque orationem in cenſura de uxore habenda, liberiſque creandis habuit, ac Macedonicus, cujus, non Numidici, orationem Senatui recitavit Auguſtus; qua de re conſule Cel. Duk. ad Epit. Liv. 59. *Q. Metellus cenſor cenſuit, ut omnes cogerentur ducere uxores liberorum creandorum cauſſa. Exſtat oratio ejus, quam Auguſtus Caeſar, quum maritandis ordinibus ageret,*

gis perſuaderet, utramque rem non a ſe primo animadverſam, ſed antiquis jam tunc curae fuiſſe. Ingenia [1] ſeculi ſui omnibus modis fovit. Recitantes & benigne & patienter audiit: nec tantum carmina & hiſtorias, ſed & orationes & dialogos. Componi tamen aliquid de ſe, niſi & ſerio, & a praeſtantiſſimis, obſendebatur; admonebatque Praetores, ne paterentur, nomen ſuum commiſſionibus obſolefieri.

XC. Circa [2] religiones talem accepimus. Tonitrua & fulgura paullo infirmius expaveſcebat: ut ſemper & ubique pellem vituli marini circumferret, pro remedio: atque ad omnem majoris tempeſtatis ſuſpicionem, in abditum & [3] concameratum locum ſe reciperet; conſternatus olim per nocturnum iter tranſcurſu fulguris: [4] ut praedixi-

mus.

ret, velut in haec tempora ſcriptam, in Senatu recitavit. Dein *Rutuli* Medic. pr. tert.

1 *Saeculi.*] Ita MS. S. vulgo *ſeculi*, & mox *audiit* S. GRON. Item Medic. tert. Edd. Med. Torr. pluresque. Cum aliis praetuli ſimplex *e*, Etymologiae ratione. Marmora, nummi, & antiquiſſimae membranae variant. V. Voſſ. in Etymol. Pier. ad Virg. Ecl. IV, 48. Dauſq. Orthogr. Vol. II. p. 284. Sed *audiit* recepi cum Steph. & Burm. ſuffragantibus quoque Mediceis pr. ſec. & Exc. Voſſ. *orationem* Cort.

2 *Religiones.*] *Relegiones.* & ita ſemper S. GRON. *Regiones* Medic. pr. *religionem* Vindob. pr.

3 *Concamaratum.*] Ita MS. S. vulgo *cancameratum.* GRON. Hanc Orthographiam alii quoque viri docti praeferunt, & ſic in Ner. C. 34. praeter Memmianum etiam Medic. tert. *camarae.* Sed adi me ad Front. III, 14, 13. *Tellorum camerae.* Perpetua non tantum in libro-

rum membranis eſt varietas; ſed & in lapideis monumentis. Apud Donium quidem Cl. II. N. 178. *Ti. Claudius Aug. Libertus &c. camarat. emit dimid. part.* Sed in Inſcript. Africana ſub Antonino Pio apud Spon. Miſc. Erud. Ant. p. 39. & Gorium T. I. Inſc. Etruſc. p. 8. *Cameram ſuperpoſuit.* Adi & Gudii Inſcr. ind. p. 44. & p. 333. N. 1. *Sepulchrum hoc concameratum fecit ſibi.* In Cort. & Edd. Rom. *concavernatum*, uti & mox *fulgoris.* Vide omnino ad Cap. 29.

4 *Ut ſupra diximus.*] Praeter optimum MS. Torrent. & Copeſ. atque Exc. Cujac. tres quoque Medic. Politian. Vindob. uterque, Pin. & Exc. Voſſ. dant *praediximus.* Quod verbum Suetonii aetate non ſolum pro *praemonere*, ſed & pro *ſupra dicere*, *ante demonſtrare*, frequenti erat in uſu. V. Burm. & in Add. ac me ad Frontin. L. II. C. 1. *Praedicta incommoda.* Me audacior quis ex hac varietate ilico concluderet, formulam eſſe a libra-

XCI. Somnia neque ſua, neque aliena de ſe, [1] negligebat. Philippenſi acie quamvis ſtatuiſſet non [2] egredi tabernaculo, propter valetudinem; egreſſus eſt tamen, amici ſomnio monitus: ceſſitque res proſpere, quando captis caſtris, lectica ejus, quaſi ibi cubans remanſiſſet, concurſu hoſtium confoſſa atque lacerata eſt. [3] Ipſe per omne ver, plurima, & formidoloſiſſima, & vana, & irrita videbat: reliquo tempore rariora, & minus vana. Quum dedicatam in Capitolio aedem Tonanti Jovi adſidue frequentaret, ſomniavit, queri Capitolinum Jovem, [4] cultores ſibi abduci: ſeque reſpondiſſe, Tonantem pro janitore ei adpoſitum: ideoque

brariis adjectam: Ac fateor admodum me dubitare de ejus legitimo auctore. Nam Suetonius non ſolet ita hoc monitum addere; neque alienus ab illa ſententia fuiſſe videtur Burmannus citans Raphel. ad Vellej. L. 1. C. 4. quem vide. Interim Codices ſecutus ſum.

1 *Negligebat.*] *Neglegebat* S. GRON. Et Medic. ſec. ac tert. ut paſſim.

2 *Egredi tabernaculo.*] Cl. Burm. auctoritate Codd. Periz. Harl. quibus adde Cortianum, & Edd. ante Caſaubonum, quas *omnes libros* Scriverius vocat, repoſuit *tabernaculum*. Et ſane iſta lectio eſt optime Latina, aeque ac cum Accus. *exire*, & forſan librariis minus erat nota. V. me quoque ad Caeſ. L. 1. de B. G. C 44. *Provinciae fines egreſſum*. Auct. Vit. Terent. *egreſſus urbem*. immo auctor noſter ait C. 63. *pueritiam egreſſo*. in Galba C. 3. *egreſſus praeturae gradum*. Verum obſervaſſe mihi videor, Suetonium uſum fuiſſe Accuſativo in metaphorico hujus verbi ſenſu; at in proprio, cum vere agitur de loco, quo quis egreditur, ſemper adhibuiſſe Ablativum: ut C. 53. *urbe oppidove ullo egreſſus*. Tib. C. 43. *urbe egredienti*. ubi V. Burm. C. 65. *non egreſſus eſt villa*. Calig. 36. *egreſſus triclinio*. Adde Cal. C. 56. Claud. C. 13. Vit. C. 4. Tit. C. 6. Quocirca, cum Memm. Politian. Medicei tres, Vindob. uterque, Copeſ. Hulſ. Exc. Cujac. Voſſ. confirment *tabernaculo*, illud de ſede non movendum judicavi. De Medico amico Artorio conſule interpretes.

3 *Ipſe per omne.*] MS. *Ipſe e. per o.* id eſt *ipſe etiam per o.* SALM. Nihil variant ceteri. Sed paullo ante *eſt* non comparet in Medic. tert. & Polit. Sed tunc abundat *quando*. Dein *formidoloſa* Vindob. pr. & unus Torrentii melius id judicantis, male: quia *plurima* praemiſit, & hic ſuperlativum praetulit. Sed in Ner. C. 6. *Multa & formidoloſa multis conjectantibus*. *formidoloſiſſima* Memm. ut docet Salmaſii manus. *formidoſiſſima* Cort. Ed. Rom. pr.

4 *Cultores ſibi abduci.*] Singularis eſt lectio Codicis Medicei ſec. *c. ſ. abduci ſepe*, ſive capias pro *ſaepe* ſeu *frequenter* & *adſidue*, ſive pro ſepimento, quo acceſſus ad ſe impediebatur: de quovis enim obſtaculo vox haec adhibetur; unde & *ſuperciliorum ſepes* Appulejo de Dogm. Plat. p. 588. Ed. Flor. *Pe-*

dis

eoque mox tintinnabulis faſtigium aedis [1] redimiit, quod ea fere januis [2] dependebant. Ex nocturno viſu etiam ſtipem [3] quotannis die certo emendicabat a populo, cavam manum aſſes porrigentibus praebens.

XCII. Auſpicia [4] & omina quaedam pro certiſſimis

des denique humerorum tenus (ſic leg. e MSS.) *capiti obediunt. At ſuperciliorum* ſepes *praemuniunt oculos.* Cicer. L. 1. de Divin. C. 7.

Aut denſus ſtridor quum celſo e vertice montis
Ortus adaugeſcit ſcopulorum ſaepe *repulſus.*

Ita enim bene MSS. omnes & Edd. Vett. Non intellexit locum doctiſſ. Daviſius, humani quid paſſus; dum repoſuit *repulſu*; quaſi *ſaepe* eſſet adverbium, & non Ablativus nominis *ſeps*, *ſepes* vel *ſaepes*. Vide Valer. Flacc. L. VI, 537. Pier. ad Virg. Ecl. 1, 54. ubi junctim

Vicino ab limite ſaepes &c.
Saepe levi ſomnum ſuadebit inire ſuſurro.

Ab limite eſt ab ea parte, qua vicinus eſt limes. ut Front. L. 1. C. 5. Ex. 10. *a limite obſtiterunt*, & ſimilia ὅτου κόνις. Quid autem ſit ventus *ſaepe ſcopulorum repulſus*, docere poteſt Lucanus L. IX, 450.

Et terrae magis ille nocet. Non montibus ortum
Adverſis frangit Libye, ſcopuliſque repulſum

Diſſipat: (ubi pro *ortum* clarius legi *ictum*, ſcilicet venti ſubſtantive, quia in MSS. novem a me viſis eſt *illum*, adhuc cenſeo.) & Vitruv. L. 1. C. 6. *Ut advenientes venti ad angulos frangantur, repulſique diſſipentur.* Eadem vox *ſaepe* pro adverbio ſumta corrupit quoque locum Calpurnii Ecl. III. 95.

Vel propius latitans vicina ut ſaepe ſub ara.

Ubi corrigendum e Cod. Neapolitano *vicina ſepe ſub horti*, vel *orti*, ut ſcribebant. In Suetonio tamen temere eam intrudere nolo, monuiſſe ſatis habens. (Vide & Dion. p. 523.) potuitque e varia lectione ſeq. *ſeque* eſſe nata. Dein *pro jan. ejus* Exc. Voſſ. & Vindob. pr.

1 *Redimivit.*] *Redimiit.* S. GRON. Nec aliter Medic. ſec. Copeſ. eoque tendunt reliqui Medicei & Hulſ. *redimit.* Vindobon. pr. *redimuit.*

2 *Dependebant.*] An ergo jam Suetonii tempore is mos deſierat? Contrarium perſuadent loca a viris doctis allata. Vide ergo, num *dependeant* leg. Sic inperfectum pro praeſenti intrepſerat ſupra C. 50. & apud Caeſ. L. 3. B. Civ C 34. *Macedoniae provinciae ab ea parte, quae Libera adpellabatur.* immo *adpellatur.* ut ibi vidimus; & adde Cic. de Har. Reſp. C. 6. *ex Oreſtide, quae pars Macedoniae libera.* Nec enim puto, tempus Imperfectum Latinis eamdem vim habere, quam Graecorum Aoriſti, deſignantes ſaepiſſime, quid ſoleat quis agere, vel quid ſoleat fieri. Inquirant, quaeſo, quibus plus otii & Grammaticalis ingenii eſt.

3 *Quotannis.*] *Quodannis & e populo* S. GRAEV. GRON. Paullo ante *etiam* abeſt a Vindob. pr. & dein *axes* Ed. Camp.

4 *Et omina quaedam.*] Ita MS. S. vulgo *quaedam & omina.* GRON. Cur ordinem illum immutarit Caſaubonus, non capio, niſi forſan obſecutus ſit aliquibus ſuorum Codicibus: uti eſſe videtur in Vindobonenſibus. Sed reliqui MSS. Pulm. Burm. mei & Edd. dant eum ordinem, quam reſtituit Gronovius; licet in nonnullis vitioſe ſit *& omina quidem*, vel *& omnia quidem* vel ſine &, pejoribusve modis.

Dein

mis obſervabat. Si mane ſibi calcius perperam, ac ſiniſter pro dextero, [1] induceretur, ut dirum: ſi terra marive ingrediente ſe longinquam profectionem, forte roraſſet, ut laetum, maturique & proſperi reditus. [2] Sed & oſtentis praecipue movebatur. [3] Enatam inter junctūras lapidum ante domum ſuam palmam in compluvium deorum Penatium tranſtulit: utque coaleſceret, [4] magno opere curavit. Apud inſulam Capreas, veterrimae ilicis demiſſos jam ad terram languenteſque ramos convaluiſſe adventu ſuo, adeo laetatus eſt, [5] ut eas cum republica Neapolitanorum permutaverit, Aenaria data. Obſervabat & dies quoſdam, ne aut poſtridie nundinas quoquam proficis-

Dein *ſibi* exſulat a Cort. Edd. Rom. *calcius ſibi* Medic. tert. Tum *dextro* in Mediceis & Vindobonenſibus atque Edd. Rom. exſtat.

1 *Induceretur.*] Bene viri docti contra Torrentium probarunt, non peculiarem hunc Suetonio fuiſſe loquendi modum; ſed aliis etiam uſurpatum, uti jam docuit Salmaſ. ad Tertulliani Pallium p. 385. *calciatus inducitur.* Male itaque in Vindob. pr. eſt *indueretur.* Nec ſolum *calcii* dicuntur *induci;* ſed & *pes* & *homo* dicitur *induci* calceo, ut *indui veſte.* Colum L. VI. C. 12. *Ac ſolea ſpartea pes inducitur:* nam ſic MS. Politiani: vulgo *induitur.* Appul. L. 11. Florid. p. 225. Ed. Colv. *Indumenta quibus erat indutus & calciamenta, quibus erat inductus.* L. XI. Met. p. 244. e MSS. Flor. & Oxon. *Alius ſoccis obauratis inductus, ſerica veſte* &c. ita enim diſtinguendum quoque. Sequitur *piſcatorem cum hamo induere.* Plura ejus loca olim jam correxi vel vindicavi in Miſcel. Obſ. Vol. 11. p. 455. Vide & ad Caeſ. L. 11. B. G. C. 21. In ſeqq. pro *ſe* Vindob. pr. habet *ſeu. rotaſſet* Ed. Camp. *volaſſet* Cortian. Tum *maturi proſperique* Cort. Edd. Rom.

2 *Sed &.*] Exſulat & ut ab aliorum libris nonnullis, ſic etiam a Vindob. ſec. Cort. Edd. Rom. at contra Suetonii ſtylum.

3 *Enatam.*] *ea natam* S. GRON. De impluvio, *Penatium* ſede, ut foco & cubiculo *Larium*, conſule omnino Cl. Erneſt. in Clavi Cicer. in voce *Impluvium*, plura hic promittentem.

4 *Magno opere*] Ita MS. S. vulgo *magnopere.* GRON. Item Ed. Burm. V. ad. Jul. C. 1. Mox *dimiſſos* Cort. Edd. Camp. Mediol. aliaeque, male. *laetatus eſt adeo* Vindob. ſec.

5 *Ut eas.*] Ita & MS. & ſupra correctum eadem manu *eos* S. GRON. Inepte. Pactus eſt, ut Reſp. Neapolitana Capreas ipſi daret, & illa Aenariam acciperet. V. omnino Burm. & Drakenb. ad Liv. L. XLII. C. 5. *Urbes nullius liberae civitatis fortunam ſecum mutatam vellent.* Juſtin. L. III. C. 1. *Jubet Artabanum ſecum loricam commutare.* Hinc Terentianae quoque locutiones *fidem cum aliquo mutare, verba commutare cum aliquo*, in Phorm. III, 2. 27. Andr. II, 4, 7. *Aemaria* vel *Aeniaria* itidem in Medic. pr. tert. Vindob. ſec.

1 *Nunc*

ficiſceretur : aut [1] Nonis quidquam rei ſeriae inchoaret : nihil in hoc quidem aliud devitans, ut ad Tiberium ſcribit, quam δυσφημίαν nominis.

XCIII. Peregrinarum cerimoniarum, ſicut veteres [2] ac praeceptas reverentiſſime coluit, ita ceteras contemtui habuit. Namque Athenis initiatus, quum poſtea Romae pro tribunali de privilegio ſacerdotum Atticae Cereris cognoſceret, & quaedam ſecretiora proponerentur, dimiſſo [3] conſilio & corona circumſtantium, ſolus audiit diſceptantes. At contra non modo [4] in peragranda Aegypto

1 *Nonis quidquam rei ſeriae inchoaret.*] Hanc ego cauſſam exiſtimo hujus ſuperſtitionis, quod inciperet hoc vocabulum a *non*, quod vetat: quaſi omen eſſet, rem inchoatam non ſucceſſuram. Haec eſt δυσφημία nominis: ut in illo *Cauneas*, quaſi eſſet *cave ne eas*. GRAEV. Sic etiam Beroaldus Gruter. aliique, recte. *Ominis* enim male ad finem capitis eſt in multis Edd. & MSS. & inter hos in utroque Vindob. Periz. Edd. Rom. pr. Mediol. *ferre incoaret* Vindob. pr. *aliud* deeſt Medic. pr. item *quam* illi & tertio, ut & δυσφημίαν omiſerunt Edd. Rom. *dubitationem* prave Vindobon. pr.

2 *Ac praeceptas.*] Sic exhibent etiam Pin. & MSS. mei omnes; quod interpretor, non legibus juſſas, ſed ante in urbem publice *receptas*, ut in MSS. & Edd. nonnullis e gloſſa reperitur. Agitur enim de peregrinis cerimoniis, quae permiſſae quidem & agnitae, non lata lege vel SCto, aut plebiſcito, vel edictis populo Romano erant inpoſitae, licet etiam publice receptis peregrinis diis ſacra fierent. De verbo *praecipere* hoc ſenſu multi multa paſſim congeſſerunt. Vide Burm. Forſan tamen hic fuerat *P. R.* ſive *populo Romano rec.* vel *acceptas*. Adi ad Lucan. L. VIII. 831.

Nos in templa tuam Romana accepimus Iſin.

Eaque conjectura nonnihil mihi blanditur. *Aut* pro *ac*, ut in aliis Edd. ſic quoque in Mediol. eſt. De Genitivo *cerimoniarum* vide ad Cap. 48. *reverendiſſime* Edd. Mediol. Ven.

3 *Concilio.*] Lege *conſilio*, hoc eſt, aſſeſſoribus in tribunali. Diximus ad Livium.] FR. GRONOVIUS. Firmat codex Salmaſii, in quo *conſilio* legitur. Tib. cap. 18. *Nihil non de conſilii ſententia agit.* GRAEV. *Conſilio.* Ita MS. S. vulgo *conſilio.* GRON. Confirmat τὸ *conſilio* ſolus Medic. tert. quod tamen ipſa res poſtulat, & receptum ab Editoribus eſt.

4 *In peragranda Aegypto.*] MS. Cortian. & Ed. Romana Campani dant *in peragenda A.* quod quamvis elegans, nimis poëticum tamen eſt, & maxime in re maritima. Conſule N. Heinſium & Burm. ad Perronii Carmen de B. Civ. in initio.

Gravidis freta preſſa carinis
Jam peragebantur.

Apud Diomedem L. III. pag. 512. Ed. Putſchii.

Fontes & gelidi perago vada fluminis.

At noſter C. 60. *peragrans provincias.* & Tib. 46. *peragrata Campania*

gypto [1] paullo deflectere ad viſendum Apin ſuperſedit: ſed & Cajum nepotem, quod Judaeam praetervehens [2] apud Hieroſolymam non ſubplicaſſet, collaudavit.

XCIV.

nia. Immo in re navali Calig. C. 37. *Liburnicis litora Campaniae peragrare; ubi vide, & Duker. ad Flor. II, 7, 6. Litora claſſe peragravit.* Idem recte obſervavit, huic verbo ineſſe vim celeritatis ad Lib. II. C. 1. *orbem terrarum bellis victoriiſque peragravit:* uti legendum videtur apud Curtium L. III. C. 5. *terras, quas victoriis peragraſſent.* in MSS. 3. *victoria:* vulgo *victores*; quod defendere quis poſſet loco Velleji L. II, C. 97. *Peragratuſque victor omnes partes Germaniae:* ſi quidem ſanus eſt ille. Confer notata ab Cl. Arntzenio ad Plinii Paneg. C. 14. *Cum orbem terrarum non pedibus magis, quam laudibus peragrares.*

1 *Paulum.*] *Paulo* S. GRON. Revocavi hanc lectionem *paullo* vel *paulo*, quae eſt omnium MSS. ſi unicum Urſini excipias, & editionum Caſaubono priorum: ut apud Caeſarem L. VII. B. G. C. 45. *Paullo progreſſam inferiore conſtituit loco.* Sic enim ibi in vetuſtiſſimis membranis exarari monui, Plin. L. XI. C. 40. *Delphini binas ſub ima*, (ſic lego: nam MSS. *in bina*) *alvo papillas, paullo in obliquum porrectas:* ubi tamen in Chifl. & veterrimo Leid. *paulum.* Sic frequens confuſio in *multum* & *multo, modicum* & *modico, quantum* & *quanto.* V. Drakenb. & quos laudat, ad Liv. L. V, 6, 10. L. XXVI, 29. item Burm. & me ad Lucan. L. II, 225. 517. Pric. ad Appul. p. 16. *videndum Apin* Vindob. pr. *viſendam* in Ed. Graev. operarum culpae eſt adſcribendum. *Aprin* etiam Vindob. ſec.

2 *Apud Hieroſolymam.*] Veram exiſtimo Cl. Burmanni conjecturam *Hieroſolyma*, ex Neron. C. 40. Tit. C. 5. Nulla poteſt dari ratio, cur unico hoc loco ſingularem numerum maluiſſet auctor. Eodem modo refingendum putem Ciceronem pro Flacco C 28. *Ex omnibus provinciis Hieroſolyma exportari:* non *Hieroſolymam:* nam bis eodem capite ſcripſit Tullius *captis & ſtantibus Hieroſolymis.* Idem cenſeo de Taciti loco L. V. H. C. 2. *Conditae urbi Hieroſolyma nomen e ſuo feciſſe;* vulgo *Hieroſolymam.* quum nuſpiam Tacitus in ſingulari efferat; licet ſaepiſſime ejus faciat mentionem; ut L. II. H. 4. V, 1. 8. 9. 10. 11. Apud Plinium quoque L. VI. C. 34. *Amplectitur Babylonem, Idumaeam, Samariam, Hieroſolymam, Aſcalonem,* &c. repone *Hieroſolyma:* nam idem Lib. V. C. 6. *ſecunda arx Judaeae ab Hieroſolymis.* C. 14. *In qua fuere Hieroſolyma.* & L. XXVII. C. 4. *in Judaea ſuper Hieroſolyma.* Neque, ut aliter ſentiam, movet me recentior Epitomator Livii Ep. 102. *Fanum eorum in Hieroſolyma inviolatum ad id tempus cepit:* ubi tamen quantum diſcrepent libri MSS. vide apud Celeb. Drakenb. Nam in Floro etiam L. III. C. 5. *Hieroſolymam defendere tentavere Judaei; verum hanc quoque intravit:* legendum eſſe *Hieroſolyma,* docet conſtans ſatis MSS. lectio *haec*; uti inveni in quatuor Leidd. & *Hieroſolyma,* linea ſuperducta in tribus membranis: (Adi Clar. Duker.) quae hic quoque in aliquot MSS. a male ſedulis librariis eſt adpicta. Immo licet retineas *hanc*, tamen *Hieroſolyma* in plur. valent. Nam ſic & Suet in Tito C. 5. *Hieroſolymorum oppugnatione* &c. *cepitque eam*, ſcil. *urbem.* Genus enim femininum ſic ſubjicitur nominibus urbium cujuſcumque terminationis. Confer Cl. Drakenb. ad Liv. L. IX. C. 44. *Bevianum, ubi* poſte-

XCIV. Et quoniam ad [1] haec ventum eſt, non ab re fuerit ſubtexere, quae ei prius, quam naſceretur, & ipſo natali die, ac deinceps evenerint, quibus futura magnitudo ejus, & perpetua felicitas ſperari animadvertique poſſet. Velitris antiquitus tacta de caelo parte muri, reſponſum eſt, ejus oppidi civem quandoque rerum potiturum: qua fiducia [2] Veliterni, & tunc ſtatim & poſtea ſaepius, paene ad [3] exitium ſui cum populo Rom. belligeraverant. Sero tandem documentis adparuit, oſtentum illud Auguſti potentiam portendiſſe. Auctor eſt Julius Marathus, ante paucos, quam naſceretur, menſes prodigium Romae factum publice, quo denunciabatur, [4] regem populo Romano

poſtero die coepta oppugnari. Voſſ. de Analog. L. 1. C. 12. Quin etiam dubito, an Eutropius non ſcripſerit in plurali *Hieroſolyma* L. VI. C. 14. Nam idem L. VII. C. 20. & 21. ait *de Hieroſolymis*: & *in obpugnatione Hieroſolymorum.* Ex capite 19. *Hieroſolyma, quae fuit urbs*, nihil certi eliciendum eſt; ſicuti nec e Solino C. 35. *Judaeae caput fuit Hieroſolyma, ſed exciſa eſt.* Vel enim *eſt* inſititium eſſe, vel *urbs* ſubintelligi poteſt: quoniam idem ſtatim bis in plurali *Hieroſolymis* ſubjungit. Non igitur adeo promiſcue dixerunt *Hieroſolyma, Hieroſolymam, Hieroſolymas*, ac cenſet Salmaſius ad Solinum p. 98. Porro *ieruſolymam* eſt in Medic. pr. & Exc. Voſſ.

1 *Hoc.*] *Haec* S. GRON. Reſcripſi *haec* cum Mediceis tribus, Politian Vindobon. pr. Exc. Voſſ. aliiſque, pro vulgari *hoc.* Pro & Cort. & Ed. Camp. *at.* Mox *evenerunt* Vindobon. pr.

2 *Velitrini.*] Codex Salmaſii: *Veliterni*, ut apud Livium quoque ſcribitur. GRAEV. *Veliterni.* Ita MS. S. vulgo *Velitrini.* GRON. Accedunt tum Codd. & Edd. Burmanno viſi, tum Medicei tres, Politian. Vindobon. uterque, Cort. & Ed. Camp. In Livio & aliis eadem confuſio. Adi Comment. ad Steph. Byz. V. Βέλιτρα. Sed lapides *Veliterni* legendum probant. V. Burm. Cluver. in Ital. Ant. p. 1015. F. Weſſeling. ad Diod. Sic. L. XIV. C. 102. Paullo ante *ejus* faſtidiunt Medic. tert. ac Politian. & recte, ut puto. Voce ſola *oppidi* ſatis intelliguntur Velitrae: ac brevitas melius ſortis vel vatum reſponſo convenit.

3 *Exitium.*] Medic. tert. a m. pr. Edd. Camp. Mediol. cum aliis frequenti variatione *exitum.* & *belligeraverunt* Medic. pr. tert. Vindobon. uterque. *tamen* Vindobon. ſec. Dein *Maratus* Medic. ſec. Vindobon. ſec. ut C. 79. *Marachus* Edd. Rom.

4 *Regem populo R.*] Praetuli hunc caſum cum Edd. J. Gronovii & Burmanni. In aliis *p. R.* vel *po. Ro.* vel *pop. Rom.* aut *populi Romani.* Plin. L. 11, Hiſt. Nat. 63. *Illa medicas fundit herbas, & ſemper homini parturit.* Claudian. in Conſ. Probini & Olybrii vſ. 204.

Felicemque uterum, qui nomina parturit annis.

no Naturam parturire: ſenatum exterritum cenſuiſſe, ne quis illo anno genitus educaretur: eos, qui gravidas uxores haberent, [1] quod ad ſe quisque ſpem traheret, curaſſe, ne ſenatuſconſultum ad aerarium deferretur. In Aſclepiadis [2] Mendetis Θεολογουμένων libris lego, Atiam, quum ad ſollemne Apollinis ſacrum media nocte veniſſet, [3] poſita in templo lectica, [4] dum ceterae matronae dormirent, obdor-

Dein *genitus* abeſt a Medic. tert. niſi quod inter verſus exſtet: in Hulſiano *editus*; quod placebat viro doctiſſimo. Sed C. 17. *de duobus Fulvia genitis.* Tiber. C. 5. *inſequenti anno genitum eum ſcribant.* Sed & *editus* paſſim utitur hoc ſenſu cum aliis auctor: ut C. 63, 65. Vit. 3. Tit. 3. &c.

1 *Quo ad ſe quiſque ſpem traheret.*] Scribe ex Salm. cod. & Rob. Steph. *quod ad ſe quiſque ſpem traheret.* GRAEV. *Quod.* Ita MS. S. vulgo *quo.* GRON. *Quod* etiam in Medic. pr. tert. Politian. & Exc. Voſſ. Cujac. atque Edd. multis, uti & Torrentii. Quae varietas fere eſt perpetua. Ac, ſive *quo*, ſive *quod* legas, interpretandum eſt per *quia* ſeu *quoniam.* V. ad Caeſ. L. 1. B. G. C. 51. Nepotem in Pelop. C. 2.

2 *Mendetis Θεολογουμένων.*] *Medentis* Cort. idemque cum MSS. reliquis, & Edd. Vett. pleriſque *Theologumenon.* Tum *Aciam*, *Aciam*, *Actiam* hic & mox MSS. & Edd. Vett. ut ſupra C. 4. in Vindobon. pr. *q. adhuc ſ. Appollinis ſacrificium.*

3 *Poſita.*] *Et poſ.* S. GRON.

4 *Cum ceterae matronae dormirent obdormiſſe.*] Horum verborum ſenſum ineptum eſſe, quivis non ineptus facile videt. Gruterus conjicit legendum: *dum ceterae matronae edormirent*, ut velit, inquit, in lectiçis quamque ſuis compleſſe ſomnum, dormi interruptum, dum maturant ad hanc Apollinis aedem. Sed nec ſic inſulſus ſenſus tollitur, qui poſtulat, ut aliud quid matronae dicantur feciſſe, quam Livia, quae obdormierit. Torrentius tanquam immedicabile vulnus recidit haec verba: *dum ceterae matronae dormirent.* Sed hoc eſt violentum contra omnium codicum fidem. Mutatione levi omnia poſſe, quae hic morantur lectorem, tolli, cognoſces, ſi mecum legeris: *dum ceterae matronae domum irent.* Cum peractis ſacris ceterae domum irent, haec forte obdormiit. GRAEV. Acutiſſima ſane & probabilis eſt Graevii conjectura. Quid ſuper hoc loco conjecerint alii viri docti, vide in Ed. Burm. & Scriv. Nihil temere muto. Certum eſt, *dum* cum ſubjunctivo non ſignificare *quando*; ſed *donec* vel *quamdiu.* Cap. 78. *& dum per vicos deportaretur, & depoſita lectica, inter aliquas moras condormiebat.* In Calig. C. 38. *quantum egiſſet, dum ea meridiaret*; niſi & ibi *quum* ſcribendum: ut in Nerone C. 35. fieri debet: *mergendum mari, quum piſcaretur*, non *dum.* Recte Caſſius apud Cicer L. XII. ad Fam. Ep. 13. *dum ſerviremus.* V. ad Hirt. B. Afric. C. 88. & ſaepius. Poſuit ergo ſellam Atia, ut & ipſa, quamdiu ceterae dormirent, & donec ſacri peragendi momentum adeſſet ex ſacerdotum monitu, levem ſomnum caperet; atque ita condormivit. In Vindobon. pr. *d. e. m. ad eam veniſſent dormirentque*, quae lectio nonnihil favet conjecturae Cl. Ernesti. *venirent* vel *com veni-*

obdormiſſe; draconem repente inrepſiſſe ad eam, paulloque poſt egreſſum: [1] illam expergefactam quaſi a concubitu mariti purificaſſe ſe: & ſtatim in corpore ejus exſtitiſſe maculam, [2] velut depicti draconis; nec potuiſſe umquam [3] exigi: adeo ut mox publicis [4] balneis perpetuo abſtinuerit: Auguſtum

venirent. Ceterum non poſſum, quin hac occaſione locum Valerii Maximi ab effreni quidvis novantium Criticorum libidine vindicem, L. I. C. 5. §. 4. *Caecilia Metelli* dum *ſororis filiae, adultae aetatis virgini, more priſco, nocte concubia nuptialia petit, omen ipſa fecit. Nam* quum *in ſacello quodam ejus rei gratia, aliquamdiu perſedisſet, nec ulla vox propoſito congruens eſſet audita, feſſa longa ſtandi mora puella rogavit materteram, ut ſibi paullisper locum reſidendi accommodaret; cui illa,* Ego vero, *inquit,* libenter tibi mea ſede cedo. Interpretum nemo in his verbis vitii quid ineſſe ſuſpicatus eſt. Nuperrime vero Germani duo Viri, eruditione & ingenio nobiliſſimi, turpem in illis mendam certo certius reperiſſe ſibi viſi ſunt, & idcirco legunt vel *aliquamdiu perſtetiſſet*, vel *aliquantisper ſtetiſſet.* V. Miſcell. Lipſ. Nov. Vol. IV. T. II. a p. 366. ad 371. & Vol. V. T. II. p. 330. Credidêrunt ſcilicet, de ſeq. *puella* jam hic loqui Valerium: quum agat adhuc de matertera *Caecilia*, ſedente, dum ei adſtabat puella: ut hiſtoriae, ab aliis quoque narratae, ac verborum ſeries, & ſeqq. *tibi mea ſede cedo*, in quibus *omen* conſtitit, invictiſſime probant. Ceterum *obdormiviſſe* Cort. de quo verbo adi ad Claud. C. 7.

1 *Illamque.*] *Illam* MS. S. ſine copula. GRON. *Que* eſt in meorum ſolis Medic. tert. ac Politian. In reliquis, uti & Torrentii & Burmanni libris, item Edd. Roman. Ven. Mediol. aliiſque non conſpicitur, neque eſt neceſſaria.

2 *Velut depicti.*] *Velut epicti* S. GRON *Veluti* Vindob. pr. Cort. Edd. Rom. *picti* Medic. ſec. tert. Pin Exc. Voſſ. De maculis illis vide ad C. 80.

3 *Eximi.*] jure J. Fr. Gronovius (L. I. Obſ. C. 18.) veterum librorum ſcripturam *exigi* praetulit editionibus. Et ſic videtur Ovidius quoque ſcripſiſſe:

Exigit ipſa dies omnes de corpore mendas.

GRAEV. *Exigi.* Ita MS. S. vulgo *eximi.* GRON. Merito *exigi* receperunt viri docti; quod exhibent duo Torrentii codices, margo Gryphii, & Medic. pr. ac tert. Pinell. cum Exc. Cujac. ac Voſſ. Vide Burmannum. Sed unice huc facit locus Plauti, a Gronovio prolatus, Capt. IV, 2, 61. *Ex corpore exigam omnes maculas meorum tibi.* Paſſim *exigere* ponitur pro expellere, ejicere, eximere. Conſule Burm. ad Ovid. Ep. II, 114. v. Met. 171. VII, 337. Appulej. L. V. Met. p. 93. Ed. Pric. *Pſyche conjugale illud praeceptum nullo pacto temerat, nec pectoris arcanis exigit:* ubi male Sciopp. L. II. Suſp. C. 10. *arcana* praefert. Apud Plin. etiam L. XI. C. 53. *Venena ſerpentium ſuctu corporibus eximerent.* MSS. quinque a me viſi cum aliis dant *exigerent.* Sil. L. V. 354. *ferrum exigere omnia.*

4 *Balneis.*] *Balneis* S. GRON. Item Exc. Voſſ. & Ed. Pitiſc. V. ad C. 76. *abſtinerat* Vindob. ſec. cum Medic. pr. Dein *eademque* Vindobon. pr.

ſtum natum menſe decimo, & ob hoc [1] Apollinis filium exiſtimatum. Eadem Atia prius, quam pareret, ſomniavit, inteſtina ſua ferri ad ſidera, explicarique per omnem [2] terrarum & caeli ambitum. Somniavit & pater Octavius, utero Atiae jubar ſolis exortum. Quo natus eſt die, quum de Catilinae conjuratione ageretur in curia, & Octavius ob uxoris puerperium ſerius [3] adfuiſſet, nota ac vulgata res eſt, P. Nigidium, comperta morae cauſſa, [4] ut horam quoque partus acceperit, adfirmaſſe, dominum terrarum orbi natum. Octavio poſtea, quum per ſecreta Thraciae exercitum duceret, in Liberi patris luco barbara cerimonia de filio conſulenti, idem adfirmatum eſt a ſacerdotibus: quod, infuſo ſuper altaria mero, tantum flammae emicuiſſet, ut ſupergreſſa faſtigium templi ad caelum uſque ferretur: [5] unique [olim] omnino

1 *Apollinis filium exiſtimatum.*] Ideo & Apollinis in convivio δωδεκάθεω perſonam geſſit, ut C. 70. tradidit Suetonius, & non modo in nummo vetere, quem produxit Torrentius, ſic fingitur, ſed & in antiqua inſcriptione ſic appellatur.

APOLLINI. DIVO. AVG.
Q. LVTATIVS. Q. F. CLA.
CA. . .

Q. LVTATIVS. Q. F. CLA. . . .

GRAEV.

2 *Terrarum.*] *Terram* S. GRON. Et ſic Medic. tert. Mox *de conj. Cat.* Vindobon. pr. Dein *puerperum* in eodem.

3 *Adfuiſſet.*] *Affuiſſet* S. GRON. Sic & Medic. duo, Politian. Vindobon. pr. Periz. Exc. Voſſ. Edd. Vett. nonnullae, ut paſſim.

4 *Ut horam q. p. acceperit.*] Grammatici jubent *ut* in ſignificatione τῦ poſtquam, ſimulac, habere junctum ſibi indicativum. V. Cl. Drak. ad Liv. L. XXXV, 23. §. 3. ubi Gron. ex uno Cod. pro *quum* malebat *ut in Aetoliam veniſſet.* Adi & Periz. ad Sanct. in Min. p. 810. & ſic C. 12. *ſed ut cognovit.* Immo in Vindobon. pr. exaratur *accepit.* Verum tamen non auſim penitus ſubjunctivum damnare. Nam & Cicero, qui cum aliis & noſtro C. 8 hujus vitae, *utque primum comperit*, plerumque *ut* & *ut primum* jungit indicativo, ſcripſit L. v. ad F. Ep. 2. *me, ut primum in concione provinciam depoſuerim, ſtatim, quemadmodum eam tibi traderem, cogitare coepiſſe.* Ita & *ſimulac primum* cum utroque modo. Adi Burm. ad Caeſ. vitam C. 30. Vide etiam ad Tiber. C. 65. *ut quidque foret factum.*

5 *Unique olim omnino Magno Alexandro.*] Cod. Salmaſ. *unique omni Magno Alexandro. Olim* depravatum eſt in *omni*, quod poſtea aliis quoque inſertum codicibus cum vera lectione, indeque ortum illud *omnino*, quod ſane expungendum eſt. GRAEV. *Unique omni Magno*

no Magno Alexandro, apud eaſdem aras ſacrificanti, ſimile proveniſſet oſtentum. Atque etiam ſequenti [1] ſtatim nocte videre viſus eſt filium mortali ſpecie ampliorem, cum fulmine & ſceptro, exuviiſque Jovis Optimi Maximi, ac radiata corona [2] ſuper laureatum currum, bis ſenis [3] equis candore eximio trahentibus. Infans ad-

Magno S. & adſcripſit (Leg. *unique olim Magno.*) GRON. Daviſii ad Caeſ. L. VIII. B. G. C. 29. ejicient s *tò olim* conjectura egregie confirmatur a Medic. ſec. Vindobon. ſec & Excerpt. Cujac. *unique omnino.* Contra in Medic. pr. tert. & Copeſ. ſine *uni* eſt *olimque omnino.* Verum ſi *olim* quis retinere velit, melior foret lectio Cod. Politian. *olimque uni omnino:* hae enim voces jungi debent, & *olim* minime eſt neceſſarium: quod & monuit Burmannus. Caeſ. L. v. B. G. C. 18. *Quod flumen uno omnino loco pedibus tranſiri poteſt.* L. VI, 36. *Unus omnino collis intererat.* Appul. in Apol. p. 52. Ed. Pric. *Unum omnino nominas puerulum.* Auctor ipſe in Claud. C. 17. *Expeditionem unam omnino ſuſcepit.* Et ſic ſupra *duas omnino clades*; ac ſimilia aliis paſſim, qui vocem *omnino* numero connectunt. *Magnoque A.* in Vindobon. pr. Paullo ante *ſuper altari* Exc. Voſſ. Dein *perveniſſet oſt.* Cort. & Edd. Rom. male. Ceterum Macrobii locum L. 1. Sat. C. 18. non puto, huic lucem adfundere, ibique de alio Bacchi Sabazii templo tectum apertum, de quo hic nihil, habente agi, opinor.

1 *Statim nocte.*] Ita MS. S. vulgo *nocte ſtatim.* GRON. Sic quoque in tribus Medic. Copeſ. Hulſ. Exc. Voſſ. Sed & Vindobon. ſec. *inſequenti*; ut ſaepe noſtro & aliis. V. in Caeſ. C. 29. Aug. C. 44. Infra *nocte inſequenti* in Tib. C. 5. ut in MSS. Veſp. C. 5. & alibi. Dein Politian. *cum fulmine, ſceptro.* in Exc. Voſſ. *excubiiſque.* Ed. Camp. *eximiiſque.*

2 *Super laureatum currum.*] Corrupta procul dubio eſt lectio. Nihili enim hic eſt *currus laureatus.* Nec virorum doctorum conjecturae ſatisfaciunt. Nam, ſi legamus *rad. corona ſuperbum* vel *ſuper lauream, currum equis trahentibus*, non ſatis indicatur, eum curru vectum fuiſſe; quod mihi videtur Suetonius omnino exprimere voluiſſe. Neque conſecrati Impp. gerebant duas coronas *radiatam* & *lauream*: unde non poteſt admitti & illa conjectura *radiata corona ac laureatum ſuper currum:* Cur non potius tunc ſimpliciter *ac radiata corona laureatum, ſuper currum* ſcilicet ſtantem vel eminentem? Facillime enim pronomen *eum* in *trahentibus* poteſt ſubintelligi, vel excidiſſe poſt *eximio.* Vide ad Jul. C. 7. Intelligeretur igitur ornatus facta in laureae modum ex auro corona, radiis diſtincta. Adi Comm. ad Flor. L. IV. C. 2. *In theatro diſtincta radiis corona.* Verum tamen, donec certius quid ex integriore codice vel ingenio promatur, contenti ſimus, cum Cel. Erneſtio, ſcriptura codicis Urſini *ſuper deauratum currum*: quomodo ab aliis etiam legi, teſtatus eſt Beroaldus. *Deauratus currus*, ut *dealbata crux* in Galba C. 9. De *auratis curribus* conſule Scheff. de Re Vehic. L. II. C. 13.

3 *Equis candore eximio trahentibus.*] Summum ſc. hoc erat divinitatis ſignum; quia nivei equi *Jovi Solique proprii* teſte Livio L. v. C. 23, 28. Plut. in Cam. p. 132. unde illi, & Dio Caſſius L. LII.

adhuc, ut scriptum apud C. Drusum exstat, repositus vespere in cunas a nutricula, loco plano, postera luce non comparuit: [1] diuque quaesitus, tandem in altissima turri repertus est, jacens contra Solis exortum. Quum primum fari coepisset, in avito suburbano [2] obstrepentes forte ranas silere jussit: atque ex eo negantur ibi ranae coaxare. Ad quartum lapidem Campanae viae, in nemore prandenti, ex inproviso aquila panem ei e manu rapuit; & quum [3] altissime evolasset, rursus ex inproviso leni-

p. 472. Aur. Vict. de Vir. Ill. C. 23. docent, summam inde invidiam Camillo conflatam, quod ita videri vellet diis par esse, vel certe tyrannidem adpetere. Nam & tyrannorum erat albis equis vehi. Adi Plin. Paneg. C. 22. Duker. ad Liv. L. XXIV. C. 5. Hinc nemo Romanus dux, sive ἡγεμὼν, ante vel post Camillum trumphavit albis equis, ut ibidem testatur Plutarchus, ideo saepe a viris doctis erroris incusatus: cum plurimis exemplis constet, *albos equos* dein in triumphis fuisse adhibitos. V. ad Livii locum ultimum, & Cuper. ad Lactant. de Mort. Persec. C. 16. Broukh. ad Tibull. 1, 8, 8. Verum non videntur mihi recte Plutarchi mentem cepisse eruditi. Non enim ait, nullum *Romanorum* equis ejus coloris usum fuisse; excludensque scilicet Καίσαρας vel Αὐτοκράτορας scribit οὐδένα ἡγεμόνα. Unde puto, illum intellexisse de tempore liberae Reip. & forsan quaedam excidisse. Nam persuadere mihi haud possum, Plutarchum ignorasse, sub Impp. saepissime triumphatum esse equis niveis vel per ipsos, vel per eos, quibus justum triumphum suis auspiciis ducendum concessit Augustus: de quibus egit Suetonius C. 37. & aliquoties poëtae Fastique. Certe nullum potest produci exemplum, quemquam, Camillo posteriorem, sed C. Julio Caesare rerum potito priorem triumphasse albis equis. Diserte tradit nobis Dio Cassius Lib. XLIII. p. 220. Caesari ex Africa, Pompejanarum partium reliquiis cum Juba devictis, reverso inter alia nova a Senatu concessa esse τὰ ἐπινίκια τὰ προεψηφισμένα ἐπὶ τῶν λευκῶν ἵππων Sed haec Plutarchi caussa disputata sufficiant. Ad Suetonium redeo.

1 *Diuque quaesitus.*] Sic audenter reposui fide binorum Codd. Pulm. Mediceorum trium, Politian. Pinell. Vindobon. utriusque Exc. Voss. Cujac. cum Junt. Steph. Aldo. Vulgo & *diu. requesitus* Med. sec. Supra *postea luce* in Cort. Edd. Camp. & aliis aliquot apud Burm.

2 *Obstrepentes.*] *Obstrepentis* S. GRON. *Obstrepente* Vindobon. pt. Dein & *ex inpr.* Cort. Ed. Rom. pr. *e manu* desunt Medic. pr.

3 *Altissime volasset.*] *Evolasset* S. GRON. Verissima Memmiani codicis est scriptura, confirmata a duobus Pulmanni, tribus Torrentii, Mediceis omnibus, Politian. Pin. Vindobon. sec. Hulf. Exc. Cujac. Voss. & aliquot Edd. sicut & rectissime probavit Schefferus, & in contextum admisit Cel. Burmannus, quem vide: item Frontin. L. 1. C. 2. Ex. 7, 8. Auson. in Cupid. cruci adfixo vs. ult.

Cupido
Evolat ad superos.

Catal. Pithoei pag. 2.

Curitas

leniter delapſa reddidit. Q. Catulus poſt dedicatum Capitolium, duabus continuis noctibus ſomniavit: prima, Jovem Optimum Maximum [1] e praetextatis compluribus, circum aram ludentibus, unum ſecreviſſe: atque [2] in ejus ſinum ſignum Reip. quod manu geſtaret, repoſuiſſe. At inſequenti, animadvertiſſe ſe in gremio Capitolini Jovis eumdem puerum: quem quum detrahi juſſiſſet, prohibitum monitu Dei, tamquam is ad tutelam Reip. educaretur. Ac die proximo obvium ſibi Auguſtum, quum incognitum alias haberet, non ſine admiratione contuitus, ſimillimum dixit puero, de quo ſomniaſſet. Quidam prius ſomnium Catuli aliter exponunt, quaſi Jupiter compluribus praetextatis, tutorem a ſe poſcentibus, unum ex eis demonſtraſſet, ad quem omnia deſideria ſua refer-

Cur ita complicitis alis? numquam evolat.

Hygin. Aſtron. L. II. C. 18. *quum ad caelum contenderet evolare.* C. 25. *ad ſidera evolaſſe.* infra in Galb. C. 18. *Auſpicanti pullos evolaſſe*; niſi ibi cum eodem Salmaſ. & aliis praeferas *avolaſſe*, aut ſimpliciter ſumas pro *e cavea volaſſe.* Non opus enim eſt, ut alte volarint, quod non ſolent pulli gallinacei facere. rurſus Hygin. Aſtron. L. II. C. 8. *dormientem Jupiter compreſſit. Ipſe autem* avolavit, & *quod ab hominibus alte volans caelo videbatur:* ubi contra, ſi MSS. addicerent, *evolavit* mallem; ſed alibi plura. Mox infarcitur rurſus *penem ei lenit.* in Medic. pr. *leviter* male Vindobon. pr. *elapſa* Cort. Ed. Rom. pr. forſan pro *relapſa*; quod tamen hic intrudi nolim.

1 *E praetextatis comp.* &c. *unum ſecreviſſe.*] Etiam hic confidenter addidi praepoſitionem, vulgo exſulantem; ſed comparentem in tribus Mediceis, Politian. Copeſ. Hulſ. ut in Galb. C. 18. *Monile ex omni gaza ſecreverat.* Quum ſine praepoſitione, vel cum praepoſ. *a* vel *ab* ponitur, magis ſignificat ſeparationem & diviſionem, quam electionem. Dein *circa* Periz. Cort. Edd. Rom. V. ad Ner. C. 28.

2 *In ejus ſinum.*] Non eſt in MSS. vox *ſinum*, & mox *quem* S. GRON. Haec uſque ad vocem *inſequenti* deſunt Vindobonenſi pr. jungenti *atque inſeq.* contra Medic. pr. addit *ſecr. ſe in gremio.* Medic. pr. & tert. Copeſ. *in ſinum ejus.* Per *ſignum Reip.* cum Dione intelligo εἰκόνα τινα τῆς Ῥώμης, ſive Deae Romae imaginem: uti nunc video, locum capi quoque ab Erneſt. In Vindobon. ſec. *ſignum Ro. po.* Latere tamen hic aliquid videtur. *Quam* etiam Pinell. unde *quum* conjecit Schefferus. Cicero ait. I. in Rull. C. 7. ſed figurate; *ſub* ſigno *clauſtriſque* Reip. *poſitum vectigal.* Pro *at* in Medic. ſec. Cort. & Edd. Vett. *atque.* Dein *ad tutelam Romani po.* ſeu populi, in Vindobon. pr. & *cum pluribus* in Vindobon. ſec. Cortian. Ed. Camp.

referrent: ejuſque [1] oſculum, delibatum digitis, ad os ſuum retuliſſet. M. Cicero, C. Caeſarem in Capitolium proſecutus, ſomnium priſtinae noctis familiaribus forte narrabat: puerum facie liberali, [2] demiſſum e caelo catena aurea, ad fores Capitolii conſtitiſſe, eique Jovem flagellum tradidiſſe: deinde repente Auguſto viſo, quem, [3] ignotum adhuc pleriſque, avunculus Caeſar ad ſacrificandum adciverat, adfirmavit, ipſum eſſe, cujus imago ſecundum quietem ſibi obverſata ſit. Sumenti virilem togam [4] tunica lati clavi reſuta ex utraque

1 *Oſculum &c.*] Hoc eſt, adprehenſam leniter digitis bucculam pueri, (ut in Galb. C. 4.) ſuo ori Jupiter admoviſſet, ut bene cum Beroaldo explicuit Cel. Burmann. & Pricaeus ad Appulej. L. VI. Met. p. 123. *Tum Jupiter prehenſa Cupidinis buccula, manuque ad os ſuum relata, conſaviat;* quem locum huc adtulit quoque Beroaldus aliique. Cl. Erneſt. explicat, *digitos ſuos poſuiſſe, primo in oſculo pueri, tum inde ad ſuum os retuliſſe:* quod eſt proprie *adorare*: Ergone Jupiter puerum adoravit?

2 *Demiſſum caelo catena.*] Cod. Salmaſ. *demiſſo e caelo.* GRAEV. GRON. In Medic. pr. & tert. ac Vindobon. pr. *demiſſa e caelo.* Copeſ. & Hulſ. *demiſſa caelo.* at Medic. ſec. Politian. Vindobon. ſec. & Exc. Cujac. *demiſſum e caelo:* ut repoſui; licet alius forſan e corrupta ſcriptura mallet *a caelo;* ut Ovid. L. VII. Met. 219. *aderat demiſſus ab aethere currus.* Quidquid eligat lector, mihi perinde eſt. Excidiſſe pronomen, & *puerum catena demiſſum*, non *catenam ſolam eſſe demiſſam*, ſatis patet. V. Dion. p. 270.

3 *Ignotum adhuc pleriſque.*] Voculae *adhuc* varius locus eſt in MSS. & hinc ſuſpectus. In Mediceis tribus, Vindobon. ſec. *pleriſque adhuc.* in Vindobon. pr. Periz. Cort. Edd. Rom. Ven. Mediolan. aliiſque *ign. pl. avunculus adhuc.* Non opus erat monere, Caeſarem adhuc ejus avunculum fuiſſe; quum ipſe auctor ſatis docuit, patrem Auguſto factum modo eſſe per teſtamentum, poſt caedem demum prolatum. Dein *obſervata* in Medic pr. tert. Vindobon. utroque, aliiſque apud Burm. frequenti errore. Conſule Drakenb. ad Liv. L. III. C. 5. *portenta obverſata oculis.* item ad L. XXXV, 11. in Claud. C. 37. *ſibi eamdem ſpeciem aliquot jam noctibus obverſari.*

4 *Tunica lati clavi reſuta.*] Excidiſſe litteram unam puto, legendumque *tunica laticlavia*, ut ſolent veteres. Sic inferius *laticlavii.* Valer. Max. V. 1. *Puerum annulo, fibulaque aurea, & tunica laticlavia, Hiſpanoque ſagulo, & ornato equo donatum, datis qui eum proſequerentur equitibus, ad Maſaniſſam remiſit.* GRAEV. Ex hoc loco Graevius cum aliis ſtatuit, patriciorum ſenatorum filios jam geſtaſſe tunicam laticlaviam ante illam Auguſti conſtitutionem, de qua loquitur auctor C. 73. adeoque jam tunc Auguſti patrem in patricios fuiſſe a Caeſare relatum, de quo C. 2. Dio Caſſius p. 271. ait, ob hoc omen eum honorem illi delatum; alii, extra ordinem hoc conceſſum fuiſſe illi a Caeſare.

Quid

que parte, ad pedes decidit. Fuerunt, qui interpretarentur, [1] non aliud ſignificare, quam ut is ordo, cujus inſigne id eſſet, quandoque ei ſubjiceretur. Apud Mundam Div. Julius caſtris locum capiens, quum ſilvam caederet, arborem palmae repertam conſervari, ut omen victoriae, juſſit: ex ea continuo [2] enata ſoboles adeo in paucis diebus adolevit, ut non [3] aequipararet modo matricem, verum

Quid? ſi cenſeamus, Caeſarem avunculum, ſollemni hoc die virilis togae Octavio dandae, patrem familiamque in patricios adlegiſſe, & in ejus rei inſigne juſſiſſe, forſan de more, puerum, virum futurum, indui *tunica laticlavia*, ſcil. in hunc ſolum diem; non ut ſemper gereret; & antequam Senator ipſe fieret; quod primus Senatorum filiis permiſit Auguſtus. Dio etiam videtur tunicam hanc *laticlaviam* inde vocaſſe χιτῶνα ἀνδρικὴν, ſive *tunicam virilem*, diverſam ab ἐθνικῇ ἀνδρικῇ, ſeu *toga virili*: nam male interpres p. 270, 271. utrobique vertit *togam*. Quid alii de hoc loco conjecerint, videri poteſt in Comment. & apud Ferrarium de R. Veſt. L. 1. C. 3. Ceterum non diſplicet conjectura Graevii *laticlavia*; & ſi ab idoneis codicibus confirmaretur, facile in textum reciperem. Sed nulla opus eſt mutatione, ac Genitivus defendi poteſt, & poſitus eſſe pro adjectivo, Orientali & Graeco more, quem aliquando imitati ſunt Latini. Vide Schulting. ad Quinctil. Declam. 1, 10. *pectus odiorum* pro odioſo. Burmann. ad Phaedr. L. v. F. 1. *judicium erroris* pro errans. Appulej. in Flor. N. 14. *onus ſtercoris* pro ſtercoreum. Vitruv. L. 11. C. 7. *ſubtili facie venuſtatis* pro venuſta. Prol. L. VI. *audacia protervitatis*. Atque hinc forſan corrigendum L. VIII. C. 2. *Quum omnia maxima flumina*: ubi in MSS. Voſſianis & Franek. a m. pr. *omnia flumina magnitudinis*, vel *magnitudinibus*. *Flumina magnitudinis* ſunt magna ſive *maxima*; ut e gloſſa inrepſit. Immo, ut hic *tunica lati clavi*, ſic in Calig. C. 17. *faſcias purpurae ac conchylii diſtribuit*. Claud. 1. in Rufin. vſ. 379. *gravibus ferri religata catenis* pro *ferreis catenis*. Non audiendus enim eſt Barthius jungens *vel gravibus ferri* Mox *ut* deeſt etiam Edd. Mediol. Cald.

1 *Non aliud ſignificare.*] Sc. illum tunicae lapſum. Ut in Caeſ. C. 61. *quem* equum *natum apud ſe cum haruſpices imperium orbis terrae ſignificare domino pronunciaſſent, magna cura aluit*. Clarius tamen videtur fore *ſignificari*, ut expreſſit R. Stephanus: quod fugit Cl. Erneſtium, ſic denuo conjicientem e Cap. 95.

2 *Enata ſoboles.*] Ita MS. S. vulgo *ſoboles*. GRON. Sed aliis in locis, ut Aug. C. 46, 65. *o* exhibetur. Verum in Galba Cap. 1. *ſuboles* etiam e Memm. edidit Graevius: ut paſſim multis in MSS. analogice. Adi Drak. ad Liv. L. VI. C. 7. L. XXIX. C. 3. At vide quoque Burm. Prave etiam in Vindob. ſec. Cort. Edd. Camp. Mediol. in qua jam e ſuis correxit Politianus, eſt *nata*. Adi Comment. ad Liv. Epit. XXXII. Jul. Obſeq. C. 59. Curt. IX, 8, 30.

3 *Aequipararet.*] *Aequiperaret*, ac *verum* & S. GRON. Sic per e Medicei cum Edd. Rom. V. Burm. Dein *verum* & excudi juſſi: quia ita, non γ. *etiam* praebent Medicei omnes, Vindob. uterque, Po-

rum & obtegeret, frequentareturque columbarum nidis: quamvis id avium genus duram & aſperam frondem maxime vitet. Illo & praecipue oſtento motum Caeſarem ferunt, ne quem alium ſibi ſuccedere, quam ſororis nepotem, vellet. In [1] ſeceſſu Apolloniae Theogenis mathematici pergulam comite Agrippa adſcenderat: quum Agrippae, qui prior conſulcbat, magna, & paene incredibilia praedicerentur, reticere ipſe genituram ſuam, nec velle edere perſeverabat, metu ac pudore, ne minor inveniretur. Qua tamen poſt multas adhortationes vix & cunctanter edita, [2] exſiluit Theogenes, adoravitque eum. Tantam mox fiduciam fati Auguſtus habuit, ut thema ſuum vulgaverit, numumque argenteum nota ſideris Capricorni, quo natus eſt, percuſſerit.

XCV. Poſt necem Caeſaris reverſo ab Apollonia, & ingrediente eo urbem, repente liquido ac puro ſereno, circulus [3] ad ſpeciem caeleſtis arcus orbem Solis

litian. Exc. Voſſ. Cort. & Edd. Rom. Mox *praecipue* Vindobon. ſec.

1 *Seceſſu.*] *Succeſſu* S. GRON. *Seceſſum* Medic. pr. tert. in quibus etiam *pertegulam*. Dein *exhortationes* Vindob. ſec. ac *vix cunct.* Cort. & Edd. Rom. *Apoline*, & in marg. *Apollinii* Pin.

2 *Exſiluit.*] *exiliuit* S. ſed recte alii MSS. *exſiluit*, quod ſecutus ſum, praeſertim quum etiam cap. 96. editiones habeant *exſiluit*, ubi Salmaſiana collatio *exiliuit* ſimiliter. GRON. Vide etiam Burm. Miror, Graevium hic retinuiſſe *exſiliit*: cum Cap. 96. ediderit *exſiluit*; uti hic in quibuſdam Caſaubonianae Edit. Pariſ. 1610. exemplaribus exſtat, & exaratum eſt in tribus Mediceis, Polit. Periz. Cort. aliiſque cum marg. Torrent. & Edd. Rom. Atque eo modo in compoſitorum a *ſalio* praeteritis ubique ſcribendum eſſe, ſaepe monuerunt docti viri. in Exc. Voſſ. *exſiliit*. Tum & *adoravit e.* Medic. pr. Vindob. ſec. ac pro *thema*, ſeu *poſituram*, inepte in Cortiano eſt *mathema*.

3 *Ad ſpeciem.*] Cod. Salm. *ad ſeriem.* GRAEV. *Seciem* S. GRON. Vere enotavit Gronov. niſi mei quoque fallant oculi. Ceterum prave in nonnullis MSS. & Edd. in quibus etiam Mediol. Cald. (non vero Rom. pr.) legitur *rep. a liquido ac p. ſer.* Non enim poſt ſerenum, ſed dum erat ſerenum, orbem ſolis ambiit circulus, qui alioquin videri non potuiſſet. De *liquido ac puro ſereno* vide in Comm. ad Luc. 1, 530.

Fulgura fallaci micuerunt creberа ſereno.

Dein *monimentum* Med. pr. tert. *eſt* non comparet in Vindob. pr.

Solis ambiit: ac ſubinde Juliae, Caeſaris filiae, monumentum fulmine ictum eſt. Primo autem conſulatu [1] ei augurium capienti duodecim ſe vultures, ut Romulo, oſtenderunt; & inmolanti omnium victimarum jocinora replicata intrinſecus ab ima fibra [2] paruerunt: nemine peritorum aliter conjectante, quam laeta per haec & magna portendi.

XCVI. Quin & bellorum omnium eventus ante praeſenſit. Contractis ad Bononiam Triumvirorum copiis, aquila tentorio ejus ſuperſedens duos corvos hinc & inde infeſtantes adflixit, & ad terram dedit: notante omni exercitu, futuram quandoque inter collegas diſcordiam talem, qualis ſecuta eſt, [3] atque exitum praeſagiente. [4] In Philip-

1 *Ei augurium c.*] Polit. Medic. pr. Copeſ. &, recte, per Polyſyndeton tantopere noſtro amatum. Jungenda enim, licet variis temporibus, & ὕστερον πρότερον ea prodigia acciderint, ut eruditi docuerunt, *ei augurium capienti, & inmolanti.* De *augurio* adi Valeſ. & Burm. Edidi autem *jocinora* rurſus ex Medic. pr. ſec. Polit. Vindob. utr. Edd. Rom. Burm. *jocinera* Memm. Med. tert. Edd. Torr. Caſ. &c. *jecinora* Periz. Cort. Edd. Ven. Mediol. V. ad C. 81.

2 *Paruerunt.*] Recte ita reſtituerunt Torrent. & Caſaub. ut eſt quoque in Mediceis, Memm. Polit. Cort. Pinell. Edd. Rom. pro *patuerunt*: quod *replicatis* contrarium eſt. Significat *adparuerunt*: uti e gloſſa legitur in Vindobonenſibus, creberrima confuſione; ut docent Sciopp. Suſp. Lect. L. 11. Ep. 13. 20. Comm. ad Cic. Div. C. 17. Drak. ad Liv. L. IX. C. 18. ubi bene refellit errantem Servium. Munk. ad Hygin. F. 204. Arntzen. ad Catonis Diſt. II, 8. & hic Burmannus. *Parere* ſic ſaepe eſt in Appulejo, in cujus MSS. & Edd. eadem varietas L. 1. Met. p. 11. *Ubi iſte jugulatus mane* paruerit. L. v. p. 20. *Quamvis hominum nemo* pareret, *chorum tamen eſſe* pateret. L. x. p. 233. *Ut dimota lacinia* pareret *flos aetatulae.* Eaedem in his verbis turbae in Veſpaſ. C. 4. *eventu paruit.* Senec. Agam. 457. Apud Martian. Capell. L. VI. p. 189. Ed. Grot. ubi fide quatuor antiquiſſimorum Codd. ſcribe *Parent denique jam ingreſſurae artis obſequio electiſſimae feminarum.* & p. 200. ex iisdem membranis *Hiſpanarum navium naufragium* (vel - *gia*) *& ejectae fragmentorum reliquiae paruere.* vulgo *Hiſpanicarum in naufragio.*

3 *Atque exitum.*] Sic edidi pro *nec* cum Torr. & Burm. cum in Mediceis quoque ſit *at.* V. ad Caeſ. C. 26. In Ed. Junkeri *ac etiam pr.* Pro *omni* in Medic. pr. *inmani.*

4 *In Philippis.*] *Philippo* MS. forte *apud Philippos.* SALM. in Ed. Gron. Omnes omnino MSS. cum Edd. primis exhibent *praeſagiente Philippo.* Placet mihi Edd. Junt. Arg. Ald. Steph. lectio *Philippis* ſine praepoſitione, quam ſaepe addi, ex hoc loco non probare debuerat

lippis Theſſalus quidam de futura victoria nunciavit, auctore Divo Caeſare, cujus ſibi ſpecies itinere avio occurriſſet. Circa Peruſiam [1] ſacrificio non litante, quum augeri hoſtias imperaſſet, ac ſubita eruptione hoſtes omnem rei divinae adparatum abſtuliſſent, conſtitit inter haruſpices, quae periculoſa & adverſa ſacrificanti denunciata eſſent cuncta [2] in ipſos recaſura, qui exta haberent. Neque aliter evenit. Pridie quam Sicilienſem pugnam claſſe committeret, deambulanti in litore, piſcis e mari exſiluit, & ad pedes jacuit. Apud Actium deſcendenti in aciem, aſellus cum aſinario occurrit: homini Eutychus, beſtiae Nicon erat nomen. Utriuſque ſimulacrum aeneum victor poſuit in templo, in quod caſtrorum ſuorum locum vertit.

XCVII. Mors quoque ejus, de qua [3] dehinc dicam,

buerat Periz. in Sanct Min. L. IV. C. 6. quum alia praeſto ſint innumera. Dio ait, Theſſalo Jul. Caeſarem in ſomnio adparuiſſe p. 351.

1 *Sacrificio non litante.*] *Litati* S. GRON. pro *litanti*; ut eſt in aliis: vel *litato*; ut dant Medic. pr. & tert. Vindob. uterque cum Hulſ. & Copeſ. Poteſt ipſum ſacrificium dici *litare*: ut in Oth. C. 8. *victima non litavit*. V. Burm. & adi me ad Lucan. L. VI, 523. *fibras illa litantes Novit*: ubi in Cod. Almeloveniі, nunc Cl. Burm. Junioris, inveni quoque *litatas*. Haereo tamen hic dubius, utrum praeferam: nam & *ſacra* & *ſacrificium litari* recte dicuntur; licet negarit Servius. V. Comm. ad Flor. L. III. C. 4. *litare diis ſanguinem*. Heinſ. ad Faſt. Ovid. L. VI. vſ. 629. me ad Jul. Obſeq. C. 106. *ſacra Apollinis lizanda*. Stat. Theb. L. IV, 391. *Tibi feſta litat bellum* &c. L. X, 332. *Tibi enim haec ego ſacra litavi*. Immo Valer. Antias apud Gell. L. I, C. 7. a Dukero citatus, *res divinae factae, riteque perlitatae*.

2 *In illos recaſura.*] *recuſura* S. GRON. *Recaſſura* Vindob. pr. Edidi autem cum Burmanno, (quem videas hic & ad Ovid. L. VI. Met. 212. *quod in ipſam recidat.*) fidenter *ipſos*, adſtipulantibus Mediceis, Polit. Exc. Cuj. Voſſ. Cort. & Edd. ante Caſaubonum, qui e Torrentii & ſuis Codd. *illos* repoſuit. Dein *nec aliter* Vindob. ſec. Mox *exſilivit* Exc. Voſſ. male. Tandem *homini Eutychus*, quem verborum ordinem reſtituit Burm., in omnibus, ne uno quidem excepto, eſt MSS. & Edd. Vett. non *Eutbom.* in Vindob. ſec. Εὐτύχι & ad marg. *Eutychius*. Sed & Εὐτυχῷ Plutarcho in Anton. p. 946. & Zonarae Lib. X. C. 30. ſed Glycae parte III. Ann. 205. Ed. Pariſ. Εὐτυχής. Tria illa ejuſdem ſenſus nomina paſſim occurrunt in Inſcriptionibus. *victor aeneum* Vindob. ſec.

3 *Dehinc.*] *hinc* S. GRON. & Vindob. pr.

1 *Cir-*

cam, divinitaſque poſt mortem, evidentiſſimis oſtentis praecognita eſt. Quum luſtrum in campo Martio magna populi frequentia conderet, aquila eum ſaepius [1] circumvolavit: tranſgreſſaque in vicinam aedem, ſuper nomen [2] Agrippae ad primam litteram ſedit: quo animadverſo, vota, quae in proximum luſtrum ſuſcipi mos eſt, collegam ſuum Tiberium nuncupare juſſit. Nam ſe, quamquam conſcriptis paratiſque jam tabulis, negavit ſuſcepturum, quae non eſſet ſoluturus. Sub idem tempus ictu fulminis ex inſcriptione ſtatuae ejus prima nominis littera effluxit. [3] Reſponſum eſt, centum ſolos dies poſthac victurum, quem numerum C littera [4] notaret: futurumque, ut inter deos referretur, quod AESAR, [5] id eſt, reli-

1 *Circumvolavit.*] Adridet mihi frequentativum *circumvolitavit* ſervatum a Mediceo pr. Vindob. ſec. Copeſ. Hulſ. Accidit IV. Idus Maji A. DCCLXVII. Vide A. Pag. in Crit. ad Ann. Baron. p. 14.

2 *Aquila ad primam literam ſedit.*] Quid iſtud oſtentum portenderit, non explicat Sueţonius. Sed Auguſtum, mortem ſibi imminere, ex illo conjeciſſe, tradit. Nempe aquila ſignum conſecrationis erat, atque ea in nummis Imperatorum, praecipue M. Antonini Pii, cum fulmine paſſim apparet, cum inſcriptione CONSECRATIO. Inter quos unus exſtat, in quo anima Antonini inſtar nudi hominis aquilae inſidens ad coelum fertur. In funeribus Imperatorum poſtquam rogus arſerat, e buſto aquila emittebatur, ut ex Dione, Xiphilino, Herodiano pridem viri docti obſervarunt. Scilicet aquila illa in proximam aedem ſe contulerat, atque ad primam literam nominis Agrippae conſederat, quae prima quoque eſt nominis Auguſti: quod ſignum erat, Auguſtum propediem conſecratum, hoc eſt, inter Deos relatum iri, quod fieri non poterat, niſi poſt mortem. Sed ne vigilans ſomniare videar, a conjectorum ſomniis ἐπίχω. COETIER.

3 *Reſponſum eſt.*] In Vindob. ſec. Cort. Edd. Rom. Mediol. aliiſque *reſponſumque eſt.* In edd. quoque Rom. & marg. Torrent. hic & in f. Cap. *poſt haec*; uti & illic Cort.

4 *Notaret.*] *Enotaret* S. & abeſt vocula *ut* a MS. S. GRON. In Vindob. ſec. exaratum eſt *notat.* male. Id enim nemo Romae neſciebat. Sed rationem dat auctor, cur ita reſponſum ſit ob elapſam litteram C. ut Dioni p. 589. ὅτι τὸ στοιχεῖον ἐκεῖνο τὸν ἑκατὸν ἀριθμὸν παρὰ τοῖς Λατίνοις σημαίνει.

5 *Id eſt reliqua pars e Caeſaris nomine.*] Abeſt praepoſitio ab MS. S. GRON. Abeſt quoque a Vindobon. ſec. *ex* Medic. pr. *e caſes* Vindob. pr. Mihi haec cuncta inſititia videntur; licet apud Dionem quoque exſtet τῷ τὸ λειπὸν πᾶν ὄνομα Θεὸν παρὰ τοῖς Τυρρηνοῖς νομίζειν. Vide ad Cap. 32. 88. Deinde *Etruria* Ed. Camp. & *in Illyrico*

pere

reliqua pars e Caesaris nomine, Etrusca lingua deus vocaretur. Tiberium igitur in Illyricum dimissurus, & Beneventum usque prosecuturus, quum interpellatores aliis atque aliis caussis in jure dicendo detinerent, exclamavit, (quod & ipsum mox inter omina relatum est,) *Non, si omnia morarentur, amplius se posthac Romae futurum.* Atque [1] itinere inchoato, Asturam perrexit: & inde, praeter consuetudinem, de nocte [2] ad occasionem aurae evectus caussam valetudinis contraxit ex profluvio alvi.

XCVIII. Tunc Campaniae ora, proximisque insulis circuitis, Caprearum quoque secessui quatriduum impendit: [3] remississimo ad otium & ad omnem comitatem animo. Forte Puteolanum sinum praetervehenti, vectores nautaeque de navi Alexandrina, quae tantum quod adpulerat, candidati, coronatique, & thura libantes, [4] fausta omina & eximias laudes congesserant: *Per illum*

persecuturus Vindob. pr. inepte. V. Vell. L. II. C. 123. *Romae posthac* Vindob. sec.

1 *Itinere inchoato.*] Cod. Salm. *in itinere.* GRAEV. GRON. *incobato* Periz. Vindob. sec. *incoato* Vindob. pr. Vide ad Jul. C. 46.

2 *Ad occ. aurae evectus est.*] *ad occ. aurea aure evectus est* S. GRON. *Est* non deest Memm. Sed praeter Codd. Palat. & Copes. non habent eam vocem Medicei tres, Vindob. sec. & Exc. Voss. cum Edd. aliquot, quas refert Cl. Burm. continua oratione haec cum seqq. jungentes usque ad *Tunc Camp.* ubi novum incipit caput; quos MSS. & Edd. secutus ium; licet non male Steph. illud inceperit jam a vocibus *atque itin.* Concinnior ista continuatio quoque visa est Cl. Burmanno. Quare delevi *ó est*, & novi capitis notam posui ante *tunc.* Vulgo ponebatur ante *caussam*, inepte. *Ex* deest Medic. sec. Pinell. Exc. Cujac. & *circumitis* dant Vind. uterque, Cort.

3 *Remississimo.*] *Remisso* Vindob. pr. *remississimo* Cort. Dein in utroque Vindob. *Puteolanum suum*; quasi intelligeretur villa Augusti, quae Puteolis erat. Mox pro *tantum quod*, de quo vide ad Cap. 63. vitiose *tunc* in aliis, uti & Vindob. pr. Cort. Edd. Rom. & *tum quidem* Vindob. sec. *tunc quidem* in Edd. ceteris, excepta Steph. ante Causaub. Vide in Ed. Burm. *Tantum quod* e suis Codd. margini Ed. Mediol. pr. jam adleverat Politianus: uti habent etiam Memm. & Medicei omnes.

4 *Fausta omina & eximias.*] Abest copula a MS. S. GRON. Abest quoque a Medic. tertio, sed in Politian. *om. eximiasque. Omnia*, quod Scriverio placuit, est in Medic. sec. Exc. Voss. Edd. Mediol. Cald.

illum ſe vivere : per illum navigare : libertate atque fortunis per illum frui. Qua re admodum exhilaratus, quadragenos aureos comitibus diviſit: juſque jurandum, & cautionem exegit a ſingulis, non alio datam ſummam, quam in emtionem Alexandrinarum mercium, abſumturos. Sed & ceteros continuos dies, inter varia munuſcula, togas inſuper ac [1] pallia diſtribuit; lege propoſita, ut Romani Graeco, Graeci Romano habitu & ſermone uterentur. Spectavit adſidue & exercentes ephebos, quorum aliqua adhuc copia ex vetere inſtituto Capreis erat. [2] Iiſdem etiam epulum in conſpectu ſuo praebuit, permiſſa, immo exacta, jocandi licentia, [3] diripiendique pomorum & opſoniorum, rerumque miſſilium. Nullo denique

Cald. aliiſque, de more. V. ad C 57. *congeſſerunt* Vindobon. pr. in quo poſtea *tantam ſummam*; & in ſec. *emptione.*

1 *Pallia.*] *Pallea* S. GRON. Ita etiam Medic. pr. tert. Hulſ. *palia* Vindob. pr. Dein & poſt *adſidue* exſulat a Politian. Medic. pr. tert. Vindob. ſec. & uno Torr. Malim *ſpectavit & adſ. exerc.* ſc. *ſe.* V. notas & Add. item ad Caeſ. C. 26. Vitruv. L. 11. C. 1. *ſollertia ingenia exercendo per conſuetudinem ad artes perveniſſent.*

2 *Iisdem.*] In Mediceis tribus, Exc. Voſſ. *Isdem.* Tum *praemiſſa* Medic. ſec. & *ludendi lic.* Cort. Edd. Rom.

3 *Diripiendique* &c. *rerumque miſſilium.*] *Miſſilia* S. GRON. De Genitivo caſu Gerundiis in *di* juncto ad faſtidium uſque egerunt docti viri; neque aulim hic penitus damnare. Quum tamen MSS. quoque Cujac. & Ranconneti ac veruſtiſſimus Torrent. item Mediceus ſec. a manu pr. Pin. (addente Scheffero, *fortaſſe non repudiandum.*) *miſſilia*, & Exc. Voſſ. *miſſia* habent, ſcripſiſſe forſan Suetonium ſuſpicor *rerumque ſimilium miſſilia.* ut Calig. C. 18. *miſſilia variarum rerum.* Ner. C. 11. *Omnium rerum miſſilia.* Domit. C. 4. *Omne genus rerum miſſilia.* Praeterea *poma & opſonia* non ſeparanda videntur a *rebus miſſilibus*; quum illa ipſa fuerint res miſſiles. Adi commentarios ad Statii L. 1. Silv. 6. vſ. 9. &c.

Vix Aurora novos movebat ortus :
Jam bellaria adorea pluebant.
Hunc rorem veniens profudit Eurus.
Quidquid nobile Ponticis nucetis &c.

Quo loco vexatiſſimo inveni in MSto Clar. D'Orvillii mei *b. borea* & *nunc*; unde fors legi poſſet per Synaereſin.

Jam bellaria de Borea pluebant.
Nunc rorem veniens profudit Eurus.

Ut machinis illorum ventorum imagine, & ad illas quaſi caeli plagas collocatis. miſſilia fuerint ſparſa. Dein Latinis litteris *Apragopolim* Medic. tert. Vindob. pr. Cort.

que genere hilaritatis abſtinuit. Vicinam Capreis inſulam Ἀπραγόπολιν adpellabat, a deſidia ſecedentium illuc e comitatu ſuo. Sed ex dilectis unum [1] Maſgaban nomine, quaſi conditorem inſulae, κτίστην vocare conſuerat: hujus Maſgabae, ante annum defuncti, tumulum quum e triclinio animadvertiſſet magna turba, multiſque luminibus frequentari, verſum compoſitum ex tempore clare pronunciavit:

Κτίστῃ δὲ τύμβον εἰσορῶ [2] πυρσύμενον.

Converſuſque ad Thraſyllum, Tiberii comitem, contra adcubantem, & ignarum rei, interrogavit, cujuſnam poëtae putaret eſſe: quo haeſitante, ſubjecit alium:

Ὁρᾷς φάεσσι Μασγάβαν τιμώμενον;

[3] ac de hoc quoque conſuluit: quum ille nihil aliud reſponderet, quam cujuſcumque eſſent, optimos eſſe;

Cort. & Edd. Ven. Mediol. aliaeque. *Apragopolin* in aliis & Edd. Rom. *Apagropolin* Vindob. ſec. *ſedentium* Vindob. pr.

1 *Masgaban.*] Sic exhibui, non per *m*, auctoribus Mediceis tribus, Vindob. ſec. Cort. Exc. Voſſ. Edd. Rom. nec non *conſuerat* fide Medic. ſec. tert. Exc. Cujac. ut ſupra ſaepiſſime. item dedi *e tricl.* ut ſuadent omnes Medic. Polit. Vindob. Cort. Exc. Voſſ. Cuj. Edd. Rom. κτίστην male abeſt a Medic. pr. Vindob. pr. in quo *multis lum.*

2 Πυρσύμενον.] πυρούμενον S. GRON. Abſunt Graeci verſus a Vindob. pr. Dein *Thraſilum* vel *Thraſylum* MSS. plerique & Edd. Vett. male. Mox *putavit* Polit. Medic. tert. Vindob. ſec.

3 *De hoc quoque conſuluit.*] Cod. Salmaſ. *Adde quoque*, lege: *ac de hoc quoque.* Poſt idem cod. *etiam tum infirmis.* GRAEV. *Adde hoc q. c.* MS. L. *ac de hoc q.* SALM. & *etiam tum* S. GRON. Vere ſic conjecit Salmaſius, uti ediderunt jam olim Junt. Ald. Steph. & clare exaratur in Politian. Medic. ſec. ac tert. item eſt in Exc. Cujac. ac Voſſ. in aliis *adde hoc* vel *ad hoc*, & *ac hoc* in Vindob. utroque. Dein repoſui *etiam tunc* pro & *tum* auctoritate Memm. Mediceorum trium, Vindob. pr. Cujac. ac marg. Torrent. & Ed. Steph. In Exc. Voſſ. *etiam.* Pro *cujuſcumque* in Edd. Rom. *cujuſque*, frequenti variatione. *optimos eſſe* exſulant e Vindob. pr. *extulit* & *tranſfuſus* eſt itidem in Cort. & Edd. Rom. pr. Mediol. aliiſque. Adeas Burmannum; at nihil contra reliquos Codd. mutes, ſuadeo. V. Miſcell. Obſerv. V. II. p. 302. Tum *ad Gymn.* Pin.

1 *Hinc*

esse; cachinnum sustulit, atque in jocos effusus est. Mox Neapolim trajecit, quamquam etiam tum infirmis intestinis morbo variante; tamen & quinquennale certamen gymnicum, [1] honori suo institutum, perspectavit: & cum Tiberio ad destinatum locum contendit. Sed in redeundo, adgravata valetudine, tandem Nolae succubuit: revocatumque ex itinere Tiberium diu secreto sermone detinuit, neque post ulli majori negotio animum adcommodavit.

XCIX. Supremo die idemtidem exquirens, an jam de se tumultus foris esset, petito speculo, capillum sibi comi, ac [2] malas labentes corrigi praecepit. [3] Et admissos amicos percunctatus,

1 *Honori suo.*] *Sui* S. GRON. Vide ad Jul. C. 30. *de adventu sui.* De his ludis adi Vell. L. II, 123. *Interfuturus Athletarum certamini* (sic lege) *ludicro, quod ejus honori sacratum a Neapolitanis est.* Comm. ad Aug. C. 59. *ludos quinquennales paene oppidatim constituerunt.* Erat hoc numero quartum. Vide egregiam Inscript. in Epist. Gorii ad Hagenb. in Epist. Epigr. p. 466. & ipsum Hagenb. p. 471. Dein *evocatum quoque ex is.* Cort. *evocatumque* Ed. Rom. pr.

2 *Malas labentes corrigi.*] *Labantes* S. GRON. *Labantes* quoque in Cod. Alv. Nonnii, & Viterb. Palat. tribus, Medic. sec. tert. & pr. a m. sec. Polit. Vindob. sec. Pinell. cum Exc. Cujac. Quare cum Casaubono, utrum praeferam, haereo dubius: Quia tamen *labantes malas* nondum inveni, & *lapsas genas* dixit Seneca in Hippol. vs. 364. a Casaubono citatus, hoc praetuli. Adde Appul. L. VIII. p. 157. *furore & illuvie collapsa membra.* L. X. p. 210. *lapsae genae*, e conjectura Pricaei; de qua alias. Quint. Decl. v. C. 16. *quamvis tenuata de nexibus membra labantur.* Ovid. Ep. XXI. vs. 156. *languida membra cadunt.* Eo forsan pertinet etiam Claudiani locus 1. in Eutrop. vs. 111. *Corruerat facies.* Adi Heins. *horruerat* Burm. ad Othon. C. 10. *pendulas genas* ait Plin. L. XIV. C. 22. In Catal. Scalig. p. 229. (uti ex veterrimo Cod. Voss. est legendum) *Exstantes malae, deficiente gena.* Ceterum supra pro *die* corrupte in Cort. & Ed. Camp. &: ac *sibi* hic denuo inferciunt Medic. pr. Vindob. pr. Cort. & Ed. Rom. pr. cum aliis. Imitatus autem hunc locum esse videtur Firmicus de Err. Prof. Relig. p. 449. Ed. Gron. *Tu jacentia lapidis membra componis, tu insensibile corrigis saxum.* ubi male a Gutherio reponi *erigis*, recte docet Ampl. Cuperus in Epist. p. 513. De eo verbo consule & N. Heins. L. IV. Adverss. C. 8.

3 *Et amicos admissos.*] Abest copulativa a MS. S. GRON. Item a Medic. pr. tert. Vindob. pr. Edidi vero *admissos amicos*, cum Politian. Medic. tribus, Exc. Voss. & Edd. Rom. *amissos* Cuj. & Edd. Med. Cald. *percontatus* Med. sec. Cort. Edd. Vett. Tum & *quid his* Pin. Vindob. pr. & Edd. aliquot. *his*

tus, *Ecquid iis videretur mimum vitae commode transegisse*, adjecit & clausulam:

[1] Εἰ δὲ πᾶν ἔχει καλῶς, τῷ παιγνίῳ
Δότε κρότον, καὶ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς κτυπήσατε.

Omnibus deinde dimissis, dum advenientes [2] ab urbe de Drusi filia aegra interrogat, repente in osculis Liviae, & in hac voce defecit: *Livia nostri conjugii memor vive, ac vale:* sortitus exitum faci-

Cort. quoque. Dein *minimum* & *nimium* ineptissime in plerisque MSS. & Edd. Vett. ut in Calig. C. 45. V. Dionem p. 590. Glycam P. 111. Ann. p. 206. Ed. Paris. J. Cruc. T. 1. Fac. Crit. p. 890.

1 *Εἰ δὲ πᾶν ἔχει καλῶς, τῷ παιγνίῳ δότε κρότον.*] Cum ista verba invenerit in suis codicibus Turnebus, & Casaubonus in Memmiano, ac Gruterus in Palatino primo & secundo; in tertio vero tot Graecis verbis spatium esset relictum, non dubitavi cum Grutero ista verba, quae dudum exciderant, reponere, ne frustra in notis solum & adversariis eruditorum legerentur, sed quo maxime debebant loco. GRAEV. ΕΤCΙΔΕΤΙΑΧΟΙΚΑΩCΤΟΙΤΑΙCΝΙΟ ΔΟΤΕ. S. Liceat haec altera Graeca nunc propius considerare. Nam quum his literis consentiant omnes laudati codices, apparet nullum locum esse verbis ΠΑΝΕΧΕΙ, ut conatus fuit elicere Turnebus; sed clare dictant ἐπειδή τι ἔχει καλῶς, τῷ παιγνίῳ δότε. Quae restitui, non ut instar poëtici versus separarentur, sicut illi praecedentes, sed ex tempore & more loquendi vulgato prolata. Rarum erit, si recte habeant omnia: satis felix, si aliqua. GRON. Ad verba Δότε κ. τ. λ. Sic Giphanius, *Plura erant in Pinelliano verba Graeca, sed legi non satis a me poterant. Forte εισα ετι δυω και ος τοτ διονιω velos τυταισυιο, vel νω. adjecta erant, quae sunt edita. In characteribus οςτοτ erat litura, quae me valde impediit, quo minus veram scripturam eruere possem.* SCHEFF. Vindob. & alii de more Graeca non habent. In Erasmi Cod. & Viterb. primi versus voces vel erant corruptissimae, vel spatium ei, ut in Vindob. erat vacuum relictum. Primus Mediceus pro primo versu ΕΤΙCΙΔΕΤΙΑΧΟΙΚΑΟCΤΟΠΑΙCΝΙΟ. Secundus ΕΙCΔΕΤΙΑΧΟΙΚΑΟCΤΟΠΑΙCΝΙΟ. Tertius ΕΤΙCΙΟΙΤΙΑΧΟΙΚΑΩCΤΟΠΑCΝΙΟ. Unde saltem videtur πᾶν locum non habere; ut bene monet Gronovius; sed τι ἔχοι. Sequentis versus varietates, quas Casaub. ex Edit. Romana & Turnebi Advers. L. XXIV. C. 15. profert, conspiciuntur quoque in Mediceis libris & Ed. Rom. priore, sive Campani. ἅπαντες ex suis adlevit Politianus Ed. Mediol in qua etiam τὶ ποιεῖτε pro κτυπήσατε. & ἡμεῖς pro ὑμεῖς, quod correxit Politianus. In Cort. διδοῖε χεοτον κ. π. φιεις μιλα χεςσι.

2 *Ab urbe.*] *ad urbem* S. GRON. Et sic Medic. pr. Vindob. pr. Cort. & alii cum Edd. Rom. vitiose, sed forsan aliud quid latet. Interim exhi-

facilem, & qualem ſemper optaverat. Nam [1] fere quoties audiſſet, cito ac nullo cruciatu defunctum quempiam, ſibi & ſuis εὐθανασίαν ſimilem (hoc enim & verbo uti ſolebat) precabatur. Unum omnino ante efflatam animam ſignum alienatae mentis oſtendit, quod, ſubito pavefactus, a quadraginta ſe juvenibus abripi, queſtus eſt. Id quoque magis [2] praeſagium, quam mentis deminutio fuit: ſiquidem totidem milites Praetoriani extulerunt eum in publicum.

c. Obiit in cubiculo eodem, quo pater Octavius: duobus Sextis Pompejo & Appulejo COSS. [3] XIV. Kal. Septembris, hora diei nona, ſeptuageſimo & ſexto aetatis anno, diebus quinque & triginta minus. Corpus Decuriones municipiorum & coloniarum [4] a Nola Bovillas uſque deportarunt; noctibus, propter anni tempus, quum interdiu in baſi-

exhibui *interrogat* cum MSS. Torr. Grut. Medic. pr. tert. Copeſ. & Ed. Burmanni. Vulgo *interrogabat*.

1 *Fere.*] *fero* S. GRON. Dein *defuncto* Vindobon. pr. *εὐθανασίαν* deeſt Vindob. pr. Dein *arripi* Cort.

2 *Praeſagium.*] *praeſagum* & *deminutio* S. GRON. *Dem.* edidi cum Medic. ſec. Exc. Voſſ. Ed. Mediol. aliiſque apud Burm. qui & ſic exhibuit. V. ad Caeſ. C. 5. *in publicum eum* Vindob. pr. Edd. Rom. Mox e vitioſa lectione Ed. Doleti *ut cub.* conjiciebat Scheff. & *cub.*

3 *XIV.*] Prave in Exc. Cujac. *XXIII.* & mox pro *minus* ridicule in Hulſ. *minutis.* Optime calculos ſubduxit auctor. Natus eſt Auguſtus IX. Kal. Octob. ſive 23. Septembris A. U. DCXCI. mortuus vero XIV. Kal. Septembris, ſive 19. Auguſti, quo & primum conſulatum invaſerat, A. U. DCCLXVII. Adi ad C. 5. 31. & infra. Vixit ergo annos LXXV, menſes X. & dies XXVII. vel ſi emortualem diem excludas, XXVI. ut apud Dionem p. 589. qui non mutari debet. Errant itaque ſcriptores, qui vel longiorem, vel breviorem Auguſto tribuunt vitam, & cum iis ſummus Scaliger ad Euſeb. Chron. M. MMXXIX. Male etiam *Apulejo*, non *App.* eſt in pleriſque MSS. & Edd. Vett. contra integriorem plurimorum lapidum & ipſius monumenti Ancyrani fidem SEX. POMPEIO. ET SEX. APPVLEIO COS. Tab. 2 a laeva.

4 *A Nola.*] Suſpicor, Eutropium ſcribentem L. VII. C. 8. *Obiit* LXXVI. *anno morte communi in oppido Campaniae Atella*, in corruptos Suetonii codices hoc loco incidiſſe. In antiquiſſimo Cod. illic eſt *Attela.* Sed Paeanius etiam ἐν Ἀτίλλῃ. Ab Eutropio deceptus eſt Hieronymus: ut bene docet ibid. Scaliger. Reliqui omnes ſcriptores *Nolae* mortuum Auguſtum teſtantur.

basilica cujusque oppidi, vel in [1] aedium sacrarum maxima reponeretur. A Bovillis equester ordo suscepit, urbique intulit, atque in vestibulo domus collocavit. Senatus & in funere ornando, & in memoria honoranda eo studio certatim progressus est, ut inter alia complura [2] censuerint quidam, funus triumphali porta ducendum, praecedente Victoria, quae est in curia, canentibus [3] neniam principum liberis utriusque sexus. Alii exsequiarum die ponendos anulos aureos, ferreosque sumendos: nonnulli legenda ossa per sacerdotes summorum collegiorum. Fuit &, qui [4] suaderet, adpellationem mensis Augusti in Septembrem transferendam: quod hoc genitus Augustus, illo defunctus esset. Alius, ut omne tempus a primo die natali ad exitum ejus, seculum Augustum adpellaretur, & ita in fastos referretur. Verum adhibito honoribus modo, bifariam laudatus est: pro aede D. Julii a Tiberio: & [5] pro Rostris veteri-

[1] *Aedium.*] *Aedi* S. GRON. *Aede* Medic. sec. Periz. Harl. Cort. Edd. Rom. Ven. Mediol. aliaeque Vett. Sed *aedium* recte Casaubonus restituit; ut & monuerat Torrent. Supra *ut interd.* Cort. *& interdum* Ed. Camp.

[2] *Censuerint.*] Vindob. pr. *censuerunt.* sec. *consuluerint.* Idem scilicet error, qui inreplit in Pandectas Florent. apud Ulpian. L. 2. §. 1. D. ad SCtum Vellejanum, *de ea re ita consuluerunt.* quod frustra Cl. Noodtius contra Hottom. L. 1. Obs. C. 15. & Gothofr. L. 1. Obs. J. Civ. C. 9. *censuerunt* bene legentes, propugnare conatur L. 1. Observ. C. 18.

[3] *Neniam.*] Ita MS. S. vulgo *naeniam.* GRON. Per simplex *e* exaratur quoque in Mediceis, Vindob. Polit. Periz. Harl. Cort. Exc. Voss. Edd. Ven. Mediol. Plant. Neque aliter in MSS. vetustissimis Ciceronis L. 11. de Leg. C. 24. uti & flagitat Etymologiae ratio; si vera somniant Grammatici. Vide Voss. & Comment. ad Fest. *veniam* in Edd. Rom. & Exc. Cuj. Dein *ossa legenda*, non *leg. ossa*, est in tribus Mediceis, Vindob. sec. Exc. Cuj. Voss.

[4] *Suaderet.*] Cort. & Ed. Camp. *persuaderet*, prave. Dein *natalis* Medic. sec. Exc. Cuj. cum aliis, & Edd. usque ad Cas. V. Burm. & ad Tib. C. 53. item *usque ad exitum* Medic. sec. & Edd. eaedem praeter Romanas & Steph. ac seqq. Sed Suetonius cum aliis ita saepe loquitur; ut Caes. 83. Aug. 2. 66. Claud. 34. Quare parum abfuit, quin ita edidissem. At ceterorum Codicum consensus me inhibuit.

[5] *Pro Rostris sub veteribus.*] Abest *sub* a MS. S. GRON. Inmerito Egnatius praepositionem *sub* in-

teribus a Druso Tiberii filio; ac senatorum humeris delatus in Campum, crematusque. Nec defuit vir praetorius, qui se effigiem cremati euntem in caelum [1] vidisse juraret. Reliquias legerunt primores equestris ordinis, tunicati, & discincti, pedibusque nudis, ac Mausoleo condiderunt. Id opus inter [2] Flaminiam viam, ripamque Tiberis, sexto suo consulatu exstruxerat: circumjectasque silvas & ambulationes in usum populi [3] jam tum publicarat.

CI.

intrusit, nescio, e conjectura, an ex MSS. nonnullis. Nam excerpta Vindobonensia nihil differunt, & in uno alteroque Torrentii videtur comparere. In reliquis Codd. quantum scio, & Edd. Egnatio prioribus non habetur illa vox; sicut etiam abesse debebat. *Rostra vetera* dicuntur solennis & vetus concionis in foro locus, sive δημαγορικὸν βῆμα, distincta jam ab aliis & *novis Rostris*, quae pro aede Divi Julii erant itidem in foro, sive τὰ ἕτερα ἔμβολα τὰ Ἰούλια. Pro *novis Rostris* & aede Julii Augustum laudavit Tiberius; pro *veteribus Rostris* Drusus. Vide Dionem L. LVI. p. 592. Victorem & S. Rufum, qui in foro Ramano nominant *rostra populi Romani duo*. Alius locus, quamvis etiam in foro, erat *sub veteribus* scil. tabernis; ut recte Torrent. Confer Harduin. ad Plinium L. XXXV. C. 4. & C. 10. *sub* non esse necessarium, jam monuit Scriverius. Recte etiam Cel. Ernesti delevit.

1 *Vidisse jurasset.*] Scribe ex Salmas. & Rob. Steph. *juraret*. GRAEV. *juraret* S. GRON. Tempus plusquamperfectum pro inperfecto saepe poni, observarunt aliquoties viri docti, ut & ipse ego in Hirt. B. Afr. C. 75. Auct. B. Hisp. C. 28. Hinc nihil hic mutassem, si idonei MSS. lectioni *jurasset* addicerent. Sed MSS. Pulm. Burm. & Medicei, Polit. Vindobonenses, Cort. & Edd. usque ad Gryph. dant *juraret*; quod etiam praeferebant Torrent. Casaub. & Ernest. Frustra igitur defendit τὸ *jurasset* Cl. Cannegieterus in Dissert. ad Avian. C. 21. Paullo post in Vindob. pr. *equestri ord.* Dein cum Cl. Burmanno, exigente Latinae linguae, quae non admittit *ac* vocali praefixum, puritate, & jubentibus etiam MSS. Mediceis, Politian. Vindob sec. Exc. Voss., edidi *ac Mausoleo condider.* deleta praepositione *in*. Ner. C. 56. *Reliquias Domitiorum monumento condiderunt.* supra C. 31: *libros condidit forulis*: & sexcenties alii, promiscue praepositionem vel addentes vel omittentes, vel accusativum quoque illi jungentes. *Manusoleo* Politian. *Mausoleo* Edd. Rom.

2 *Flaminiam.*] Vindob. pr. Periz. Edd. Rom. Ven. Mediol. prave *Flamineam*: V. Cap. 30. Haec autem erat multum remota a via Triumphali, juxta quam erant porticus & ambulationes Octaviae; ubi triumphaturos Vespasianos excepit Senatus apud Josephum; ut jam monuit Casaub. ad Caes. C. 78. Confer vetustum Campi Martii monumentum apud Donat. de Rom. Vet. L. III. C. 17. & quae adversus Burmannum hic disputat Clar. Ernesti.

3 *Jam tum.*] Ita MS. S. vulgo *tunc jam*. GRON. *Jam tum* in Medic.

ca. Teſtamentum, L. Planco, C. Silio COSS. III. Nonas [1] Aprilis, ante annum & quatuor menſes, quam decederet, factum ab eo, ac duobus codicibus, partim ipſius, partim libertorum [2] Polybii & Hilarionis manu ſcriptum, depoſitumque [3] apud ſe, virgines Veſtales, cum tribus ſignatis aeque voluminibus, protulerunt. Quae omnia in ſenatu aperta atque recitata ſunt. Heredes inſtituit primos, Tiberium ex parte dimidia & ſextante,

dic. tert. Sed *jam tunc* Medic. pr. Politian. cum Palat. ſec. aliiſque, item Grutero & Burmanno, quem vide: Sic jam ſaepe ante. *& in ipſum p.* in Edd. Mediol. Ven. aliiſque. Dein inepte *C. Filio* in Ed. Mediol. quoque. Vindob. pr. *C. Fulvio.* ſec. *& Conſidio.* Sed vide Faſtos: & me ad Caeſ. C. 15. Aug. C. 71.

1 *Aprilis.*] *Apriles* S. GRON. *Apriles* Edd. Mediol. Ven.

2 *Polybii & Hilarionis.*] Salmaſ. etiam codex *Polybi & Hilarionis*, ut & Rob. Steph. Hujus Polybii meminit antiquum epigramma apud Gruterum:

C. IVLIVS. POLYBI. DIVI. AVGVSTI. LIBERTI. ANTHVS SALTVM. FORTVNAE. OPIFERAE. RESTITVIT. PRO. SALVTE. POLYBII. LIBERALIS. PATRIS.

GRAEV. *Polybi* S. GRON. Cum quamplurimis aliorum MSS. Medicei quoque ſec. tert. Vindobonenſes, Edd. Vett. dant. *Polybi* vel *Polibi*, vetuſto ſcil. ſcribendi more, praeſertim Auguſteo aevo; quum omnia nomina in *ius* & *ium* efferebantur in Genitivo per unicum *i*. Fruſtra hic de *Polybo* cogitant viri docti. In Inſcr. Gruteri, quam laudat Graevius, p. LXXV. N. 9. additur illic LIBERTI L. ſive Libertus. Sed an non potius legendum erat F ſeu *filius*: quia ſaltum reſtituit pro ſalute POLYBI, (uti & illic in lapide eſſe ſuſpicor) *patris liberalis.* p. MCXI. N. 2.

DIS. MANIBVS POLYBI CVBVCVLARI,

ubi vide Gudium. Ceterum perperam in Ed. Mediol. habetur *libertinorum.* Erant enim ipſius Auguſti liberti. *Philarionis* in Vindob. Pl. Inſcript. Grut. p. DCXIV. N. 4.

PITHECAE. L. HILARIO. DIVI. AVG. L. ET DOMITIA. ATTHIS PATRONI.

3 *Apud ſe.*] Sic cum R. Steph. ex ſuis Codicibus Caſaubonus emendavit, quod etiam Politianus ſui exemplaris margini adleverat, & dant omnes Medicei, & Vindobonenſes, Hulſ. Copeſ. In reliquis fere & Edd. Vett. *apud Sex:* nec puto, a Suetonio eſſe *apud ſe*, VI. ſive *ſex*, quod ſuſpicatur Caſaub. Ceterum eorum ſequor judicium, qui unum fuiſſe teſtamenti exemplum, duobus codicibus contentum, ejuſque partem ab Auguſto, & alias partes a libertis, ne illi omnia ſcirent, nec niſi quae ſcripſerant, exaratas, unoque loco apud Virgines fuiſſe depoſitum, exiſtimant.

1 *Quae*

tante, Liviam ex parte tertia, [1] quos & ferre nomen ſuum juſſit: ſecundos Druſum, Tiberii filium ex triente, [2] ex partibus reliquis Germanicum, liberoſque ejus tres ſexus virilis: tertio gradu, propinquos amicoſque [3] complures. Legavit populo Rom. quadringenties, tribubus tricies quinquies HS. Praetorianis militibus ſingula milia numorum, cohortibus urbanis quingenos, legionariis trecenos numos: quam ſummam repraeſentari juſſit: nam & confiſcatam ſemper repoſitamque habuerat. Reliqua legata varie dedit: [4] produxitque quaedam [5] ad vicena ſeſtertia: quibus ſolvendis annuum diem finiit, excuſata rei familiaris mediocritate: nec

1 *Quos & ferre nomen ſuum juſſit.*] Notavit Caſaubonus, Liviam poſt mariti exceſſum non Liviam, ſed Juliam vocatam fuiſſe. Verum utrumque nomen retinuit, ut patet ex inſcriptionibus antiquis, in quibus *Livia Auguſta*, & *Julia Livia Auguſta* appellatur, ut erudite diſputat Illuſtris Spanhemius in diſſertatione VII. de Praeſtantia & uſu numiſmatum. GRAEV. Vide Comm. Male Harduinus apud Plin. L. XIV. C. 6. *Julia Auguſta*, repoſuit *Livia*. Ibi *Julia* diſerte exarantur. in duobus vetuſtiſſimis MSS. Leid. & Voſſ.

2 *Et ex partibus.*] Delevi copulam & auctoribus Mediceis ſec. tert. Politian. Copeſ. Exc. Cujac. Vide ad C. 14. & alibi. Mox per *tribus*, a *populo* diſtinctas, intelligit Auctor viliſſimam plebem, frumentum & congiarium accipere ſolitam. Conſule Egnatium, & Caſaub. ac Duker. ad Flor. L. II. C. 6. §. 25.

3 *Complures.*] *compluris* & mox *ſeſtertium* ac *legionaris* S. GRON. Etiam *quinque* pro *quinquies* in Med. pr. tert. Vindob. ſec. Cort. Edd. Rom. Ven. Mediol. aliiſque, male. Mox *trecenos* quoque, ut in aliorum, ſic in meis MSS. & Edd. Caſaubono prioribus. *Legionariis* abeſt Exc. Cuj. & *ſeſtertium* totidem litteris, vel *ſext.* MSS. omnes dant. *numûm* cum Torrentio mallem.

4 *Perduxitque.*] Ita MS. S. quae veriſſima eſt Suetonii manus, & ideo nunc recepta pro vulgato *produxitque*. Cicero lib. V. ad Att. 21. *Rogat, ut eos ad CC perducam*. De ſequentibus alias. GRON. Medicei ſec. ac tertius & Pinell. habent etiam *perduxit*. Fruſtra. Extendit Auguſtus magnitudinem quorumdam legatorum ad eam ſummam. Sic *producere ſpatium* in Caeſ. V. C. 39. ubi vide, & in Aug. Cap. 76. In Ciceronis loco *eos perducam* ſignificat *homines inducam, permoveam*, ut docet hic Cl. Burmannus.

5 *Ad vicena ſeſtertia.*] Legendum, ut pulchre vidit Cl. Perizonius, *ad vicies ſeſtertium*, hoc eſt, quinquaginta milia Philippeum. *Producere* hic eſt extendere. Nonnulla legata tam ampla fuerunt, ut quinquaginta milium Philippeum ſummam aequarent. Hinc & annuam diem eis perſolvendis conſtituit. Propterea quia tam ſero haec legata numerabantur, excuſavit rei familiaris mediocritatem.

nec plus perventurum ad heredes ſuos, quam milies & quingenties, profeſſus: quamvis viginti proximis annis quaterdecies milies ex teſtamentis amicorum percepiſſet: [1] quod paene omne cum duobus paternis patrimoniis, ceteriſque hereditatibus in Remp. abſumſiſſet: Julias, filiam neptemque, ſi quid [2] his accidiſſet, vetuit ſepulcro ſuo inferri. [3] De tribus voluminibus, uno, mandata de funere ſuo complexus eſt: altero, indicem rerum a ſe geſtarum, quem vellet incidi in aeneis tabulis, [4] quae ante Mauſoleum ſtatuerentur: tertio,

Quis credat, Auguſtum, cum milies & quingenties relinqueret, annuam diem vicenis ſeſtertiis praefixiſſe. GRAEV. *Ut vicena* in Medic. ſec. Teſtatur Caſaubonus, ſe inveniſſe in quibuſdam *vicies ſeſtertium*, ut debet. Voluit autem, ut intra annum ſine longiore prolatione ſolverentur, ſive una ſimul, ſive pluribus penſionibus; ut vere Ampl. Bynkersh. explicuit. L. VII. Obſ. C. 19. Adi & Comm. ad Cic. L. VII. ad F. 23. *Regare de die, deinde plus annua poſtulare.*

1 *Quod.*] Vindob. pr. *cum.* Dein idem, Cort. Harl. & Edd. Rom. Mediol. & aliae priores *aſſumpſiſſet.*

2 *His.*] *Iis* S. GRON. item Exc. Voſſ.

3 *De tribus voluminibus, uno.*] Sive quod attinet ad tria volumina, quae aeque ſignata, ac duo teſtamenti Codd. a Virginibus Veſtalibus prolata ſunt. Cic. L. 1. ad F. Ep. 2. *De legatis, ierunt in alia omnia*: ubi V. notam G. Canteri. Auct. B. Hiſp. C. 7. *De levi armatura & equitatu, & virtute & numero noſtri erant ſuperiores.* Vel poteſt explicari pro trium voluminum uno. Adi Drakenb. ad Liv. L. XXXV. C. 29. *Unum de auxiliaribus*: cujus exemplis innumera addi poſſent. Sed notavit Torrentius, in tribus Codd. melius non viſam a ſe praepoſitionem, & exſulare a nonnullis, teſtatus eſt Erasmus; ſicut non legitur in Mediceis pr. tert. Vindobon. ſec. Hulſ. ac Nonnii membranis & marg. Gryph. Eamque veram eſſe auctoris manum, exiſtimo. Nam optimorum ſcriptorum more tam totum, quam partes eodem in caſu poſuit: ut Caeſar. L. III. B. Civ. C. 108. *Tabulae teſtamenti, unae per legatos, alterae* &c. Frontin. L. 1. C. 6. §. 1. *Legionem, de qua ſupra dictum eſt, quinque cohortes in dextram viae partem direxit, quinque* &c. uti e MSS. reſtitui. Adi illic notas, & de ſimilibus Burm. ad Veſpaſ. C. 5. *Ceteros, alium alia de cauſſa improbarent.* Wopkenſ. in Miſcell. Obſervat. Vol. VIII. p. 51.

4 *Quae ante Mauſoleum.*] Codex Salmaſ. *quem ante Mauſoleum.* inde legendum forte putat Salmaſ. *quae in ante Mauſoleum.* GRAEV. GRON. Olim ſcilicet viri docti amarunt ubique intrudere compoſitionem duarum praepoſitionum *in ante*; quia ſimiliter credebant dici *in ante diem* & *ex ante diem*: de qua formula vide Manutium ad Cicer. L. VIII. ad F. Ep. 6. ſicuti Brantius quoque apud Appulej. in Flor. N. 16. ex vitioſa & inſititia voce *Numantiae* (quae non habet locum, cum de Carthagine agatur,

tertio, breviarium totius imperii, quantum militum ſub ſignis ubique [1] eſſent, quantum pecuniae in aerario & fiſcis, & vectigaliorum reſiduis. Adjecit & libertorum ſervorumque nomina, a quibus ratio exigi poſſet.

tur, nec comparet in MSS. optimis, & Ed. Juntae poſteriore) fecit *in ante*, Merito proſcripſerunt eam ſtribliginem acutiſſimo judicio & politiſſimo ingenio viri Gronovius, Broukhuſ. Drakenb. Burmann. aliique. Ultimum vide ad Ovid. L. 11. Met. vſ. 524. *Mauſoleum* Cort. Edd. Rom.

1 *Eſſet.*] Palatini etiam codices omnes *eſſent*, quos ſequor. GRAEV. *Eſſent* edidit Burm. e Periz. Harl. & Edd. Vett. praeterquam Rom. pr. Baſ. & Steph. Probavit etiam Caſaubonus ex Viterb. & Memm. quibus accedunt Polit. Pulm. Torrent. Medic. tert. Cujac. quare illos vnos ſecutus ſum. V. ad Ner. C. 31. *Vectigalia* Vindobon. pr. V. ad Tib. C. 49. *reſidua* Exc. Cujac.

C. SUETONII TRANQUILLI

LIBER TERTIUS.

TIBERIUS NERO CAESAR.

CAP. I.

PATRICIA gens [2] Claudia (fuit enim & alia plebeja, nec potentia minor nec dignitate) orta eſt ex Regillis, oppido Sabinorum. Inde Romam recens conditam, cum magna [3] clientium manu, commigravit, auctore Tito Tatio conſorte Romuli: vel, quod magis conſtat; [4] Atta Claudio gentis principe, poſt reges exactos

1 TIBERIUS NERO CAESAR.] *De Tiberio* Medic. tert. *Tiberius* Medic. pr. ſec. *Tiberius Claudius Caeſar* Vindob. ſec. *Tiberius Caeſ.* Cort. Periz. Titulo carent Vindobon. pr. Ed. Camp.

2 *Claudia.*] *Claudae* S. GRON. Deeſt vox *gens* Vindob. pr. Dein *in dignitate* Medic. pr. Ceterum ſolus Suetonius oppidum *Regillos* vel *Regillas* adpellat; reliqui ſcriptores magno numero *Regillum.*

3 *Clientium.*] Sic edidi pro *-tum* auctoribus duobus Torrent. tribus Mediceis, Vindob. pr. Copeſ. & Edd. aliquot: ut in Aug. C. 60. ubi vide.

4 *Atta Claudio.*] Hanc Turnebi lectionem miror hujuſque ab interpretibus retentam fuiſſe in contextu: quum magis quam veriſimile ſit, ab auctore vel Sabino vel Romano more utrumque nomen expreſſum eſſe, adeoque aut ſcribendum *Atta* vel *Atto Clauſo*, aut *Appio Claudio*; ut recte judicat Cel. Burmannus. Quantum varient aliorum libri MSS. videri poteſt in eruditorum notis. Longe plurimi cum Edd. primis habent *Tatio Claudio.* In Medicis pr. tert. Polit. *Atta.* in MS. Crucei T. 1. Fac. Crit. p. 890. *Ata*, ut legit. Vindob. pr. *Attio.* Pro *Claudio* autem in Vertranii Cod. apud. Tacit. L. IV. Ann. 9. item in uno Torr. eſt *Clauſo.* in Periz. *Clauſio*, ſed in Vindob. pr. *Attio Clauſo Claudiae.* in ſec. & Cortiano ac Palat. pr. *Tatio Claudiae.* in Mediceo tert. *Claudio* non comparet, niſi in margine. Hinc ſuſpicor, vocem tam varie ſcriptam eſſe inſititiam, & Suetonium ſimpliciter ſcripſiſſe *Atta*, *gentis principe* ſcil. *Claudiae*: quam addi ſane non erat opus. Idem jam olim viſum eſt Vertranio, ſed male *Accio* legenti. Si quis *Atto* praeferat, non intercedo, ut apud Livium & Tacitum ſaepius & forſan Ovidium. Dionyſio L. V. C. 11. male vocatur *Titus Claudius*; Plu-

1. *Druſus Germanicus, frater Tiberii.* cap. 50.
2. *Druſus Tiberii filius* cap. 52.
3. *Nero & Druſus, filii Germanici, Caligulæ fratres.* cap. 54.

MICH.

ctos ſexto fere anno : [1] atque a patribus in patricias cooptata, agrum inſuper trans Anienem clientibus, [2] locumque ſibi ad ſepulturam ſub Capitolio publice accepit. Deinceps procedente tempore, duodetriginta conſulatus, dictaturas quinque, cenſuras ſeptem, triumphos [3] ſeptem, duas ovationes adepta eſt. Quum praenominibus cognominibuſque variis diſtinguere-

tur,

Plutarcho & Zonarae *Appius Clauſus*; Appiano ſimpliciter Κλαύδιος ἀνὴρ Σαβῖνος ἐξ Ῥηγίλλης p. 546. Exc. Peireſc. Sed de praenomine Sabino *Attus* conſule omnino viros doctos, & Drakenb. ad Liv. L. 1, 36, §. 3. 11, 16, §. 4. *Namque Attus Clauſus, cui poſtea Ap. Claudio fuit Romae nomen, quum pacis ipſe auctor a turbatoribus bello premeretur, nec par factioni eſſet, ab Regillo, magna clientium comitatus manu, Romam transfugit. His civitas data agerque trans Anienem.*

1 *A patribus in patricios cooptata.*] Non temere proſcripſerim cum Torrentio verba iſta *a patribus*, quae exſulant ab Ed. Burmanni, & diſplicebant etiam Lipſio : Regibus exactis Patres ipſi cooptabant aliquem ſuum in numerum, ſuffragiis & juſſu populi : ut docet Livius L. IV. C 4. §. 4. *Per cooptationem in patres habetis* (nobilitatem veſtram) *aut ab regibus lecti, aut poſt reges exactos juſſu populi*; ubi conſulendus Dukerus, qui malebat *cooptato*, quod etiam Lipſius margini adlevit : quodque non ſpernerem ; niſi *inſuper* indicaret, aliud beneficium Claudiae genti, non gentis principi, praeſtitum iam praeceſſiſſe, immo aliud quid lateret. Nam pro *a patribus* Medic. tert. Politian. & Tornac. dant *atque* : unde lego cum Aldo & Steph. ſed mutata diſtinctione *anne : atque a p. in p. cooptata, agrum &c.* Licet vero *patricios* ſatis ſuperque defendi poſſit, praetuli tamen hoc loco ob praecedens *a patribus* lectionem optimorum codicum Medic. pr. tert. Politian. Copeſ. Hulſ. Exc. Voſſ. *patricias* : ut in Aug. C. 2. ubi eadem confuſio, quae & alibi habetur. *Coaptata* in Medic. pr. & Edd. Rom. aliiſque. *Anionem* Vindob. pr. ut variant MSS. etiam in Claud. C. 20. Atque ſic ſemper e MSS. in Frontino de Aquaed. edidit Celeb. Polenus : cum ante illum ibi variaretur : unde ubique *e* in illo quoque praeoptabat Cluver. in Ital. Ant. p. 712.

2 *Locumque.*] MSS. duo Torrent. Nonn. Viterb. Medic. pr. tert. Exc. Voſſ. & Edd. aliquot *lucumque*, ineptiſſime : ut egregie docuit Cl. Burmannus, cui tamen adſentiri non poſſum, ſtatuenti, intra urbem ſub Capitolio lucum non fuiſſe : Quid enim ? Aſylum nonne erat inter Capitolium & arcem, loco, qui dein ſeptus deſcendentibus e Capitolio *inter duos lucos* dicebatur, ſive μεσόδρυον δυοῖν δρυμῶν ? teſtibus Dionyſ. L. II. C. 15. Liv. 1, 8. ubi vide. Sed vulgaris erat formula *locus ſepulturae datus, acceptus*. Vide praeter citata a Viro Cel. Donii Inſcr. Cl. II. N. 188. *Diſtegum fecerunt ollarum XII. teſtamento patris loco accepto pro parte.*

3 *Septem.*] Sic etiam Memm. & Edd. Rom. cum Faſtis. Reliqui Burm. & mei Codd. cum Edd. ante Caſaub. *ſex* : Mox *variis* ſupra ſcriptum modo eſt in Medic. tert. *diſtinguerentur* Petiz. Cort. Ed. Rom. ſec.

1 *Lo-*

tur, [1] Lucii praenomen conſenſu repudiavit, poſtquam e duobus gentilibus, praeditis eo, alter latrocinii, caedis alter convictus eſt. Inter cognomina autem & Neronis adſumſit, [2] quo ſignificatur lingua Sabina fortis ac ſtrenuus.

11. Multa multorum Claudiorum egregia merita, multa etiam [3] ſecus admiſſa in Remp. exſtant. Sed, ut praecipua commemorem, Appius Caecus ſocietatem cum rege Pyrrho, ut parum ſalubrem, iniri diſſuaſit. Claudius [4] Caudex primus, freto claſſe [5] transjecto, Poenos Sicilia [6] expulit. Claudius Nero advenientem ex Hiſpania cum ingentibus copiis Haſdrubalem prius, quam Hannibali fratri conjungeretur, obpreſſit. Contra [7] Claudius Appius Regillanus, decemvir legibus

1 *Lucii.*] *Luci* S. GRON. Et Medic. tert. *praeditis* Med. ſec. Exc. Voſſ. *abſumpſit* Medic. ſec.

2 *Quo.*] *quod* S. GRON. *Quo* ſervat cum Hulſ. Vindob. pr. habens *quo ſignificante quo ſignificatur*. In reliquis MSS. & Edd. Vett. *quod*. Latet quid.

3 *Secus.*] *Sequius* S. GRON. Male in Graevii notula eſt *ſequus*: atque ita in aliis & Exc. Voſſ. in aliis *ſecius*, ut in Medic. tert. quomodo & legi voluit Lipſ. L. 1. Ant. Lect. 22. Sed recte Caſaub. docet, *ſecus* eodem modo, ut *aliter*, pro *male* poni. in Tito. C. 5. *Qui ſecus interpretarentur*. ubi eadem varietas. Auct. B. Hiſp. C. 30. *ne quid temere ſecus admitteretur*: ubi Scal. *ſequius*. Cic. L. III. ad F. 6. *Iniquis ſecus exiſtimandi videris nonnihil loci dediſſe*. & ſaepe: Adi Drakenb. ad Liv. L. VII. C. 6. *pro bene aut ſecus conſulto habitura*. Tum *in rep.* Vindobon. ſec. Cort. Edd. Rom.

4 *Caudex.*] Vide Freinsh. Suppl. in Ep. Liv. XVI. Inepte *Audax* in Cort. *Claudus* Exc. Cuj. Ed. Mediol. *Claudex* Ed Camp.

5 *Transjecto*] *trajecto* S. GRON. Et ſic Medicei tres, uterque Vindob. Polit. Edd. Rom. ſec. aliaeque cum Torrent.

6 *Expulit. Claud.*] *expulitibus N.* Ita MS. S. GRON. *Claudius* exhibet, niſi excerpta fallunt, Vindob. ſec. Edd. Baſ. Junt. Ald. Gryph. Pulm. Torr. &c. Ceteri MSS. & Edd. Vett. cum Steph. *Tib. Tibus, Tibeus, Tribunus, Tiberius*: quod non auſim damnare; quia ea Suetonio ſententia eſſe potuit, ut bene ait Caſaub. Alioquin eum, qui Haſdrubalem (ſic enim MSS. non *Aſdr.*) obpreſſit, vocatum fuiſſe *Cajum* conſtat. V. Torrent. Soli Eutropio L. III. C. 18. adpellatur *Appius Claudius Nero*. Adi Pigh. ad Faſt. Capit. A. DCXLVI. *quam* deeſt Vindob. pr.

7 *Claudius Appius Regillianus.*] Medicei pr. & tert. Vindobon. pr. accedunt aliorum libris qui non agnoſcunt nomen *Appius*, quo tamen notior eſt, quam gentili. Videntur librarii non potuiſſe concoquere, praenomen gentili eſſe poſtpoſitum: unde in nonnullis & aliquot Edd. (non Caſauboni) eſt

Appius

bus ſcribendis, virginem ingenuam per vim, libidinis gratia, in ſervitutem adſerere conatus, cauſſa plebi fuit ſecedendi [1] rurſus a patribus. Claudius Druſus, ſtatua ſibi [2] cum diademate ad Appii Forum poſita, Italiam per clientelas occupare tentavit. Claudius Pulcher apud Siciliam, non paſcentibus in auſpicando pullis, ac per contemtum religionis mari demerſis, [3] quaſi ut biberent, quando eſſe nollent, proelium navale iniit: ſuperatuſque, quum dictatorem dicere a ſenatu juberetur, velut iterum illudens diſcrimini publico, [4] Ilyciam, viatorem ſuum, dixit. Exſtant & feminarum exempla diverſa aeque: ſiquidem gentis ejuſdem utraque Claudia fuit, & quae

Appius Claudius R. Gruterus delet *Appius*. Mallem tunc alterum: ut *Appius Regillanus* dicatur, ſicut *Appius Caecus*: Sed ita aliquoties *Claudius Tiberius Nero* & alia. Conſule, quos laudavi ad Front. II, 1, 15. Caeſ. 1. B. G. 2. Tum *Regillianus* dant Medicei, Exc. Cuj. Voſſ. cum Turn. & Edd. & Caſaub. praeterquam Lugd. in duod. Raph. & Graevii; ſed male, ut opinor. Nam ab *Regillis* non formatur *Regillianus*, ſed *Regillanus*: ut a *Fregellis Fregellanus*. *Fundis*, *Fundanus*. *Ruſellis*, *Ruſellanus*. *Trebulis*, *Trebulanus*: ſed & a *Regillo*, ut a *Tuſculo Tuſculanus*: & plura. Crediderunt librarii, eſſe adoptati viri nomen; ut *Octavianus*, *Cornelianus*, *Claudianus* &c. Minus bene Ill. Spanhem. de uſu Num. T. II, p. 48. malebat *Regillenſis*. Nam idem hic Appius Claudius Ῥηγιλλανὸς vocatur Diodoro Sic. L. XII. §. 23. ubi tamen male Πόπλιος. Conſule illic & L. XI. §. 84. Cel. P. Weſſeling. Dein edidi *cauſſa plebi fuit* pro *fuit pl.* auctoribus Mediceis, Exc. Cuj. Voſſ. Torrent. *plebeis* Cort. Edd. Rom.

1 *Rurſum.*] *rurſus* S. GRON. Ita MSS. omnes & Edd. Rom. quod cur mutarint Veneti, & Medic. &c. neſcio.

2 *Cum Diademate* &c. Codex Salmaſ. *Diademata* &c. *depoſita* GRAEV. *Diademata*. Ita MS. S. vulgo *ſibi cum diademate*. Quod doctius eſt, quam ut non venerit ab Suetonio. GRON. *Statua ſibi diademata* exaratur item in optimo Mediceo tertio, & mihi quoque perplacet. *Apollo diadematus* Plinio L. XXXIV. C. 19. §. 17. *depoſita* non legitur in Salm. ſed *poſita*, ut debet: quae autem fuerit illa hiſtoria *Claudii Druſi*, neſcio, inſerti ſcilicet Liviae genti per adoptionem jam tunc; unde illi *Druſi* cognomen: qualis A. 629. in Faſtis occurrit *Livius Druſus Claudianus*. V. Pigh. Faſt. T. III. p. 41, 58. Ergo jam ante maternum Tiberii avum. Vide ad Cap. 3. Dein *ac* deeſt Cort. Edd. Rom.

3 *Quaſi ut biberent.*] Exſulat *quaſi* a Medic. pr. ſec. Exc. Voſſ. & Edd. a Baſil. ad Caſaub. *ut* non adparet in Ven. Med. Calder. *nolent* Vindob. pr.

4 *Ilyciam*] *Ilyciam* pro *Glyciam* S. GRON. Sic etiam in noſtris, vel *Tliciam* aut *Iliciam*. niſi quod *Liciam* ſit in Vindob. ſec. *Litiam* in Cort.

quae navem cum sacris [1] matris deûm Idaeae [2] obhaerentem Tiberino vado extraxit, precata propalam, *ut ita demum se sequeretur, si sibi pudicitia constaret*: & quae novo more judicium majestatis apud [3] populum mulier subiit, quod in conferta multitudine, aegre procedente carpento, palam optaverat, *ut frater suus Pulcher* [4] *revivisceret, atque iterum classem amitteret, quo minor turba Romae foret*. Praeterea [5] notissimum est, Claudios omnes, excepto dumtaxat P. Clodio, qui ob expellendum urbe Ciceronem, plebejo homini, atque etiam natu minori, in adoptionem se dedit, optimates adsertoresque unicos dignitatis

Cort. *Gliciam* legendum docent quoque viri docti ad Epit. Liv. XIX. ubi vide:

1 *Matris deûm Idaeae.*] Prave Torrentius *deûm* putavit esse glossema. Non solum enim in Inscriptionibus Cybele passim vocatur *mater magna deûm Idaea*, ut praeter Gruterianas, quas citavit Cl. Burmannus, exhibent Gudianae p. XX. N. 4. 5. 6. 7. p. XXI. N. 1. 2. 3. 4. Donianae Cl. I. N. 14. 25. 28. VIII, 1. unde & Cl. I, 22. pro *magnaque Ideae* corrigendum *magnae Idaeae*. Sed ipse Virgilius sic junxit L. XIII. Aen. vs. 252.

Alma parens Idaea Deûm.

Adi etiam Drakenb. ad Liv. L. XXXVI. C. 36. *Aedes Matris magnae Idaeae*. Vitiose autem hic in plerisque Edd. Vett. & novis *Ideae* excuditur.

2 *Obhaerentem.*] Exc. Voss. *cohaer.* Medic. pr. Edd. Bas. Gryph. Plantin. Torrent. *adhaer.* minus bene. In Ner. C. 19. *consurgenti ei primum lacinia obhaesit* Appulej. L. VII. Met. p. 117. *aurum, quod passim stirpibus connexis obhaerescit*. Ita MSS. & Edd. Vett. non *connexum*. ubi plura. Mox *se* abest a Perizon. Cort. Edd. Rom. Ven. Mediol. Cald. Bonon. sine dubio perperam. *si pudicitia sibi* Vindobon. pr.

3 *Populum.*] Vindobon. pr. *po. Ro.* item *conserta.* male, & creberrima variatione. V. ad Front. II, 2. 2. Drak. ad Liv. XXII, 28. 10. Dein *optaverat* cum Ernestio rescripsi pro -- *it*, Latinitatis habita ratione, & fide Codd. Memm. Lisl. Politian. Mediceorum trium, Vind. sec. Copes. Exc. Voss. Cujac. Ed. Bonon. marg. Torr. ut in Val. Max. VIII. 1. Damn. 4. Ep. Liv. 19. Dein & *fr.* Medic. 2. *pater* Vindobon. pr. pessime. Debuisset potius librarius ille scripsisse *patrem* infra; ut de virgine illa Vestali Ciceroni & Valerio M. consentiret auctor. V. illic Comm.

4 *Revivisceret.*] *Revivesceret* S. GRON.

5 *Notissimum.*] *Notatissimum* S. GRON. Sic praeter Vatic. Lisl. Nonn. Palat. duos, Copes. Huls. Cujac. habent quoque Medic. tert. Vindobon. uterque, Exc. Voss. pro *passim in annalibus notato*. Cic. dixit *scelerum maculis notatissimus*, ut Lexica monent. Confunditur ita *notio* & *notatio* apud Liv. XXVII, 25. Mox *Publico Claudio* Vindobon. pr. qui caret τῷ *etiam* & pro *adeo* dat *valde*.

tis ac potentiae patriciorum ſemper fuiſſe, atque adverſus plebem adeo violentos [1] & contumaces, ut ne capitis quidem quiſquam reus apud populum mutare veſtem, aut deprecari ſuſtinuerit: nonnulli in altercatione & jurgio [2] tribunos plebis pulſaverint. Etiam virgo Veſtalis fratrem, injuſſu populi triumphantem, [3] adſcenſo ſimul curru, uſque in Capitolium proſecuta eſt, ne vetare aut intercedere fas cuiquam tribunorum eſſet.

III. Ex hac ſtirpe Tiberius Caeſar genus trahit, & quidem utrumque: paternum, [4] a Tiberio Nerone: maternum, ab Appio Pulchro: qui ambo Appii Caeci filii fuerunt. [5] Inſertus eſt & Liviorum familiae, adoptato in eam materno avo. Quae

1 *Ac contumaces.*] *Et cont.* S. GRON. Ut edi curavi cum MSS. omnibus & Edd. vetuſtioribus. *quisque* Cort. Ed. Camp. *ad populum* Ed. Burm. operarum, ut reor, culpa.

2 *Tribunos plebi.*] Ita MS. S. vulgo *plebis.* GRON. Accedunt Medic. ſec. & Exc. Voſſ. Adi Cl. Drakenb. ad Liv. L. II. C. 42. §. 6. *Veſtalis virgo* Vindob. ſec.

3 *Adſcenſo.*] *Aſcenſo* S. GRON. *aſ.* MSS. & Edd. O. ante Caſaub. ut plerumque. Dein *equidem* Vind. ſec. pro & *q.*

4 *A Tiberio Nerone.*] *A Timore Nerone* S. GRON. *A minore Ner.* Medic. pr. Vindobon. pr. In Medic. tert. *timore* ſupraſc. *Tiberio.* Vitioſam ſcripturam ortam puto, quia ſcriptum fuerat *Tinerone*: uti in reliquis Codd. pro *Ti. Nerone. Tiberii* enim nomen per notam ſcribebatur *Ti.* ut *T. Titus.* Dein *fuerint* Medic. pr. tert.

5 *Inſertus eſt & Liviorum familiae, adoptato in eam materno avo.*] Atqui apud Tacitum VI. Ann. C. 51. ait, matrem Tiberii in Liviam familiam adoptatam eſſe. Sed credo cum Theod. Ryckio V. Cl. avum adoptione tranſiiſſe in illam gentem, cum jam ei nata fuiſſet Livia, Tiberii parens. GRAEV. *Interſertus eſt & Leviorum* S. GRON. Immo in Salm. Cod. eſt *Laeviorum*, atque in tribus itidem Mediceis, uti in aliorum MSS. *Leviorum.* Certum eſt, non matrem Tiberii adoptatam modo eſſe in Liviorum familiam; ſed ejus patrem jam; ut bene ait auctor, *avo materno*, jam filiam hanc habenti. Is enim *Livius Druſus Claudianus* C. 7. Vellejo L. II. C. 71. *Druſus Livius*, *Juliae Auguſtae pater.* & C. 75. *Livia nobiliſſimi & fortiſſimi Druſi Claudiani filia.* ubi V. Comm. & Dion. L. XLVIII. p. 383. ac Lipſ. ad Tac. L. V. Ann. C. 1. *Julia Auguſta mortem obiit, nobilitatis per Claudiam familiam & adoptione Liviorum Juliorumque clariſſimae.* Mater itaque Tiberii per ſeſe erat *Claudia*, ſed patre cum familia adoptato a Livio Druſo, ipſa quoque dicta eſt. *Livia Druſilla.* ut Cap. 4. in Aug. C. 62. Dein *elaruit* Vindobon. ſec. cum Hulſ. & poſtea *inſignis* Mediceae ſec.

Quae familia, quamquam plebeja, tamen & ipſa admodum floruit, octo conſulatibus, cenſuris duabus, triumphis tribus: dictatura etiam ac magiſterio equitum honorata: clara & inſignibus viris, ac maxime Salinatore, Druſiſque. Salinator univerſas tribus in cenſura notavit levitatis nomine, quod, quum ſe poſt priorem conſulatum multa irrogata condemnaſſent, conſulem iterum cenſoremque feciſſent. Druſus hoſtium duce Drauſo cominus trucidato, ſibi poſteriſque ſuis cognomen invenit. [1] Traditur etiam pro praetore ex provincia Gallia retuliſſe aurum, Senonibus olim in obſidione Capitolii datum: nec, [2] ut fama eſt, extortum a Camillo. Ejus abnepos, ob eximiam adverſus Gracchos operam *patronus ſenatus* dictus, filium reliquit, quem in ſimili diſſenſione multa varie molientem diverſa factio per fraudem interemit.

IV. [3] Pater Tiberii, quaeſtor C. Caeſaris, Alexandrino bello claſſi praepoſitus, plurimum ad victoriam contulit. Quare & Pontifex in locum [4] P. Scipionis ſubſtitutus, & ad deducendas in

ſec. & *in cenſum* Cort. Ed. Camp. Ven. Med. Cald.

1 *Traditur.*] *Traditum* Vindobon. ſec. *traditus* Cort. Edd. Rom.

2 *Ut fama.*] God. Salmaſ. & Rob. Steph. *nec, ut fama eſt, extortum.* GRAEV. GRON. *Eſt* addunt duo Pulm. Medicei pr. ſec. Vindobon. uterque, Copeſ. Periz. Cort. cum Edd. uſque ad Gryph. Quare cum Burmanno reſtitui. De hac re adi quoque Polyb. I, 6. II, 22. Liv. L. VI. C. 3. Palmer. Exercit. p. 188. & ſeq. Miſc. Nov. Lipſ. Vol. III. P. 2. p. 324.

3 *Pater vero Tiberii.*] *Vero* deeſt in Salmaſ. Cod. GRAEV. *Pater Tiberi* ejecta vocula. *vero* S. GRON. Ejeci particulam contra genium auctoris inſititiam, qua caret quoque Medic. ſec. ac duo Torrent. Sed pro ea Medic. tert. Vindobon. uterque, Exc. Voſſ. cum multis aliis dant *pater Tiberii Nero* e gloſſa. Dein *oppoſitus* Edd. Med. Cald. & *compulit* Vindobon. pr.

4 *P. Scipionis,*] Soceri nempe Cn. Pompeji, qui in Africa victus ſibi manus intulit A. U. DCCVIII. alio nomine *Q. Caecilius Metellus Pius Scipio Cornelianus*; quia ab illo Metello erat adoptatus, in cujus locum ipſe Caeſar *Pontifex Max.* erat creatus: hic enim Scipio *Pontifex* modo fuit. Hinc nunc

in Galliam colonias, in quîs [1] Narbo & Arelate erant, miſſus eſt. [2] Tamen Caeſare occiſo, cunctis turbarum metu abolitionem facti decernentibus, etiam de praemiis tyrannicidarum referendum cenſuit. Praetura deinde functus, quum exitu anni diſcordia inter Triumviros exorta eſſet; reten-

nunc *Q.* nunc *P.* bene dicitur. At aliis male *L.* Vide Comm. ad Epit. Liv. 123. 114. Periz. Anim. Hiſt. C. 4. p. 177. Pigh. in Faſt.

1 *Narbona & Arelate.*] Cod. Salm. *in queis Narbo & Arelate.* Putat tamen Joannes Ortwynius, moderator Gymnaſii Delphenſis doctiſſimus, etiam dici *Narbona*, ut *Ancon*, & *Ancona*. Potuit etiam *Narbon* ſcripſiſſe Suetonius, uti veteres dixerunt *Plato* & *Platon*, *Dio*, & *Dion*, *Cimo* & *Cimon*. GRAEV. *Narbo.* ita MS. S. & ſic ſemper Romani vocant. vulgo *Narbona*, quod eſt ſequioris aevi. GRON. *Narbo.* Sic MSS. & Edd. omnes ante Ald. ut ex Catauboni ſententia vere reſtituit Burmann. Saepiſſime jam obſervarunt viri docti, poſteriores ſcriptores, & hinc medio aevo librarios, ex nominibus urbium in Accuſativo habentes *a* Graeco more feciſſe nominativum. Adi Miſc. Obſ. Vol. VII. p. 90. De hac urbe vide me ad Caeſ. III. B. G. C. 20. Sed optimi quoque ſcriptores ex Graeco τὰ Μέγαρα Latine fecerunt aeque in ſingulari *Megara*, *Megaram*, ac plurali *Megara*. Non auſim enim ubique *Megara* pro *Megaram* reponere. V. ad Vell. I, 2. Juſt. II, 8. Liv. XXVIII, 7. Plin. L. IV. C. 7. bis. Front. IV. I, 8. Val. Max. I, 7. 10. Inepte Harduini index Plinianus, *Megarae*, ex L. XVI. C. 39. *Megaris.* Graev. ad Cic. L. IV. ad Fam. Ep. 5. *Megaram verſus*, vult legi *Megarem.* Sed Graeci numquam dixerunt τὴν Μεγάρην. Apud Liv. L. XXXI. C. 22. *per Megaram* intelligitur regio: uti *Troja*, *Sparta*, &c. occurrit & pro urbe & pro regione. Non poſſum vero accedere Cel. Burmanno apud Auct. Vict. pro *Narbonae* refingenti *Naronae.* Ut enim verum ſit, Carum natum eſſe in Illyrici urbe *Narona*, quod tamen non adeo conſtat, ille & multi Auctores, ut Eutrop. L. IX. C. 18. Oroſ. VII. 24. Georg. Syncellus, Jornand. de Regn. Succeſſ. aliique, crediderunt, Carum *Narbone* eſſe genitum. Hoc patet clariſſime ex Sidonii Apollinaris Carmine 23. in laudem Narbonis, vſ. 90.

Quid quod Caeſaribus ferax creandis
Felix prole, virum ſimul dediſti,
Natos cum genitore principantes, &c.

Carum nempe cum Carino & Numeriano. Adi Salmaſ. ad Vopiſci Carum C. 4. Spanhem. Diſſ. XII. de Praeſt. Num. p. 357. Male autem *in quibus* Periz. Exc. Voſſ. Paſſim apud Sueton. pro eo *quis.*

2 *Tamen.*] Librarius Cujac. Cod. qui ſcripſit *Cajo Caeſare* videtur neſciviſſe, *tamen* ſaepe poni in initio periodi. At vide, quae laudat Drak. ad Liv. L. XL, 46. Frontin. I, 1, 4. infra in Cal. C. 5. *Tamen longe majora* &c. *Abolitio facti* ſignificat ejus oblivionem, ut caedes illa conſideraretur, quaſi numquam eſſet facta; adeoque in ejus auctores non vindicanda. Quomodo ſi explicas, non opus eſt *facti* delere cum Torrentio, (cui favet Quintil. L. IX. C. 2. p. 795. Ed. Burm. *ſub pacto abolitionis.*) aut *oblivionem* cum Lipſio reponere. Vide etiam Cel. Ernesti. Mox *inferendam* Harl. Cort.

retentis ultra juſtum tempus inſignibus, L. Antonium conſulem, Triumviri fratrem, ad Peruſiam ſecutus, deditione a ceteris facta, ſolus permanſit in partibus, ac primo Praeneſte, inde Neapolin evaſit; ſerviſque ad [1] pileum fruſtra vocatis, in Siciliam profugit. Sed indigne ferens, nec ſtatim ſe in conſpectum Sex. Pompeji admiſſum, & faſcium uſu prohibitum, ad M. Antonium trajecit in Achaiam. Cum quo, brevi reconciliata inter omnes pace, Romam rediit, uxoremque Liviam Druſillam, & tunc gravidam, & ante jam apud ſe filium enixam, petenti Auguſto [2] conceſſit. Nec multo poſt diem obiit, utroque liberorum ſuperſtite, Tiberio Druſoque Neronibus.

v. Tiberium quidam Fundis natum exiſtimaverunt, ſecuti levem conjecturam, quod materna ejus avia Fundana [3] fuerit, & quod mox ſimulacrum Felicitatis ex ſenatus conſulto publicatum ibi ſit. Sed, ut plures, certioreſque tradunt, natus eſt Romae in Palatio, XVI. Kal. Decemb. [4] M. Aemilio Lepido iterum, L. Munatio Planco COSS. [5] poſt bellum Philippenſe. Sic

Ed. Camp. Sed vide ad Caeſ. C. 20. Dein *orta* Medic. ſec. tert. Politian. uterque Vindob.

1 *Pileum.*] *Pilleum* S. GRON. Sic etiam in tribus Mediceis, & Exc. Voſſ. ac Politian. ut paſſim. Sed vide Drak. ad Liv. 1, 34. Tunc *perfugit* Periz. a m. pr. Edd. Rom. Dein *in conſpectu* Exc. Voſſ. ac *redit* in Medic. pr. tert.

2 *Conceſſit.*] Invitus: nam *abduxit* Auguſtus uxorem, aut docet in ejus V. Auctor C. 6. 31. 62. Adſcripſit tamen Periz. Codicis librarius: *Utinam & haec hodie liberalitas de uxoribus vigeret.*

3 *Fuerit.*] Vide ad Cal. C. 23. Vindob. pr. *fuerunt*, ac dein *& Senatuſconſ.* Abeſt *ex* ab Edd. Mediol. Cald. ut ab aliis.

4 *M. Aemilio Lepido* II. *L. Munatio Planco.*] A. U. DCCXII. In Periz. a m. pr. *Acilio Lep.* Pro *L.* male Edd. quaedam &c. Ab Exc. Voſſ. (non vero Cujac.) Edd. Camp. Mediol. Cald. aliiſque abeſt praenomen. *Munacio* Medic. tert. *Munatino* Vindobon. pr. *Mimatio* Ed. Camp. Sed V. Faſtos Pigh. & ad C. 29. Recte autem eo anno genitum ſcribit Auctor. Nam A. DCCXIV. *vix bimus* in Siciliam cum parentibus evaſit: ut docet Vell. L. II. C. 75. de qua fuga C. praec. & ſeq. agit noſter.

5 *Poſt bellum Philippenſe.*] Cod. Sal-

Sic enim [1] in faſtos actaque in publica relatum eſt. Nec tamen deſunt, qui partim antecedente anno, Hirtii ac Panſae; partim [2] inſequente, Servilii Iſaurici Antoniique conſulatu, genitum eum ſcribant.

VI. Infantiam pueritiamque habuit [3] laboriosam,

Salmaſ. *per bellum Philippenſe.* id eſſet, tempore ejus belli. Nam & bellum Philippenſe, iis, quos Suetonius dicit, coss. geſtum eſt. GRAEV. Excerpta mea omnia retinent *poſt.* Ex Memm. & Torrentianis &c. Cel. Burm. praefert *per*, ut ſignificet exactum tantum non, ſed durans tamen bellum. Nec diſplicet hoc loco. Adi ejus Commentarios. Eſt autem frequens earum praepoſitionum confuſio.

1 *In faſtos.*] *In faſtis* S. GRON. Ita & aliorum dant libri, ac Cort. Edd. Camp. Mediol. Cald. *in faſtis actisque* Medic. ſec. Olim putavi legendum *faſtus*; ſed quia ſic non ſolet Auctor, & reliqui MSS. *faſtos* ſervant, nihil mutari ſatius nunc duco; ſed addidi repetitum *in* ante *publica*, auctoritate Medic. ſec. tert. Polit. Harl. Exc. Cujac. Edd. Rom. pr. Ven. Mediol. Cald. Bonon. Junt. &c. ut innumeris locis noſter cum cereris ea repetitione uti amat. ut Cap. ſeq. *per Siciliam & per Achaiam* viri docti reſtituerunt. V. & ad Caeſ. B. G. L. II, 10. III, 1. & ſupra aliquoties. *Hirti* Medic. tert. *Hircii* Vindobon. uterque, Periz. & alii cum Edd. Vett.

2 *Inſequente.*] Medic. pr. tert. Vindobon. ſec. *inſequenti*. Bene. Vide ad Aug. C. 94. p. 325. *inſequenti ſtatim nocte.* Pro *Iſaurici* Medic. pr. Vindobon. pr. *Auruncique*. Vindobon. ſec. *Arunci* a m. pr. Dein Medic. ſec. tert. Exc. Cujac. *Iſauricique Antonii*: uti in Hulſ. Vindobon. pr. & Med. pr. *Ar.* vel *Auruncique Ant.* Harl. *Hiſauriique Antonii.* Quare placet lectio Codd. Politiani *Iſ. atque Antonii.* Tandem *ſcribunt* Medic. pr.

3 *Luxurioſam & exercitatam.*] MS. Salmaſii: *laxurioſam*. Unde recte viri docti conjecere legendum, *laborioſam & exercitam*; ut apud Plin. in Paneg. (C. 86.) Et ſic primus hunc locum reſcribendum eſſe vidit Err. Memmius, teſtante Lambino ad Corn. Nep. Chronem. *Exercitam* recepit quoque R. Stephani editio. *Exercitatam* tamen ferri quoque poſſe Ortwinius cenſet, cum apud Horat. legatur Epod. 9. *Exercitatas aut petit Syrtes noto*, h. e. vexatas. Virgilius tamen, ut idem ait, *exercitam* quaſi tuetur III. Aen. vſ. 182. & v. Aen. vſ. 725. *Nate Iliacis exercite fatis.* quod Honinus explicat: *exercite*, fatigate. GRAEV. Quum Caſaubonus edidiſſet *luxurioſam*, adnotavit Salmaſius: *laxurioſam.* lege *laborioſam.* GRON. Nihil abeunt excerpta, quibus uſus ſum, ab reliquis exemplaribus *luxurioſam & exercitatam.* Sed *laborioſam & exercitam* junxit quoque Plin. L. VI. Ep. 13. & *laboribus exercitum* Liv. L. I. C. 56. Mihi vero addidet hic magis Torrentii conjectura *luctuoſam*, ut ad *infantiam* referatur; ſicut *exercitam* reſpondet *pueritiae.* Nam & ſic malo cum viris doctis, addicente optimo Codice, teſte Scriverio. *Exercitus & exercitatus*, utroque modo dicitur quis, qui in ſtudiis, bellis, aut quibuſcumque vitae humanae negotiis verſatus fuit, & hinc peritus tam in malam, quam bonam partem; *exercitus*, qui cum laboribus, curis, periculis, & miſeriis conflictatus & fatigatus eſt; non

fam, & exercitam; comes uſquequaque parentum fugae: quos quidem apud Neapolin, ſub inruptionem hoſtis navigium clam petentes, vagitu ſuo paene bis prodidit: ſemel, quum a nutricis ubere, [1] iterum, quum a ſinu matris raptim auferretur [2] ab iis, qui pro neceſſitate temporis mulierculas levare onere tentabant. [3] Per Siciliam quoque & per Achaiam circumductus, ac Lacedaemoniis publi-

exercitatus; praeſertim, quum tam abſolute ponitur vox: Variant autem MSS. & Edd. fere ſemper. V. praeter citatos, J. Gronov. & Drakenb. ad Liv. L. XXVII, 44. me ad Hirt. B. Gall. L. VIII, C. 25. Hinc nequaquam admittenda eſt Ill. Heinſii conjectura in Appulej. L. VIII. Met. init. *Scortiſque & diurnis* vel *diutinis potationibus exercitatus*: ubi legebat *exeſitatus*. Adi potius Pricaeum ibi & ad L. IX. p. 583. *flagitiis exercitatus*. Graece ἐγγεγυμνασμένος. Cic. II. in Cat. C. 5. *Scelerum & ſtuprorum exercitatione adſuefactus frigore* &c. Multo malim cum eodem Pricaeo & Stewechio L. IX. Met. p. 186. *Me variis fortunis exercitatum, etſi minus prudentem, multiſciam reddidit*, legere *exercitum*: ubi V. Pric. Verum tamen nec illic auſim quidquam contra MSS. murare. Sulpit. apud Cic. IV. ad Fam. 5. *Hoc uno incommodo addito, quid ad dolorem adjungi potuit? aut qui non in illis rebus exercitatus animus callere jam debet?* Dein *irruptione* Edd. Med. Cald. cum aliis. *hoſtium* Cort. Edd. Rom.

1 *Iterum.*] Auſus ſum vel invitis libris, ſed ratione & auctoris ſtylo jubentibus, recipere conjecturam Urſini & Canneg. Miſcell. Obſerv. Vol. VI. p. 603. quae comparet in marg. Ed. Torrent. pro vulgari & inepto *item*: uti ſaepiſſime vox *iterum* eſt depravata. V. VV. DD. notas ad Epit. Liv. 14. Supra in Caeſ. C. 36. Bis *dimicavit*; ſemel *ad Dyrrachium*; iterum *in Hiſpania* &c. In Aug. C. 16. Iterum *quum praeter* &c. C. 25. Bis *uſus eſt*: ſemel *ad praeſidium coloniarum*; iterum *ad tutelam*. Tiber. C. 72. Bis *redire conatus*; ſemel &c. iterum &c. ubi & MSS. aliquot *item*. Claud. C. 6. Bis *patronum* &c. ſemel *quum* &c. iterum *quum* &c. Crebro utitur auctor *ſemel atque iterum*, ut in Aug. C. 22. 27. Claud. C. 46. & alii paſſim. Adi Vallam L. VI. de Eleg. L. Lat. C. 3.

2 *Ab iis.*] *Ab his* S. GRON. *His* Medic. tres, Exc. Voſſ. & Edd. Vett. omnes dant; *biis* Periz. de more.

3 *Per Siciliam quoque & Achaiam circumductus.*] Cod. Salm. *per Siciliam quoque & per Achaiam circumductus*, idem paullo poſt: *quod in tutela Claudiorum erant*. leg. cum Rob. Steph. *qui in tutela Claudiorum erant*. GRAEV. *Et per Achaiam*. Ita MS. S. vulgo & *Achaiam*. Dein *tutela*. MS. S. vulgo *tutelam*. GRON. *Et per Achaiam* exaratum eſt in Mediceis tribus, Politian. Vindobon. ſec. Exc. Voſſ. veriſſime. V. Cap. praec. *a Laced.* Medic. ſec. *Quod* vero eſt in Memm. non, ut ſcribit Cl. Burm. *qui*: unde Erneſtius malit *quia*. Nec rò *qui* in *quod* mutavit Scriverius, ſed Caſaubonus, ſicut ejus Edd. conſulenti patebit, forſan e ſuis Codd. certe optimo Torrentii; Accedunt Medic. tert. & Vindobon. uterque cum Copeſ. *Tutelam* Graevius edidit ſecutus itidem Caſauboni Edd. & hinc *vulgo* ita edi ſcripſit

blice, quod in tutela Claudiorum erant; demandatus, digrediens inde itinere nocturno, discrimen vitae adiit: flamma repente e silvis undique exorta, adeoque omnem comitatum [1] circumplexa, ut Liviae pars vestis & capilli amburerentur. Munera, quibus a Pompeja, Sext. Pompeji sorore, in Sicilia donatus est, [2] chlamys & fibula, item bullae aureae, durant, ostenduntur que adhuc Bajis. Post reditum in urbem a M. Gallio senatore testamento adoptatus, hereditate adita, mox nomine abstinuit: quod Gallius adversarum Augusto partium fuerat. Novem natus annos defunctum patrem pro Rostris laudavit. Dehinc pubescens Actiaco triumpho currum Augusti comitatus est; sinisteriore funali equo, quum Marcellus, Octaviae filius, dexteriore veheretur. Praesedit & [3] Actiacis

ludis,

scripsit Gron. Sed in reliquis MSS. & Edd. *tutela*. Dein *demandati* Medic. sec. *demandatitiis* Exc. Voss. & *in itinere* Cort. Edd. Rom. *orta* Vindobon. pr.

1 *Circumplexa.*] Sic in Domit. C. 6. *statuam aquila circumplexa pennis*. Hyg. Astron. L. II. C. 14. *cum draco circumplexus*. Et passim alii sic loquuntur. Idque compositum recte ad Virg. Aen. v, 312. Heinsius vindicat Appulejo L. VIII. Met. p. 156. *Cadaver circumplexus*. & jam ante Schioppius Susp. Lect. L. IV. C. 4. ac restituendum eidem in Lib. de Mundo p. 68. Ed. Elm. *cuncta contingit, & maximis intervallis disjuncta circumplectitur:* ut est in Edd. ante Aldum. in MSS. tribus *disjunctam complectitur*. Passive ait L. II. de Hab. Doctr. Plat. *ventrem gyris intestinorum circumplexum*. Statim Vindob. sec. ac Cort. dant *aburerentur*.

2 *Chlamys & fibula.*] In MSS. pro more est *clamis*. Puerilem vestem esse *chlamydem* e Virgilio & Digestis bene docuerunt Interpretes. Sed prae ceteris huc facit egregius Longi locus in Pastoralibus p. 4. Ed. Moll. ubi infanti exposito γνωρίσματα tribuuntur χλαμύδιον ἁλουργὲς, καὶ πόρπη χρυσῆ καὶ ξιφίδιον ἐλεφαντόκωπον. Porro *est* non legitur in Edd. Roman. Dein *aureae, quae durant* in Medic. pr. Copes. Cort. Vindob. sec. An pro *perdurant*? Vix puto. Tum *in urbe* Cort. Edd. Rom.

3 *Actiacis.*] Codex Salmas. *Asticis*; lege: *Iselasticis*. De ludis *Asticis* & *Iselasticis* plura vide ad Calig. C. 20. Alii *Hasticis* reponunt. GRAEV. *Asticis*. Ita MS. S. vulgo *Actiacis*. GRON. In Medic. sec. Periz. Cort. aliisque *Atticis*. In Ed. Rom. pr. *acticis*. Medic. tert. *attricis*. Is. Vossius adscripsit quoque Ed. Torrent. *Iselasticis*: qui Romae eo tempore nulli. Nihil mutandum in hac voce censeo. Potuit Actiacis ludis A. U. DCCXXVI. quo ipse Augustus & Agrippa Coss. Actiacos ediderunt ludos, & Tiberius agebat aetatis annum quartum & decimum, praesedisse

ludis, & [1] Trojanis Circenſibus, ductor turmae puerorum majorum.

VII. Virili toga ſumta, [2] adoleſcentiam omnem, ſpatiumque inſequentis aetatis uſque ad principatus initia, per haec fere tranſegit: Munus gladiatorium in memoriam patris, & alterum in avi Druſi dedit, diverſis temporibus, ac locis: primum in foro, ſecundum in Amphitheatro: [3] rudiariis quoque quibuſdam revocatis, auctoramento centenûm milium. Dedit & ludos, ſed abſens: cuncta magnifice, inpenſa matris ac vitrici. Agrippinam, M. Agrippa genitam, neptem [4] Caecilii Attici equitis Romani, ad quem ſunt Ciceronis epiſtolae, duxit uxorem: ſublatoque ex ea filio Druſo, quamquam bene convenientem, [5] rurſusque gravidam, dimittere, ac Juliam Auguſti filiam confeſtim [6] coactus eſt ducere: non ſine magno

ſediſſe vel cum illis vel illorum nomine. Vel forſan ſemel & male abundat: ut voluerit Suetonius innuere, eum tempore Actiacorum ludorum etiam praeſediſſe Trojanis Circenſibus, ac ſimul mox egiſſe ductorem puerorum majorum. In illis enim ludis Actiacis editi ſunt Circenſes. V. Dion. L. LIII. p. 496. *Ludis* pro *in ludis*, *ludorum tempore*, apud noſtrum & alios paſſim. Sed adi Commentar. & ad Claud. C. 7. *praeſedit ſpectaculis in Caji vicem.*

1 *Trojanis.*] *Trojam* S. GRON.

2 *Adoleſcentiam.*] *Adoleſcentiam* S. GRON. Dein *ſpatiaque* Medic. ſec. Cort. & Edd. Vett. excepta Beroaldina, uſque ad Caſaub. idque ex Periz. & Harl. nonnihil placuit Burmanno. Sed alterum *ſpatiumque* & plures & antiquiores Codd. vindicant. *gladiatorum* Cort. & Edd. Vett. *atque locis* Vindobon. pr. & *loc.* ſec.

3 *Rudiariis.*] *Rudiaris* S. GRON. in gloſſis *Rudiarii* ἀνταξάμενοι. Male *convocatis* eſt in Vindobon. pr. Dein *centum m. dedit. dedit* prave etiam Edd. Mediol. Cald. *cuncta* abeſt ab Edd. Rom. *cognita* in Medic. pr. *agnita* Polit. cum aliis. *matri* Medic. tert. *victrici* Vindob. uterque, Cort. & Edd. Med. Cald. pluresque, ut ſaepe.

4 *Caecilii.*] Medic. pr. & tert. *Caecili.* Vindob. ſec. Cort. Periz. & Edd. Vett. *Pompeii* e gloſſa: ut recte docent viri docti. *Pompeji* Ed. Camp.

5 *Rurſusque.*] Sic Medic. Vindob. Cort. & Burm. cum Edd. Vett. Al. *rurſumque.*

6 *Coactus eſt.*] Abeſt verbum a MS. S. GRON. Accedit Medic. tert. Dein *langore* praeter Codd. a Torr. & Burm. viſos eſt in Vind. pr. Cort. Edd. Camp. Med. Cald. vitioſe: Vide etiam C. 49. Ner. 41. Alibi mutatur in *algore*, ſeu frigore. Adi ad Liv. L. V. C. 48. Dein reponi juſſi *hoc ordine etiam vulgo* ex Mediceis, Polit. Vindobonenſibus. Exc. Guj. Voſſ. non val-

de

magno angore animi, quum & Agrippinae conſuetudine teneretur, & Juliae mores inprobaret; ut quam ſenſiſſet ſui quoque ſub priore marito adpetentem, quod ſane etiam vulgo exiſtimabatur. Sed Agrippinam & abegiſſe poſt divortium doluit; & ſemel omnino ex occurſu viſam, adeo contentis [1] & tumentibus oculis proſecutus eſt, ut cuſtoditum ſit, ne umquam [2] in conſpectum ejus poſthac veniret. Cum Julia primo concorditer, & amore mutuo vixit: mox [3] diſſedit, & ali-

go etiam. In Edd. Rom. & marg. Torr. *v. extim. etiam.* Mox Cort. & Edd. Rom. carent & poſt *Agripp.*

1 *Et tumentibus oculis.*] In Reg. Cort. Edd. Rom. & marg. Gryph. eſt & *contumentibus oc.* Cum Paſſer. & Burmanno *tumentes* non tam intelligo turgidos prae acerrima contentione, & ὑπ' ἐριθείας πυλοιδήσαντας, ut ait Theocr. Id. 1, 38. quam lacrimis obortis gravidos, quae erumpentes non effunduntur tamen: unde nequaquam neceſſe duco in *humentibus* mutare: ut apud Senec. in Med. vſ. 1020.

Lumina huc tumida adleva,
Ingrate Jaſon.

Conſule Comment. & Burm. quoque ad Virgil. Aen. VI, 476.

Proſequitur lacrimans longe, & miſeratur euntem.

Ovid. Ep. XII. Her. 55.

Triſtis abis: oculis abeuntem proſequor udis.

V. & Ep. V, 55. Diſerte in Periz. exſtat *conniventibus & tum.* perperam.

2 *In conſpectum ejus.*] Cod. Salmaſ. GRAEV. GRON. Dativus ille frequentiſſime in Genitivum eſt corruptus; ut ſaepe alibi monendum habui. V. ad Caeſ. B. G. V, 44. In Ner. C. 1. Uti hic in Memm. & Copeſ. ſic in Edd. Vett. Liv. L. XXXV, 27. *In conſpectum hoſti veniret Philopoemen:* ubi ſollemni variatione quoque *conſpectu*; quod hic in Cort. & Edd. Rom. De utroque adi Drak. ad Liv. L. IX, 26. *Caſtra in conſpectu hoſtibus data.*

3 *Diſſedit.*] Optime hunc locum explicuit ſummus Grotovius de diſcordia, diſſenſione animorum, & jurgiis ſine *diſcidio*, ſive divortio Tiberii & Juliae; cum paullo ante contra deſcripſerit ejus & Agrippinae *diſcidium*, ſive divortium ſine *diſſidio*, ſeu diſſenſione: *diſſidium* enim eſt animorum, *diſcidium* corporum ſeparatio. Adi eum & Drak. ad Liv. L. XXV, 18. Infra C. 37. *Caede per diſcordiam admiſſa, capitq factionum & hiſtriones, propter quos diſſidebatur, relegavit.* Sed *diſcidii inpatiens*, ſive divortii, in Domit. C. 3. non *diſſidii.* & ſic alii paſſim. Poteſtque quaſi repeti *cum Julia diſſedit*: Vide ad Val. Max. I, 6, 10. *Armis cum collega diſſidens.* Ex *diſſidio* vero naſcitur *diſſidium*; unde *diſcidium foederis* dixit Auſon. in periocha IV. Iliados: ut bene corrigunt docti: quae vox etiam reſtituenda eſt Appulejo L. X. Met. p. 232. *Nunc in obliquam ſeriem connexi, & in quadratum paſtorem cuneati, & in caeruae diſcidium ſeparati.* Sic enim MSS. Flor. Oxon. Palat. cum Edd. Elm. & Scriv. non *diſſidium.* de Mundo p. 749. Ed. Flotidi: *fluenta divinâ diſſidio ſeparata.* Mox *etiam* deeſt Cort. Edd. Rom. *Aquilegiae* dat Vindob. ſec. V. ad Aug. C. 20. In fine capitis *pro-*

aliquanto gravius, ut etiam perpetuo ſecubaret, intercepto communis filii pignore, qui Aquilejae natus infans exſtinctus eſt. Druſum fratrem in Germania amiſit, cujus corpus, pedibus toto itinere praegrediens, Romam uſque pervexit.

VIII. Civilium officiorum rudimentis regem Archelaum, [1] Trallianos & Theſſalos, varia quosque de cauſſa, Auguſto cognoſcente, defendit. Pro Laodicenis, Thyatirenis, [2] Chiis terrae motu adflictis, opemque inplorantibus, ſenatum deprecatus eſt. [3] Fannium Caepionem, qui cum Varrone Murena in Auguſtum conſpiraverat, reum majeſtatis apud judices fecit, & condemnavit. Interque haec duplicem curam adminiſtravit annonae, quae [4] artior inciderat: & repurgandorum tota Italia ergaſtulorum, quorum domini in invidiam venerant, quaſi exceptos ſubprimerent, non ſolum viatores, ſed & quos ſacramenti metus ad [5] hujuſmodi latebras compuliſſet.

IX. Stipendia prima expeditione Cantabrica tribunus militum fecit; [6] dein ducto ad Orientem

gradiens habent Vindob. uterque, Cort. Edd. Rom.

1 *Trallianos.*] Medic. pr. tert. Vindob. ſec. cum aliis *Tracilianos.* Cort. *Thralianos.* Edd. Med. Cald. *Tralianos.* Tum *quoque* Edd. Camp. Med. Cald. cum Vindob. pr.

2 *Chiis.*] Ex Edd. Ven. ſec. & tert. lectione *Choïs*, poſſit quis cogitare, *Coïs* eſſe admittendum; quia Hieron. in Euſeb. Chron. N. 2010. ſub Auguſto ait *in inſula Co terrae motu plurima conciderunt.* Unde Beroaldus exiſtimabat, vel illic, vel hic eſſe mendam. At puto, diverſos terrae motus deſcribi. Mox *deplorantibus* Vindobon. pr. *precatus* Cort. Edd. Rom.

3 *Fannium Caepionem.*] Vindob. pr. *Faunium.* item MSS. & Edd. aliquot *Cepionem*, male. Contra perperam in Edd. multis, etiam Caſ. Graev. Burmann. *Murraena*: quum Graecis efferatur Μυρήνας. V. ad Aug. C. 19. Dein *fecerat* Vindobon. pr.

4 *Artior.*] *Artior* S. GRON. Sic etiam Medic. pr. tert. Exc. Voſſ. Edd. Rom. ac paſſim: ut ubique ſcribendum eſſe, centies monuerunt eruditi. Dein pro *viatores* in Vindobon. pr. corrupte *majores.* Adi ad Aug. C. 32.

5 *Hujuſmodi.*] *Ejuſmodi* S. GRON. Et ſic eſt in tribus Mediceis ac Voſſ. Exc.

6 *Deindè ducto.*] *Dein* S. GRON. Edidi *dein*, accedente auctoritate Me-

tem exercitu, regnum Armeniae [1] Tigrani reſtituit, at pro tribunali diadema inpoſuit. Recepit & ſigna, quae M. Craſſo ademerant Parthi. [2] Poſthaec comatam Galliam anno fere rexit, & barbarorum incurſionibus, & principum diſcordia

Mediceorum pr. tert. Vindobonenſium, Copeſ. Cort. Exc. Cuj. Voſſ. & Edd. Rom. Nec legi poteſt *deductо ex*. Nam *deducere exercitum* ſignificat reducere, retroverſus ducere. Adi Comm. ad Liv. L. VI. C. 26. XXXVI, 31. vel in campos demittere, aut longius extendere. V. Nepot. in Milt. C. 4. Liv. L. III. C. 62. *in aciem deductorum*, & ibi Comm. Drak. Inf. C. 14. *ingreſſo primam expeditionem, ac per Macedoniam ducente exercitum in Syriam*: de hac eadem re. Expeditionem enim Cantabricam non fecit Tiberius, ſed Auguſtus; & in illâ Tiberius prima meruit ſtipendia.

1 *Tigrani reſtituit.*] Turpiter quidam ſcriptores adulati ſunt Tiberio, ei adſcribentes captam & receptam, aut ſub P. R. poteſtatem redactam Armeniam, cum nummis quibuſdam; victoriamque de Tigranis fratre Artaxia, vel Artabaze. Vere ita ſeſe res habuerunt. Artaxias filius Artavaſdis, ab Antonio capti & dein occiſi, ſe in regno Armeniae, ope regis Parthorum Phraatis, tuebatur contra ipſos Armenios, qui malebant ejus fratrem Tigranem, Romam Alexandria capta abductum, & auxilium Auguſti inplorarunt, cui Parthus, tutelam Armeniae deponens, ceſſit arbitrium ejus regni conſtituendi. Miſſus igitur eo Tiberius advenit, poſtquam Artaxias jam per dolum propinquorum erat occiſus, & tunc Tigranem in regno confirmavit, diademate pro tribunali inpoſito, A. DCCXXXIV. Eique ſupplicationes ſunt decretae. Cetera ſunt adulatoria. V. noſtrum in Aug. C. 21. Dion. p. 526. Tacit. L. II. Ann. C. 3. Strab. L. XVII. p. 821, & alios. Apud Vellejum ſine dubio lacuna vel menda eſt L. II. C. 94. *Ingreſſus Armeniam, redacta ea in poteſtatem P. R., regnum ejus Artavaſdi dedit.* Cl. Burmannus unde *Orſavaſden* nominet, neſcio. De alio enim *Artavaſde* intelligi Vellejus nequit: Quando Tigrane, ejuſque prole mortua, is ſucceſſerat juſſu Auguſti; ſed quem Armenii, a Parthis ac rege Phraate adjuti, A. DCCXLVIII. ejecerunt: Quare Auguſtus, communicata cum Tiberio in quinquennium Tribunicia poteſtate, ei mandavit bellum Armeniae. Verum tunc ſubito circa autumnum Rhodum ſeceſſit Tiberius, metuens Cajum & Lucium Caeſares, & adulteria Juliae, quam in urbe reliquit, perferre nequiens: ac vindicans Armeniam Parthus demum deſtitit A. DCCLV. ſub adventum Caji Caeſaris in Meſopotamiam: quum Tiberius Rhodo revertit Romam. Armeniique non incruento proelio victi ab Cajo volentes accepere regem origine Medum Ariobarzanem. V. Dion. p. 554, 555. Tacit. I. Ann. 53. II, 4. III, 48. 56. Vell. II, 99. 101. 102. infra C. 10. &c. ac plures cum Faſtis. Mox *recepitque* eſt in Vind. ſec. ac Perizon.

2 *Poſt haec.*] *Poſt hoc* S. GRON. *Poſt hoc* legas & in Medic. ſec. Polit. Vindob. pr. Exc. Voſſ. non infrequenti variatione, de qua pluribus ad Appulejum agam. Videtur autem Tiberius in Galliam, Germanorum incurſionibus inquietam, miſſus eſſe, non ſucceſſor Agrippae, ut cenſent Caſaub. & Bucherius, ſed ſimul cum Agrippa A. DCCXXV. vel paullo poſt ei acceſſiſſe. Conſule J. Maſſon. de Jani Temp. Reſ. p. 170. &c. Mox *inquietatam* fruſtra conjecit Boxhornius: uti edidit Junkerus.

dia inquietam. [1] Exin Raeticum Vindelicumque bellum, inde Pannonicum, [2] inde Germanicum geſſit. Raetico atque Vindelico, gentes Alpinas: Pannonico, [2] Breucos & Dalmatas ſubegit: Germanico, quadraginta milia [3] dediticiorum trajecit in Galliam, juxtaque ripam Rheni ſedibus adſignatis collocavit: quas ob res, [4] & ovans,

1 *Exhinc.*] Salmaſ. Cod. *exin.* GRAEV. GRON. Nec aliter dant Medicei tres, Polit. Exc. Voſſ. Copeſ. Hulſ. cum Pal. pr. & Edd. aliquot antiquis. *exhin* Vindob. ſec. *& hinc* Vindob. pr. in aliis *exinde.* Reſtitui *exin* ; ac vitioſam exiſtimo citationem Priſciani in Lucretii loco L. III. vſ. 161. *exhinc corpus propellit.* p. 886. Ed. Putſch. neque audiendum Giphanium in indice. Eadem confuſio in Ner. C. 7. & alibi. Dein *Raeticum* ſine adſpiratione MSS. plerique habent, bene. V. ad Aug. C. 21. Mox *gentes Inalpinas* exhibet Vindobon. pr. ut plerique MSS. dicto loco; quem vide.

2 *Breucos.*] Mira hujus nominis diverſitas in MSS. tum aliorum, tum meis. *Brennos* Med. ſec. Cort. Vindob. ſec. in marg. cum Edd. primis, aliiſque. *Brenios* Mediol. tert. Polit. Vindob. pr. *Breunos* Exc. Voſſ. *Breuntes* Vindob. pr. Sed nihil mutandum cenſeo; ac Torrentio adſtipulor, *Breucos* ſtatuenti in Pannoniis a Tiberio ſubactos; *Brennos* vero, vel *Breunos* in Vindelicis a Druſo domitos cum Genaunis. Sed *Breuci* in Inſcr. Gruter. quoque p. DLX. N. 2. *Miles ex coh.* VIII. *Breucorum.* Adi & ad Vellej. L. II. C. 115. Plin. L. III. C. 25. & Horat. L. IV. C. 14, 11. ubi in duobus vetuſtiſſimis Leidd. quoque *Breunos.* & ad Flor. L. IV. C. 12. ubi in tribus Voſſ. itidem ſic ſcribitur. Inepte *Dalmaticas* Cort. Ed. Rom. Campani. Pro *quadraginta* in Eutropio CCCC. Il. VII. C. 9. In neutro tamen quid mutandum judico. Oroſius L. VI. C. 621. ſequitur noſtrum, confundens tamen Germanicum bellum cum Pannonico ſeu Illyrici. V. ad Aug. C. 21. Belli Delmatici meminit inſcr. Murator. p. 40. num. 5.

3 *Dediticiorum.*] Ita MS. S. vulgo *deditiorum.* GRON. Sic & Periz. & Edd. Rom. uti in duobus Mediceis in Aug. C. 15. ubi nulla diverſitas in Salm. at perpetuo variatur, etiam in MSS. Caeſaris & Hirtii L. 1. B. G. 27. B. Alex. 9. *deditiorum* Edd. quaedam cum Med. tert. Mox *edibus* Medic. tert. *ſedibuſque* Vindob. ſec.

4 *Et ovans, & curru urbem ingr.*] Nonnihil in hujus loci expoſitione turbant interpretes, ſeſeque vexant. Ac Cel. Burmannus cenſet, Sueronii ſenſum eſſe, Tiberium primum ovaſſe non pede aut equo, ſed curru inſtar triumphantis, nec tamen pleno jure, at juſti triumphi ornamentis ornatum: putatque, intelligi ovationem, cum ex Illyrico victor remeans, dilato triumpho propter cladem Varianam, cum ornamentis triumphalibus praetextatus & laureatus intravit curru urbem; & Germanis victis deinde triumphum juſtum egit. Verum varias res, variaque tempora, in unum confundit vir doctiſſimus, quod pace ejus manium dictum ſit. Primo numquam Tiberius *ovans curru* ingreſſus eſt urbem: uti male cepit quoque Buchnerus, vel quiſquis altus, in Fabri Theſauro, reprehenſus merito hinc a Clar. Duk. ad Flor. L. III. C. 19. *De ſervis ovatione contentus, ne dignitatem triumphi ſive*

vans, & curru urbem ingressus est, [1] primus, ut quidam putant, triumphalibus ornamentis honoratus, novo nec antea cuiquam tributo genere honoris. Magistratus & maturius inchoavit, & paene junctim [2] percucurrit, quaesturam, praeturam,

servili inscriptione violaret. Ac diserte quoque distinguit cum aliis Suetonius & *ovans & curru*: ut in Aug. C. 22. ac Vellej. L. II. C. 122. *Ovans triumphare & curru urbem ingredi.* Adi ad Liv. L. III. C. 10. Scilicet equo de Dalmatis & Pannoniis ovavit, ornamentis triumphalibus ei decretis, adhuc vivente Druso, quum Augustus, Imp. XIII. dictus, lauream Jovi consecravit A. U. DCCXLV. Druso & Crispino Coss. Consule Dionem L. LV. p. 549. J. Masson. de J. Res. p. 226. &c. Qua de re adulatus Tiberio Vellejus ait L. II. C. 96. *Hujus victoriae compos Nero ovans triumphavit*: sive, ut Valerius Maxim. L. IV, I, 9. ait, *sine curru triumphavit*, i. e. simpliciter *ovavit*. Vide ibid. Voss. At *curru vere* de Germanis triumphavit Kal. Januariis A. DCCXLVII. quum consulatum secundum cum Pisone iniit, teste Dione L. LIII. p. 553. & Vellejo L. II. C. 97. *Tum alter triumphus* (prior modo ovatio fuit) *cum altero consulatu ei oblatus est.* V. & C. 99. De triumpho ultimo, quem de Illyrico, Delmatis, Pannoniisque egit, nondum cogitat auctor, de illo demum locuturus C. 17. &c. nec cum Dione dissentit. Illum triumphum Tiberius sibi & Augusto decretum A. DCCLXII. distulit ob cladem Varianam, sed egit eum A. DCCLXV. non vero interea ovavit: sed tantum *praetextatus* & *laurea coronatus* urbem intravit, C. 17. ubi V. Graev. qui recte *praetextatum* explicuit, *consulari, non triumphali, veste indutum*, contra, ac scribit hic Burmann. Consule etiam Dion. p. 572. 582. Vell. L. II. C. 121. *In urbem reversus jam pridem debitum, sed continuatione bellorum dilatum ex P. D. egit triumphum* &c., & C. 122. *Quis non hoc quoque miretur, quod, cum septem triumphos meruerit, tribus contentus fuerit.* Eumque ultimum triumphum celebravit Ovidius L. I. & 2. ex Ponto. Confer Mass. p. 392. 409. &c. & in vita Ovid. p. 104. Ed. Burm. Pagium in Crit. ad Ann. Baron. T. I. p. 11. &c. Vidi postea, Cl. Ernestium ovationem & triumphum bene distinguere, sed eum, de quo hic loquitur auctor, confundere cum altero, Cap. 17. uti & errare in tempore, quo concessa sint Tiberio ornamenta triumphalia.

1 *Primus, ut quidam putant* &c.] Nempe cum fratre Druso jam diu ante ovationem, & quidem A. U. DCCXLII. ut existimavit Dio L. LIV. p. 543. mortuo tum Agrippa, cui alii putant prima concessa triumphalia ornamenta, certe coronam rostratam gestandam, quotiescumque aliquis coronam lauream gereret, teste Dione L. XLIX. p. 400. Sequente autem anno DCCXLIII. accepit ea ornamenta L. Piso, Bessis devictis. V. Dion. L. LIV. p. 545. Si ergo ante ovationem ea accepit Tiberius, accepit illa *primus*, at non in perpetuum gestanda. Hoc nusquam patet. Eodem autem fere redit; sive *primus*, sive *prius* legas, quod Torrentius volebat ex uno Codice, cui accedit Medic. tert. Cum Scriverio tamen & Burm. praefero *primus*. Mox male *ornatus* etiam in Cort. Edd. Camp. Mediol. Cald. In ceteris MSS. & marg. Ed. Mediol. *honoratus*. V. ad Claud. C. 28. Dein de more *incoavit* Vindobon. pr. *incohavit* sec.

2 *Percurrit.*] Optime Salmas. codex *percucurrit*. GRAEV. *percu-*

turam, conſulatum: interpoſitoque tempore, [1] conſul iterum, etiam tribuniciam poteſtatem in quinquennium accepit.

X. Tot proſperis confluentibus, integra aetate ac valetudine ſtatuit repente ſecedere, ſeque e medio quam longiſſime amovere. Dubium, uxorisne taedio, quam neque criminari aut dimittere auderet, neque ultra perferre poſſet; an ut, vitato adſiduitatis faſtidio, auctoritatem abſentia tueretur, atque etiam augeret, ſi quando indiguiſſet ſui Reſpubl. Quidam exiſtimant, adultis jam Auguſti liberis, [2] loco & quaſi poſſeſſione uſurpati a ſe diu ſecundi gradus, ſponte ceſſiſſe, exemplo M. Agrippae, qui, M. Marcello ad munera publica admoto, Mitylenas abierit: ne aut obſtare, aut obtrectare praeſens videtur. Quam cauſſam & ipſe, ſed poſtea, reddidit. Tunc autem honorum ſatietatem, ac requiem laborum praetendens, commeatum petiit. Neque aut matri [3] ſubpliciter precanti, aut vitrico, deſeri ſe etiam

currit. Ita MS. S. & priores Edit. vulgo *percurrit.* GRON. Recte repetierunt ſyllabam *cu* Eraſm. Gryph. Torr. Graev. aliique: quod cur rejecerit hic Cel. Burmannus, neſcio: admiſit enim in Ner. C. 3. Conſentiunt Medicei 2. Politian. Vindob. pr. Exc. Voſſ. cum uno Palm. & Torrentianis, aliiſque, ut paſſim. V. ad Caeſ. C. 15.

1 *Conſul iterum.*] Sic MSS. & Edd. Vett. Pitiſcus edidit *conſulatum.* Conſul iterum fuit, interpoſito tempore inter Conſulatum primum & Tribuniciam poteſtatem. *Quaeſtor* A. DCCXXX. *Praetor* A. DCCXXXVIII. *Conſul.* A. DCCXLI. *Conſul iterum.* A. DCCXLVII. *Trib. pot.* particeps A. DCCXLVIII. quo circa autumnum abiit Rhodon. Nodum in ſcirpo quaerunt viri docti hic haerentes, ac putantes, verba Suetonii exigere, ut Tiberius acceperit Tribuniciam poteſtatem, dum Conſul iterum erat. Tunc voce *etiam* non uſus fuiſſet Auctor.

2 *Loco & quaſi poſſ.*] In Periz. Cort. Edd. Camp. Sabell. Med. Cald. *loco quaſi & p.* Mox *Mytilenas* edidit rurſus Gron. V. ad Caeſ. C. 2. *abiit* Vindob. ſec. Dein *obtrectare aliquid* dant Edd. Ven. ſec. tert. Mediol. & ſeqq. uſque ad Caſaub. qui bene *aliquid* ejecit. Nam invitis MSS. omnibus irrepſerat. *obtractare* Ed. Camp. Poſtea *honorum* Ed. Camp. & *petit* Medic. pr.

3 *Subpliciter.*] Cort. cum aliis & Edd. Mediol. Cald. *ſuppliciter.* Tum *vitrico* Vindob. ſec. Periz. *in Senatu* deſunt Vindob. pr. Mox *Haſtiam* & *ab Haſtia* de more MSS. plerique & Edd. Vett. *non verbo*

etiam in ſenatu conquerenti, veniam dedit. Quin & pertinacius retinentibus, cibo per quatriduum abſtinuit. Facta tandem abeundi poteſtate, relictis Romae uxore & filio, confeſtim Oſtiam deſcendit: ne verbo quidem cuiquam proſequentium reddito, paucoſque admodum in digreſſu [1] exoſculatus.

XI. Ab Oſtia oram Campaniae legens, inbecillitate Auguſti nunciata, paullum ſubſtitit. [2] Sed, increbreſcente rumore, quaſi [3] ad occaſionem majoris ſpei commoraretur, tantum non adverſis tempeſtatibus Rhodum enavigavit, amoenitate & ſalubritate inſulae jam inde captus, quum ad eam ab Armenia rediens adpuliſſet. Hic modicis contentus aedibus, nec multo laxiore ſuburbano, genus

verbo Medic. ſec. tert. Periz. & Edd. Vett. *quidem* abeſt Vindobon. pr.

1 *Oſculatus.*] *Exoſculatus* S. GRON. Ita reſtitui cum Burmanno, omnium MSS. & Edd. Baſileenſi priorum, aliarumque auctoritate; ut in Cal. 7. 33. Ner. 28. 44. Oth. 12. & alibi. V. Burm. quoque ad Ner. C. 34. Sic & lege apud Plin. L. XI. C. 37. pag. 787. Ed. Hack. ex antiquiſſimis membranis Leidd. & Voſſ. aliiſque. *Hic illa miſericordiae lacrima. Hos quum exoſculamur, animum ipſum videmur adtingere.* vulgo *hinc* & *oſculamur.* Mox *annunciata* Vindobon. pr. *pauſulum* Cort. Edd. Rom. Ven. Mediol. Cald. Bonon.

2 *Sed increbreſcente.*] Burm. ex MS. Harl. & Edd. Vett. revocavit *ſed & inc.* At meorum ſolus Vindob. pr. copulam, hic ſupervacuam, (ut bene notavit Torrentius) immo ſenſui officientem, agnoſcit; nec habet Ed. Rom. pr. in qua male *increbeſcente.* V. Torrent. & me ad Jul. C. 79. Tum *quamvis* prave in Vindob. ſec.

3 *Ad occaſionem majoris ſpei.*] Sive ad opportunum tempus, quo major ipſi ſpes adfulgeret rerum potiundi, ſi ſubito moreretur Auguſtus, imperio inmaturis adhuc Cajo Lucioque: ſic in Jul. C. 7. *Conjectores ad ampliſſimam ſpem incitaverunt.* in Tib. C. 13. *Magna ſpe futurorum.* C. 15. & Cal. 12. *ſpes ſucceſſionis.* in Claud. C. 5. *abjecta ſpe dignitatis ad otium conceſſit.* Quia tamen *occaſio ſpei* durius videtur dictum & inſolens, Cel. Burm. e Copeſiano malebat *rei* ex Caeſ. C. 7. *ad captandas majorum rerum occaſiones.* At recte illic in plurali, ut ſolet. Non minus dictum eſt *rei* hoc ſenſu, & hac orationis ſtructura. Quare malim vulgato adhaerere, & tot Suetonii ſingularibus annumerare. Alibi *occaſio imperii, temporum.* Vide ad Jul. C. 11. Immo Vitell. C. 14. *Nova ſpe*: & Titi C. 5. *De imperii ſpe confirmatus. Cujus* (ſc. ſpei) *brevi compos.* Mecum facit Cl. Ernefti. De *exitu ſpei*, an *rei*, diſputant viri docti apud Liv. L. V. C. 12. Dein *navigavit* Vindob. ſec. & *heic* in Edd. Caſ. Scriv. Gruev. Gron.

1 *Gymnaſi*

nus vitae civile admodum inſtituit, ſine lictore aut viatore [1] gymnaſia interdum obambulans, mutuaque cum Graeculis officia uſurpans, prope ex aequo. [2] Forte quondam in diſponendo die mane praedixerat, quidquid [3] aegrorum in civitate eſſet,

1 *Gymnaſia int. obambulans.*] Sic cum uno Torr. Memmiano, forſan & pluribus, & Edd. Rom. pr. Lugd. tacite repoſuit Caſaubonus: neque ejus Graeviique judicio me opponere auſim; licet in MSS. fere omnibus, & excerptis, quibus utor, ſit *gymnaſio*: (quom. Septim. de B. Troj. L. v, 7. *obambulare in foro.* & *inambulare in gymnaſio* Syracuſis dicit Liv. L. XXIX. C. 19. de Scipione. Et ſic in Minuc. Fel. C. 2. defendi poteſt, *ad mare inambulando litore pergeremus.* alii *litori*, alii *litora.*) quod revocavit Burmannus; quamvis fateatur, *ſcholas & auditoria*, circa quae aſſiduus erat Tiberius, eorumque porticus intelligi poſſe, non vero unum, quod erat Rhodi, Athleticum Gymnaſium. Conſuli poteſt vir Clar. Elegantius etiam hic loci *gymnaſia obambulans* ob praecedentes ablativos videtur eſſe, ſive *pedibus obiens* & inviſens, ſine comitatu lictoris aut viatoris; vel nunc in hoc, nunc illo, ultro citroque ambulans. Eligat lector. In Vindobon. pr. mox *off. occupans.*

2 *Forte quodam.*] Codex Salmaſ. cum nonnullis aliis: *forte quondam.* Scripſerit forſan Suetonius: *forte quadam.* ut Florus aliique ſcriptores Latini loquuntur. GRAEV. *Quondam*, ſive aliquando exhibent quoque Medicei, Polit. & Vindobonenſes, & Torrent. aliique cum Edd. Vett. praeter Rom. Ald. Steph. Lugd. quas in textu ſecutus Caſaubonus monuit tamen legendum eſſe *quondam*, ut cum Burm. reſtitui. V. ad Cap. 13. Deeſt *forte* Edd. Sabell. Mediol. Cald.

3 *Aegrorum in civitate eſſet, velle ſe viſitare.*] Jure vir doctiſſimus, & mihi, cum in vivis eſſet, amiciſſimus, Tanaquillus Faber in Epiſtola ad Urbanum Chevraeum (L. 1. Ep. 7.) hunc locum habet ſuſpectum depravationis. *Qui enim*, inquit, *fieri potuit, ut quod a Tiberio dictum fuerat, male a proximis exceptum dicatur?* Sed cum emendat, *quicquid librorum in civitate eſſet, viſitare ſe velle*, id vero probare non poſſum. Quis enim dixerit *viſitare libros*? Nam Latinos appellaſſe *libros* tabernas, in quibus libri venduntur, ut Graecis ὄνος dicitur ὀνοπωλεῖον, de quo loquendi genere in lectionibus Heſiodeis egi, nemo credet. nec ſic accipiendum eſſe Faber ſenſit: ne dicam, quam longe abeat *librorum* vox a τῶν *aegrorum.* Ego cenſeo Tiberii male accepta verba fuiſſe: *Quidquid Grajorum in civitate eſſet*, hoc eſt, Philoſophorum, Rhetorum, & Grammaticorum. Illos enim *Grajos* & *Graecos*, quod idem eſt, a Romanis appellatos inferius ad hanc ipſam Tiberii vitam docebitur. Hanc emendationem damnabit, credo, nemo, qui verba, quae proxime, antecedunt, non oſcitanter leget: *ſine lictore aut viatore gymnaſia interdum obambulans, mutuaque cum Graeculis officia uſurpans prope ex aequo.* Sequitur: *forte quodam in diſponendo die mane praedixerat, quicquid aegrorum*, & quae ſequuntur. Vides, quam omnia cohaereant apte, ſi legas *Grajorum.* Mutua quia cum Graecis uſurpabat officia, dixit aliquando Tiberius mane, ſe illo die omnes Graecos velle viſitare, non promiſcue omnes incolas illius civitatis, ſed eruditos homines, quorum gymnaſia obambulabat; illos profeſſores, quorum circa ſcholas

&

ſet, viſitare ſe velle: id a proximis aliter [1] exceptum: juſſique ſunt omnes aegri in publicam porticum deferri, ac per valetudinum genera disponi. [2] Perculſus igitur inopinata re, diu quid ageret incertus, [3] tamen ſingulos circuit; excuſans

& auditoria frequens erat, ut paullo poſt loquitur, & quorum conſuetudine & colloquiis etiam Romam reverſus, cum ſucceſſiſſet Auguſto, maximè delectabatur. Hanc vocem *Graiorum* exceperant male proximi, ac ſi dixiſſet *aegrorum*. Magna enim eſt ſoni horum nominum affinitas, ut non attentiſſimos facile poſſerit fallere. GRAEV. *vitare* S. GRON. *Agrorum* Vindob. pr. & mox *agri*, ridicule. Mirifice autem hic torſerunt ſe Interpretes, quorum commentarii legi poſſunt in Ed. Burmanni, eos refellentis, ac conjicientis *equorum*. Sed nihilo melior haec ceteris eſt conjectura. Nihil mutandum eſſe opinor. Proximi non male exceperunt verba Tiberii, ſed illorum ſenſum, ejuſque mentem. Veriſſime exponit Beroaldus his verbis. *Dixerat Tiberius ſe aegrotos omnes, quotquot eſſent Rhodi, velle* viſitare, *hoc eſt ſingulos in ipſorum domibus officii cauſſa inviſere. Qui verba haec audierant, intellexerunt, eum velle, ut omnes aegroti ſuum in locum comportarentur, tanquam illic omnes ſimul eſſet viſitaturus*: commodius ſcil. & accuratius inſpecturus, atque exploraturus, prima *viſitandi* ſignificatione: ac ſic quoque exponit, ſed Beroaldo non laudato, Cl. Erneſtius. De ſimili aliorum principum comitate, & civilitate officiis vide exempla ibid. & apud Torrent. ac Pitiſcum: ejuſque officii pleni ſunt veterum libri. Sic in Claud. C. 35. *Neque aegrum quemquam viſitavit, niſi exploratо prius cubiculo.* Ner. C. 34. *Quum aegritam ex duritia alvi cubantem viſitaret.* Cic. L. v. de Fin. C. 31. *Polemo quum arderet podagrae doloribus, viſitaſſetque hominem Carneades.* Lampr. in Alex. Sev. C. 47. *aegrotantes viſitavit per tentoria.* Adde Septim. de B. Tr. III, 9.

1 *Exceptum eſt.*] Abeſt verbum a MS. S. GRON. Recte id e ſuis MSS. & Edd. Vett. delevit Burm. nec comparet in Mediceis ſec. tert. Vindob. utroque, Cort. Exc. Voſſ. aut ulla Ed. ante Baſil. *in publicum p.* Ed Rom. pr.

2 *Perculſus igitur inopinata re.*] Primo *percuſſus* videtur reſcribendum, vel invitis MSS. quod etiam Erneſtio placuit. Adi ad Lucan L. I, 488. Drak. ad Liv. I, 27. VII, 23. Tum *igitur* cum Caſaub. & ſeqq. Edd. habent Memm. Vindobon. uterque, Cort. & Hulſ. Ed. Rom. pr. ſive Campani. Sed in Mediceis, niſi excerpta fallunt, Periz. aliiſque, & Edd. reliquis, ac Burm. *ergo*. Dein *inopina* in Medic. pr. Vindob. pr. nimis poëtice. Tum *diuque, quid ag. incertus* Medic. tert. & Hulſ. quod placet.

3 *Tandem.*] In iiſdem Codd. quibus ſupra eſt *igitur*, item in Pulm. & aliorum MSS. & Ed. Rom. pr. ac marg. Mediol. pr. eſt *tandem*. In reliquis, uti & Burm. atque Edd. ceteris ante Caſaub. eſt *tamen*: ut bene revocavit vir Celeberrimus. *Tamen* idem valet, ac *tandem tamen*. Adi me ad Caeſ. L. III. B. G. C. 21. *pugnatum eſt diu atque acriter*: tamen *confecti vulneribus ceſſere hoſtes*. De perpetua harum vocum permutatione vide Cl. Drak. ad Liv. L. XXII, 2. §. 11. quare nolui receptam lectionem rejicere. *circumit* Med. tert. Vindob. ſec. Cort. *circuivit* Vindob. pr. *circuiit* Ed. TORR. & *cuiquam* Edd. Rom.

ſans factum etiam tenuiſſimo cuique, & ignoto. Unum hoc [1] tantummodo, neque praeterea quidquam notatum eſt, in quo [2] exercuiſſe jus tribuniciae poteſtatis viſus ſit. Quum circa ſcholas & auditoria profeſſorum aſſiduus eſſet, moto inter antiſophiſtas graviore jurgio, non defuit, qui eum intervenientem & quaſi ſtudioſiorem partis alterius convicio inceſſeret. Senſim itaque regreſſus domum, repente cum adparitoribus prodiit, citatumque pro tribunali voce praeconis conviciatorem rapi

1 *Tantummodo.*] Non legebatur in Codice Salmaſii. GRAEV. GRON. In Mediceis tribus, utroque Vindob. Exc. Voſſ. Cuj. Hulſ. exaratur ſolum *modo*: quod verum puto, *nec pr.* Vindob. ſec.

2 *Exercuiſſe jus tribuniciae.*] Palatinus ſecundus *exeruiſſe*, & hoc Gruterus repoſuit. Sed obſtat & codicum vulgatam lectionem ſervantium copia, & quod loquendi hoc genus non ineptum & inelegans ſit. GRAEV. MSS. Pithoei, teſte Caſaub. ad C. 33. *ex ſervis ejus.* Unde legit *exſeruit jus:* Atque ita cum Grutero Buchnerus ad Plin. L. VII. Ep. 7. *Exſeramque in librum tuum jus, quod dediſti.* Immo etiam Medic. tert. & Politian. & Exc. Cujac. dant *exſeruiſſe:* Nihilominus vulgato hic etiam malim acquieſcere: quia legibus, judiciis, ac quaeſtionibus proprium eſt verbum: & formulares iſtas locutiones amat auctor. Vide indicem Bernegeri. Cic. Lib. 1. de Leg. C. 4. *Jus civile, quod vocant, ea tenus exercuerunt, quoad populum* (Voſſ. duo & Goeſ. ad Suet. Caeſ. C. 6. *populo*) *praeſtare voluerunt. Id autem in cognitione tenui eſt, minuſque in uſu neceſſarium.* Sic enim locum legendum puto. Quia in MSS. tribus inveni *incognitide tenui*, vulgo *incognitum eſt*: quod varii varie tentant. *Exercere imperium* Phaedr. F. 31. Curt. L. X, 3, 3. 8, 19. Et ita *exercere vim.* Adi Burm. ad Vell. L. II. C. 47. *Ejus conſulatus vim in coertionem ambitus exercuit*: ubi itidem volebant *exſeruit.* Comm. ad Nep. in Dion. C. 6. *Fortuna in filio vim ſuam exercuit.* Sic enim e MSS. legendum. Duk. ad Flor. 1. C. 21. quibus innumera addi poſſent ſimilia. Nimis crebro viri docti proni ſunt proſcribendo verbum *exercere*, ejuſque loco vel *exſerere* ſubſtituendo: de quo ad C. 33. Ner. C. 26. Sic in Appul. L. VII. Met. p. 135. *Nec manum validam erogandae ſtipi porrigeret, ſed hauriendo potius exerceret aere*, Stewechius voluit *exſereret.* Male omnino. Adi me ad Lucan. L. III. vſ. 691.

Intertaſque manus, ictu languente, per undas
Exercent.

Ceterum *viſus eſt* in Edd. Rom. exhibetur. & *moto* optime utraque retinet; ſed *orto* dedit Beroaldus in Ed. Bonon. (ut corrigendum eſt in nota Burm.) deceptus vitioſa Venetarum Edd. ſcriptura *noto*: unde & ex C. 13. aliiſque locis *orto* reſinxit, uti alii *nato* conjiciunt. *Motum jurgium*, quod coeptum eſt agitari; ut *movebatur diſſenſio*, in Caeſ. C. 3. & *ira, certamen, proelium, bellum* paſſim *moveri* dicitur: quod nemo neſcit. Sic & *mota pacis mentio* & *motae conditiones* in Caeſ. C. 79. Confer Comm. ad Liv. L. V. C. 24. *Actio movebatur.* Tandem *ſophiſtas.* exaratur in Vindob. ſec. minus bene. In Gramm. C. 9. *Naturae acerbas in antiſophiſtas.*

rapi juſſit in carcerem. Comperit deinde Juliam uxorem [1] ob libidines atque adulteria damnatam, repudiumque ei ſuo nomine, ex auctoritate Auguſti, remiſſum: & quamquam [2] laetus nuncio, tamen officii duxit, quantum in ſe eſſet, exorare filiae patrem frequentibus litteris, & vel utcumque meritae, quidquid umquam dono dediſſet, concedere. Tranſacto autem tribuniciae poteſtatis tempore, confeſſus tandem, nihil aliud ſeceſſu devitaſſe ſe, quam aemulationis cum Cajo Lucioque ſuſpicionem, [3] petiit, ut ſibi ſecuro jam ab hac parte, corroboratis his, & ſecundum locum facile [4] tutantibus, permitteretur reviſere neceſſitudines, quarum deſiderio teneretur. Sed neque inpetravit: ultroque etiam admonitus eſt, [5] dimitteret omnem curam ſuorum, quos tam cupide reliquiſſet.

XII.

1 *Ob libidines.*] Vindobon. ſec. *libidinem.* Edd. Rom. & *adulteria.* Cort. Ed. Rom. ſec. *condemnatam.*

2 *Laetus animo.*] Codex Salmaſ. *laetus nuncio*, ut omnes editiones ante Caſaubonum, qui hoc ſine ullo indicio mutavit. GRAEV. *Nuncio.* Ita MS. S. vulgo *animo.* GRON. In nullo nec MS. nec Ed. ante Caſaubonum *animo* invenire eſt. Dein in Cort. *velut cumque*, male. Significat etiam male meritam, intenditque auctoris mentem *vel*, quod nequaquam abundat, pro *etiam* ſive *etiamſi*: ut Cap. 11. *vel noctis* & ſaepe. Adi Drak. ad Liv. L. XXIV, 22. Tum *devitaviſſe* Vindob. pr. *ſe* ſupraſc. in Med. ſec.

3 *Petiit.*] *Petit.* S. GRON. Item Med. pr. tert. Hulſ. ut paſſim.

4 *Tutantibus.*] Ita MS. S. vulgo *curantibus.* GRON. *Curantibus* e Viterb. & Ed. Rom. ſec. dederat Caſaub. & e Pal. pr. Gruterus. Accedit Vindob. ſec. a m. pr. in margine habens *tutantibus*, quod bene propugnarunt Scriv. J. F. Gron. & Burm. ſed & Graevius jam tacitus *tutantibus* reſtituerat. Dein *altroque* non idoneum ſenſum admittere male pronunciat Boxhorn. conjiciens *ultra quae.* Sed *ultro* id ſignificat, ſeu inſuper, & contra quam exſpectabat Tiberius. Adi Cl. Drak. ad Liv. L. XL. C. 12. Manut. ad Caeſ. L. V. B. G. C. 40. ad Cic. V. Fam. Ep. 10. *Ultro ab eo arceſſitus.*

5 *Dimitteret.*] Optime ſic reſtituit Eraſmus, quem ſecuti Gryph. Plant. Torr. Caſaub. aliique; habentque Memm. Medicei duo, Cort. Exc. Voſſ. Ed. Rom. pr. In Medic. tert. & Politian. *ut dimitteret.* Utrumque occurrit in Suetonii Caeſ. C. 78. 81. Adi Burmannum. Sed elegantius omittitur *vè ut.* Vide ad Tib. C. 50. me ad Front. L. I, 4, 7. ad Caeſ. L. IV B. G. C. 16. Drakenb. ad Livium L. XXXIX, 27. *Admoneant, eos liberos relinquant.* &

XII. Remanſit ergo Rhodi contra voluntatem; vix per matrem conſecutus, ut ad velandam ignominiam, quaſi [1] legatus ab Auguſto abeſſet. [2] Enimvero tunc non privatum modo, ſed etiam obnoxium, & trepidum egit, mediterraneis agris abditus, vitanſque praeternavigantium officia, quibus frequentabatur adſidue: nemine cum imperio, aut magiſtratu tendente quoquam, quin [3] deverteret Rhodum. Et acceſſerunt majoris ſollicitudinis cauſſae. Namque privignum Cajum, Orienti praepoſitum, quum viſendi gratia trajeciſſet Samum, alieniorem ſibi ſenſit ex criminationibus M. Lollii comitis & rectoris ejus. Venit etiam in ſuſpicionem, per quoſdam beneficii ſui centuriones, a commeatu caſtra repetentes, mandata [4] ad com-

ſaepiſſime. Crebro quoque eam particulam prave inculcarunt Appuleio. *Dimittere* legas in MSS. Pulm. Burm. Vindob. utroque, & ceteris Edd. Quod Poëtarum eſt magis, quam Hiſtoricorum. Corrigendus eſt Septimius de B. Troj. L. 11, 48. *Qui eum peterent, remitteret iras ac repeteret gratiam.* e MS. Periz. Vulgo eſt Infinit. Poſtea *igitur* pro *ergo* dant Medicei omnes.

1 *Legatus ab Auguſto.*] Salmaſ. & Palat. unus: *quaſi legatus Auguſto*, pro *legatus ab Auguſto*. Cato apud Feſtum in *oratores*: *M. Fulvio conſuli legatus ſum in Aetoliam.* Tacito: *claris ſcriptoribus dicta.* Ovid. *Barbarus hic ego ſum, quia non intelligor ulli.* pro *ab ullo.* De iis locutionibus ſuperius ſemel iterumque egimus. GRAEV. Praepoſ. abeſt a MS. S. GRON. Miſſus ab Auguſto cum mandatis. Praepoſitione carent quoque Exc. Voſſ. & unus Torrent. ac placuit Lipſio. V. ad Aug. C. 1. Alio ſenſu *eſſe legatum alicui* dicitur, qui in militari re a Coſſ. vel Procoſſ. & Imperatoribus ſecundi ſunt, eorumve vicarii: ut in Ner. C. 3. Vitell. C. 5. ac paſſim. Ad quam ambiguitatem vitandam rectius adeſt hic praepoſitio. Adi etiam Cel. Erneſti.

2 *Enim vero.*] Medic. tert. & *enim vero.* Tum *privatim* Ed. Camp. *quibus* deeſt Edd. Rom.

3 *Diverteret Rhodum.*] Codex Salmaſii: *deverteret.* GRON. Et ſic in multis locis veterrimi codices, ubi vulgati *diverteret.* GRAEV. *Dev.* etiam eſt in Mediceis omnibus, Groſl. & Ed. Ven. pr. ut bene repoſuit Burm. hic & alibi ſaepe. V. ad Ner. C. 48. *diverteretur* Vindob. ſec. Cort. Exc. Cuj. Edd. Rom. *deverteretur* degit, quaſi e ſcriptis, Heinſ. ad Ovid. Am. 11, 6, 9. Sed credo typographi vel calami aberrantis vitium eſſe pro *deverteret.* Dein *magnae ſoll.* Vindob. pr. Cort. Ed. Camp. item MSS. aliquot & Edd. Vett. *Lolii.* & C. 13. *Lolio*: quia in veteſtioribus Codd. erat *Lolli*: ut in Medic. pr. & tert.

4 *Ad complures.*] Qui in oriente & caſtris erant Caji, quibuſque ambigua Tiberii mandata referebant illi centuriones, ejus beneficiarii; qui, commeatus ſui tempore exacto, Roma profecti, & per Rhodum iter facientes, ut Tiberium officioſe ſalutarent, in Orientem revertebantur.

complures dediſſe ambigua, & quae tentare ſingulorum animos ad novas res viderentur. De qua ſuſpicione certior ab Auguſto factus, non ceſſavit [1] efflagitare aliquem, cujuſlibet ordinis, cuſtodem factis atque dictis ſuis.

XIII. Equi quoque & armorum ſolitas exercitationes omiſit: [2] redegitque ſe, depoſito patrio habitu, ad pallium & crepidas: atque in tali ſtatu biennio fere permanſit, contemtior in dies, & inviſior: adeo ut imagines ejus & ſtatuas [3] Nemauſenſes

bantur. V. Comment. *Ad res novas* eſt in Vindob. ſec.

1 *Efflagitare.*] *Afflagitare* S. GRON.

2 *Redegitque ſe depoſito patrio habitu, ad pallium & crepidas.*] *Redegit ſe deque poſito* S. GRON. Recte *patrio habitu* recepit Beroaldus, ut erat in marg. Ed. Mediol. ac MSS. pleriſque; cum *primo* edant Rom. Sabell. Caſd. ut eſt in Vindob. pr. Periz. Harl. Cott. De Graeco veſtitu, *pallio crepidiſque*, adeundi Comm. ad Liv. L. XXIX. C. 19. *Cum pallio crepidiſque inambulare in gymnaſio, libellis eum palaeſtraeque operam dare.*

3 *Nemauſenſes.*] Hi tales ſunt, ut neſcias, ſolertiuſne de illis tacuerit Caſaubonus, an abſurdius notaverit Torrentius, ſuſpicans aliquid nihil, & confeſſus ſic legi contra omnia exemplaria MSS. Id quod veriſſimum eſt. Etſi enim nihil notaverit Salmaſius, tamen ex conſenſu aliorum non ambigo, quin & in Memmiano ab litera R. vox illa inceperit, non ab N. Fruſtra enim eſt Steph. Pigius, ſi putavit in ullo ſcripto exſtare *Nemanſenſes*. Et quaeſo illi tam vicini ſi id feciſſent, non ultus fuiſſet mox iſte Caeſar, qui nihil inultum reliquit? Quid ineptius autem ex Comata Gallia cogitare de Nemauſo? Statuo igitur id factum fuiſſe in adulationem Caji tunc agentis circa Armeniam, atque ideo propinqui, ubi etiam antea fuerat Tiberius, ideoque per ſtatuas & imagines illic cultus. Ita prorſus ex ſcripta lectione exiſtunt *Reſainenſes* vel *Reſaenenſes* in Meſopotamia, quorum ita copioſos & varios nummos hoc ſaeculo antiquarii publicaverunt. GRON. In nullo codice (niſi Perizoniano recentiſſimo, & forte Memm. & Cordocenſi) ita legi, recte notat Gronov. Habent enim cum Edd. Vett. *Remauſenſes*, vel *Remanſenſes*, *Reimanſenſes*, *Remanſiſſes*. Quare ego quoque exiſtimo, de *Nemauſenſibus* Galliae Narbonenſis incolis hic non cogitandum eſſe, quos tam vicinos ſine dubio inultos non reliquiſſet Tiberius dein rerum potens. Nec dubium mihi eſt, quin intelligat auctor cives oppidi cujusdam in Meſopotamia, in qua degit Cajus A. DCCLIV. & initio A. DCCLV. poſtquam Tiberii tribuniciae poteſtatis tempus exactum erat A. DCCLIII. qui A. DCCLV. antequam Cajus Armeniam ingreſſus eſt, ejuſdem Caji permiſſu Rhodo Romam rediit. Ex ſeqq. auctoris verbis patet ſatis, illos *Reſainenſes*, vel quoſvis alios, in adulationem Caji ſtatuas Tiberii ſubvertiſſe; quem tamen male Gronovius ſtatuit fuiſſe aliquando in Meſopotamia. At licet illic non degerit, nec Rector Orientis fuerit, hinc nihilominus haud recte concludit Burmannus, illi ſtatuas & imagines ibi non fu-

ſenſes ſubverterint: ac familiari [1] quodam convivio mentione ejus orta exſtiterit, qui Cajo polliceretur, *confeſtim ſe, ſi juberet, Rhodum navigaturum, caputque exſulis* (ſic enim adpellabatur) *relaturum.* Quo praecipue, non jam metu, ſed diſcrimine, coactus eſt tam ſuis, quam matris inpenſiſſimis precibus reditum expoſtulare: inpetravitque, adjutus aliquantum etiam caſu. Deſtinatum Auguſto erat nihil ſuper ea re, niſi ex voluntate majoris filii, ſtatuere. Is forte tunc M. Lollio offenſior, facilis exorabiliſque in vitricum fuit. Permittente ergo Cajo, revocatus eſt: verum ſub conditione, ne quam partem curamve Reipubl. adtingeret.

XIV. Rediit octavo poſt ſeceſſum anno magna, nec incerta, ſpe futurorum, quam & oſtentis, & praedictionibus ab initio aetatis conceperat. [2] Praegnans enim Livia quum, an marem editura eſſet, variis captaret omimbus, ovum incubanti gallinae ſubductum nunc ſua, nunc miniſtrarum manu per vices [3] uſque eo fovit, quoad pullus inſigniter criſtatus excluſus eſt. Ac de infante [4] Scribonius mathe-

iſſe poſitas. Nam illas veriſimiliter poſuerunt Meſopotamiae cives φιλοκαισαρες Tiberio, privigno & genero Auguſti, Triumphatori & Tribuniciae poteſtatis participi A. DCCXLVIII, quum ad res Orientis componendas eſt delegatus: quamvis eo non abierit, ſed Rhodum ſeceſſerit: unde cum tot annos poſt Cajus ad ſe veniſſet, in Tiberii deſpectum ſtatuas rurſus dejecerunt. De *Reſaina* & *Reſainenſibus* adi Cellar. L. III. Geograph. Ant. C. 15. §. 33.

1 *Quodam convivio.*] Medic. pr. tert. Torrent. pr. Cop. Exc. Voſſ. *quondam.* V. ad Cap. 11. & 61. *quedam* Vindob. pr. *ejus* exſulat a Medic. tert. Dein *quum ſuis tum matris* Vindob. pr. *ſtatueret* Edd. Mediol. Cald. Tum *officio* pro *offenſior* vitioſe in Medic. ſec. & *facilius* Vindob. ſec. ut & *victricum* rurſus.

2 *Praegnans enim.*] *eam* S. GRON. *Eum* in tribus etiam Mediceis, Copeſ. Hulſ. *captare* Vindobon. pr. Supra *quam oſtentis* Exc. Cuj.

3 *Uſque eo fovit, quoad.*] Abeſt *eo* a MS. S. GRON. Abeſt quoque a Medic. tert. Exc. Voſſ. nec male. *adeo* Vindob. ſec. cum Copeſ. Tum *quoaduſque* praeter Periz. & Edd. a Burmanno laudatas Edd. Rom. pr. Mediol. Cald. V. ad Caeſ. C. 14.

4 *Scribonius.*] *Forte Largus, qui medicus fuit*: adſcripſit bonus Pitiſcus, mirus ſane Chronologus. Medicus diu ſcripſit Medicarum com-

mathematicus praeclara ſpopondit: *etiam regnaturum quandoque, ſed ſine regio inſigni:* ignota ſcilicet tunc adhuc Caeſarum poteſtate. Et ingreſſo primam expeditionem, ac per Macedoniam ducente exercitum [1] in Syriam, accidit, ut apud Philippos ſacratae olim victricium legionum arae [2] ſponte ſubitis conlucerent ignibus: & mox quum Illyricum petens juxta Patavium adiſſet [3] Geryonis oraculum, ſorte tracta, qua monebatur, ut de conſultationibus in Aponi fontem talos aureos jaceret, evenit, ut ſummum numerum jacti ab eo oſten-

compoſitionum librum poſt Britannicam Claudii expeditionem, cujus comes fuit, ut docet Comp. 163. vivente tamen adhuc Meſſalina, ut patet Comp. 60. Jam Britannica expeditio accidit A. U. DCCXCVI, & Tiberius natus eſt A. U. DCCXII. XVI. Kal. Dec. ſi Suetonio fides C. 5. Adeoque multum ultra centenos annos natus Imperatori comes fuiſſet Scribonius in expeditionem. Quis non rideat has ineptias? In Medic. ſec. *Mathematicis.* in Vindobon. ſec. *praeclare reſpondit.* Mox *adhuc* deeſt Cort. Edd. Rom.

1 *In Syriam.*] *In Syrum* Medic. ſec. Paullo ante *ducenti* Cortian. quod non ſpernendum: Ipſi enim πρὸς τὰς Φιλίππους προσελαύνοντι accidit hoc oſtentum apud Dionem p. 526. Statim *victricum* Edd. quaedam.

2 *Sponte ſubitis conl. ignibus.*] Ita recte jam Beroaldus cum Medic. pr. tert. Polit. Memm. Vindob. utroque, aliiſque MSS. multis ac Var. Lect. Ed. Mediol. legit. In Cort. Medic. ſec. Edd. Rom. utraque, Gryph. *ſubditis*, ineptiſſime. nec magis valet *ſubductis*, quod in nonnullis MSS. & Edd. Sabell. Mediol. Cald. exhibetur. Erat πῦρ αὐτόματον; ut debuit, ſi oſtenti vim haberet. Adi Comment. & Cerd. ad Virg. Ecl. VIII. vſ. 105. Non enim prius ibi ſacrificarat Tiberius, & ignis arae jam ſubtractus erat; cum e cinere adparuit flamma. Dein *adiiſſet* Vindob. uterque, Edd. Ven. Mediol. Cald. Bonon.

3 *Geryonis oraculum.*] Meminit ejus inſcriptio antiqua apud Gruterum VI, 4.

IN H. D. D. JOVI
ET. JVNONI. REG.
ET. GENIO. LOCI
ET : : : : : : : : : : :
: : : : GERIONIS SR
VERVS. MIL. LEG.
XXII. ANTONIAN
B. F. COS. PRO. SVA
ET. SVOR. : : : : : : : :
: : : : : DIV. : : : : : : : :
ANTON. : : : : : :

GRAEV. Nihil certi ex hoc fragmento elici poteſt, ut bene monuit Burmannus. Ignotum plane illud oraculum eſt. *Gerionis* habent ſcripti & Edd. Vett. *Geroris* Exc. Cuj. *Gereonis* Medic. pr. cum Copeſ. Alii aliter apud Burm. qui cum Heinſio, Gronovio, Broukhuſio, aliiſque, mallet hic quoque *Geryonae*: ſiquidem de tergemino illo rege intelligendus ſit Suetonius. *Geryonis* tamen uſurpavit Salluſtius, teſte Servio ad L. VII. Aen. vſ. 661. ubi in Ed. Pariſ. A. 1600. *Geronis.*

ſtenderent: hodieque ſub aqua viſuntur [1] hi tali. Ante paucos vero quam revocaretur dies aquila, numquam antea Rhodi conſpecta, in culmine domus ejus [2] adſedit: & pridie quam de reditu certior fieret, veſtimenta mutanti, tunica ardere viſa eſt. Thraſyllum quoque mathematicum, quem ut ſapientiae profeſſorem contubernio admoverat, [3] tum maxime

1 *Ii tali.*] *Hi tali* MS. S. GRON. *Hi* MSS. & Edd. omnes ante Caſaub. quod repoſui.

2 *Aquila adſedit.*] Quia in marg. Ed. Gryph. contra MSS. & Edd. omnes eſt *adſidit*, arripuit occaſionem Cl. Burmannus me carpendi, quod in Lucani loco L. III. vſ. 407. (non 40.)

Volucres metuunt inſidere ramis.

vulgatam ante lectionem & a MSS. plurimis & multo vetuſtioribus confirmatam *inſiſtere* (non *conſiſtere*) defendere fueram anniſus: quod vocat *meram aliquid novandi libidinem*. uti & ad ipſum Lucanum ait, me *noluiſſe ſibi adſentiri*; quum ego ſcripſeram modo, *me non auſum eſſe aliquid mutare*. Nam, cum *inſiſtere* aeque bene dicatur, atque *inſidere*; & antiquiſſimi & plurimi Codd. id verbum ſervent, cur alterum *inſidere*, quaſi vero librariis incognitum, ubique debeat inculcari, ſane nullam video rationem. At, quod vetuſtiſſimi & optimi Codd. praeferunt, amplectendum judico. Ut in Lactant. L. II. C. 4. init. *Cum aves ipſae ſimulacris fabrefactis inſideant, nidificent.* ex Bonon. Cod. integerrimo & omnium primo legendum *inſidant*. At peſſime quis in Plinio L. X. C. 19. *In petris raro conſiſtunt, curvatura unguinum prohibente.* corrigeret *conſidunt*. & C. 39 *Cetera avium genera reſidunt & inſiſtunt: his quies niſi in nido nulla.* contra Codd. male reponeret *inſidunt*: licet ſcripſerit & idem C. 12. *Bubonem privatorum domibus inſidentem:* ubi dubium, utrum a *ſidere*, an *ſedere* componatur. Prius malim; quia in MSS. omnibus L. VII. C. 15. exaratur. *Exuruntur horterum germina, & fructus arborum, quibus inſidere, decidunt;* quod non intellexit Harduinus, pro *inſedere*: ubi tamen non de avibus agitur. Quid quod *inſiſtere* in Lucano majorem vim habeat, quam *inſidere*. Metuunt aves non tantum illis ramis reſidere & quietam ſedem capere: ſed ne audent quidem in iis pedem ponere aut figere. Haec enim iſtorum verborum ſenſus eſt differentia. Ut autem in Plinio *reſidunt*, ſic apud Appulejum init. Lib. I. de Dogm. Plat. *cygni pullum ex altari volaſſe, & in ejus gremio reſediſſe.* Edd. Vic. Junt. Baſ. dant *reſidiſſe*, bene, ut opinor.

3 *Tunc maxime.*] Codex Salmaſ. *cum maxime*, h. e. illo ipſo tempore. Eſt elegans harum particularum uſus. Tacitus III. ann. *Littora & lacus Campaniae cum maxime peragrantem.* Sic frequenter optimi ſcriptores. Sed nec illud infrequens. Tacit. ann. IV. *Coeptantem tum maxime conjurationem diſjecit.* Sic & Florus, male a nonnullis ſollicitatus. Mox & *nave proviſa* idem Cod. pro *praeviſa*. GRAEV. *Tum maxime* edidi e Medic. pr. & tert. unde natum Memm. *cum*, quod hic locum non habet. Rectius foret *tum cum maxime*. Sed nihil mutandum, quod hic bene vidit quoque Pitiſcus, duce Graevio. Adi Duk. ad Flor. L. II. C. 16. citatum a Burmanno; & L. IV, 1. Drak. ad Liv. XXVII, 4. XL, 13. Comm. ad Front. II, 9, 5.

maxime expertus eſt, adfirmantem, [1] nave proviſa gaudium adferri; quum quidem illum durius, & contra praedicta cadentibus rebus, ut falſum & ſecretorum temere conſcium, eo ipſo momento, dum ſpatiatur una, praecipitare in mare deſtinaſſet.

XV. Romam reverſus, deducto in forum filio Druſo, ſtatim e Carinis [2] ac Pompejana domo, Eſquilias in hortos Maecenatianos tranſmigravit: totumque ſe ad quietem contulit, privata modo officia obiens, ac publicorum munerum expers. Cajo & Lucio [3] intra triennium defunctis, adoptatur ab Auguſto ſimul cum fratre eorum M. Agrippa; coactus prius ipſe Germanicum fratris ſui filium adoptare. Nec quidquam poſtea pro patrefamilias egit: aut jus, quod [4] adoptione amiſerat, ex ulla parte retinuit. Nam neque donavit,

1 *Nave proviſa.*] Ita MS. S. vulgo *praeviſa*. GRON. MSS. omnes & Edd. ante Caſaubonum *proviſa*: quod ſequitur etiam Cl. Burm. licet olim ad Valer. Flacc. L. II, 442. *Providerat urbes Navita*. ut eſt in MSS. & Edd. Vett. praetuliſſet *praeviſa*, quod ſimpliciter eſt ante viſa. Sed *proviſa*, e longinquo, procul proſpecta. Vide ad Aug. C. 10. Dein in Medic. tert. *cedentibus* ſupraſcr. *vel a*.

2 *Ac Pomp.*] Medic. ſec. *a Pomp.* Vindob. pr. *Exquilia*.

3 *Intra triennium.*] Intra XVIII menſes ſunt defuncti; in Auguſto Cap. 65. Igitur ſumendum hoc triennium a reditu Tiberii; (uti bene fit a Caſaubono, & Erneſtio.) ſi una numeres A. DCCLVII. cujus ſecundi menſis vigeſimo primo die obiit Cajus. Vid. ad Aug. d. l. & adoptatus eſt Tiberius v. Kal. Jul. ejusdem anni. Vell. L. II. C. 103. ubi neſcio, quid ſibi velit Cl. Burmannus, ſcribens *Conſulatus Vinicii in A. 782. ex Faſtis adparet*. Is erat M. Vinicius, filius P. Vinicii conſulis A. DCCLV. (ſive DCCLIV. ex Faſt. Capit.) de quo agit Vellejus, & ſub quo rediit Tiberius. Neque opus eſt cum aliis viris doctis *triennium* explicare de ipſo, quod effluxit, ſpatio inter Caji & Lucii mortes: quia *totum* dicitur *triennium*, quando quaedam primi & tertii anni partes quoque intra rem quampiam effluxerunt: uti & *triduum* &c. Vid. ad C. 51. *toto triennio*. Pejus peccant, qui mutare conantur.

4 *Adoptione amiſerat.*] Abeſt *adoptione* a MS. S. GRON. Neque comparet ea vox in utroque Pulm. Cod. Mediceis ſec. tert. Vindobon. utroque, Exc. Voſſ. Cortian. Edd. Rom. Nec dubium mihi eſt, quin abſit a pluribus MSS. ac facile ex gloſſa vel explicatione marginali in textum inrepſiſſe potuit. *Jus* autem intelligi *patriſfamilias* nemo non videt, adoptione amiſſum.

navit, neque manumisit: [1] ne hereditatem quidem, aut legata percepit ulla aliter, quam ut [2] peculio referret accepta. Nihil ex eo tempore praetermissum est ad majestatem ejus augendam, ac multo magis, postquam, Agrippa abdicato atque seposito, certum erat, uni spem successionis incumbere.

XVI. Data rursus potestas tribunicia [3] in quinquennium: [4] delegatus pacandae Germaniae status: Parthorum

1 *Nec haereditatem quidem.*] Codex Salmasii cum in hoc loco, tum & in hoc ultimo, de quo dubitabat Gronovius sagacissimus, emendationibus ejus suffragatur. Extat enim in his locis *ne* pro *nec*, quin & deprehendi postea in iis omnibus Suetonii locis, quae allata sunt, in Roberti Stephani editione *ne* legi rectissime. GRAEV. *Ne hereditatem* S. vulgo *nec*. GRON. Immo *ne* habetur in MSS. omnibus, & Edd. ante Plant. ut restitui etiam Cap. 21. *neque her.* edidit suo more Torrentius, ante vocalem, vel adspirationem dans *neque*.

2 *Peculio referret accepta.*] Vindobon. sec. Cort. *in peculio*, male: Est enim tertius casus. In rationibus ad caput seu nomen *peculii* jubebat adscribi id omne, quod accipiebat, & sic omne id referebat *peculio*. Vid. Cel. Ernesti. & infra in Vespas. C. 22. Dein *speciem* solita variatione in Medic. pr.

3 *In quinquennium.*] Eoque exacto in alterum quinquennium, quo ferme elapso prorogavit Tiberio rursus Tribuniciam potestatem; quando ille Augusti loco vota nuncupavit in proximum lustrum; ut ait Sueton. in Aug. C. 97. & seq. anno obiit Augustus: ut patet ex nummis & inscriptionibus, ac Dione L. LVI. pag. 588. infra Cap. 23. Tacit. 1, 7. 11. Hinc forsan Dio Lib. LV. pag. 556. ait ἐν δέκα ἔτη: quamvis facile ε in ι depravari potuerit: quod innuisse puto Casaubonum, quum scribit, legendum videri εἰς πέντε. Sed pronior sum ad credendum, Dionem, forsan vere, credidisse, Augustum, imperio in quartum decennium sibi prorogato, Tribuniciam potestatem etiam in decennium cum Tiberio communicasse: uti haec sic jungit posteriore, quem citavi, loco: praesertim cum Suetonius, & Tacitus, de prorogatione alterius quinquennii nihil moneant; at in vita Aug. tradat noster C. 27. *Tribuniciam potestatem perpetuam recepit; in qua semel atque iterum per singula lustra collegam sibi cooptavit.* Sicut recte Dio, de priore Tribuniciae potestatis cum Tiberio communicatione agens, eam definit cum Suetonio Cap. 10. *in quinquennium.* Lib. LV. p. 554.

4 *Delegatus pacandae G. status.*] Quia non posse videtur *status delegari*, sed *munus* & *provincia*, aut *res* & *negotium*, vitii quid hic latere, suspicantur summi viri Casaubonus & Burmannus, & varie locum tentant, invitis MSS. omnibus. Hinc mihi videtur potius & hic locus Suetonii singularibus esse annumerandus, ac sumendus, quasi scriptum esset *delegata ei pacatio Germaniae*, sive *Germanici status*, ut propemodum sit Hypallage, non ubivis, ut fere fit, proscribendo. Nam si cetera mutando in *pacando*

thorum legati, [1] mandatis Auguſto Romae redditis, eum quoque adire in provincia [2] juſſi. Sed, nunciata Illyrici defectione, tranſiit ad curam novi belli; quod graviſſimum omnium externorum bellorum poſt Punica, per xv legiones, paremque auxiliorum copiam, triennio geſſit: in magnis omnium rerum difficultatibus, ſummaque frugum inopia. Et quamquam ſaepius revocaretur, tamen perſeveravit; metuens, ne vicinus & praevalens hoſtis inſtaret ultro cedentibus. Ac perſeverantiae grande pretium tulit; toto Illyrico, quod [3] inter Italiam, regnumque Nori-

G. *ſtatui* (ut citat quoque Th. Ryckius ad Tacit. Lib. II. Annal. C. 2.) vel *pacandae Germaniae ſtatim* (quam vocem, hic profecto frigidam, numquam poſtponit Suetonius.) *delegatus* intelligatur *Tiberius*, tunc non cohaerent praecedentia & ſequentia. Neque enim *data poteſtas* foret legendum, ſed *accepta*. Nemini vero placituram confido alteram Caſauboni conjecturam *delegatus pacandus*, quae lectio vulgata multo ſcabrior eſt. Confer etiam, quae ad hunc locum in excurſu commentatus eſt Cl. Erneſti.

1 *Mandatis Auguſto R. redditis.*] Perizon. in contextu habet *editis*, in margine *redditis*, (quod retinent reliqui codices.) ſive expoſitis Auguſto rebus, quas a primoribus Parthis acceperant, ei nunciandas de novo petendo rege. Legati enim & omnes, quibus aliquid commiſſum eſt, ſubintelliguntur habere illud apud ſe depoſitum, quod illis credidit is, qui mandavit, ut tradant iſtis, ad quos ſunt miſſi. Hoc igitur agentes *reddunt mandata*. Ita tabellarius *reddit epiſtolas*; heres *reddit legata*: ut Cap. 57. Sacerdos *reddit dei reſponſa*. Atque ita explicanda ſunt omnia ſimilis ſpeciei; ubi *reddere* pro *dare* vel *edere* poni videtur. Includit enim debitum. V. exempla apud Groſov. Obſ. C. 15. Graev. ad Juſtini Praef. Alioquin & *edere mandata* dicitur tam is, qui accepta a ſuis alii promit, quam qui ipſe dat: unde ſaepe in MSS. haec verba confunduntur. V. Nep. Con. C. 3. Curt. L. x, 8, 15. Burm. h. l. & alibi. Dein *in provincia* cum eodem repoſui ſuffragantibus Mediceis tribus, Vindobon. primo, Politian. Periz. Cort. Edd. Rom. pr. Mediol. Cald. &c. Sabellicus in Ven. ſec. & Beroald. in Bonon. *provinciam* ediderunt primi. *in provincia adire* Edd. Rom.

2 *Juſſi. Sed.*] *Juſſiſſet* S. GRON. Id eſt *juſſi ſunt. Sed.* ut in Exc. Cujac. Dein abeſt *copiam* a Med. ſec. & *rerum* a Med. pr. Mox *credentibus* Vindob. pr.

3 *Inter Italiam.*] Sic praeeunte Turnebo L. XIV. Adverſ. C. 17. verſſime edidit Pulmannus, eumque ſeqq. Torrent. Caſaub. & ceteri: ut exhibent Medicei omnes, Vindobon. uterque, cum Memm. Nonn. aliiſque. *Intra*, quod in aliis & prioribus Edd. exſtat, hoc loco ineptiſſimum ſimul & falſiſſimum eſſe, quis non ſentit? *patet* male exſulat ab Exc. Voſſ. *deditianem*. Pulm. unus, Vindobon. pr. &

Noricum, & Thraciam, & Macedoniam, interque Danubium flumen, & ſinum maris Adriatici patet, perdomito, & in ditionem redacto.

XVII. Cui gloriae amplior adhuc ex obportunitate cumulus acceſſit. Nam ſub id fere tempus [1] Quinctilius Varus cum tribus legionibus in Germania periit: nemine dubitante, quin victores Germani juncturi ſe Pannoniis fuerint, niſi debellatum prius Illyricum eſſet. Quas ob res triumphus ei decretus eſt, multique & magni honores. Cenſuerunt etiam quidam, ut Pannonicus: alii, ut Invictus: nonnulli, ut Pius cognominaretur. Sed de cognomine interceſſit Auguſtus, eo contentum repromittens, quod ſe defuncto ſuſcepturus eſſet. Triumphum ipſe diſtulit, moeſta civitate clade Variana. Nihilo minus urbem [2] praetextatus, & laurea coronatus

margo Ed. Torrent. habent perperam: de quo alibi.

1 *Quinctilius.*] Omnes tacite hic edidere *Quintilius*: ut eſt in MSS. Nihilominus in Aug. C. 23. praetulerunt *Quinctili*; quod nummi & lapides oſtentant; quos idcirco hic etiam ſecutus ſum. *Quintillus* in Exc. Voſſ. *in Germaniam* Vindob. ſec. de qua varietate monitum ſaepiſſime. In Vindob. pr. *fuerunt*. In Med. ſec. & Vindobon. ſec. cum aliis & Edd. Vett. *multi & magni*, prave. V. Pulm. & Burm. In Cort. & Edd. Rom. *multi & magni honoris*.

2 *Praetextatus.*] Habitu nimirum Conſulari, non triumphali. Triumphales enim veſtes fuiſſe togas pictas, & tunicas palmatas, nemo ignorat. Tribuitur tamen nonnunquam etiam triumphantibus praetexta. Valer. Max. V, 5. de Scipione Africano: *Itaque clariſſimorum cognominum alterum ſumſit, alterum dedit; triumphique praetextam hujus excepit, illius tradidit.* Id. VII, 1. de Metello: *Speciosiſſimi triumphi praetextam largitus eſt.* Sed *praetexta* ponitur hic generaliter pro veſtitu & cultu magno, ut nonnunquam apud poëtas accipitur. GRAEV. Optime Graevius *praetextam*, magiſtratuum & Conſularem veſtem diſtinguit a *triumphali* cum Tacito L. XII. Ann. C. 41. *Ludicro Circenſium Britannicus in praetexta, Nero triumphali veſte tranſvecti ſunt.* Sicut & vere Valerii M. loca exponit, qui aliis nebulas obfuderunt. Adi ad Liv. L. XXXI. C. 11. *Toga purpurea & palmata tunica cum eburneo ſcipione, & toga praetexta cum curuli ſella.* ubi diſtinguuntur clare triumphalia, & Conſularia ſeu Magiſtratuum ornamenta: ut L. X. C. 7. *Eos viros, quos vos ſellis curulibus, toga praetexta, tunica palmata & toga picta & corona triumphali laurea-*

que

tus intravit: positumque in [1] Septis tribunal, senatu adstante, conscendit: ac medius inter duos Consules cum Augusto simul sedit: unde, populo consalutato, circum templa deductus est.

XVIII. Proximo anno repetita Germania, quum animadverteret, Varianam cladem temeritate & negligentia ducis accidisse, nihil non de [2] consilii sententia egit Semper alias sui arbitrii, contentusque se uno, tunc praeter consuetudinem cum pluribus de ratione belli communicavit. Curam quoque solito exactiorem praestitit. Trajecturus Rhenum, commeatum omnem, ad certam formulam adstrictum, non ante transmisit, quam consistens apud ripam explorasset vehiculorum onera: [3] ne qua deportarentur, nisi concessa, aut necessaria. Trans Rhenum vero eum vitae ordinem

que honoraritis. ac subdit: *cujus imaginis titulo consulatus censuraque, & triumphus aequo animo legetur.* Ad *consulatum* enim & *censuram* pertinent sellae curules & toga praetexta, ad *triumphum* reliqua insignia. Non ovavit igitur *equo*, non triumphavit *curru* Tiberius, sed *pedibus* urbem introiit, *praetextatus* tamen & *laureatus*: ut bene capit Torrent. Consule etiam notata ad C. 9. Posses etiam Valerii *praetextam* vel *praetextum* generaliter sumere de omni ornamento, insignibus, splendore ac decore triumphi, cum Salmasio ad Vopisc. Aurel. C. 46. Conferantur Casaub. ad Suet. Jul. C. 30. & Gronov. ad Senec. Ep. 71.

1 *Septis.*] *Saeptis* & *in Senatu* S. GRON. *ac* deest Vindobon. pr. *consultato* Exc. Voss. prave. *circa* Cort. & Edd. Rom.

2 *Consilii sententia.*] *Sentia* S. GRON. *Consilii* Cort. Edd. Rom. pr. aliaeque, male. V. ad Caes. L. V. B. G. C. 28. Post *egit* autem in Ed. Burmanni est minima distinctio, sive comma. Hinc puto natam esse Cl. Ernestio conjecturam, qua veretur, ut periodus illa *tunc praeter* &c. *communicavit*, ut tautologa & jejuna, sit a manu Suetonii. Certe ea facile careas, si distinguas hoc modo: *nihil non de consilii sententia egit, semper alias sui arbitrii, contentusque se uno. Curam* &c. At si post *egit* ponamus, ut olim, pleniorem distinctionem, non video, quid in illa periodo, latius auctoris mentem, & mutatam Tiberii agendi rationem, explicante, & ab omnibus codicibus confirmata, ac bene Latina, obstare possit: nisi forsan quis desideret copulam, non tamen necessariam. *Cum compluribus* Politian. Medic. sec. tert.

3 *Ne qua deportarentur.*] Sic e MSS. suis restituerunt Torrentius & Casaubonus ac seqq. ut olim editum fuerat ab Romanis, dum Venet. Mediol. Calder. Beroaldus & alii dederunt *deponerentur*: uti exstat

nem tenuit, ut ſedens in ceſpite nudo cibum caperet: ſaepe ſine tentorio [1] pernoctaret: praecepta ſequentis diei omnia, & ſi quid ſubiti muneris injungendum eſſet, per libellos daret: addita monitione, ut, de quo quiſque dubitaret, ſe, nec alio interprete, quacumque vel noctis hora uteretur.

XIX. Diſciplinam acerrime exegit: animadverſionum & ignominiarum generibus ex antiquitate repetitis: atque etiam legato legionis, quod paucos milites cum liberto ſuo trans ripam venatum miſiſſet, ignominia notato. Proelia, quamvis minimum [2] fortunae caſibuſque permitteret, ali-

exſtat ſane in nonnullis Codd. & recudi curarunt Burmannus, & Erneſtius, cenſentes, Tiberium vetuiſſe, ulla onera ex vehiculis, quibus ad flumen devecta erant, deponi, niſi conceſſa aut neceſſaria; & verbum *deportari* plane alienum eſſe ab hoc loco. Verum quomodo tunc ſcivit Tiberius, quaenam illa non conceſſa neque neceſſaria eſſent? An ipſe vel illi, quibus curam dedit, vehicula conſcenderunt, ut explorarent, quaenam ibi jacerent? Verum ſic onera recte explorari nequiverunt. Nam non conceſſa, & non neceſſaria potuiſſent tecta fuiſſe, & recondita ſub ſuperioribus ſarcinis; uti in vehiculis aliae ſuper aliis ſarcinae & conferta onera jacuerunt. Sine dubio omnia vehiculorum onera ad ripam Rheni ex vehiculis, ut navibus tranſportarentur, ſunt depoſita: cumque illic advecta jacerent, alia ocius, alia ſerius, exploravit illa: & quae non conceſſa nec neceſſaria erant, vetuit, *ne deportarentur*: ut habent optimi Codd. Memm. Medic. pr. tert. Vindob. ſec. Periz. Corr. Copeſ. Hulſ. Exc. Voſſ. Male vero explicatur in indice Bernegger *deportarentur vehiculis*: ut *deportari lectica* in Aug. C. 78. *jumentis* Caeſ. L. 1. B. Civ. C. 60. &c. Quum hic agatur de trajectione navali, in qua paſſim verbo *deportare* quoque veteres uſi ſunt, ut dudum Lexica docuerunt. Caeſ. L. III. B. G. C. 12. *Magno numero navium adpulſo, cujus rei ſummam facultatem habebant, ſua omnia deportabant.* V. & L. 1. B. Civ. C. 27. Sic omnia, quae e provinciis transmarinis adferebantur, *deportari* dicuntur. Adi Gron. L. 1. Obſ. C. 12. in Ner. C. 31. Vellej. L. II. C. 62. Ac paſſim *deportare exercitum*. Ceterum *vehiculatorum*, quod in Cod. reperit, & aliquo modo probat Turnebus L. XIV. Adverſ. C. 17. exſtat etiam in Mediceo ſec. vitioſe, & ſine ullo exemplo, ac ſenſu minus commodo. & *neceſſ.* Vindob. ſec.

1 *Pernoctaret.*] *Pernoctarit.* S. GRON. Item Medic. tert. & Politian. Mox male Edd. Graev. Gron. *ſi quid*, omiſſa copula &. Lipſius, cum in Exc. Cujac. invenerit *tumeris*, pro *muneris* conjecit, & *niſi quid ſubiti nunciis.* Dein *quiſquis* Periz. & Edd. Rom.

2 *Fortunae caſibuſque.*] Sic MSS. & Edd. ſi excipias laudatos a Cl. Burmanno, in quibus *fortunae caſibus.* Copulam ejecerunt librarii, qui

aliquanto conſtantius inibat, quoties, lucubrante ſe, ſubito ac nullo propellente, decideret lumen, [1] & exſtingueretur: confidens, ut ajebat, oſtento, [2] ſibi ac majoribus ſuis in omni ducatu expertiſſimo. Sed re proſpere geſta, non multum [3] abfuit, quin [4] a Bructero quodam occideretur: cui inter proximos verſanti, & trepidatione detecto, tormentis expreſſa confeſſio eſt cogitati facinoris.

XX. A Germania in urbem [5] poſt biennium regreſ-

qui exiſtimarunt, eam eſſe otioſam, quia fere perinde eſt. Sed praefero tamen vulgatum, quo diſertius cauſſa, ſive dea *Fortuna*, & ejus effectus, ſeu luſus & ludribia, quae ſunt Fortunae *caſus*, diſtinguuntur. Adi omnino Burm. & quos laudat, ac Duker. ad Flor. L. II. C. 8. Cic. pro Font. C. 15. *ad caſum fortunamque felix.* Hinc *caſu fortuito*, & *eventu fortuito* ſolent jungi. V. me ad Hirt. B. Alex. C. 3. & in Add. Atque ita malim e MSS. in Quintil. Decl. IV, 13. *Cuncta caſu fortuito decurrere.* Plin. L. XIV. C. 6. *Sive teſta ſive fortuito eventu.*

1 *Et exſting.*] Abeſt & a MS. S. GRON. *Deciderit* paullo ante Edd. Mediol. Cald. cum aliis.

2 *Sibi ac majoribus ſ. i. e. ducatu expertiſſimo.*] Sive quod ipſe & majores ſui in omni imperio, exercituumque ductu experti fuerant, boni ominis & probatiſſimum fuiſſe oſtentum. V. Caſaub. & Burm. ad Veſpaſ. C. 4. *expertae induſtriae.* Gron. ad Sen. Herc. Fur. 64. *experto robore.* Hirt. B. Alex. C. 61. *proeliis expertas legiones.* & ſic paſſim. Nihilominus vim paſſivam ejus participii librariis ignotam exiſtimo anſam dediſſe corrumpendi locum. Nam praeter MSS. & Edd. quorum mentio eſt in notis Burm. habent *a maj.* Medic. ſec. tert. Vindob. pr. Exc. Cuj. Edd. Mediol. Cald. & *maj.* Edd. Rom. *experto* Medic. tert. *experti ſomno* marg. Ed. Mediol. Adhaec *in omni educatu* Medic. ſec. *ductu* marg. Ed. Torr. ex Cod. Urſ. Sed in Ner. C. 25. *ducatus & imperia ludere.* V. Duker. ad Flor. L. III. C. 21. §. 2.

3 *Abfuit.*] *afuit* S. GRON. Sic & duo Torr. & Medic. ſec. ut ſaepius ſupra.

4 *A Bructero.*] Sic recte Steph. & e ſuis Codd. Torrentius, Caſaubonus, ceterique ediderunt. Antea circumferebatur *ab Rhuteno*, ut in MSS. multis. At illud Gallico populo eſt nomen. Adi ad Lucan. I, 402. *a Bructeno* Exc. Cuj. *ab Ructeno* Ed. Rom. pr. ſed *abructero* eſt in Memm. tribus Mediceis, Pulm. uno, Exc. Voſſ. qui adſcripſit: lege *a Bructero.* In Nonn. *abrutero.* Vindob. pr. *ab Rucberio.* ſec. *ab Rupterio.* Cort. *ab Ruptero.*; unde patet, veram eſſe lectionem *a Bructero.* Sunt enim *Bructeri* gens Weſtphaliae inter Amaſim & Luppiam, forſan dicta a locis paluſtribus Broechen. Vid. Cluver. Lib. III. Germ. C 13. Nugantur Torrentius & Scriverius de *Rutera*, tamquam nomine proprio ficto ex equite ruiter. Dein *cum* Cort. *detecta* Vindobon. pr. *confeſſione vog.* marg. Ed. Mediol.

5 *Poſt biennium.*] V. C. Salmaſii *poſt biennio.* Cur ſpernamus cauſſae nihil eſt optimi codicis lectionem. Sic *poſt multo* Ovidio,

greſſus, triumphum, quem diſtulerat, egit: proſequentibus etiam legatis, quibus triumphalia ornamenta impetrarat. Ac prius quam in Capitolium flecteret, deſcendit e curru, ſeque praeſidenti patri ad genua ſubmiſit. [1] Batonem Pannonium ducem, ingentibus donatum praemiis, Ravennam tranſtulit: gratiam referens, quod ſe quondam, cum exercitu iniquitate loci circumcluſum, paſſus eſſet evadere. Prandium [2] dehinc populo mile menſis, & congiarium trecenos numos viritim dedit. Dedicavit & Concordiae aedem, [3] item Pollucis & Caſtoris, ſuo fratriſque nomine, de manubiis.

XXI. Ac non multo poſt, lege per Conſules lata, ut provincias cum Auguſto communiter adminiſtraret, ſimulque cenſum [4] ageret, condito luſtro in Illyricum profectus eſt. Et ſtatim ex itinere revocatus, jam quidem adfectum, ſed tamen ſpirantem adhuc Auguſtum reperit: fuitque una ſecreto per totum diem. Scio, vulgo perſuaſum, quaſi

& cui non? GRAEV. *biennio* S. GRON. Accedunt Medic. ſec. Exc. Cuj. & Voſſ. pro *biennio poſt*: ut *poſt aliquanto*, *multo*, *paullo*, *tanto*; *poſt paucis diebus*. Adi Comm. ad Ovid. Ibin vſ. 399, & Liv. L. 11. C. 31. Poteſt tamen & hic natus eſſe Ablativus ex ſcriptura vel pronunciatione Accuſativi *biennium*: ut ſaepe, & cap. ſeq. in Vindob. pr. *poſt ſecreto ſerm.*

1 *Batonem.*] Aliorum codicibus ſic recte exhibentibus adſtipulantur mei, niſi quod *Battonem* det Vindobon. pr. *Bationem* Edd. ante Pulm. ſi Stephanum excipias. Dein *gratias* ac *circumductum* in Vindob. ſec. & *paſſus eſt* in Pulm. Burm. Codd. item Med. ſec. tert. & Edd. ante Steph.

2 *Dein.*] *Debine* S. GRON. Neque aliter in Pulm. Burm. meisque MSS. omnibus, & Edd. antiquis praeter Baſil. Gryph. Plant: &c. Recte Burmannus reſtituit. Alibi ſaepius ea occurrit varietas. Male vero MSS. & Edd Vett ante Torrent. habent *tricenos* praeter Medic. ſec. & Exc. Voſſ. Vide Glarean. & ad Aug. C. 41.

3 *Item Poll.*] Non tunc; ſed quatuor annos ante, ſive A. DCCLIX, at nunc una cum Concordiae aede de manubiis denuo ornatam. V. J. Maſſon. in Ovidii vita ad hunc annum. Pagium in Crit. ad Ann. Baron. T. 1. p. 9. 10. *ſuo fratris nom.* Vindob. pr. De anno, quo Tiberius accepit proconſulare imperium, & collega imperii dictus eſt, ſive DCCLXIV. ſive DCCLXV. diſſentiunt viri docti. V. Pag. ibid De luſtro hoc ab illis ſine nomine *Cenſorum* condito vide ad Aug. C. 97.

4 *Ageret.*] *Augeret* S. GRON.

quasi egresso post secretum sermonem Tiberio, vox Augusti per cubicularios excepta sit: *Miserum populum Romanum, qui sub tam lentis maxillis* [1] *erit.* Ne illud quidem ignoro, aliquos tradidisse, Augustum palam, nec dissimulanter, morum ejus [2] diritatem adeo inprobasse, ut nonnumquam remissiores hilarioresque sermones, superveniente eo, abrumperet: sed expugnatum precibus uxoris adoptionem non abnuisse: vel etiam [3] ambitione tractum, ut tali successore desiderabilior ipse quandoque fieret. Adduci tamen nequeo, quin existimem, circumspectissimum & prudentissimum principem, in tanto praesertim negotio, nihil temere feciisse: sed, [4] vitiis virtutibusque Tiberii per-

Sic & Medicei tres cum aliis, inepte. *totam diem* Vindob. pr.

1 *Erit.*] Sic recte exhibent MSS. longe plurimi, & excepto Cortiano mei omnes, ac vere explicuere Beroald. Casaub. & alii. *Edit*, quod ab Augusti mente alienissimum est, in Edd. Romanis legitur; sed in exemplari Ed. Campan. quo usus sum, calamo erat correctum *erit*: instar hominis, qui ore saevae bestiae adprehensus lentis morsibus, tantoque longiore cruciatu conteritur & enecatur: qualem lentam saevitiam Tiberio adfuisse, tradit auctor C. 57. Statim edidi *ne illud quidem* pro vulgari *nec*, auctoribus Mediceis tribus, Politian. Vindobon. utroque, & Exc. Cujac. *neque* de more Ed. Torrent. V. ad C. 15.

2 *Diritatem.*] Nonn. Cort. & Edd. ante Beroaldum, aliaeque *duritatem*, male. Nam minus id significat, quam Suetonius innuit, qui intractabilem ejus ferociam, & atrocem inmanitatem designat. V. Comm. & Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. L. XIV. vs. 127.

Regnatam dire quondam Laestrygone terram.

et passim. *remissiones* Medic. sec. *superadveniente eo* Ed. Camp.

3 *Ambitione tractum.*] Codex Salmas. & Rob. Steph. editio, *tractum*. Ovidius:

Nominis & famae quondam fulgore trahebar.

Idem:

Nec timide promitte: trahunt promissa puellas.

Plin. Lib. XXVI. H. N. C. 10. *Trahebat praeterea mentes artificio mirabili.* Cic. pro Archia: *Studio laudis trahebatur.* Virg.

Trahit sua quemque voluptas.

GRAEV. *Tractum*. Ita MS. S. vulgo *tactum*. GRON. Cl. Burmannus scribit, se *tactum* in nulla, nisi prima Graeviana, reperisse, & hinc male Gronovium *vulgo* ita legi adfirmare scribit. Atqui *tactus* excusum est in Edd. Casauboni, sive illo ita volente, sive fortuito casu & librariorum incuria. Nam in omnibus MSS. & reliquis Edd. est *tractum*, (praeter Seb. Gryph. *tractatum*) sive valida ambitionis vi permotum, ut in hanc sententiam inclinaverit.

4 *Vitiis Tiberii virtutibusque.*] Ita MS. S. vulgo *virtutibusque Tiberii*. Mox *juraverat* S. GRON. Ordinem vocum, quem Gronovius

perpensis, potiores duxisse virtutes: praesertim quum &, *Reip. caussa adoptare se eum*, pro concione juraverit; & epistolis aliquot, ut peritissimum rei militaris, [1] utque unicum populi Rom. praesidium, prosequatur. Ex quibus in exemplum pauca hinc inde subjeci. *Vale, jucundissime Tiberi, & [2] feliciter rem gere,* [3] ἐμοὶ καὶ ταῖς Μούσαις στρατηγῶν. *Jucundissime, &, ita sim felix, vir fortissime, & [4] dux* νομιμώτατε, *vale.* &, *Ordinem aestivorum tuorum? Ego vero, mi Tiberi, & inter tot rerum diffi-*

e Memmiano amplexus est, e suis Codd. quibus Perizonianum eximas, etiam recepit Burmann & confirmant Medicei, Politian. Vindobon. sec. Exc. Voss. Paullo ante *abduci* in Vindob. pr. Dein, *eum se* in Vindobon. sec.

1 *Utque.*] Sic in MSS. omnibus, & Edd. plerisque, non *atque*. Male exsulat ab Edd. aliquot, Graev. Pit. Gron. Vide Burm.

2 *Feliciter rem gere.*] Ita MS. S. vulgo *rem gere feliciter*. GRON. Adverbium praeponunt quoque Medicei, Politian. Exc. Voss. & Cujac. Vindobon. sec. & Ed. Rom. sec. quae cum Politian. Cort. Exc. Voss. Cujac. dat *rege*, solita variatione: Adi Burm. & me ad Aug. C. 61.

3 Ἐμοὶ καὶ ταῖς Μούσαις.] Leg. ex vestigiis libr. veteris ἐμοίτε καὶ τοῖς ἐμοῖς ὦ ἄριστε στρατηγῶν. Ita Salmas. GRON. Quam varie haec Graeca, quae a Vindobon. pr. exsulant, legant viri docti, vide in Comm. & apud Turneb. L. XIV. Advers. C. 14. In Memm. est ἐμοὶ καὶ ταῖς Μούσαις δίστε. in Mediceis tribus ἐμοὶ καὶ ταῖς Μούσαιστε. In Exc. Voss. ἐμοὶ καὶ ταῖς Μουσασαιστε. In aliis additur ἄριστε vel καλὲ aut καλὰ: unde M ἄριστα στρ. quae Casauboni est conjectura, non displicet. Vel quia in nonnullis Codd. est, ut & Beroaldus notavit, ἐμ. καὶ τοῖς σοῖς, posset quoque conjici ἐμοὶ καὶ τοῖς σοῖς σοίτε; *mihi tuisque & tibi.* Seq. vox *jucundissime* deest Vindob. pr. ac *sum* dat Cort. Ed. Camp.

4 *Dux* νομιμώματε *vale.*] Ita distinguit S. GRON. *Dux* νομιμώτατε, *Vale.* &, *Ordinem aestivorum tuorum.*] Male hunc locum distingui, recte viderunt Glareanus, Torrentius, Salmasius. *Et* h. l. nihil est nisi indicium capitis alius epistolae Augusti. Nec video quid causae sit, cur repudiemus lectionem codicis Ursini, & editionis R. Stephani: *Ordinem aestivorum tuorum ego vero, mi Tiberi, laudo.* Mihi sane magis arridet, quam abruptum hoc dicendi genus, quo minime delectatus est Augustus, si Suetonio fides. GRAEV. In Mediceis tribus exaratur νομιμώματε. A Vindobon. utroque & aliis exsulat. In Copes. ἐυβουλεστατε. Cort. ἐυβουλεστα Ed. Rom. pr. ἐυβουλεστες. sec. ἐυβουαεστες. Hoc corruptum est scil. ex ἐυβουλέστατε, quod Beroald. & Torrentius etiam testantur, se in nonnullis MSS. reperisse. νομιμώτατος explicari posset perfectissimus, & cui nihil deest, quo minus sit dux maxime justus ac legitimus. Dubito tamen, an eam interpretationem vox Graeca admittere possit: cum potius significet *legitime constitutum*. Quare varia tentavit Casaubonus, quem vide,

difficultates, καὶ τοσαύτην [1] ῥᾳθυμίαν τῶν ϛρατευομένων *non potuiſſe quemquam prudentius gerere ſe, quam tu geſſeris, exiſtimo. Hi quoque, qui tecum fuerint, omnes confitentur, verſum illum in te poſſe dici:*

Unus homo nobis vigilando reſtituit rem.

Sive, [2] inquit, *quid incidit, de quo ſit cogitandum diligentius, ſive quid* [3] *ſtomachor valde, medius fidius Tiberium meum deſidero: ſuccurritque verſus ille Homericus:*

Τύτυ δ' ἐσπομένοιο, καὶ ὃν πυρὸς αἰθομένοιο,
Ἄμφω νοστήσαιμεν, ἐπεὶ πέρι οἶδε νοῆσαι.

Adtenuatum te eſſe continuatione laborum, quum audio & lego, Dii me perdant, niſi cohorreſcit corpus meum:

vide. Prave autem poſt eam vocem a multis plena ponebatur diſtinctio, ac *Vale, & ordinem* jungebantur: cum conjunctio & ſit Suetonii vocula, addentis poſt *vale* ex alia epiſtola verba Auguſti. Exſulat autem a MSS. Glar. Pulm. duobus Torrent. tribus Medic. Vindobon. pr. Politian. Exc. Voſſ. Cort. Hulſ. Edd. Rom. Ven. pr. Steph. At verbum *laudo* nuſquam praeterquam in Cod. Urſ. & Ed. R. Steph. comparet, additum a librario, qui non capiebat vim admirantis exclamationis, ut ſupra *Miſerum P. R.!* Vide Glar. & Burm. Inepte Beroaldus ſubintelligebat *ſerva*. Paſſim etiam in reſponſione epiſtolari incipiebant periodum a vocibus *Ego vero*. Adi Manut. ad Cic. L. IV. ad F. 6. VII, 3. Vox *rerum* exſulat a Vindob. pr. Cort. Edd. Rom. Mediol. Gald. aliiſque apud Burm.

1 *Ραθυμίαν.*] Leg. ἀνθυμίαν ex V. C. Salmaſ. GRON. Ἀνθύμιαν eſt in Medic. pr. ſec. ἀνευμίαν Exc. Voſſ. ſed ἀνθυμίαν differte in Medic. tert. cum in aliis, ut apud Turn. L. XIV. Adverſ. C. 17. & Caſaub. ἀπροθυμίαν legatur, aliis deſit vox. Placet mihi maxime ἀπροθυμία, qua deſignatur detractatio militum, ſatis alacriter ad juſſa Tiberii militaria munia obire nolentium, & invite nec libenter parentium. Vide Cap. 25. Xenoph. L. VI. Exp. Cyr. p. 375. ἐπεὶ δ' ἐν οὐδεὶ ἐφαίνετο ἀπροθυμία εἶναι.

2 *Inquit.*] Abeſt ab MS. S. GRON. Abeſt etiam a Medic. pr. tert. Polit. Vindobon. ſec. Cort. Harl. Cop. Ed. Rom. pr. Ac videtur additum a librario, qui oſtendere voluit, eſſe continuationem verborum Auguſti. *Quid* deeſt Medic. ſec. Exc. Cuj. *quod* dant Vindob. pr. Periz. Edd. Mediol. Cald. & aliae apud Burm. *eſſet cogitando* Vindobon. pr. *ſed cog.* Medic. ſec.

3 *Stomachor valde, medius fidius Tiberium meum deſidero.*] Novi apud Ciceronem eſſe *ſtomachor omnia*: codex tamen Salmaſianus: *ſive quid ſtomachorum, vel de medius fidius.* Unde Nicolaus Heinſius conjiciebat, *ſive quid ſtomachoſum.*

meum: neque [1] *rogo, ut parcas tibi: ne ſi te linguere audierimus, & ego & mater tua exſpiremus, &* [2] *de ſumma imperii ſui populus Rom. periclitetur. Nihil intereſt, valeam ipſe, nec ne,* [3] *ſi tu non valebis. Deos obſecro, ut te nobis conſervent, & valere nunc & ſemper patiantur, ſi non populum Rom. peroſi ſunt.*

XXII. Exceſſum Auguſti non prius palam fecit, quam Agrippa juvene interemto. Hunc tribunus militum [4] cuſtos adpoſitus occidit, lectis codicillis, quibus, [5] ut id faceret, jubebatur. Quos codi-

ſcilicet incidit. GRAEV. *Stomachorum vel de medius fidius* S. GRON. *Stomachorum* etiam legas in Mediteo pr. immo in Exc. Voſſ. *ſtomachandum:* unde Heinſii conjectura non leviter confirmatur. *ſuccurreteque* Perizon. Edd. Mediol. Cald. *ſuccurreretque* Ed. Rom. pr. In Graecis τοῦτ' Medic. tres. τοῦτο' Edd. Rom. cum Cort. qui in ſeq. verſu nihil ſani habet. Locus eſt Iliad. K. vſ. 246.

1 *Rogo.*] In tribus Mediceis, Vindobon. ſec. Politian. Copeſ. Hulſ. Exc. Cuj. Voſſ. *oro.* quod hic loci mihi praeplacet. *te quoque* Cort. & ſupra *Di* Medic. pr. ſec. Dein *audierim* Exc. Voſſ. atque *ego* ſine & Medic. pr. tert. Polit. Vindob. uterque.

2 *De ſumma.*] Abeſt *de* a MS. 6. GRON. Recte: nam & praepoſitione carent Politiani Exc. quod probat etiam Cel. Drakenb. quem cum J. F. Gronovio conſule ad Liv. L. XXXVIII, C. 25. §. 7. *Res ſuas, quibus periclitari nolebant.* Apud eumdem in MSS. L. XXII, 7. *Ne praeſidio etiam periclitaretur.* Cum Genitivo junxit Appul. L. VIII. Met. in f. *Capitis periclitatum me meum.* De *ſumma imperii* vide ad Liv. L. V. C. 54. & infra in Ner. C. 3.

2 *Si tu non valebis.*] Placet Torrentio, Caſtub. & Scriv. *ſi tu modo valebis.* ut eſt in duobus MSS. Torr. & Pulmanni uno. Sed reliqui ſervant *non*: niſi quod abſit ab uno alteroque & Edd. Sabell. Mediol. Cald. *ni tu n. v.* Medic. ſec. Vindob. pr. cum Exc. Cuj. Mox *populo Romano* vitioſe in quibuſdam Burm. & Vindobon. pr. Medic. ſec. (qui & caret τῷ *non*) item Mediol. & Cald. quod natum eſt ex eo, quod in nonnullis libris, ut Edd. Rom. ſcriberetur *po. Ro.*

4 *Cuſtos adpoſitus.*] In Vindob. pr. exaratur *oppoſitus*, perpetua variatione: ut videre eſt in notis Cl. Drak. ad Liv. L. II, 61, 3. Non quidem male hoc loco. Adi ad Aug. C. 47. Sed tamen *adponere cuſtodem* frequens eſt: ut in Claud. C. 35. Adde quos citat Burm. ad Ovid. III. Am. 4, 1. *inpoſito cuſtode puellae.* In Appuleji libro de mundo, ubi agit de miniſtris regis Perſarum: *Ceteri perpetuis magnisque curis & obſervationi ſingularum rerum adpoſiti erant.* MSS. omnes & aliquot Edd. dant *obpoſiti.* quod illic tamen mutatum nollem. V. ad Lucan. L. I. vſ. 464. Dein *codicillis* eſt in Cort. Edd. Rom. *codicellis* & *codicillos* Medic. pr. ſec. Exc. Voſſ.

5 *Ut id faceret, jubebatur.*] In Ed. Rom. ſec. *id facere jubebatur.* Quod vulgatum quidem, ſed contra omnes MSros nihil eſt mutandum; niſi praeferas lectionem MS. Cortiani & Ed. Rom. primae *id faceret, jubebatur.* ſine *ut*; quae particula elegantius omitti-

tur.

dicillos dubium fuit, Auguſtuſne moriens reliquiſſet, quo materiam tumultus poſt ſe ſubduceret: an nomine Auguſti Livia, & ea, conſcio Tiberio, an ignaro, dictaſſet. Tiberius renuncianti tribuno, factum eſſe, quod imperaſſet, *Neque imperaſſe ſe, & redditurum eum ſenatui rationem*, reſpondit; invidiam ſcilicet in praeſentia vitans. Nam mox ſilentio rem oblitteravit.

XXIII. Jure autem tribuniciae poteſtatis coacto ſenatu, [1] inchoataque adlocutione derepente velut inpar dolori congemuit: utque non ſolum vox, ſed ut & ſpiritus deficeret, optavit: ac perlegendum librum Druſo filio tradidit. Inlatum deinde Auguſti teſtamentum, non admiſſis ſignatoribus, niſi ſenatorii ordinis, ceteris extra curiam ſigna agnoſcentibus, recitavit per libertum. Teſtamenti initium fuit: *Quoniam* [2] *ſiniſtra Fortuna Ca-*

tur. Adi Comment. Burm. ad Veſpaſ. C. 23. ubi & nos plura. Duk. ad Liv. L. XXIII, 21. Drakenb. ad L. XXXII, 16. Apud eundem L. XLII. C. 37. in unico Vindob. Cod. exaratum video *quem tentaret aut etiam ad belli ſocietatem perliceret, juſſus.* Adde, quae notavi ad Hirt. B. Afric. C. 74. *Huc omnem comportatum aggerem e caſtris ſervitia agerent, juſſit*: ubi urit & ſecat Jurinus, non ſanat, legens *comportari* &c. *per ſervitia juſſit.* Ovid. L. VIII. Met. 791. XI, 587. 622. In Epigr. Pithoei L. I. p. 22.

Iſtud templorum damno exitioque requirit.
Hoc caelo jubeas ut petat: inde petet.

ubi reſcribe ex veruſtiſſimo Cod. Voſſiano ſcripturae Longobardicae *excidio* & *e caelo jubeas hoc petat*: Mox *ſeduceret* Vindob. pr. Dein *Livia, eane c. Tib.* Ed. R. Steph. ſed contra MSS. In fine capitis *rem* exſulat prave a Cort. & Edd. Rom.

1 *Inchoataque.*] Vindob. pr. *incoataque.* ſec. *incubataque.* V. ſupra. Mox recte deleri Torrent. juſſit, quod erat in nonnullis Edd. *de Rep.* quae voces pro *derepente* irrepſerunt contra MSS. & mentem Suetonii in Edd. Sabellici, Mediol. Cald. *impari* cum Harl. Ed. Rom. pr. ſive Camp. Dein *ſed & ſp.* in Memm. Polit. Medic. tribus, Copeſ. & Edd. Steph. Caſaub. Graevii, Gron. &c. Quare niſi placuiſſet Burmanno e ſuis MSS. (quibus accedit Vindob. pr. & Edd. Vett.) revocare ob morem Suetonii particulas repetere amantis *ſed ut &*, facile hic *ut* abeſſe paſſus forem. *ſed ut* Vindob. ſec. ſubintellecto & vel *etiam*: quod non minus eſt frequens: ut ſaepe alibi vidimus; & ſane hic loci haud inelegans eſſet.

2 *Siniſtra fortuna.*] Probo ſcripturam codicis Salmaſiani: *quoniam atrox fortuna.* Sic ſaepe apud Senec. *atrocitas fortunae.* GRAEV. Adſentior potius Torrentio & Bur-

Cajum & Lucium filios mihi eripuit, Tiberius Caeſar mihi ex parte dimidia, & ſextante heres eſto. Quo & ipſo aucta [1] ſuſpicio eſt opinantium, ſucceſſorem adſcitum eum neceſſitate magis, quam judicio: quando ita praefari non abſtinuerit.

XXIV. Principatum, quamvis neque occupare confeſtim, neque agere dubitaſſet & ſtatione militum, hoc eſt, vi & [2] ſpecie dominationis, adſumta, diu tamen recuſavit; inpudentiſſimo animo, nunc adhortantes amicos increpans, ut ignaros, quanta belua eſſet imperium; nunc precantem ſenatum, & procumbentem ſibi ad genua, ambiguis reſponſis & callida cunctatione ſuſpendens: ut quidam patientiam [3] rumperent, atque unus in tumultu proclamaret, *Aut agat, aut deſiſtat:* alter coram exprobraret, *Ceteros, quòd polliciti ſint, tarde praeſtare:* [4] *ſed ipſum, quod*

manno, qui, licet ſinguli in duobus invenerint *atrox*, pro gloſſemate eam vocem ſpreverunt. Exaratur itidem in Medic. tert. Politian. & Vindob. pr. *atrox*. Sed eà vox ſi Suetonii eſſet, numquam ab ullo librario in *ſiniſtra* fuiſſet mutata; & ultima aptior eſt ac convenientior placidae teſtatoris menti, quam altera *atrox*. Dein *quo ipſo* Vindob. pr. *q. etiam i.* ſec.

1 *Suſpicio eſt.*] Ita MS. S. vulgo *eſt ſuſpicio*. GRON. Poſtponunt verbum omnes Medicei, Polit. Exc. Cuj. Voſſ. Mox *accitum* Vindobon. pr. & poſt *occupare* addunt *aperte* praeter citatos a Burmanno Mediol. & Cald. Edd. invitis pleriſque & melioribus Codd.

2 *Specie.*] Frequenti errore *ſpem* Vindob. pr. & Ed. Rom. pr. & *ſpe* margo Vindob. ſec. V. Comm. & ante *ſtationem* rurſus ſignificat *etiam*, in quam vocem refingi opus non eſt, ut Torrentius volebat. Dein *mimo* pro *animo* ex elegantiſſima Gronovii conjectura, & Cal. C. 45. Ott. C. 3. probavit quoque Cel. Duk. ad Flor. II, 14, 3. & hic Cl. Erneſti, exiſtimans temere in Add. ſic legi in MS. Sed ſat ideneam non video cauſſam a ſcriptis & Edd. recedendi; (Adi Burmann.) praeſertim ſi cum Caſaub & Edd. multis poſt *recuſavit* diſtinguas, ut feci. Nam licet ſimulaverit modo, re ipſa imperium occupans, recuſavit tamen verbis palam, & inpudentiſſimo animo amicos ideo increpuit. Tum *adhortantes nunc am.* in Vindob. ſec. Cort. Edd. Rom. Mediol. Sabell. Cald. Bon. *adhortantis* Medic. tert. *adhortans* marg. Mediol. pr. *amicos* deeſt Vindobon. pr. In aliis Edd. *nunc adhortans am. nunc increpans.*

3 *Rumperent.*] Medic. pr. Edd. Sab. Mediol. Cald. *rumperet*, male. *exprobrarit* Cort.

4 *Sed ipſum.*] *Se ipſum* S. GRON. Sic in Edd. Vett. aliiſque Codd. item Vindob. pr. Medic. tert. *ſe & ipſum*

quod praeſtet, tarde polliceri. Tandem quaſi coactus, & querens *miſeram & oneroſam injungi ſibi ſervitutem*, recepit imperium: nec tamen aliter, quam ut depoſiturum ſe quandoque ſpem faceret. Ipſius [1] verba ſunt: *Dum veniam ad id tempus, quo vobis aequum poſſit videri, dare vos aliquam ſenectuti meae requiem.*

XXV. [2] Cunctandi cauſſa erat, metus undique inminentium diſcriminum: ut ſaepe *lupum ſe auribus tenere* diceret. Nam & ſervus Agrippae, Clemens nomine, non contemnendam manum in ultionem domini compararat: & L. Scribonius Libo, vir nobilis, res novas clam moliebatur: & duplex ſeditio militum in Illyrico & in Germania exorta eſt. Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem: [3] ante omnia, ut aequarentur ſtipen-

ipſum Medic. pr. *ſed ſe ipſum* Exc. Voſſ. At *ſed ipſum*, quod ex Urſ. & Liſi. Codd. cum R. Steph. reſtituit Caſaub. habent Medic. ſec. Vindob. ſec. pluresque. Cum Baſil. poſt. ejecit *ſe* vel *ſed* Torrentius. Dein *ſibi injungi* Edd. Rom. & *recipit* Medic. tert. Politian. Imperium autem ejus incepit XIII. Kal. Septemb. A. 767. cum habebat fere LV. annos; non LVI. ut ait Dio L. LVII. p. 603. Nam natus erat XVI. Kal. Dec. A. DCCXII. teſte noſtro C. 5.

1 *Verba ſunt haec.*] Delevi pronomen, auctoribus MSS. Pulm. Burm. Mediceis tribus, utroque Vindobon. Politian. Exc. Voſſ. & Edd. ante Baſileenſem. Ut in Aug. C. 76. *Verba ipſius ex epiſtolis ſunt.* Dein in Claud. C. 3. *Capita ex ipſius epiſtolis poſui.* ſine iſto *haec.* Vide tamen ibid. C. 28. 58. Domit. C. 11.

2 *Cunctandi.*] Medic. pr. *cunctanti.* Tum *auribus ſe ten.* Vindobon. pr. *retinere* ſec. Mox *continendam m.* Exc. Voſſ. & *orta eſt* Vindob. ſec. Cort. Edd. Rom.

3 *Ante omnia ut aequarentur ſtipendio praetorianis. Germaniciani quidem.*] Secutus ſum diſtinctionem & lectionem editionis Stephanianae: *ante omnia ut aequarentur ſtipendio praetorianis. Germaniciani quidem:* quam merito probavit Caſaubonus, & Torrentius firmavit ex codice Tornacenſi. GRAEV. Stephanianae editionis lectionem, quam Graevius & alii merito receperunt, egregie confirmat Vindob. primus. De voculis illis *quidem etiam* egi ad Jul. C. 7. *Curius quidem; Vettius etiam.* De re ipſa vide ad Taciti Ann. L. 1. C. 17. 26. 31. 35. &c. Vell. L. II, 125. In reliquis Codd. etiam Memmiano & Edd. *Quidam*: ut & *praetoriani Germanicianis*: quod vitium ex ſuo codice ſuſtulit jam Glareanus, ſequente Aldo aliiſque. *Germanici* Urſ. Cod. *Germanicis* Vindob. ſec. prave. Vide Caſaub. & Schild. ex Oth. C. 8. Veſp. C. 6. & Torrent. in Galb. C. 20. ubi vulgo *Germanicorum* pro *Germanicianorum.* Scott. ad Aurel. Vict. de Caeſ. C. 8. *Vitellium Germanicianis*

ſtipendio praetorianis. [1] Germaniciani quidem etiam principem detrectabant non a ſe datum: ſummaque vi Germanicum, qui tum iis praeerat, ad capeſſendam Remp. [2] perurguebant, quamquam obfirmate reſiſtentem. Quem maxime caſum timens partes ſibi, quas ſenatui liberet, tuendas in Rep. depopoſcit: quando univerſae ſufficere ſolus nemo poſſet, niſi cum altero, vel etiam cum pluribus. Simulavit & valetudinem, quo aequiore animo Germanicus celerem ſucceſſionem, vel certe ſocietatem principatus [3] opperiretur. Compoſitis ſeditionibus, Clementem quoque fraude deceptum redegit in poteſtatem. Libonem, ne quid in novitate acerbius fieret, ſecundo demum anno in ſenatu coarguit, medio temporis ſpatio tantum cavere contentus. Nam & inter pontifices ſacrificanti ſimul [4] pro feceſpita plumbeum cul-

nicianis legionibus factum comperere. Eutrop. L. VII. C. 17. *a Germanicianis exercitibus. Victoriae Germanicianae* mentio in Reg. x. apud Victorem, & in deſcriptione urbis per Pancirollum edita. Sic & *Illyriciani* ſaepe, etiam in nummis: pro quibus vulgo *Illyricani* in Inſcr. Grut. p. CDXIV. N. 7. *Urbaniciani* apud Spartianum in Geta C. 6.

1 *Germaniciani.*] Paulus JCtus in l. 35. §. 4. D. *Ex quibus cauſis majores.* eadem terminatione *urbanicianos* milites dixit. COZTIER.

2 *Perurguebant.*] Simplex modo verbum *urguebant* vel *urgebant* Medicei cum Copeſ. & Harl. oſtentant. Compoſitum id apud alios ſaepius occurrit. Mox pro *obfirmate*, quod adverbium de obfirmato & pertinaci animo rariſſime invenias, in Cort. & marg. Vindob. ſec. exaratur *obſtinate* (i. e. ἰσχυρῶς in gloſſis) ſaepe adhibitum de perſeveranti negatione, tam bona, quam mala. Infra C. 67. *Patris patriae adpellationem & ne in acta ſua juraretur obſtinatiſſime recuſaſſe.* Caeſ. L. v. B. G. C. 6. *Id obſtinate ſibi negari vidit.* Appulej. L. IX. Met. in f. *Obſtinate denegantem.* Uſus eſt auctor quoque in Caeſ. C. 29. in Galb. C. 4. in Tito C. 8. *Obſtinatos ad reſiſtendum* habuimus in Caeſ. C. 15. Vel ſic tamen nil temere mutatum velim. Supra *his praeerat* de more in MSS. & Edd. Vett.

3 *Operiretur.*] *Opperiretur* S. & ita ſemper. GRON. Atque ita Medic. pr. tert. Cort. aliique cum Edd. Vett. ut malui. Nuperae Edd. ſibi non conſtant in ejus verbi orthographia. Supra *vel ſaltem* e gloſſa Vindob. pr. Dein Penzon. Harl. Vindob. uterque & Edd. ſeculi decimi quinti cum aliis multis *medio tantum t. ſp.* Sed ab Ed. Rom principe abeſt *tantum*. Neque requiritur illa vox.

4 *Pro feceſpita.*] In Medic. pr. tert. Vindob. ſec. aliiſque, item Ed. Rom. princ. *pro ſe ceſpiti.*

Dein

cultrum ſubjiciendum curavit: & ſecretum petenti non niſi adhibito Druſo filio dedit: dextramque obambulantis, veluti incumbens, quoad perageretur ſermo, continuit.

XXVI. Verum liberatus metu, [1] civilem admodum inter initia, ac paullo minus quam privatum egit. Ex plurimis maximiſque honoribus praeter paucos & modicos non recepit. Natalem ſuum, plebejis incurrentem Circenſibus, [2] vix unius bigae adjectione honorari paſſus eſt. Templa, flamines, ſacerdotes decerni ſibi prohibuit: etiam ſtatuas, [3] atque imagines, niſi permittente ſe, poni: permiſitque, ea ſola conditione, ne inter ornamenta aedium ponerentur. Interceſſit & quo minus in acta ſua juraretur: & ne menſis [4] September, Tiberius: October, Livius vocarentur.

Dein & *ſecr.* & *petenti* Vindobon. pr. *dexteramque* Vindobon. ſec. Mox *liberatum* Edd. Mediol. Cald. *metus* Vindob. pr.

1 *Civilem admodum egit.*] Sic MSS. O. & Edd. Veruſtiores. Prave Pitiſcus repetiit *civ. adm. ſe*, quod intermediae quaedam Editiones contra optimum linguae genium inferſerunt: ut monuerunt viri docti. Adi ad Claud. C. 29. & ſaepe. Comm. ad Vellej. L. II. C. 109. ad Epit. Liv. 46.

2 *Vix unius bigae.*] Hoc & laudi datur in vetere inſcriptione apud Gruterum (p. CDLXXXIV. N. 6.) Veratio L. F. Pal. Severiano, equiti Romano: *Huic eum & populus in ſpectaculis adſidue bigas ſtatui poſtulaſſet, & ſplendidiſſimus ordo merito decreviſſet, pro inſita modeſtia ſua unius bigae honore contentus alterius ſumptus reipublicae remiſit.* GRAEV.

3 *Atque imag.*] Vindobon. ſec. Perizon Edd. Rom. & *imag.* Dein *intra* bis praeter citatos a Burm. etiam Cort. & Edd. Rom. pr. Mediol. aliaeque, perperam; ac Politian. jam in marg. Mediol. Ed. e ſuis Codd. correxit, uti eſt in reliquis.

4 *September.*] Quo Imperatorem factum adnotat Scriverius. Atqui menſe Auguſto eſt factus Imperator; ſicut & ante eodem menſe jus cum Auguſto aequum in omnes provincias acceperat: Quare rationem non video, cur illum menſem voluerint vocare *Tiberium*; niſi quod ſequeretur ſextilem, ſeu Auguſtum: Sic certe cenſuiſſe videtur Suetonius. Caſaubonus tamen ex Dione L. LVII. p. 614. & Zonara *November Tiberius: September Livius* legendum conjecit. At cum Scriverio nihil omnino mutandum judico. Dein *cognomen quoque* Medic. ſec. Vindob. pr. Periz. Harl. & Edd. a Rom. ſec. ad Baſil. Contra *cognomen* ſimpliciter Polit. Vindobon. ſec. Cort. Tum & deeſt Medic. ſec. Cort. Periz. Harl. Edd. Rom. pr. Ven. pr. Sabell. Mediol. Cald.

rentur. Praenomen quoque IMPERATORIS, cognomenque PATRIS PATRIAE, & [1] civicam in veſtibulo coronam recuſavit. Ac ne AUGUSTI quidem nomen, quamquam hereditarium, [2] ullis, niſi ad reges ac dynaſtas, epiſtolis addidit. [3] Nec amplius quam mox tres conſulatus, [4] unum paucis

1 *Civicam in veſtibulo coronam.*] Ritum illuſtrarunt dudum docti viri pulchre. Sed in loco Valerii Maximi, (L. 11. C. 8. §. 7.) quem adfert Caſaubonus, haeret menda. Nam pro vulgatis: *qua poſtea Auguſtae domus ſempiterna gloria triumphant*, legendum: *qua poſtes Auguſtae domus ſempiterna gloria triumphant.* ut apud Ovidium (1 Met. 562.)

Poſtibus Auguſtis eadem fidiſſima cuſtos
Ante fores ſtabis, mediamque tuebere quercum.

GRAEV. In Edd. Caſauboni, quas conſului, recte legitur *poſtes* in citatione Valerii Maximi: neque in Valerii editionibus quidquam adnotatur de tam inepta menda. Recuſavit autem hanc coronam querneam Tiberius, quia non habebat in animo cives ſervare. Vide Cap. 67. Plin. L. XVI. C. 4. De loco, quo ſuſpendebatur civica corona, adi Cuperum in Explic. Gemmae Auguſteae p. 215. & ſeqq.

2 *Ullis.*] *Nullis* S. GRAEV. GRON. In utroque Vindob. Cuj. etiam *nullis*. De duplici hac negatione adi Drakenb. ad Liv. L. XLIII. C. 13. §. 1. infra in Tib. C. 45. & quae notavi ad Caeſ. L. V. B. G. C. 23. & Hirt. B. Aft. C. 26. *ut fine mora, aut ulla excuſatione hiemis ventorumque quam celerrime exercitus ſibi transportaretur.* ubi audaciſſime nugatur Thom. Bentlejus, conjiciens: *ut ſine mora ac tergiverſatione q. c. ex. ſi tr.* ceteris rejectis. At confer tu Cap. 8. Dein *ad reges; ad d. e. edidit* Vindob. ſec.

3 *Nec amplius quam omnino.*] Omnino reponendum ex Salmaſ. & Rob. Steph. *nec amplius quam mox.* GRAEV. *Mox.* Ita MS. S. vulgo *omnino.* GRON. *Mox* habent etiam Medic. pr. tert. Polit. cum Edd. Junt. Ald. Argent. & marg. Gryph. In ceteris eſt *omnino.* Suetonium vero loqui de ſolis conſulatibus, quos geſſit poſt initum imperium, patet ex ſervato temporis ordine & recenſione duorum Conſulatuum ante geſtorum Cap. 9. V. & Dion. p. 616. & alibi, atque Inſcript. Hinc dubito, an quidem tam neceſſaria ſit vox *mox*; quam viri docti exiſtimant. Apertiorem autem fore ſententiam, ſi legeretur *nec mox amplius quam*, vere monuit Burmannus: licet verborum trajectio non infrequens ſit in Suetonio. V. ad Caeſ. C. 45. & loca per Cl. Cannegiet: citata in Aviano p. 150. In Vindob. pr. exaratur *nec amplius omnino quam.* in Harlem. *nec quam amplius.* Unde ſuſpicor vocem *quam* potius eſſe delendam, & ſcripſiſſe Suetonium *nec mox amplius tres omnino conſ.* vel *nec amplius tres omnino conſulatus, mox unum p. d.* V. Aug. C. 32. 72. & paſſim alios. In Aug. tamen C. 17. quoque *nec amplius quam ſeptem & viginti dies.* Bene autem obſervavit L. Gron. in Marm. Baſi C. 14. *omnino* numeralibus a Suetonio poſtponi.

4 *Unum paucis diebus.*] Quem iniit III. cum Germanico II. A. U. DCCLXXI. ut docent Tacit. L. 11. Ann. C. 52. III, 31. Dio p. 616. Marmor apud Gorium T. 1. Inſc. Hetr. p. 316. aliique, & Pigh. in Faſtis ad A. DCCLXX. ubi profert itidem Augubinam Inſcriptionem Grut. p. XXVI, 9. in qua

GER-

paucis diebus, [1] alterum tribus menſibus, [2] tertium abſens [3] uſque in Idus Majas geſſit.

XXVII.

GERMANICO CAESARE II.
L. SEIO TVBERONE COSS.

DIES SACRIFICI XIII. K. MAI. Quae inmerito crucem fixit Ampliſſimis viris Cupero & Burmanno; quia in illa Tubero jam XIII. *Kal. Maji* legitur *Cos.* & Suetonius ait, *tertium* conſulatum abſenti a Tiberio geſtum *ad Idus Majas.* Non adtenderunt ſcilicet viri optimi (quod monitum nunc etiam video a Cl. Erneſt. in Exc. qui tamen & ipſe errat ad C. 65.) *tertium* iſtum conſulatum a Sueronio intelligi in imperio geſtum, ſed re vera numero *quintum*: ut C. 65. adeoque diverſum ab eo, in quo *pauces* modo *dies* collega fuit Germanici, qui obiit A. DCCLXXII. Nihil igitur commune habet ille lapis cum *tertio conſulatu* Tiberii hic per Suetonium memorato, vere *quinto*: ſed indicat annum, quo Germanicus II. cum Tuberone conſulatum geſſit, abdicato *poſt pauces dies* Tiberio: unde ratio conſulatus ejus Tiberii illo in lapide non eſt habita. Promiſcue in Inſcriptionibus nunc ordinarios per totum annum, quamvis abdicatos, nunc ſuffectos poni, nemo neſcit. Unde vero ſciverit Almelovenius, Germanico ſuffectum fuiſſe hoc anno *Rubellium Blandum*, adhuc quaero. Nam mera ea eſt conjectura Lipſii ad Tac. L. VI. Ann. C. 27. quia a Tacito ad A. DCCLXXIV. *conſularis* vocatur L. III. C. 51.

1 *Alterum* III *menſibus.*] Qui fuit ejus IV conſulatus cum filio Druſo II. A. DCCLXXIV. quem conſulatum tantum non depoſuit in Campaniam profectus. Non tamen aliquis ei ſuffectus videtur, ut vulgo ſtatuunt: ſed Druſus ſolus conſulatus munia obiviſſe. Ac non rediit Tiberius in urbem, niſi multo poſt elapſum ejus conſulatus annum. Confer Tac. L. III. C. 31. 65. Dion. L. LVII. p. 616. 617. Pigh. in Faſt. & Laur. Gron. in Baſi Marm.

2. *Tertium abſens.*] Sive vere quintum cum L. Aelio Sejano, quem perdere decreverat, degens Capreis A. DCCLXXXIV. Hinc auctor ipſe C. 65. *Sejanum, ut a ſe per ſpeciem honoris dimitteret, collegam ſibi adſumſit in quinto conſulatu, quem longo intervallo abſens ob id ipſum ſuſceperat.* Adde Dion. p. 623. &c. & Faſtos. Huc pertinent nummi coloniae & municipii Bilbilis, in quibus *Ti. Caeſare V. L. Aelio Sejano Cos.* apud Mediobarbum & Montf. Diar. Ital. p. 443. Male vero huc quoque refertur in Hiſtoria Acad. Inſcript. Pariſ. T. III. p. 458. & T. IV. p. 393. Inſcriptionis fragmentum.

IMP. XXVI. COS
V. P. P
CIVITAS CONVEN.

Nullo modo poteſt ea inſcriptio Tiberium reſpicere. Numquam enim ille *patris patriae* titulum recepit, ut auctor noſter docet cum aliis, quos citat Laur. Gron. in Baſi Marm. C. 38. Ad haec titulum Imperatoris non plus geſſit, niſi VIII. ut conſtat ex nummis, & Inſcript. apud Grut. p. 235, 8. Fabrett. p. 661. Don. Cl. II. N. 85. Non poteſt in iſto lapide ullus intelligi, niſi Claudius: cui poſitus eſt A. U. DCCCV. Nam Cos. is fuerat V. & Imp. XXIV. A. DCCCIV. cum Scipione Orfito: ut docent Faſti, nummi & Inſcriptiones. V. Pigh. Mediob. Grut. p. 300, 1. Fabrett. p. 472. 726. 728. aliosque.

3 *Uſque in Idus Majas.*] Lapis Nolanus docet in VII. Idus Majas Tiberium Conſulatum geſſiſſe.

XXVII. Adulationes adeo [1] averſatus eſt, ut neminem ſenatorum, niſi [2] aut officii aut negotii cauſſa, ad lecticam ſuam admiſerit: conſularem vero ſatisfacientem ſibi, ac per genua [3] orare co-

TI. CAESAR. AVG. V.
SVF. VII. MAI. FAVSTVS.
CORNELIVS. SVLLA.
SEXTEIDIVS. CATVLL. COS.
SVF. K. IVL. L. FVLCINIVS.
TRIO. COS.
SVF. K. OCT. P. MEMMIVS.
REGVLVS. COS.

Unde doctiſſimus Noriſius Suetonium erroris arguit. Sejani autem nomen in hoc monumento non legi, quia id ſculptum ſit poſt Sejani damnationem, recte notat. Cl. Pagius autem putat Suetonium Iduum nomen abſolute poſuiſſe, nec voluiſſe definire, ad quem Iduum diem illam dignitatem ſuſtinuerit. Idus enim & Kalendas nonnunquam ſic accipi apud veteres, probat ex regula S. Benedicti Cap. 48. ubi Kalendas Octobres poni pro XVIII. Kalend. Octobres. Sed quia meliorum temporum ſcriptoris Latini auctoritas deſideratur, exiſtimo in antiquis Suetonii libris excidiſſe numerum VII. quem nobis ſervavit inſcriptio Nolana. GRAEV. Male in nota Graevii e lapide exciderunt ID. V. Gruter. p. 1087. N. 1. Noriſ. in Epiſt. Conſulari p. 404. Theſ. Graev. T. XI. Pag. in Crit. T. I. p. 21. Malim accedere Graevio. Neque enim lapidis e faſtis publicis confecti fidem elevare auſim cum Clar. Erneſtio. Ex lapide autem Nolano videtur agnoviſſe errorem ſuum Almeloveníus, quem commiſerat Lib. I. Faſt. ad Leg. 12. pr. ff. de Accuſation. & Inſcript. *Sulla & Trione conſulibus.* Conferatur enim Lib. ſec. uti & Ed. ejus ſecunda.

1 *Averſatus.*] Medic. ſec. Vindobon. uterque, Hulſ. Exc. Cuj. Voſſ. Edd. Rom. utraque, Mediolan. Cald. cum aliis, *adverſatus.* ut ſaepe hoc verbum vulgo jungitur accuſativo: ut apud Tacit. L. I. Hiſt. C. I. 38. L. IV. 84 & crebrius. Nec ſibi conſtant illic viri docti, Pichena praeſertim, nunc *adv.* nunc *averſ.* probans; dum Ryck. ad L. I. C 38. ſe neſcire fateatur, quid melius ſit. Nunc ſatis conſentire videntur eruditi, non eſſe niſi librariorum aberrationem, in hoc verbo frequentiſſimam. Adi Cl. Drak. ad Liv. VIII, 7, 14. *filium averſatus.* veriſſime. in Veſp. C. 2. *latum clavum averſatus eſt.* ut ibi in MSS. omnibus.

2 *Aut officii aut negotii cauſſa.*] Hoc non civilitatis aut comitatis, ſed inſolentis ſuperbiae foret indicium. Quapropter omnino legendum eſt, quod Cel. Burmannus e Copeſ. produxit & probavit, *niſi aut officii aut negotii cauſſa.* Quam egregiam lectionem ſcias etiam extare in Vindobon. pr. Noluit, ſenatores aut equitum praecipuos lecticam ſuam comitari, ut ſatellites, ac παρακολουθεῖν, ut Dio ait L. LVII. p. 609. allatus a Caſaubono aliiſque. V. eumdem ad C. 30. *lectica introlatus aeger comites a ſe removit.* Sed ſi quis officii aut negotii neceſſarii cauſſa ſe adire vellet, facile admiſit, inſtar Auguſti Cap. LIII. ut bene advertit vir clariſſimus. *niſi* idcirco in contextum recepi. Dein *conſularem non ſ.* Vindobon. ſec. Fuerat autem is non ordinarius ſub Auguſto, ſed ſuffectus Cos.

3 *Orare.*] Medic. tert. Politian. Copeſ. *ſibi orare.* ſub quo utrum aliquid lateat, an vero temere ſit repetitum pronomen, vide. Q. Haterius Tiberio ad genua advolutus eſt, ut docet Tacit. I. Ann. 13. Dein *non* abeſt Vindob. ſec. in quo etiam *mutare.*

1 *Adi-*

conantem, ita ſubfugerit, ut caderet ſupinus: atque etiam ſi quid in ſermone, vel in continua oratione blandius de ſe diceretur, non dubitaret interpellare, ac reprehendere, & commutare continuo. *Dominus* adpellatus a quodam, denunciavit, ne ſe amplius contumeliae cauſſa nominaret. Alium dicentem, *ſacras ejus occupationes*; & rurſus alium, *auctore eo ſenatum ſe* [1] *adiſſe*, verba mutare, & pro *auctore*, *ſuaſorem*; pro *ſacris*, *laborioſas* dicere coëgit.

XXVIII.[2] Sed & adverſus convicia maloſque rumores & famoſa de ſe ac ſuis carmina firmus ac patiens, ſubinde jactabat, *in civitate libera linguam mentemque liberas eſſe debere.* Et quondam [3] ſenatu cognitionem de ejuſmodi criminibus ac reis flagitante: *Non tantum*, inquit, *otii habemus, ut inplicare nos pluribus negotiis debeamus. Si hanc feneſtram aperueritis, nihil aliud agi ſinetis: omnium inimicitiae* [4] *hoc praetexto ad nos deferentur.* Exſtat &

1 *Adiiſſe.*] *Audiſſe.* MS. L. *adiſſe* S. GRON. Omnes Medicei, Vindobonenſes, Polit. Exc. Voſſ. & alii dant *audiſſe.* Repoſui igitur *adiſſe*, ut eſt in utraque Ed. Romana, & ſaepe alibi. *coegerit* Cort. & Edd. primae uſque ad Beroald. aliaeque.

2 *Sed & adverſus.*] Sic ſcripſi cum cod. Salmaſ. & tribus Palat. aliiſque libris veteribus & Grutero. GRAEV. Ita MS. S. vulgo *ſed adverſus.* GRON. Ex ſuis MSS. Torr. & ex Lislaeo ita leg. monuit quoque Caſaub. & ita Medic. pr. tert. Polit. Vindob. pr. Exc. Cujac. Ed. Baſil. *ac fam.* Vindob. pr.

3 *Senatu &c. flagitante.*] *Senatum flagitantem* S. GRON. Mox *de ejuſdem carminibus* Vindob. pr. In utroque Pulm. *feneſtram auditus aper.*

4 *Hoc praetextu ad vos deferentur.*] Cod. Salmaſ. *praetexto.* Ita noſter Caeſ. C. 30. *Et praetextum quidem illi civilium armorum hoc fuit.* GRAEV. *Praetextato* Medic. pr. ſec. Exc. Voſſ. & Hulſ. Sed *praetexto* itidem Medic. tert. & Politian. quod repoſui. Vide ad cit. locum. *ad nos* praeter unum Torr. & Hulſ. dant uterque Vindobon. & Cort. cum Edd. Rom. Quod bene recepere Burmann. & Erneſt. auctore Torrentio, quia ſe tunc pro ſenatore, non principe haberi voluit Tiberius; ut dixerat etiam: *inplicare* nos *pluribus negotiis. deferrentur* Vindobon. ſec. Periz. *aliter* vero cum Glareano ne mutes in *alter* ex ejus cod. licet accedant Pulm. MSS. Patet enim ex oppoſitione, *aliter* eſſe retinendum. Sermo fuit Tiberii de homine, acerbis conviciis vel famoſo carmine ſe inſectante, quibus reſpondere & ſe purgare dedignatus eſt.

& ſermo ejus in ſenatu percivilis: *Siquidem locutus aliter fuerit, dabo operam, ut rationem factorum meorum dictorumque reddam: ſi perſeveraverit, invicem eum odero.*

XXIX. Atque haec eo notabiliora erant, quod ipſe in adpellandis venerandiſque [1] & ſingulis, & univerſis, prope exceſſerat humanitatis modum. Diſſentiens in curia a Q. Haterio, *Ignoſcas*, inquit, *rogo, ſi quid adverſus te liberius, ſicut ſenator, dixero.* [2] Et inde omnes adloquens, [3] *Dixi & nunc & ſaepe alias, P. C. bonum & ſalutarem principem, quem vos tanta & tam libera poteſtate inſtruxiſtis, ſenatui ſervire debere, & univerſis civibus ſaepe, & plerumque etiam ſingulis:* [4] *neque id dixiſſe me poenitet, & bonos & aequos & faventes vos habui dominos, & adhuc habeo.*

XXX. Quin etiam ſpeciem libertatis quamdam induxit, conſervatis [5] ſenatui ac magiſtratibus & majeſtate priſtina & poteſtate: neque tam parvum quidquam, neque tam magnum publici privatique negotii fuit, de quo non ad P. C. [6] referretur.

1 *Et ſingulis.*] Sic cum Burm. edidi auctoritate Mediceorum trium, Vindobon. ſec. Copeſ. Exc. Cujac. Voſſ. & optimi Torrent. Supra *eo haec* Medic. pr. qui caret mox *te*.

2 *Et inde.*] *Et deinde* S. GRON. Sic MSS. quoque Pulm. Burm. & Vindobon. uterque, Cort. & Edd. Vett. cum Junta, Aldo, Steph.

3 *Dixi & nunc.*] Periz. Harl. Edd. Sab. Mediol. Cald. &c. *dixit. nunc.* Cort. Edd. Rom. *dixit. Et nunc.* Sed veriſſime Steph. Torr. Caſaubon. & ſeqq. exhibent *dixi & nunc*: ut praebent Memm. Medicei, Vindobonenſes. Cl. Cannegiet. in Miſc. Obſ. Vol. VI. T. III. p. 603. conjecit *dico & nunc, & dixi ſaepe alias.* Male diſtinguitur in Edd. nonnullis, etiam Torrent. *civibus, ſaepe & pl.*

4 *Neque id d. me poenitet.*] Medic. ſec. *meque.* Exſulat *id* a Vindobon. pr. aliiſque & Edd. Vett. *me poenitet* deſideratur in Medic. pr. Exc. Voſſ. *Dominos* ſenatores vocavit Tiberius, humanitatis modum excedens, quia iis ſe *ſervire debere* dixerat. Fruſtra igitur ea vox non nemini ſuſpecta fuit. Add. Burm. & Erneſt.

5 *Senatui.*] Vindob. ſec. *ſenatu.* Mox *quo* ſine praepoſ. Medic. ſec.

6 *Referretur.*] Non modo per quaeſtorem, Tiberii nomine, ſed & per quosvis, relationis jus habentes, civiliter patiente & permittente eo. Non ergo contra MSS. *referret* fuerat conjiciendum.

1 *Ex-*

retur. De vectigalibus ac monopoliis, de [1] exſtruendis reficiendiſve operibus, etiam de legendo vel exauctorando milite, ac legionum & auxiliorum [2] deſcriptione: denique quibus imperium prorogari, aut extraordinaria bella mandari, quid [3] & qua forma regum litteris reſcribi placeret. Praefectum alae, de vi & rapinis reum, cauſſam in ſenatu dicere coëgit. Numquam curiam niſi ſolus intravit: lectica quondam introlatus aeger comites a ſe removit.

XXXI. Quaedam adverſus ſententiam ſuam decerni, ne queſtus quidem eſt. Negante eo, deſtinatos [4] magiſtratus abeſſe oportere, ut praeſentes

1 *Exſtruendis ref. operibus.*] MSS. Vindob. uterque, Polit. Periz. Harl. Cort. cum Edd. Beroaldo prioribus dant *inſtruendis*, male. Quae differentia in illis inſit compoſitis, docet Auctor in Caeſ. C. 44. *de ornanda inſtruendaque urbe &c. Martis templum exſtruere.* licet ſaepe quoque *inſtruere* pro ſimplici *ſtruere* occurrat. Vide ad Hirt. L. VIII. B. G. C. 41. & in Add. *Aggeres inſtruere coepit* vel *aggerem* e MSS. Ibid. *exſtruitur agger.* quamquam Jurino memoria turpiter impoſuit; cum ſcribit, ſe non meminiſſe, alibi *aggeres* plurali numero occurrere: quum legatur in ipſo Caeſare L. VII. B. G. C. 87. III. B. Civ. C. 69. Liv. L. XXXVI. 23. &c. Virgilio aliisque poëtis paſſim. Mox *auctorando* in iisdem Edd. ſed in ſolis MSS. Periz. Harl. Vindob. pr.

2 *Deſcriptione.*] Cod. Salmaſ. *diſcriptione.* nec dubito, quin ubique, ubi *deſcribere* & *deſcriptio* in hac notione ponitur, pro diviſione & diſtributione ſcilicet, legendum ſit *diſcribere* & *diſcriptio*: uti & Lambinus & alii viri docti in membranis antiquiſſimis ſcriptum invenerunt. ſed de hoc agemus alibi accuratius. De ala equitum provincialium & ejus praefecto vide quae ad Hyginum notavit vir ſummus Rhabodus Schelius. GRAEV. At conſule Burmannum, &, quem laudat, Cortium ad Plin. L. II. Ep. 6. item Drakenb. ad Sil. Ital. L. IX. vſ. 267. *deſcribit munera pugnae.* Neque etiam hic tam dividere, quam numerum certum certis locis conſtituere ſignificat.

3 *Et qua forma.*] *Quam formam.* Sic MS. & adſcripſit Salmaſius (l. *quid ad quam formam*) GRAEV. GRON. *Qua forma* in ſuis MSS. & Ed. Frob. Baſ. eſſe teſtatur Torrent. Et ſic certe in Hulſ. & Vindob. pr. quomodo edidit cum ſeqq. Caſaub. monens tamen, ſcriptam eſſe lectionem & *ad quam formam.* Quod ſi verum eſt, placet omnino. Sed ceteri MSS. & Edd. dant modo & *quam formam.* Exciderit potius *ad*, quia Suetonius dederat & *quam ad f.* Dein *legum* inepte pro *regum*, ex perpetua varietate habent MSS. O. cum Edd. pleriſque veteribus praeter codices Torrent. Caſaubon. & Vindobon. pr. in quo *regum liberis litteris.* Mox *reorum* Edd. Mediolan. Cald. & *cauſſam* Medic. pr. *in ſenatum* Exc. Voſſ.

4 *Magiſtratus abeſſe.*] *Adeſſe.* S.

tes honori adquiescerent, praetor designatus liberam legationem impetravit. [2] Iterum censente, ut [3] Trebianis legatam in opus novi theatri pecuniam ad munitionem viae transferre concederetur, [4] obtinere non potuit, quin rata voluntas legatoris esset. Quum senatus consultum per discessionem forte fieret, transeuntem eum in alteram partem, in qua pauciores erant, secutus est nemo. Cetera quoque non nisi per magistratus & jure ordinario, agebantur; tanta COSS. auctoritate, ut legati ex Africa adierint eos, queren-

S. GRON. *Magistratibus* cum aliis Edd. Mediol. Cald. *abesse* bene habent soli Vindob. pr. Periz. Harl. Cort. In ceteris & Edd. Roman. *adesse*. Sed in seqq. Illustr. Bouhierius conjiciebat *adsuescerent*, haud inepte; sed MSS. omnibus invitis.

1 *Impetravit.*] *Imperavit* S. GRON.

2 *Iterum censente &c. obtinere non potuit.*] Nihil hic contra MSS. & Edd. est novandum, ut bene monuit Burmannus. Neque *obtineri* ex Ed. Steph. habere locum potest: quia non agit Suetonius, quid Trebiani non obtinere potuerint, sed quid Tiberius non impetrarit pro iis. Graecorum instar ablativum absolutum posuit, licet sequens verbum nominativum requirere videatur, sive *cum censeret*. de quo locutionis genere vide praeter citatos a Burmanno Cl. Dukerum ad Flor. L. IV. C. 12. §. 28. me ad Hirt. de B. Afric. C. 10. & in Add. item doctiss. Munkerum ad Anton. Liber. p. 338. Ἀμφιτρύων ἰόντ@ ἐδέησε Καδμείων &c. Nihil est frequentius Graecis, qui & contra saepe Nominativum absolutum pro Genitivo adhibuerunt. Reddendum id ex MS. optimo Leidensi Xenophonti L. I. Κύρε παιδ. p. 18. Ed. Leuncl. Ταῦτ' εἰπόντ@ αὐτῦ ἔδοξε ἃ λέγει τῦ Ἀστυάγει. vulgo εἰπὼν ἔδ. In MSS. Apollodori L. II. C. 8. §. 2. p. 140. Ed. Th. Gale. ἐνιαυτῦ δὲ αὐτοῖς ἐν τῇ κάθοδῳ γενομένης φθορᾶς πᾶσαν Πελοπόννησον κατέσχε. vulgo γενομένη φθορά. Ceterum *censente eo* est in Vindobon. sec. *eo censente* in Edd. aliquot. Sed vide Erasmum & Comment. ad Claud. C. 15. *absentibus*.

3 *Trebianis.*] Male locum sollicitat Torrentius. Nec tamen intelliguntur cives loci prope Romam *Trebiae* (de qua Liv. L. II. C. 39. Merito enim ea suspecta est) Sed Sabini cives *Trebulae Mutuscae*, quae & *Trebia* dicta: unde in Cortiano & marg. Periz. eadem manu *Trebulanis*. Adi Serv. ad Virg. Aen. VII, 711. Comm. ad Liv. L. XXIII. C. 14. in f. Cluv. Ital. Ant. p. 683. Erant & Umbri *Trebiates*, de quibus vide eumdem p. 632. *Trebiani* Exc. Voss.

4 *Obtinere non potuit.*] *Obtinere non obtinuit* S. GRON. Item margo Ed. Mediol. pr. In Cod. Lisl. & Exc. Cujac. melius *non obtinuit*. Dein inepte *dissensionem* in Vindobon. sec. *discensionem* Ed. Camp. Dein *consilii* dat margo Ed. Mediol. *consulii* Medic. tert. & *adirint* Vindob. pr.

I Af-

rentes, trahi ſe a Caeſare, ad quem miſſi forent. Nec mirum, quum palam eſſet, ipſum quoque eiſdem [1] & adſurgere & decedere via.

XXXII. Corripuit conſulares [2] exercitibus praepoſitos, quod non de rebus geſtis ſenatui ſcriberent: quodque de tribuendis quibuſdam militaribus donis ad ſe referrent: quaſi non omnium tribuendorum [3] ipſi jus haberent. Praetorem collaudavit, quod, honore inito, conſuetudinem antiquam retuliſſet de majoribus ſuis pro concione memorandi. Quorumdam inluſtrium exſequias uſque ad rogum frequentavit. Parem moderationem [4] minoribus quoque & perſonis & rebus

1 *Aſſurgere & decedere de via.*] Sic & C. V. Salmaſ. cum Torrentianis: *Eiſdem & aſſurgere & decedere.* bene. GRAEV. *Et aſſ.* Ita MS. S. vulgo *eisdem aſſ.* GRON. Copulam de more Suetoniano addunt quoque omnes Medicei, Politian. Vindobonenſes, Exc. Voſſ. Cujac. Ed. Rom. princeps.

2 *Exercitibus.*] In Vindob. pr. *exercitus.* & mox *reſcriberent*; ac contra *ad ſe ferrent* Medic. ſec.

3 *Ipſi jus haberent.*] Medic. ſec. Cort. Vindob. ſec. Periz. Harlem. Exc. Voſſ. cum Edd. Rom. Sab. Cald. Mediol. aliiſque dant *ipſe jus haberet*: ut Suetonii, ſimulatam ejus moderationem tangentis ſint verba; non vero Tiberii corripientis conſulares exercitibus praepolitos, quod ad ſe referrent de donis militaribus quibusdam tribuendis, cum ipſi haberent jus omnium tribuendorum, uti id jus habuerant certe ſub Rep. Atque is ſenſus mihi magis placet. Sicut & eam lectionem praebent meliores codices, ut Torr. Pulm. Caſaub. Medicei, Politian. Vindob. pr. & alii cum Beroaldi, Eraſmi, Plant. & ſeqq. Edd. quo facit non ſolum Taciti locus ex L. II. Ann. C. 21. a Caſaubono citatus *Caeſar addit civicam coronam; quod non eam quoque Apronius jure Proconſulis tribuiſſet queſtus magis, quam offenſus.* Sed & ipſe Auctor in Auguſto, quem imitatus eſt Tiberius, C. 25. *Solos triumphales, quamquam & ſocios expeditionum & participes victoriarum ſuarum numquam donis impertiendos putavit: quod ipſi quoque jus habuiſſent tribuendi ea, quibus vellent.* Ex quo vero civica adpendi coepit foribus Impp. habitam eſſe quaſi eorum propriam, & ab iis ſolis alteri tributam, ſatis notum eſt. V. Tacit. Ann. XV, 12. Vopiſc. in V. Probi C. 5. Cuper. in Explicat. Gemmae Aug. p. 219. Mox *pro conditione* Exc. Voſſ.

4 *Minoribus quoque & perſonis.*] *Minoribuſque perſonis* Edd. Mediol. Calder. aliaeque apud Burm. & deeſt editionibus uſque ad Caſaub. qui bene e ſuis & Torrentii libris addidit: uti eſt in Mediceis, Memm. Polit. Exc. Cujac. & marg. Ed. Mediol. pr. Dein *ſubſcribere juſſos* Vindob. pr. non nomen ſuum, ut Beroaldus, Erneſt. & alii exiſtimant, ſed votum pro ſalute Imperatoris factum, ſeu fauſtam ſalutis adprecationem, E-

Pitto-

bus exhibuit. Quum Rhodiorum magiſtratus, quod litteras publicas ſine ſubſcriptione ad ſe dederant, evocaſſet, ne verbo quidem inſectatus, ac tantummodo juſſos ſubſcribere, remiſit. Diogenes grammaticus diſputare [1] ſabbatis Rhodi ſolitus, [2] venientem eum, ut ſe extra ordinem audiret, non admiſerat: ac per ſervulum ſuum in ſeptimum diem diſtulerat. Hunc Romae ſalutandi ſui cauſſa pro foribus adſtantem, nihil amplius, quam ut poſt ſeptimum annum rediret, admonuit. Praeſidibus, onerandas tributo provincias ſuadentibus, reſcripſit, *Boni paſtoris eſſe tondere pecus, non* [3] *deglubere.*

XXXIII. Paullatim principem [4] exſeruit, praeſtititque: etſi varium diu, commodiorem tamen ſaepius, & ad utilitates publicas proniorem. Ac primo eatenus interveniebat, ne quid perperam fie-

piſtolis ſubſcribi ſolitam, ut e Dione p. 608. Plinio L. x. Ep. 1. docent Caſaubonus, pluresque.

1 *Sabbatis.*] i. e. ſeptimo quoque die, voce a Judaeis ſumta, a quibus vel Aegyptiis didicerunt & aliae gentes diſtinguere pro numero planetarum tempus in orbem hebdomadis. Vide in Aug. C. 76. Dion. L. XXXVI. p. 37, 38. Gell. L. XV. C. 2. Grot. de Verit. Relig. Chriſt. p. 65. & hic Comment.

2 *Venientem eum.*] Sic codex Salmaſ. & Palatini, quorum auctoritatem ſecutus Gruterus pridem hanc, quae exciderat, particulam reſtituit ſuo loco. GRAEV. Ita MS. S. vulgo *venientem.* GRON. Accedunt tres Medicei, Politian. Vindobon. pr. Copeſ. Harl. Exc. Cujac. Voſſ. Ed. Beroaldi. Adi ad Caeſ. C. 4. *confuſum eum.* Inf. C. 49. *dimiſſam eam.*

3 *Deglubere.*] *Degluvere* S. GRON. Perpetua τῶν *b* & *v* permutatione. *deglubere* eſt pellem detrahere, ſive *decoriare*: ut habet gloſſa MS. in Oroſ. L. VII. C. 4. Plaut. Perſ. v, 3, 33. *deglupti Maenas.* In Vindob. ſec. Cort. Lisl. Harlem. Periz. a m. pr. Exc. Cuj. Voſſ. Edd. Rom. Ven. pr. Mediol. *deglutire.* Ut variant MSS. in Gloſſario: *deglubit* (vulgo *-bat*) ἐκδέρει. *deglubo* ἐκδέρω. In Reg. Cod. *deglubio. deglubo*, ἀποδέρω. V. & Caſaub.

4 *Exercuit principem.*] Optime Turnebus Lib. XIV. Adv. C. 17. ex vett. codd. *exeruit principem*, hoc eſt, oſtendit ſe imperare. Firmant Turnebi emendationem codices Palatini duo, quos merito Gruterus ſequitur. Ovid.

Tu Piſo latentem Exeres.

GRAEV. *Exeruit* etiam Memm. & Pithoei Codd. teſte Caſaubono, nec aliter tres Medic. Exc. Voſſ. ſive aperuit, nudavit, exhibuit ſe, oſtenditque, quis eſſet, praeſtando ſe principem, non tantum in judiciis exercendis, ſed & ceteris rebus per ſeqq. aliquot capita memoratis: ut bene obſervat Cl. Ernestii

fieret. Itaque & conſtitutiones quaſdam ſenatus [1] reſcidit: & magiſtratibus, pro tribunali cognoſcentibus, plerumque ſe obferebat conſiliarium, adſidebatque [2] juxtim, vel ex adverſo in parte primori: & [3] ſi quem reorum elabi gratia rumor eſſet, ſubitus aderat: judiceſque aut e plano, aut e quaeſitoris tribunali, legum & religionis, & noxae, de qua cognoſcerent, admonebat: atque etiam, ſi qua in publicis moribus deſidia aut mala conſuetudine labarent, corrigenda ſuſcepit.

XXXIV. Ludorum ac munerum inpenſas corripuit: mercedibus ſcenicorum [4] reciſis, paribusque

neſti. Sic *ſecreta mentis exſerit* Seneca in Herc. Oet. vſ. 255. Adde Comment. item Duker. ad Flor. 1, 21. Scheff. ad Phaedr. F. 12. *Haec exſerit oratio.* Graevius intellexit Auctorem incerti Carm. in Piſonem, quod vulgo Lucano adſcribunt, vſ. 241. *ſe* male addit Nonn. Cod. *comediorem* Vindob. pr.

1 *Reſcidit.*] *Recidit* S. GRON. Male. Non enim earum partem abolevit, ſed totas ſuſtulit, irritaſque declaravit. V. ad C. ſeq. *ſenatus quasdam* Medic. ſec. tert.

2 *Miſtim.*] Codex Salmaſii quoque, *juxtim*, hoc eſt prope, juxta, quod verius puto vulgato *miſtim*. Pro *vel ex adverſo* Salm. Cod. *vel exadverſum*, ut *inante*, *exante*, *inſimul*, & hujus generis alia. GRAEV. GRON. Repoſui *juxtim* auctoritate Codd. Pulmanni, Torrentii, Caſaub. trium Mediceorum, Exc. Cujac. Voſſ. marg. Mediol. Edd. Bonon. Lugd. Junt. Ald. Steph. cum in aliis Vett. ſit *mixtim*. Appul. in Flor. N. 22. *juxtim conſedit*. Vide & N. Heinſ. Adverſ. L. 1. C. 3. In Copeſ. non tantum, ſed & utroque Vindob. eſt *juxta*, ut in illo Propertii per Heinſium prolato *adſideant fratres juxta*. in Calig. C. 32. Tito C. 2. *juxta cubare*. Ner. C. 34. *abjecto clam juxta pugione*. Tito C. 7. *thermisque juxta celeriter exſtructis*. Eadem confuſio in Appulejo L. 11. Met. p. 29. *juxtim ſe ut adſidat effecit*: ubi in Flor. Oxon. Regio & Edd. Vett. *juxta ſe* vel *juxta*. Sed *juxtim*, quod ſervant Fux. Lipſ. Palat. d'Orvill. cum accuſativo adhibuit etiam Siſenna apud Nonium *juxtim Numicium flumen obtruncatur*. Adde Colvium in Add. Ceterum τὸ *exadverſum* nullus cod. favet, ſi Exc. Cujac. & Voſſ. excipias. V. Burm. & quae notavi ad Caeſ. C. 39.

3 *Si quem reorum.*] Exc. Voſſ. *ſi quid r.* Dein *ſubditus* prave Medic. ſec. Mox *quaeſtoris* Vindobon. pr. Edd. Sabell. Mediol. Calder. Lugd. Junt. & tandem *moribus* exſulat a Ferr. Cort. Edd. Rom. pr. Ven. Mediol. &c.

4 *Reciſis.*] Sic ex Salmaſiano libro veteri, & duobus aliis MSS. Torrentii & Stephani editione reſcripſi. Vulgati *reſciſſis*. Aliud eſt *reſcindere*, aliud *recidere*. *Reſcindere* eſt irritum facere, ut capite praecedente: *conſtitutiones quaſdam ſenatus reſcidit*. ubi cod. Salmaſ. male *recidit*: ut etiam hinc liqueat,

que gladiatorum ad certum numerum redactis, Corinthiorum vaſorum pretia in inmenſum [1] exarſiſſe, treſque [2] mullos xxx milibus numûm veniſſe, graviter conqueſtus, adhibendum ſuppellectili modum cenſuit: annonamque macelli, ſenatus arbitratu, quotannis temperandam: dato aedilibus negotio, popinas, ganeaſque [3] uſque eo inhibendi, ut ne opera quidem piſtoria proponi venalia ſinerent. Et ut parcimoniam publicam exemplo quoque juvaret, ſollemnibus ipſe coenis [4] pridiana ſaepe ac ſemeſa opſonia adpoſuit, dimidiatumque aprum: adfirmans, *Omnia eadem habere*,

iſta verba ſaepe in membranis antiquis permutari. *Recidere* vero eſt minuere, tollere ſupervacua. Et jam olim ſic ſcribendum eſſe monuit ſagaciſſimus ille J. Fr. Gronovius (L. II. Obſ. C. 22.) cui Suetonius, & omne genus ſcriptorum tantum debet, quam ulli alii, qui ſtudium in eis emendandis poſuit. GRAEV. *Reciſis.* Ita MS. S. vulgo *reſciſſis.* GRON. Accedunt tres Medicei cum Hulſ. & Exc. Voſſ. Adi Torrent. & Comment. ad Caeſ. L. VI. B. G. C. 29. ad Epit. Liv. 2. & 57. *Omnia deliciarum inſtrumenta recidit.* Tennul. ad FRONT. L. IV. C. 1. § 7. *recidendorum impedimentorum gratia.* infr. in Cal. C. 44. *Commoda emeritae militiae recidit.* C. 55. *Armaturas recidit*, ubi idem vulgo erat error.

1 *Exarſiſſe.*] Vindob. ſec. *exereviſſe* e gloſſa. Adi ad Varr. de R. Ruſt. L. III. C. 3. *exeandefacere* & *incendere annonam.* Carrion. Lect. Ant. I, 10. Gron. Obſ. L. IV, 3.

2 *Mullos.*] In MSS. & Edd. Vett. de more eſt *mulos.* Videbantur autem Cel. Burmanno piſces *mulli* ab hoc loco alieni eſſe, quia non pertinent ad ſuppellectilem, ſed ſumptus menſae & macelli luxum; deque eo poſtea demum agit auctor. Quare conjecit *trullas* vel *trulleos*: qualia vaſa habebant vel Corinthia vel cryſtallina vel murrina, vel gemmea. Conſule Burm. Propius forſan accederet *mallavias*, vaſa a manibus lucndis ſic dicta, χειρόνιπτρα Graecis. V. Feſtum, Gloſſas, & Voſſ. in Etymol. Verum tamen quia *adhibendum ſuppellectili modum*, & *annonam macelli temperandam* junxit uni verbo *cenſuit*, etiam vaſorum pretia & mullorum, qui ſinguli X M. numum erant venditi, ſimul complecti potuit Suetonius Quare tutius locum intactum relinquemus: ut bene diſputavit Cl. Erneſti.

3 *Uſque eo.*] Medic. pr. Copeſ. *uſque adeo.* V. ad C. 14. Dein *praeponi* Vindob. ſec. & Ed. Rom. pr. male. Ceterum Aedilibus hanc curam dein a Tiberio fuiſſe remiſſam, docet Tacit. L. III. Ann. C. 55.

4 *Pridiana.*] Quid ſint *pridiana opſonia*, nemo neſcit. Non poſſum vero non ridiculum referre errorem Chriſt. Junkeri: quum enim in Ed. Graevianam typographi errore inrepſerit *praediana*, bonus ille Minellianarum notarum conſutor explicuit *ex praediis ſuis adlata*: quaſi vero *praedianus* vox eſſet Latina.

bere, quae totum. [1] Quotidiana oſcula [2] prohibuit edicto: item ſtrenarum commercium, ne ultra Kalend. Januarias exerceretur. [3] Conſuerat quadruplam ſtrenam, & de manu, reddere: ſed obſenſus, interpellari ſe toto menſe ab iis, qui poteſtatem ſui die feſto non habuiſſent, [4] ultra non tulit.

XXXV. [5] Matronas proſtratae pudicitiae, quibus accu-

1 *Quotidiana oſcula.*] MS. Salmaſ. *cotidiana*, ut fere vetuſtiſſimi quique codices, & inſcriptiones vetuſtae: *cottidianus*. Paulo poſt idem codex: *Conſueverat quadriplam ſtrenuam & de manu reddere.* ubi vides *ſtrenuam* pro *ſtrena* ſcribi, aeque ut in Lislaei codd. & Gloſſario. Sic & ſuperius in Auguſto C. 57. in eodem Salmaſiano codice legitur *ſtrenua*. GRAEV. *Cotidiana* S. GRON. Sic & Medic. pr. tert. Exc. Voſſ. marg. Ed. Mediol. ut paſſim. *ſcula* Vindobon. ſec. Harl.

2 *Edicto prohibuit.*] Ita MS. S. vulgo *prohibuit edicto*. GRON. Memmiani Codicis ordinem habent etiam omnes Medicei, & Exc. Cujac. cum Ed. Rom. ſec. Ceterum prave Pitiſcus confundit hoc de oſculis obviorum prohibendis edictum, forſan ſub praetextu luis *mentagrae*, veloci tranſitu oſculi proſerpentis, (ut conjecerunt viri docti quidam) cum alio edicto, quo excuſavit Tiberius primus valetudinem *coli* ſeu colici morbi. De utroque morbo, ante Tiberii tempus Romae incognito, agit Plinius L. XXVI. C. 1. §. 3. & 6. *edictu* Ed. Rom. pr.

3 *Conſuerat &.*] *Conſueverat quadriplam ſtrennam.* Ita MS. S. omiſſa vocula &, quae poſt verbum primum interponitur. Sic quoque alii MSS. in quibus quum legatur etiam *conſuerat*, illud hic & alibi admiſi, nullus dubitans, quin & in Memmiano legatur, etſi Salmaſius non annotaverit. GRON. Cum Gronovio reponi curavi *conſuerat* auctoritate Codd. Mediceorum, Polit. Vindob. ſec. Edd. Ven. Sabell. Mediol. Cald. ut ſaepiſſime. In Medic. tamen pr. tert. marg. Mediol. pr. *cenſuerat*. Unde vero poſt id verbum in Caſauboni editionem inrepſerit &, neſcio. Adparet hic ea copula in nullo MSto, niſi forte Vindob. pr. neque Ed. veteri. Itaque delevi. *Quadriplam* Medic. ſec. *quadripam* Exc. Voſſ. Praeterea *ſtrenuam* in Mediceis omnibus, Exc. Voſſ. Copeſ. Vix dubito, quin ſit pro *ſtrennam*: ut eſt in Harl. Cort. Edd. Romanis. V. ad Aug. C. 57.

4 *Ultra non tulit.*] Quum Torrentii, Gruteri, Caſauboni & Burmanni Codd. atque Edd. vetuſtis, ſi excipias Memmianum & Edd. Romanas, accedant Medicei, Vindobonenſes, Politian. aliique, cum Burmanno id verbum admiſi: ſive non paſſus eſt, noluit, ſe ultra interpellari, ſive interim & poſt parvam moram adpellari & rogari, ut C. 75. Veſp. C. 23. adeoque abſtinuit ſtrenam reddere: uti ex exemplis adlatis explicare videtur: niſi potius Suetonius *tulit* adhibuerit pro *dedit*, *obtulit ſtrenam*: ut credo. Alter enim ſenſus poëtis aptior eſt: at tunc *réddidit* ſolita repetitione non temere damnandum foret. Paullo ante in Vindob. pr. *ſe poſſe toto* m. & *ab his* MSS. & Edd. Vett.

5 *Matronas.*] *Matronaſque* praeter citatos a Burm. eſt in Vindob. pr. Edd. Rom. ſec. Mediol.

accuſator publicus deeſſet, ut propinqui [1] more majorum de communi ſententia coërcerent, auctor fuit. Equiti Rom. [2] jurisjurandi gratiam fecit, uxorem in ſtupro generi compertam dimitteret, quam ſe numquam repudiaturum ante juraverat. Feminae famoſae, ut ad [3] evitandas legum poenas jure ac dignitate matronali exſolverentur, lenocinium profiteri coeperant: & ex juventute utriuſque ordinis profligatiſſimus quiſque, quo minus in opera ſcenae arenaeque edenda ſenatus conſulto tenerentur, famoſi judicii notam ſponte ſubibant. Eos eaſque omnes, ne quod refugium in tali fraude cuiquam eſſet, exſilio adfecit. Senatori

diol. Cald. *matronas quae* Cortian.

1 *More majorum.*] Bene ſic e Torrentii, & ſuis libris edidit Caſaubonus: ut ſolet cum aliis noſter. V. Pitiſc. & Ner. C. 49. Domit. C. 11. atque ita dant omnes Medicei, Exc. Voſſ. In ceteris MSS. & Edd. prioribus *majorum more*. In Vindobon. pr. *quaſi communis*.

2 *Jurisjurandi &c. ut.*] *Jusjurandi* S. ut abeſt a MS. S. GRAEV. GRON. *Jusjurandi* in Harl. & Cort. atque Edd. Rom. ut in aliquot MSS. Livii L. 1. C. 32. citati a Cl. Burmanno, & MS. Lovan. Caeſaris L. 1. B. Civ. C. 76. at L. 111. C. 28. idem cum reliquis habet *jurisjurandi*. Ubi Caeſar vel Tacitus (ut ajunt Lexicographi) *jusjurandi* ſcribant a membranis confirmatum invenire nequivi; ac librariorum eſſe errorem exiſtimo. Delevi vero *ut*, elegantius ſubintellectum, auctoribus MSS. & Edd. iisdem, item omnibus Mediceis, Polit. Vindob. pr. Exc. Cujac. & Edd. Ven. Mediol. aliiſque multis. *in ſtupro gravi* utrique Vindob. & Hulſ. *repud. numq.* Vindob. ſec.

3 *Evitandas.*] Medic. ſec. Vindob. pr. Ed. Steph. *vitandas*. In auctore noſtro compoſitum nusquam alibi quam hoc loco occurrit; ſed ſaepe ſimplex. Dein & *ut ex* Vindob. ſec. *in opere* Medic. pr. tert. Polit. Vindob. pr. (in quo etiam *edendo*) & aliis corrupte. V. Burm. & Aug. C. 43. Calig. C. 58. Ner. C. 12. Vit. C. 10. &c. *arenaeve in* marg. Torr. *teneretur* Medic. tribus, Vindob. ſec. Copeſ. ſed fruſtra: ut vel patet ex *ſubibant*, quamquam in his aliquando numeri variatio habeat locum, & *ſubibat* etiam exſtet in Vindob. ſec. *famoſam* ac *ne refugium* Cort. cum aliis & Edd. ſec. xv. cum Cald. & Beroald. Male vero per *juvenes utriuſque ordinis* Manut. de Senatu Cap. 3. intelligit ſenatorios ordinis Patricii & Plebeji; cum fine dubio per *utrumque ordinem* auctor ſignificet ſenatorium & equeſtrem, ſcena & arena prohibitos. V. Torr. & Dion. L. LIV. p. 522. & ſic *trecentos utriuſque ordinis* in Aug. C. 15. intelligit ſenatorios & equeſtres: ut patet ex Dione L. XLVIII. p. 365. Adde & Aug. C. 40. Vaſpaſ. C. 9. *Amplifſimos ordines ſupplevit, recenſo ſenatu & equite; atque uti notum eſſet, utrumque ordinem &c. de jurgio ſenatorii equitiſque R. pro-*

nunc-

natori latum clavum ademit, [1] quum cognoſſet ſub Kalendas Julias demigraſſe in hortos, quo vilius poſt diem aedes in urbe conduceret. Alium [2] & quaeſtura removit, quod uxorem [3] pridie ſortitione ductam, poſtridie repudiaſſet.

XXXVI. Externas cerimonias, Aegyptios Judaïcoſque ritus compeſcuit: coactis, qui ſuperſtitione ea tenebantur, religioſas [4] veſtes cum inſtrumento

nunciavit. Vellej. L. II. C. 100. *utriuſque ordinis viri.* quem hic jam exciravit Cl. Erneſti.

1 *Quum cognoſſet.*] Ita MS. S. vulgo *cognoviſſet.* GRON. Nec ſecus duo Torr. Medic. tert. Exc. Cujac. & Voſſ. *quem* ex duobus MSS. probat Torrent. ut eſt in aliquot Edd. & citatur ab Hier. Boſſio de lato clavo Synt. XII. Sed tunc indicativo videtur uſurus fuiſſe Tranquillus. *Kalendis* Ed. Burm. Non autem ſenatori inſigne ordinis modo ademit locum ei in ſenatu relinquens, ut explicat Cl. Erneſti, ſed ipſa dignitate eum privavit, & ſenatu movit: ut paſſim notarunt viri docti, *latum clavum* pro ipſo ordine & dignitate poni. Adi modo Caeſ. C. 80. Aug. C. 94. Claud. C. 24. *Latum clavum, quamvis initio adſirmaſſet, non lecturum ſe ſenatorem, niſi civis Romani abnepotem, etiam libertini filio tribuit.* & ſaepe aliis in locis.

2 *Et quaeſtura rem.*] *A quaeſtura* S. GRON. Ut C. 56. *a contubernio.* Liv. L. V. C. 11. *a rep. remotos.* & paſſim. *e queſtura* Pulmann. Medic. ſec. tert. Vindobon. uterque, Cort. Exc. Voſſ. & alii Codd. cum Edd. Rom. Abeſt & a Medic. pr. Nihil muta. V. Burm. ad C. 42. *oculis remotus.* Liv. L. XLV, 15. *tribu remoti.*

3 *Pridie ſortitionem.*] Sic & Salmaſianus codex. Nollem Gruterum probaſſe Palatinorum librorum lectionem, qui cum nonnullis aliis praeferunt *ſortitione ductam.* Nihil verius eſt expoſitione Turnebi. GRAEV. Sic ex conjectura Turnebi L. XIV. Adverſ. C. 17. & ſolo Memmiano edidit Caſaubonus, & in maj. Ed. Graevius, Pitiſcus, Burm. Erneſt. Ceteri omnes MSS. & Edd. *ſortitione*; niſi quod in Urſ. Cod. ſit *ſortitionis. deductam* Ed. Vet. apud Boxhorn. Mihi iſtud Turnebi commentum non placet. Quaeſtores deſignabantur, antequam ſortiebantur de provinciis. Si ergo duxit uxorem, quia lege Papia Poppaea maritatus eſſe debebat, non tam ante ſortitionem debuit ducere, quam ante comitia quaeſtoria, licet ſortitio eodem, ut videtur, die, quo deſignatio, ſit peracta. Sed & inuſitata admodum eſt locutio *pridie ſortitionem*: cujus exemplum ſimile non facile quis adferat. Quare reſtitui *ſortitione.* Homo iſte non deſignatus modo *quaeſtor*, ſed jam munere fungens, per ſortem quaſi ludo jocoque duxerat uxorem, & pari levitate ſtatim poſt exactam noctem unam repudiarat: ut capiunt quoque Torrent. & Sctiv. Cic. Phil. VII. C. 4. *cui cum pridie frequentes eſſetis adſenſi, poſtridie ad ſpem eſtis inanem pacis devoluti.*

4 *Veſtes cum inſtrumento.*] Harl. Cort. Ed. Rom. princeps *veſtimento* habent; unde Sabellicus cum Cald. & Mediol. effinxit *veſtas cum veſtimento*, ridicule: ut Beroaldus & alii bene monuerunt. Dein *reliquias* &c. *ſemovit* Vindob. pr. *gr. & latroc.* Vindobon. ſec. Edd. Rom.

mento omni comburere. Judaeorum juventutem, per ſpeciem ſacramenti, in provincias gravioris caeli diſtribuit: reliquos gentis ejuſdem, vel ſimilia ſectantes, urbe ſubmovit, ſub poena perpetuae ſervitutis, niſi obtemperaſſent. Expulit & mathematicos: ſed deprecantibus, ac ſe artem deſituros promittentibus, veniam dedit.

XXXVII. In primis tuendae pacis a graſſaturis ac latrociniis ſeditionumque licentia curam habuit. Stationes militum per Italiam ſolito frequentiores diſpoſuit. Romae caſtra conſtituit, quibus Praetorianae cohortes, vagae ante [1] id tempus, & per hoſpitia diſperſae, continerentur. Populares tumultus [2] exortos graviſſime coërcuit; & ne [3] orirentur, ſedulo cavit. Caede in theatro per diſcordiam admiſſa, capita factionum & hiſtriones, [4] propter quos diſſidebatur, relegavit: nec, ut revocaret, umquam ullis populi precibus potuit evinci. Quum [5] Pollentina plebs funus cujuſdam primipilaris non prius ex foro miſiſſet, quam extorta pecunia per vim heredibus ad gladiatorium munus; cohortem ab urbe, & aliam

a

1 *Id.*] *Idem* Cort. Exc. Cujac. Voſſ. Ed. Rom. ſec.

2 *Exortos.*] Cod. Salm. *& orsos.* GRAEV. GRON. *Et ortos* etiam Polit. Vindob. pr. Copeſ. ex more Suetonii & repetentis; unde Lipſius margini adlevit *& exortos.* Intelligit autem ſine dubio non tantum plebis, & Quiritium tumultus, rixaſque factioſas in ſpectaculis; ſed & plebejos alibi motus, ut ſubjecta exempla docent. Adi Celeb. Erneſti.

3 *Orirentur.*] *Orerentur* S. GRON. V. ad Jul. C. 64. Claud. C. 13. Drakenb. ad Liv. L. XXIII. C. 16.

4 *Propter quos diſſidebatur.*] P. *quod* S. GRON. *Deſidebatur* Vindob. pr. Ed. Rom. pr. *Umquam* exſulat a Medic. pr. tert. Et ſane nihil ſententiae detrahitur, ſi abſit.

5 *Polentina.*] *Pollentina* S. GRON. Per *ll* etiam in Mediceis tribus, Exc. Voſſ. Edd. Sab. Cald. Mediol. Bonon. Pitiſci & Burm. recte, a *pollere.* Ubique variant MSS. & Edd. immo & *Polentia* in Inſcript. Grut. p. 925. N. 1. Sed vide Cluver. Ital. Ant. L. 1. p. 83. *Polentia* Cort. Mox ſolito errore *gladiatorum* Medic. pr. Vindob. uterque, Cort. & alii cum Edd. Rom. pr. Ven. multiſque ſeqq.

1 Co-

a [1] Cottii regno, diſſimulata itineris cauſſa, detectis repente armis, [2] concinentibuſque ſignis, per diverſas portas in oppidum inmiſit; ac partem majorem [3] plebei ac decurionum in perpetua vincula conjecit. [4] Abolevit & vim, moremque aſylorum, quae uſquam erant. Cyzicenis in cives Romanos violentius quaedam auſis, publice libertatem ademit, quam Mithridatico bello [5] meruerunt. Hoſtiles motus, nulla poſtea expeditione

1 *Cotii regno.*] MS. Salmaſ. Rob. Steph. aliaeque veteres editiones: *Cotti*. Hinc *Cottiae Alpes*. Sic & nomen iſtud ſcribitur in antiquis marmoribus. Male Urſinus hic legendum ſtatuit *Cotis*, ut bene monuit Caſaubonus. GRAEV. *Cotti* dant quoque Medicei omnes, Copeſ. Periz. Exc. Cujac. Voſſ. Edd. Rom. poſt. aliaeque. *Cocti* Vindobon. ſec. Cort. Harl. Edd. Rom. pr. Mediol. & plures. *Coti* Vindobon. pr. Bonon. Sed *Cottii* bene jam Veneti exhibuerunt. Rex ille Inalpinus *Cottius* vocabatur, non *Cotius* aut *Cottus*: licet *Cotti* in Genitivo, contracte more ſolito, uti & apud Sidon. Apoll. Carm. 7, 527. ſcribatur. Hinc Alpes *Cottiae* non tantum; ſed & *Cottianae* in Inſcriptionibus, Tacito, aliisque. V. Cluv. L. 1. Ital. Ant. C. 12. Comm. ad Aur. Vict. Caeſ. C. 5.

2 *Concinentibuſque.*] *Convenientibuſque* Vindobon. pr. Harl. & Edd. Ven. Cald. Mediol. quae in marg. alteram lectionem ſervat, Bonon. & Ald. *convenientibus* Ed. Rom. pr. peſſime. Nam *per diverſas portas* inmiſit, uti venerant, una ab urbe, altera ab Alpibus, includentes mediam Pollentiam juxta Alpes ſitam. Sed utriuſque cohortis ſigna ſimul cecinere. Lucan. L. 1, 238.

Stridor lituum clangorque tubarum
Non pia concinuit cum rauco claſſica cornu.

Altera vox ex mala gloſſa eſt nata, quia *concinere* etiam ſignificat *convenire*. V. ad Feſtum.

3 *Plebis.*] MS. Salmaſ. *plebei*, & ſic ubique. Frequentius veteres hac flexione ſunt uſi. Sic in antiquiſſimis libris & inſcriptionibus fere ſemper, *tribunus plebei*. GRAEV. *Plebei*. Ita MS. S. vulgo *plebis*. GRON. *Plebei* exſtat quoque in Medic. ſec. Exc. Cujac. Voſſ. & Ed. Burm. In reliquis *plebis*. Sic & in Dativo Domit. C. 4. Adi Drak. ad Liv. L. 11. C. 33. XXVII, 20. & alibi.

4 *Abolevit & jus, mor.*] *Abolevitque* Cop. Periz. Cort. Edd. Rom. Vide Cel. Erneſti ad Ner. C. 38. Burm. ad C. 34. 43. & deeſt Copeſ. Dein reſtitui cum Burmanno *vim*, quae vox, praeterquam in Copeſ. Periz. Harl. & Edd. ante Eraſmum, habetur quoque in Medic. pr. ſec. Vindob. ſec. Cortian. & Edd. Ald. Steph. *jus* enim omne non ſuſtulit; ſed *vim*, & pravum aſylorum *morem*: iisque modum adhibuit, & praeſcripſit, ſpeciem & imaginem ſine re relinquens: ut bene viri docti obſervarunt ex Tacito L. III. Ann. C. 60. & ſeqq.

5 *Meruerant.*] *Meruerunt* S. GRON. Ita reſtitui, refragante quidem Cl. Erneſtio, ſed auctoribus MSS. Pulmanni, Burmanni, Mediceis tribus, Politian. Vindob. ſec. Cort. & Edd. Vett. uſque ad Beroald. aliiſque. Eam libertatem ad-

tione ſuſcepta, per legatos compeſcuit: [1] nec per eos quidem, niſi cunctanter & neceſſario. Reges infeſtos ſuſpectoſque comminationibus magis & querelis quam vi repreſſit. Quoſdam, per blanditias atque promiſſa extractos ad ſe, non remiſit; ut [2] Maroboduum Germanum, [3] Rhaſcupolim Thracem,

ademerat iis quoque, ſed & mox reſtituerat Auguſtus. V. Comment. hic, & ad Aug. C. 47.

1 *Nec p. e. quidem.*] Ita MS. S. vulgo *ne p. e. quidem* GRON. Accedunt in *ne* tres Medicei, Copeſ. & Vindob. pr. cum J. Fr. Gronov. ad C. 15. & Ed. Graev. priore. Quia tamen videtur hic *nec* pro *& ne* majorem emphaſim habere, illud retinui. Adi ad Caeſ. L. v. C. 44. In Calig. C. 11. *proboſam vitam nec tunc quidem inhibere poterat.* Sic MSS. conſtanter. At in Ovidii Ep. x, 143, praefero quoque *ſed ne poena quidem.* Plura ad Appulej. Mox auctius exhibet Vindob. pr. *callide quoſdam.* Sed vide Eutrop. L. VII. C. 11. Dubitat vero vir doctiſſimus ad C. 63. jungendumne *extractos ad ſe*, an *ad ſe non remiſit.* Cujus ego ſententiae ſim, patet ex diſtinctione, quam apponi juſſi. Alterum vix intelligo, nec Latinum puto.

2 *Maroboduum.*] Sic cum Ald. & Steph. reſcripſi ex tribus Mediceis, Copeſ. & aliquot Torrent. uno Pulm. in quibus *Marobodum*: ut in Strab. L. VII. p. 290. Ed. Caſ. τὸ τῦ Μαροβόδυ βασίλειον. In reliquis fere & Edd. Vett. *Marabodum*, Sed *Marobodus* vocatur Vell. L. II. C. 108. &c. Tac. II. Ann. 26. &c. & in MSS. Aur. Vict. Epit. C. 2. ubi vulgo *Maraboduum* editur.

3 *Thraſcypolim Thracem.*] Quam varie in libris ſcribatur hoc nomen, monuerunt docti viri. Rectiſſime ſcribitur apud Tacitum *Rheſcyporim*, pro quo more Dorum Dio *Rhaſcyporim* ſcripſit. Omnem dubitationem nobis eximunt duo nummi aerei, quorum alter eſt hujus, alter alterius Rheſcuporidis, qui nepos illius fuit, vixit tempore Neronis, & in altero legitur PHCKOYПORIA. in altero PICKOYП. quos debemus Cl. Vaillantio in notis, quas dedit ad ſelecta Seguini numiſmata. Numi veteres, quos attulit Patinus ad hunc locum, docent, ita legendum eſſe. Doleo non id ſecutos eſſe librarios in hac editione. GRAEV. Delevi litteram *T* ab initio, quam prave plerique librarii addiderunt. Sed *Rhaſcupolim* Latini aeque dixerunt, ac *Rhaſcuporim*: ut docui ad Lucan. L. V, 55. & Caeſ. L. III. B. Civ. C. 4. Mediam igitur viam cum D. Voſſio ad Vellej. L. II. C. 129. item Ber. Ald. Steph. aliisque, teneo inter illos, qui e nummis ubique hoc nomen reſcribi volunt, in quibus & Ill. Maffejus in Epiſt. p. 106. & e contrario illos, qui etiam *T* litteram, quae nuſquam in idoneis Codd. praeterquam hoc loco additur, ſervandam contendunt, quaſi ex Germanorum ſermone defluxam. Sed quid Germanis commune cum Thraciae rege? Et ſi eam litteram addiderunt librarii, nihil hoc ad Suetonium ipſum adtinet. Juvant quoque MSS. nonnulli Torrentii, in quibus *Raſcipolim*, & Vindob. pr. *Raſibolum.* Cetera lectionum monſtra proferre haud lubet. Quantum vero erret doctiſſimus juvenis, qui in Miſcell. Obſerv. Nov. T. V. p. 458. hoc exemplo probare adnititur, ⊙ nonnumquam vitioſe omitti, vel ex nummis patet quamplurimis, in quibus nusquam ⊙ comparet. *Arch. Cappad.* deſunt male Medic. ſec. a

m

Thracem, Archelaum Cappadocem, cujus etiam regnum in formam provinciae redegit.

XXXVIII. Biennio continuo poſt adeptum imperium pedem porta non extulit: ſequenti tempore, praeterquam in propinqua oppida, & quum longiſſime, Antio tenus, [1] nuſquam afuit; idque perraro & paucos dies, quamvis provincias quoque & exercitus reviſurum ſe ſaepe pronunciaſſet: & prope quotannis profectionem praepararet; vehiculis comprehenſis, [2] commeatibus per municipia & colonias diſpoſitis; ad extremum vota pro itu & reditu ſuo [3] ſuſcipi paſſus, ut vulgo jam per jocum *Callipides* vocaretur: quem curſitare, ac ne cubiti quidem menſuram progredi, proverbio Graeco notatum eſt.

XXXIX. Sed orbatus utroque filio, quorum Germanicus in Syria, Druſus Romae obierat, ſeceſſum Campaniae [4] petit; conſtanti & opinione & ſermone paene omnium, quaſi neque rediturus umquam, & cito mortem etiam obiturus: quod paullo minus utrumque evenit. Nam neque Romam

m. pr. Exc. Cujac. & Voſſ. Adi Comment.

1 *Nuſquam abfuit.*] *Afuit* S. GRON. Cum tribus Mediceis, & Torr. de quo ſupra ſaepe. In aliis & Edd. Rom. *aſſuit*. In iiſdem *uſquam*. Supra *opp. propinqua* Vindob. pr. Dein *per raros & p. d.* cum Periz. & Edd. a Burm. citatis Vindob. pr. Cort. Edd. Campani, Mediol. Cald. At in Vindob. ſec. *raro & per p. d.* Mox *ſe ſe pron.* Vindob. uterque.

2 *Commeatibus.*] Impedimentis & inſtrumentis ad longius iter neceſſariis, nec non comitibus: ut docet Tacit. 1. Ann. 47. V. ad Hirt. L. VIII. B. G. C. 30. *Impedimenta & commeatus intercepe-rant*: ubi in aliis *comitatus*: ut in Liv. L. XXII. C. 37. Sub his etiam intelliguntur jumenta, quae & impedimentorum nomine veniunt. Adi ad Front. L. II. C. 1. §. 11.

3 *Suſcipi.*] In Vindob. pr. *recipi*. Vulgo autem prave plena diſtinctio ponitur ante *vel ad extremum*. Cohaerent enim praecedentibus. Mox *Gallipidis* Medic. pr. tert. *Gallipedis* Polit. Vindob. pr. In ceteris & Edd. Vett. *Gallipedes* vel *Galipedes*. in aliis ac Torrent. Pit. *Callippides*: ut Graecis. *cubitique* margo Periz. Edd. Cald. Mediol. ſed quae in marg. jam oſtentat ex Romanis Edd. *quidem*.

4 *Petit.*] Sic Medic. Polit. Vindobonenſes, Hulſ. Periz. Cort. Copet. Exc. Voſſ. & Edd. Vett. In aliis *petiit*. Dein *etiam mori*. Vindob.

mam amplius rediit: [1] sed & paucos post dies juxta Terracinam in praetorio, cui Speluncae [2] nomen est, incoenante eo, complura & ingentia saxa [3] fortuito superne [4] dilapsa sunt; multisque conviva-

dob. pr. *obit. etiam* Exc. Cujac.

1 *Sed &.*] Abest & a MS. S. GRON. Item a Medic. pr. tert. Polit. Copes. & Harl. Sed adest Periz. ut reliquis. Dein *Tarracinam* Medic. sec. tert. Vindob. sec. quod malim: quamvis τὸ *e* retineant libri in Galba C. 4. *Taracinam* Vindob. pr. *Terracenam* Ed. Rom. sec. male. Ubivis fere ea est varietas: nec constant sibi lapides. Adi Ph. Cluv. Ital. Ant. L. III. C. 7. p. 1009. & seqq. ac quos laudat Cl. Drak. ad Liv. IV, 59, 4. Gud. Inscr. p. 101. N. 2. Don. Cl. IV. N. 18.

2 *Nomen erat.*] Ergone ea villa magnifica jam Suetonii aetate diruta erat? Sic certe suspicari liceret ex praeterita verbi substantivi forma, & Plinio L. III. C. 5. §. 9. *Dein locus Speluncae*: quod interpretatur Cluverius L. III. Ant. Ital. C. 10. ubi fuit villa Speluncae. Verum in Mediceis tribus, Politian. Vindob. sec. Copes. Exc. Cujac. exaratur *est*; nec dubito, quin etiam in aliorum sit codicibus, sed ab inspectoribus neglectum. Nam ita dant quoque margo Ed. Mediol. item Basil. Steph. Quare id reposui, explicans Plinium *locus, ubi est Spelunca illa nobilis.* vel *locus, Speluncae* dictus. Nam teste Strabone L. V. p. 233. ἀνέῳγε δ' ἐντεῦθεν σπήλαια ὑπερμεγέθη, κατοικίας μεγάλας καὶ πολυτελεῖς δεδεγμένα. Et forsan neutrum scripserit Suetonius, sed simpliciter *cui speluncae nomen*: ut Tacit. L. IV. Ann. 59. *Vescebatur in villa, cui vocabulum Speluncae.* unde liquet *praetorium* hic non sumi pro diaeta seu triclinio villae sive praetorii, ut quidam existimant. Mox *incoenante eo* exponunt viri docti pro *intus* vel *inibi*: ut in marg. Seb. Gryph. seu *ibidem coenante*, ut *instare, inpasci*, pro *intus stare & pasci*. Durius tamen videtur. A Vindob. sec. exsulat participium. In primo solum *coenante*, uti & Lipsius e codice suo notaverat. Cogitavi aliquando, an dederit auctor *nomen inest, coen. eo.* Ovid. L. III. ex P. 3, 104.

Grandius ingenio nec tibi nomen inest.

quod & in multis MSS. legitur L. III. Am. 9, 4.

Ah! nimis ex vero nunc tibi nomen inest.

Sed nihil definio.

3 *Fortuito.*] Optime Codd. Torr. Cort. Edd. Rom. *fortuitu*; frequentissima mutatione. Adi Burm. & me ad Caes. L. VII. B. G. C. 20. Suffr. Petr. ad Cic. L. I. de Off. C. 29. *Temere ac fortuitu.* MSS. a me visi in Timaeo C. 18. *inmoderate & fortuitu.* Vitruv. L. II. C. 3. *parietes fortuitu sidentes.* Sic 2. Voss. antiquissimi: uti & L. II. C. 6. *non ad voluntatem hominum sed fortuitu disparata.* nec non eidem L. IV. C. 1. bis, ut in Franek. etiam legi monuit Cl. Wesseling. Plin. L. VIII, 16. *Dum fortuitu fidens* &c. L. XI. C. 37. *alia fortuitu incidentia*: ubi tamen Leid. pr. dat *fortuito.* In veterrimo Cod. Leid. Boethii L. V. de Consol. Philos. Pros. 1. *Hoc igitur fortuitu creditur accidisse.* Priscian. p. 1016. *Forte vero eventus pro* fortuitu, *quod a* fortuitus *derivativo nomine fit.*

4 *Delapsa.*] *Dilapsa* S. GRON. *Delapsa* legitur in solis Medic. pr. Vindob. pr. Edd. Bas. Gryph. Plant. & seqq. Per *di* videtur magis copia lapidum variis & diversis simul partibus decidentium, seseque in casu suaque collisione huc illuc dissipantium exprimi; unde tam multi sunt elisi: ut in verbis *dis-*

sun-

vivarum & miniſtrorum eliſis, praeter ſpem evaſit.

XL. Peragrata Campania, quum Capuae Capitolium, Nolae templum Auguſti, quem cauſſam profectionis [1] praetenderat, dedicaſſet, Capreas ſe contulit: praecipue delectatus inſula, quod uno parvoque litore adiretur, ſepta undique praeruptis inmenſae altitudinis rupibus, & profundo maris. Statimque revocante adſidua obteſtatione populo, propter cladem, [2] qua apud Fidenas, ſupra XX hominum milia, gladiatorio munere, amphitheatri ruina [3] perierant, tranſiit in continentem, poteſtatemque omnibus adeundi ſui fecit: tanto magis, [4] quod urbe egrediens, ne quis ſe interpellaret, edixerat, ac toto itinere adeuntes ſubmoverat.

XLI. Regreſſus in inſulam, Reip. quidem curam

fundere, *disjicere* & aliis crebro obſervatum eſt, licet iſta diffuſio & disjectio etiam ſuperne fiat. Saepe *aedes vetuſtate dilapſa*. Adi Drak. ad Liv. L. IV. C. 20.

1 *Praetenderat.*] Vindobon. ſec. *protend.* Medic. ſec. *praetenderet.* Vindobon. pr. *contulit ſe praecipuo.* Dein, licet non neſciam, *profundum maris* capi poſſe pro *maris profunditate*, & alibi *profundum maris*, *puteorum* & ſimilia occurrere, mallem cum Stephano, ſi aliqui Codd. addicerent, legere *mari*: ut in Calig. C. 37. & paſſim. 5 facile adhaerere potuit ex ſequenti voce *ſtatim*.

2 *Qua.*] *quam* S. GRON.] *Quia* Medic. pr. tert. Copeſ. marg. Ed. Mediol. Supra in Edd. Rom. *praeter*. Ceterum *Fidenas* in plur. cum noſtro hic & in Calig. C. 31. efferunt alii multi, multi etiam in ſing. *Fidenam*. Tacitus & Plutarchus utroque numero. Sed Cluverius pluralem ſolum in illis praefert; ubi & de numero occiſorum agit L. II. Ital. Ant. C. 9. *hominum XX.* Vindob. pr. Contra *milia hominum* Exc. Cuj.

3 *Perierant.*] *Pariebant* S. GRON. Dein *incontinenter* prave Medic. pr. tert.

4 *Quod ab urbe egrediens.*] Abeſt praepoſitio à MS. S. GRON. Non agnoſcunt eam quoque Torrentiani duo, Medic. pr. tert. Vindobon. ſec. Copeſ. Hulſ. Exc. Voſſ. Edd Rom. ſec. Steph. Vere. Adi Burmann. *Quo* eſt in Cort. Periz. Edd. Rom. Ven. Sabell. Mediol. Cald. Ex τῷ *quod* fecerunt *quo ab*. In Vindobon. pr. *quod ab urbe digrediens*, non male; ſed ortum, ut videtur, a manu emendatrice. Dein *ne qui ſe interpellarent* Vindob. ſec. Sed Medicei tres *ne qui ſe interpellaret*: ut paſſim *ne qui*, *ſi qui* in vetuſtiſſimis MSS. ponitur; ubi vulgo *quis*, de quo alibi. Mox Ed. Rom. *reverſus*, quod tamen nullus Codex oſtentat. item *ſuppleret* Vindobon. ſec. Cortian. Edd. Rom. Mediol. Cald. cum aliis apud Burm. *ſupleverit* Vindob. pr.

ram uſque adeo abjecit, ut poſtea non [1] decurias equitum umquam ſubplerit: non tribunos militum praefectoſque, non provinciarum praeſides ullos mutaverit: Hiſpaniam & Syriam per aliquot annos ſine conſularibus legatis habuerit: Armeniam a Parthis occupari, Moeſiam a Dacis Sarmatiſque, Gallias a Germanis vaſtari neglexerit: magno dedecore imperii, nec minori diſcrimine.

XLII. Ceterum ſecreti licentiam [2] nactus, & quaſi civitatis [3] oculis remotus, cuncta ſimul vitia, male diu diſſimulata, tandem profudit: de quibus [4] ſingillatim ab exordio referam. In caſtris tiro etiam tum, propter nimiam vini aviditatem, pro Tiberio, *Biberius*: pro Claudio, *Caldius*: pro

1 *Decurias Equitum ſupplerit.*] In uſum rei militaris, de qua toto hoc capite agit; & ita dixit in Calig. C. 43. *Supplendus numerus Batavorum*: ut paſſim *ſupplere legiones*. Hinc neſcio quomodo Beroaldus, Lipſius, & Erneſtius in Excurſu hic potuerint cogitare de *decuriis judicum*, quas licet Tacitus ſcopo inſerviens ſemel L. XIV. Ann. C. 20. vocaverit *equitum decurias*, nuſquam tamen ita vocat Suetonius; ſed vel *dec. judicum*, vel ſimpliciter *decurias*. quia judicum decuriae non ſolis equitibus, ſed patriciis quoque & plebejis, aerariis, ac ducenariis conſtabant, e rantque quatuor; in Aug. C. 32. Hinc cum Burmanno (nihil enim hic ait Graevius) accedo Philippo a Turre in Mon. Vet. Ant. p. 51. ex Taciti L. III. Ann. C. 30. *Cenſoria poteſtate legendis equitum decuriis functus.*

2 *Nactus &c.*] *nanctus* & *remotis* S. GRON. V. ad Caeſ. C. 11.

3 *Oculis remotus.*] Cod. Salm. & R. Steph. edit. *quaſi civitatis oculis remotis.* quod & non improbandum, GRAEV. *Remotis* dant quoque Medic. pr. tert. Urſin. Hulſ. Sed ipſe ſe removerat ab oculis civium; non cives juſſerat *removere oculos;* quod dicuntur, qui avertunt ſe ſive ultro ſive juſſi. Sic *remotis arbitris* eſt abire juſſis; *remotus arbitris*, qui illis ſe ſubduxit. Vide etiam Burm.

4 *Sigillatim &c.*] *Singillatim* & *tyro*, non *tiro*. S. GRON. *Singillatim* quoque Medicei tres, uterque Vindobon. Cort. Exc. Voſſ. ut edidi. V. ad Aug. C. 9. Mox *tum* abeſt a Cort. Edd. Rom. *quum* dant Edd. Mediol. Cald. & aliae, male. V. ad Cal. C. 10. Dein *pro Tib. Biberio* Vind. ſec. pro *Caldius* in Med. pr. tert. Exc. Cuj. *Claudius*: ſupraſc. in Medic. tert. *Claudiis*. in marg. Ed. Mediol. *caudus*. Non intellexerunt librarii iſti, quid *Caldius* ſibi vellet a *caldo*, vel *calda*. Adi Comment. In verſu ſecundo carminis, quod ineditum protulit Cl. Burm. forſan legendum eſt *uno die conviviis peracto*. Nunc abundat ſyllaba *convivioque peracto*, & claudet metrum. Sunt enim verſus Jambici trimetri catalectici.

pro Nerone, *Mero* vocabatur. Poſtea [1] princeps in ipſa publicorum morum correctione cum Pomponio Flacco & L. Piſone noctem continuumque biduum epulando potandoque conſumſit: quorum alteri Syriam provinciam, alteri praefecturam urbis confeſtim detulit, codicillis quoque *jucundiſſimos & omnium horarum amicos* profeſſus. [2] Seſtio Gallo libidinoſo, ac prodigo ſeni, olim ab Auguſto ignominia notato, & a ſe ante paucos dies apud Senatum increpito, coenam ea lege condixit, ne quid ex conſuetudine inmutaret aut demeret: utque nudis puellis miniſtrantibus coenaretur. Ignotiſſimum quaeſturae candidatum nobiliſſimis antepoſuit, ob epotam in convivio, propinante ſe, vini amphoram. Aſellio Sabino HS. ducenta donavit pro dialogo, in quo boleti, & ficedulae, & [3] oſtreae, & turdi certamen induxerat. Novum denique officium inſtituit a voluptatibus, praepoſito equite Rom. T. Caeſonio Priſco.

XLIII.

1 *Princeps.*] Mortuo ſcilicet jam Auguſto. Plin. L. XIV, 22. Infr. C. 47, 57. & paſſim. Pro *correctione* in Medic. pr. ſec. cum Edd. Gryph. Plant. *correptione*, male. Mox *provinciam* deeſt Vindob. pr. in quo & *dederit* pro *detulit*. *codecellis* Medic. pr. ſec. Exc. Voſſ. *codicillisque j.* Cort. Edd. Rom. pr. Ven. Sab. Cald. Mediol. Male hic *Pompejo* in Torr. Cod. & Vinc. Beluac. legi, dudum monuit etiam Lipſ. ad Tacit. L. VI. Ann. C. 27. & hic loci Boxhorn. Is autem praeſes Syriae fuit ab A. U. 775. ad 786. & Piſo, praefectus urbi XX per annos obiit A. U. 785. Adi Tacit. L. VI, 10. 27. Hinc multiplices nodi, quos ſolvere non eſt meum. Vide Comm. ad Tacit. & hic Cel. Erneſti.

2 *Seſtio Gallo.*] *Gallio* S. GRAEV. GRON. Emendavit ita Torrentius; cum antea ederetur *Seſtio Claudio* ut in Exc. Voſſ. vel *Sextio Claudio* ut in multis MSS. vel *Sex. Claudio*, vel *Sextio Clodio*. in marg. Ed. Mediol. *Sextio Gaulio:* ut habet Vindobon. pr. *Seſtio Gaulio* Copeſ. Med. pr. tert. ac Cod. J. Crucei, ipſo probante T. 1. Fac. Crit. p. 891. Dein *nullis* pro *nudis* vitioſe in Edd. Gryph. & Plant. Mox *in quaeſtura* Vinc. Beluac. prave probante Boxhornio, & *properante ſe* Medic. pr.

3 *Oſtreae.*] *Oſtria* S. GRON. *Oſtrea* Medic. pr. tert. Copeſ. item *indixerant* prave Medic. pr. tert. In aliis *indixerat*. Dein *propoſito*, item & *Ceſorio* Edd. Mediol. Cald. cum aliis. & *Caeſonio* Ed. Rom. pr.

1 *Ca-*

XLIV. Majore adhuc & turpiore infamia flagravit: vix ut referri audirive, ne dum credi fas ſit. Quaſi [1] pueros primae teneritudinis, quos *piſciculos* vocabat, inſtitueret, ut natanti ſibi inter femina verſarentur, ac luderent lingua morſuque ſenſim adpetentes; atque etiam quaſi infantes firmiores, necdum tamen lacte depulſos, inguini, ceu papillae, admoveret; pronior ſane ad id genus libidinis & natura & aetate. Quare Parrhaſii quoque tabulam, in qua [2] Meleagro Atalanta ore morigeratur, legatam ſibi ſub conditione, ut, ſi argumento obfenderetur, decies pro ea ſeſtertium acciperet: non modo praetulit, [3] ſed & in

tius emendavit: *καπρῶν eum.* aut ut politiſſimus Rurgerſius *καπρῶν eum.* Eo alludit quoque illud Atellanae dictum; *Hircum Vetulum Capreis naturam ligurire*, ubi alluſum eſt ad Inſulam Capreas ſimul & ad laſciviſſimum animal. GRAEV. *καπρῶν eum* conjecit quoque Urſinus. Nam in quibuſdam Codd. eſt *capronem* vel *caprona*. Conſule Rutgers. Lib. VI. Var. Lect. C. 7. Mihique unice verum videtur. *Caprejum* divinavit Gatakerus ad M. Anton. de rebus ſuis L. XII. §. 27. *Caprinum eum* ex Caſauboni conjectura ediderunt alii. Dein *ac turp.* in tribus Medic. Exc. Voſſ.

1 *Pueros.*] *Puros.* forte *puſos* S. GRON. Alii *putos.* Sed *puros* nihil niſi librarii aberratio eſt: ut ſtatim *feminas* pro *femina* (de qua voce adi ad Tit. C. 4.) in Cort. Edd. Rom. aliiſque MSS. & Edd. *ſenſim* autem ſignificat paullatim, pedetentim, & poſt mora aliquas, quo major ſibi prurigo moveretur. V. C. 11. Ner. C. 26. Vitell. C. 9. Rhet. C. 1. Ovid. L. 11. Art. 717.

Non eſt Veneris properanda voluptas;
Sed ſenſim tarda prolicienda mora.

& paſſim. Non igitur hic *ſenem*, nec *penem* ſubſtituendum cum Cl. Erneſtio. *femina* intrinſecus intelligit auctor, honeſtius loqui ſolitus: ut patet e Veſpaſiani C. 23.

2 *Meleagro.*] Perperam J. Harduinus hanc Parrhaſii tabulam confundit cum alia, in qua pictus erat Archigallus, a Tiberio amata, & 60. ſeſtertiis aeſtimata, ipſiuſque cubiculo incluſa, apud Plin. L. XXXV. C. 10. Recte vir eruditus Dav. Durandus probavit, diverſas eſſe tabulas, & hunc Meleagrum fuiſſe inter minores tabellas, quibus pinxit libidines, & petulantes jocos: quod dudum vidit Beroaldus. Ceterum *ore* exſulat a Medic. ſec. Cort. & Palat. duobus, tribus Torrent. totidemque Burmanni & Edd. Vett. uſque ad Beroaldum (niſi quod jam agnoſcat margo Baſil.) ac recte, judice J. Grutero L. x. Suſpicionum edito in Miſcell. N. Lipſ. Vol. III. T. 3. p. 520. Verum totus loci contextus docet, obſceniorem deſignari libidinem, a Beroaldo nimis aperte explicitam.

3 *Sed &.*] Abeſt & a MS. S. GRON. Item a Medic. ſec. Vindob. ſec. ut ſaepiſſime. V. ad Caeſ. C. 14. *protulit* in utroque Vindobon.

Dein

in cubiculo dedicavit. Fertur etiam in ſacrificando quondam captus facie miniſtri, acerram praeferentis, nequiſſe abſtinere, quin, paene vixdum re divina peracta, ibidem ſtatim ſeductum conſtupraret, ſimulque fratrem ejus tibicinem: atque utrique mox, quod mutuo flagitium [1] exprobrarant, crura fregiſſe.

XLV. Feminarum quoque, & quidem inluſtrium capitibus [2] quanto opere ſolitus ſit inludere, evidentiſſime adparuit, Malloniae cujuſdam exitu: quam [3] perductam, [4] nec quidquam amplius pati con-

Dein in Vindobon. pr. *Fertur etiam & in ſ.* in ſec. & Medic. ſec. *proferentis*, male. Tum *ſubductum* Cort. perperam. & *ſimul fr.* Periz. Cort. Ed. Rom. pr. *atriuſque* Vindobon. ſec. Sed vide ad Aug. C. 43.

1 *Exprobrarant.*] Sic rectius Cod. Salmaſ. vulgo -- *bant.* GRAEV. GRON. Accedunt Medic. pr. tert.

2 *Quanto opere.*] Ita MS. S. vulgo *quantopere.* GRON. Neque aliter exhibent Medic. pr. ac tert. V. ad Caeſ. C. 1. *illuſtrium* deeſt Cort. Ed. Rom. pr. *Malioniae* in nonnullis & Edd. Mediol. Cald. Sed adi Burm.

3 *Perductam.*] Male mutatum vult Caſaubonus. Non *producere* & *deducere* ſola ſunt verba lenonia, ſed & *perducere.* Juſtin. IX, 6. *perductum in convivium, ſolutumque mero Attalus non ſuae tantum, verum & convivarum, libidini velut ſcortum vile ſubjecerat.* Hinc *perductores* in I. Verrin. 12. Ciceroni lenonum ſunt ſocii, foedarum ſcilicet noctium conciliatores: *Lenonum, aleatorum, perductorum nulla mentio fiat.* GRAEV. *Productam* eſt in Medic. pr. Vindob. ſec. Eadem confuſio in Veſpaſ. C. 22. *Quum perductae pro concubitu ſeſtertia XL. donaſſet.*, ſollemni permutatione. Vide notam ſequentem. Sed bene conſtant ſibi Codd. in Calig. C. 25. *Perductam a marito conjunxit ſibi.* Adi Comm. ad Juſtini d. l. & Drak. ad Liv. L. XXVI, 50. Huc quodammodo pertinet Appul. L. VIII. Met. p. 171. *Puellae ſervum vobis pulcellum, en ecce! mercatu perduxi.* Sic leg. Vulgo *mercatus*, & Scriv. *produxi.* Sequitur *non ſervum, ſed maritum illum ſcilicet ſibi perduxiſſe.*

4 *Nec quidquam amplius.*] Beroaldus exponit *quae parata erat pati omnia praeter hanc teterrimam fellationis libidinem.* Torrentius explicat addendo *quam id quod feminarum erat;* probante in Add. Cl. Burmanno. Et recte. Sed eum ſenſum non permittit vulgata lectio *nec recuſantem pati quidquam amplius*, hoc eſt, *& permittentem quidquam amplius*, id eſt, *concubitum.* Verum tunc deſunt *praetereaque nihil*, vel ſimile quid. Immo additum adverbium *conſtantiſſime* docet, aliud voluiſſe auctorem intelligere, ſcil. eam nihil amplius, quam coitum, permiſiſſe. Quare niſi ſtatuamus, duas negationes pro una hic eſſe adhibitas; qua de re vide ad Cap. 26. recipienda eſt lectio Vindobon. ſec. Perizon. Cort. Edd. Roman. & *quidquam*: uti ex conjectura vidit Cl. Cannegiet. in Miſc. Obſ. Vol. VI. p. 604. In Med. ſec. Exc. Voſſ. *nequidquam.* Forſan auctor dedit *ac.* Clarius

conſtantiſſime recuſantem, delatoribus objecit: ae ne ream quidem interpellare deſiit, [1] *Ecquid poeniteret*: donec ea, relicto judicio, domum ſe [2] abripuit, ferroque tranſegit, [3] obſcoenitate oris hirſuto atque olido ſeni clare exprobrata. [4] Unde nota in Atellanico exodio proximis ludis adſenſu maximo

fuiſſet locutus, ſi *coitu* vel ſimilem vocem addidiſſet: Praecedentia enim non docent, illam paſſam eſſe iniri ſe; ſed vi deductam, ſive ſic ſatis invitam. Aut cum Caſaubono hic & in Veſpaſiani loco *productam* legendum. Nam & illic de volenti muliere eſt ſermo. Ac *produci* pro *illici* ſaepe ponitur. V. Graev. ad Juſt. I, 8. Heinſ. ad Vell. II, 128. notas ad Hirt. L. VIII. B. G. C. 48. In Perizon. *pati* non eſt, niſi in margine. Ante oculos habuiſſe hunc locum videtur Arnobius inpuriſſima deſcribens proſtibula Lib. II. p. 73. *In lupanaribus promtae, in fornicibus obviae, nihil pati renuentes, ad oris ſacri comparatae ſtuprationem.*

1 *Ecquid.*] Medic. pr. Vindob. pr. Pulm. duo, Cort. Ed. Camp. & *quid*, creberrima confuſione. V. ad Luc. L. III, 38. Drak. ad Liv. L. V, 36 *Ecquid* vero hic ſimpliciter interrogationi inſervit. Adi eumdem ad Lib. XXVII, 10, 2. & paſſim. *haec quid* Exc. Voſſ.

2 *Arripuit.*] *Abripuit* S. GRON. Et ſic omnes Medic. Copeſ. Exc. Voſſ. Palat. tres, Turn. L. XIV. Adv. 17. Ed. Steph. cum Burm. ut debet. Alioquin rectius foret *corripuit.*

3 *Obſcoenitate oris exprobrata.*] *Obſcoenitatem* S. GRON. Et ſic in duobus Palat. tribus Mediceis, Vindob. ſec. Copeſ. Periz. Ed. Rom. ſec. At in Exc. Voſſ *obſcoenitate moris*; ut conjecit Heinſ. Sed *obſcoenitatem oris* hinc emendabat Is Voſſius: ut hic quoque praeteriti temporis participium active ſeu deponentialiter ſumatur: de quo egi ad Aug. C. 21. *rebellantes multatus* vel *ultus eſt.* niſi potius iſte accuſativus ex mera librariorum aberratione ſit natus: ut Cap. ſeq. Certe *moris* haud placet. Nam ex ſeqq. patet *oris* retinendum, atque Tiberium a Mallonia correptum fuiſſe non minus ut fellatorem, quam irruminatorem. Sed foeditatis pudet.

4 *Unde nota in Atellanico exodio.*] MS. Salmaſ. & ceteri fere omnes, *unde mora in Atellanico exodio.* quod non erat mutandum. *Mora* eſt foemina fatua, aut quae fatuae foeminae in illo exodio partes agebat, ſicut *morio*, qui viri fatui perſonam ſuſtinebat. Sic in Claudio Cap. 38. Μωρῶν ἀναπαύσεις. In Ner. 33. *Nam & morari eum inter homines deſiiſſe, producta prima ſyllaba jocabatur.* Plaut. Trinummis: *Is mores hominum & moros & moroſos facit.* Idem Mil. Glor. II, 4. *Ego ſtultâ & mora multum, quae cum hoc inſano fabulem.* Ibid. A. III, 1. *Morus es. Nam in mala uxore atque inimica ſi quid fumas, fumus eſt.* Sed forte rectius legeretur: *unde morae in Atellanico exodio proximis ludis aſſenſu maximo exceptum percrebuit.* GRAEV. *Mora.* Ita MS. S. vulgo *nota.* GRON. *Mora* exaratur itidem in utroque Pulm. Cod. nec non Turnebi MS. & uno Torrentii, ac Scriv. item Medic. ſec. tert. Polit. Exc. Voſſ. Ed. Ven. pr. & marg. Mediol. *in* abeſt ab Exc. Voſſ. *exordio* Ed. Rom. pr. Sed conſule viros doctos ad Liv. L. VII. C. 2. *excepto* Medic. pr. a m. pr. Quo ſenſu vocem *moram* ſumſerit Gronovius, vellem addidiſſet. Turneb. L. XIV. Adverſ. C. 17. intelligit verſum ab Hiſtrionibus

maximo excepta, percrebruit: *Hircum vetulum* [1] *capris naturam ligurrire.*

XLVI.

nibus tractim pronunciatum, aut etiam iteratum, & hinc moram Atellanico exodio adlatam. At contortam hanc explicationem, & invita Minerva longe petitam, bene rejecerunt viri docti. Pro *fatua*, sive talis feminae partes agente, ut capiatur, non permittit vocabulum *excepta*, neque vocis ambiguitas, historico haud conveniens: ut vere notavit Cl. Burmannus. Vulgo exponunt, *reprehensionem*, *ignominiam*, ut in glossa Perizon. Cod. seu *infamiae notam*. Adi Comment. ad Phaedr. L. I. F. 3, 11. Mallem tunc exponere characterem, signum & indicium, quo egregie Tiberii mores, atque obscoenitas exprimebantur, agnoscebantur: ut C. 54. *Patefacta interiore animi nota*. Phaedr. L. III, 24. *Fabella talis hominum discernit notas*. ubi vide. Nec tamen hic acquiescere possum. Burmannus conjecit *nota vox* ex Phaedr. L. V, 7, 25. & Galb. C. 13. *Atellanis notissimum canticum exorsis*. Immo in Ed. Junkeri Lips. A. 1722. editur jam *unde nota i. A. e. p. l. a. m. excepta vox p.* An scripsit auctor? *Unde mira in At. ex. vox prox.* Istud enim *mora* in optimis Codd. de nihilo non est. Cogitavi aliquando, depravatum in illam fuisse τὸ *mox* &c. *excepta vox*. Sed ἐπέχω. Cl. Ernesti exponit *insignem dictionem*, seu ῥῆσιν, dubitanter tamen. *Attell.* Edd. Graev. *Attelan.* Ern. vitiose. Rescripsi tandem cum Casaub. Pit. Burm. *percrebruit*: ut est in Memm. Medic. tert. Ed. Bonon. aliisque. V. ad Jul. C. 79.

1 *Capris.*] *Capreis* S. GRON. *Capreis* exhibent omnes, quantum scio, MSS. & Edd. Vett. novitiaeque plurimae scriptura nata ex eo, quod crediderunt *capras* etiam dictas *capreas*, ut scribit quoque Cel. Burmannus; aliique opinati sunt, voce *capreis* simul allusum esse & ad insulam *Capreas* & ad lascivissimum animal, ut cum Rutgersio notat Graevius ad C. 43. licet ille cum Casaubono aliisque *capris* in contextu retinuerit. Eamque ego lectionem unice veram esse existimo. Neque enim *caprae* cum *capreis* sunt confundendae; ut nonnumquam fit a doctissimis viris. *Capreae* sunt *ferae*, Graece ζόρκες vel δόρκες seu δόρκαδες. Belgice rhebokken / steengeiten. Unde illarum passim mentio est in venatione. Ovid. Met. I, 442. *damis capreisque fugacibus*. L. V. Fast. 373.

Inbelles capreae sollicitusque lepus.

Martial. L. XIII. Epig. 99.

Pendentem summa capream de rupe videbis:
Casuram speres, despicit illa canes.

Appulej. L. VIII. Metam. p. 154. *Indagaturus feras; si quid tamen in capreis feritatis est.* & paullo post: *Nec ulla caprea, nec pavens damula, nec prae ceteris feris mitior cerva.* Sic enim e MSS. quinque & Ed. Juntae post. scribendum. Vulgo *capra*. uti & restitui in Caesaris Ed. mea secunda L. VI. B. G. C. 27. *consimilis capreis figura & varietas pellium*. non *capris*. Plin. L. XI. C. 37. §. 74. *Fel capreae, apri non habent*: ut bene corrigunt viri docti, pro *caprae*, quae habent fel. & sic Voss. pr. In quatuor aliis *caprae capri*. Scilicet *e* abiit in *c*. Hae autem *capreae* Graecis quoque vocantur αἶγες ἄγριαι, & masculi αἶγες ἄγριοι vel αἰγαγροι. V. Aelian. L. V. Anim. C. 40. Comm. ad Hesych. V. αἰγαγρίονα. Latinis *caprae ferae*. ut Virg. L. IV. Aen. 152.

Ecce ferae, saxi dejectae vertice, caprae.

ubi Servius. *Hoc est, capreae* [*quas Graeci* αἰγάγρους *vocant.*] *Et bene aptat descriptionem ad species,*

XLVI. Pecuniae parcus ac tenax, comites peregrinationum expeditionumque numquam [1] salario, cibariis tantum, sustentavit, [2] una modo liberalitate ex indulgentia vitrici prosecutus, quum tribus classibus factis pro dignitate cujusque primae sexcenta sestertia, secundae quadringenta distribuit, ducenta tertiae, quam non amicorum, sed [3] gratorum adpellabat.

XLVII.

ut cervis campos, capris saxa permittat. ubi delenda verba parentheſi incluſa, auctoribus MSS. & leg. *capreis saxa.* Cic. L. II. de N. Deor. C. 51. *Capras autem in Creta feras herbam quaerere, quae dictamnos vocaretur.* Sic MSS. & vide Comm. & Varr. L. II. de R. R. C. I. §. 5. II, 3, 3. *Oves enim, quas pascimus, ortae sunt ab ovibus feris; sic caprae, quas alimus, a capris feris sunt ortae.* Sic δορκάδες & αἶγες ἄγριοι junguntur Xenophonti in Cyrop. pag. 15. Cum his vero *capreis* nihil commune eſt *hirco*, ſed *capris*, quae Graecis ſimpliciter αἶγες & nobis geiten. Male confundit utraſque etiam Gruterus ad Flor. L. I, I, 16. *Ad Caprae paludem.* Sic enim plerique habent Codd. & in his tres Voſſiani: ut bene Salmaſ. & Sigon. ad Liv. L. I. C. 16. *Ad Caprae paludem*: ubi eadem varietas: ex qua perturbatione factum eſt, ut ipſi veteres de ejus paludis adpellatione incerti fuerint. Hinc enim Plutarchus, ne erraret, in Romulo p. 34. ſcribit αἰγὸς ἢ ζορκὸς ἴλῳ, niſi quis ἢ ζορκὸς gloſſema putet. Alibi enim cum Zonara αἰγὸς ἴλῳ ait, p. 36. 60. 146. Dein *ligurire* eſt in Vindob. utroque, Perizon. Harl. Cort. & Edd. Vett. contra meliores tam noſtri, quam Terentii, Ciceronis, Horatii, & aliorum Codd.

1 *Salario.*] Ridicule Medic. ſec. a m. pr. & Exc. Voſſ. *solario.* Vindob. ſec. *sed cibar.*

2 *Una modo liberalitate* &c.] Mire conſentiunt Codd. & Edd. Vett. in depravata ſcriptura *unam m. liberalitatem*, quam bene ſuſtulit Turnebus L. XIV. Adverſ. C. 17. cum R. Steph. Pulm. & ſeqq. ut habent Memm. & Urſini liber. *libertatem* Medic. ſec. *victrici* MSS. 4, & Edd. aliquot Vett. ut ſaepe. *consecutus* Medic. tert. cum nonnullis editis: unde [illegible] forſan conjiciat, *comites* &c. [illegible]*m. liberalitatem consecutos.* Non ego. Dein *sexcentena* in Medic. pr. tert. Perizon. ac multis Edd. *sextecena* Vindobon. pr. quod favet quodam modo Freinshemii conjecturae *sexcena, quadringena, ducena.* Sed non ait auctor, ſingulis cujuſque claſſis comitibus ea data, verum *claſſibus.* Non ergo quadrare diſtributivum nomen videtur. Adi Cl. Erneſti, & ad Veſp. C. 19. niſi tamen intelligi voluerit Suetonius, ſingulis cujuſque claſſis comitibus tot ſeſtertia diviſa: ut in Domit. C. 4. *Congiarium* populo *numorum* trecenorum *dedit.*

3 *Graecorum.*] Sic codex Salmaſ. Palat. priores duo, edit R. Stephani, Gruteri, aliorumque. In aliis vero editionibus & vetuſtis membranis quoque legitur: *gratorum.* Et forſan ſcripſit Suetonius *Grajorum*, quod & Gronovio in mentem veniſſe audio. Saepe pro *Grajus* ſcribi *gratus* in libris veteribus oſtendit pluribus exemplis decus meum & litterarum Nicolaus Heinſius ad v. Faſt. 5, 8., & ad carminis de Phoenice, quod Lactantio tribuitur, vſ. 70. C. Nep. prae-

XLVII. Princeps neque opera ulla magnifica fecit; (nam &, quae ſola ſuſceperat, [1] Auguſti templum, reſtitutionemque Pompejani theatri, inperfecta poſt tot annos reliquit.) neque ſpectacula

praefat: *Non admirabuntur, nos in Grajorum virtutibus exponendis mores eorum ſecutos.* P. Mel. II, 3. *Calcatum Grajo Herculi ſolum.* Sicut autem hic *Gratorum* pro *Grajorum* ſcribitur, ſic apud Gratium in Cynegetico *Gratia* pro *Graecia:*

Quem plurima ſemper
Gratia per noſtros unum teſtabitur uſus.

Ubi ſine dubio ſcribendum *Graecia.* Viciſſim vero apud Juſtin. VIII, 4. legendum *gratiae imperantis aemulos* pro vulgato *Graeciae*, ut in notis oſtendimus. Cave vero cum Boxhornio per Graecos intelligas hic paraſitos, aut viles, & contemptos homines, ſed doctos viros, Philoſophos, Rhetores, & Grammaticos, quos in contubernio habuit, & quotidie poſitis quaeſtionibus exercuit: ut bene Caſaubonus docuit. Cap. 56. *Graeculos convictores* dixit: *Nihilo lenior in convictores Graeculos, quibus vel maxime acquieſcebat.* Qui illi fuerint, in ſequentibus illius capitis verbis oſtendit, nimirum Zeno, Seleucus Grammaticus, Theodorus Gadareus Rhetor. Vide & cap. 70. Talis etiam fuit comitatus Milonis. Cic. pro Milone: *Obviam ſit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis, nullis Graecis comitibus, ut ſolebat.* Et Piſonis. Idem in Piſon. *Atque hoc quidem etiam iſti tui dicunt voluptarii, Graeci: quos utinam ita audires, ut erant audiendi.* Vide ſequentia & orationem pro Archia. Hunc morem & Vonones ex diſciplina & conſuetudine Romanorum in regnum Parthicum reverſus tenebat, quo popularium in ſe invidiam & irriſum concitavit. Tacit. Annal. II. *Irridebantur Graeci comites, ac viliſſima utenſilium annulo clauſa.* GRAEV. *Graecorum.* Ita MS. S. vulgo *gratorum.* GRON. At vere obſervant viri docti, Tiberium non claſſes feciſſe *nationum*, ſed *dignitatis*; & ſi *Graecorum* cum Caſaubono & Graevio legamus, excluſos eſſe omnes Romanos inferioris ordinis; neque oppoſitionem ullam eſſe inter *amicorum* & *Graecorum* (nam *Grajorum* vocabulum nuſquam adhibet auctor) ſed diſtinctionem inſignem inter *amicorum* & *gratorum*, quales ſunt jucundi convivae & miniſtri: ut in Gramm. C. 21. *cui quum ſe* gratum *& acceptum in modum* amici *videret.* ut egregie docuere Cel. Burm. & Erneſt. pulchre de *comitibus* in Excurſu diſputans. Quare cum MSS. Turnebi, uno Pulm. & Torrentii *gratorum* quoque praetuli. Intelligit Grammaticos, libertos, miniſtros, tam Romanos inferioris ordinis, quam Graeculos: de quibus agit quoque Cap. 56.

1 *Auguſti.*] *I. Auguſti* in Med. pr. ſec. Vindob. pr. quod valet *id eſt Aug.* ut ſcribitur in uno Pulm. ac Perizon. Copeſian. Exc. Voſſ. Edd. Ven. pr. aliiſque multis, etiam R. Stephani. Sed male. *Nam* deleri perperam volebat Lipſius. Sed ab hac voce uſque ad *reliquit* parentheſis eſt ponenda: uti bene obſervavit Torrentius. Adi J. Fr. Gronov. ad Tit. C. 1. Mox *infecta*, quod e duobus recentiſſimis codicibus & Edd. Ven. probavit Burmannus, exſtat quoque in Edd. Mediol. & Cald. Sed in nullis aliis MSS. nec Edd. ac nuſquam praeterea hoc in ſenſu uritur auctor. Sed in Caeſ. C. 26. inperfecto *adhuc bello.* Ovid. Ep. XXI, 25. *Verba* inperfecta relinquo. *Inperfectum* Vindob. pr. Reliquit autem perfecta, ſed non dedicata, teſte Tacito L. VI. Ann. C. 45.

cula omnino edidit: [1] & iis, quae ab aliquo ederentur, rariſſime interfuit, [2] ne quid expoſceretur, utique poſtquam comoedum [3] Actium coactus [4] eſt manumittere. Paucorum [5] ſenatorum inopia ſuſtentata, ne pluribus opem ferret, negavit ſe aliis ſubventurum, niſi ſenatui juſtas neceſſitatum cauſſas probaſſent. [6] Quo pacto pleroſque modeſtia & pudore deterruit: in quibus [7] Hortalum, Q. Hortenſii oratoris nepotem, qui permodica [8] re familiari, auctore Auguſto, quatuor liberos tulerat.

XLVIII.

1 *Et iis.*] *Et his* S. GRON. *His* in MSS. omnibus & Edd. Vett. praeter Rom. ſec. *hiis* in Perizon. ut paſſim. Pro *ab aliquo* Cel. Periz. in ſcholis privatis legendum dixit *alio*. Et ſane ſaepiſſime *alius* & *alius quis* in *aliquis* eſt depravatum. V. Drak. ad Liv. L. VI, 3, 8. XXV, 38, 3. Non tamen ubique videtur id mutandum eſſe: cum *aliquis* vi ſua ſignificet *alium quem*. Cic. L. II. in Verr. C. 20. *Culpam non modo derivare in aliquem* &c. Conſ. V, 28. & adi ad Caeſ. L. I. B. Civ. C. 71. *Quod ſi iniquitatem loci timeret, datum iri aliquo tamen loco pugnandi facultatem*. Ovid. Ep. XII, 82.

Et ſi forte aliquos gens habet iſta deos.

Lucan. L. V, 283.

Sit praeter gladios aliquod ſub Caeſare fatum.

quibus locis contra MSS. *alios* & *aliud* reponunt viri docti. Terent. in Heaut. I. I, 15. *Fodere aut arare aut aliquid facere*. id eſt, aliud quid, Phaedr. Prol. L. II, 9. *Sed ſi libuerit aliquid interponere*. Ulpian. L. LV. pr. Dig. de Legatis III. *Ut ſit aliquid materia, aliquid lignum*. pro *aliud quid*. Apud Senecam Ep. 51. *Quemadmodum aliqua veſtis viro probo magis convenit, quam alia*. in MSS. multis *aliqua*. ed utrobique *alia* illic videtur ſcribendum. Mox *in ſenatu* & *neceſſitatis* Vindob. pr.

2 *Ne quid exp.*] *Neque exp.* S. GRON. *Expoſcerent* Edd. Mediol. pr. Calder.

3 *Actium.*] *Accitum* in nonnullis Torrentii & Pulm. libris. in aliis *Accium*: ut in Vindob. pr. *Attium* Vindobon. ſec. Cort. *Atticium* Medic. tec.

4 *Eſt.*] Abeſt a MS. S. GRON. Item a Medic. pr. tert. Politian.

5 *Senatorum inopia.*] Juvando illorum cenſus: ut ait Tacit. II. Ann. 37. id eſt, aliis cenſum Senatorium explendo: ut Vell. II, 129. aliis eum quidem, ſed ad ſumtus neceſſarios ob magnam familiam aliiſve de cauſſis juſtis non ſufficientem, habentibus augendo annuis reditibus: ut in Veſp. C. 17. Vide etiam Cl. Erneſti.

6 *Quo peracto pleroſque modeſtia.*] Recepi emendationem Lipſii ſcribentis, ſuffragante Grutero, *quo pacto*, quae confirmatur duobus Palatinis prioribus. GRAEV. *pacto* eſt etiam in uno Pulm. duobus Torr. tribus Mediceis, Vindobon. pr. Exc. Cuj. Voſſ. Ed. Rom. pr. & aliis. Veriſſime. Adi quos laudat Burm.

7 *Ortalum.*] *Hortalum* S. GRON. Adſpirationem addunt quoque tres Medicei, Vindobon. pr. Exc. Voſſ. Cop. cum Edd. aliquot, & Burm. *Ortenſii* Edd. quaedam.

8 *Re f.*] *Rei familiaris* S. GRON.

XLVIII. Publice munificentiam bis omnino exhibuit: propoſito milies [1] ſeſtertio gratuito in triennii tempus: [2] & rurſus quibuſdam dominis inſularum, quae in monte [3] Coelio deflagrarant, pretio reſtituto. Quorum alterum, magna difficultate numaria populo auxilium flagitante, coactus eſt facere, quum per ſenatusconſultum ſanxiſſet, ut foeneratores duas patrimonii partes in ſolo collocarent, debitores totidem aeris alieni ſtatim ſolverent; [4] nec res expediretur: alterum ad mitigandam temporum atrocitatem. Quod tamen beneficium tanti aeſtimavit, ut montem Coelium, adpellatione mutata, vocari Auguſtum juſſerit. Militi poſt duplicata ex Auguſti teſtamento legata nihil umquam largitus eſt, praeterquam ſingula milia denariorum praetorianis, quod Sejano ſe non adcommodaſſent: & quaedam munera Syriacis legionibus, quod ſolae nullam Sejani imaginem inter ſigna coluiſſent: atque etiam miſſiones

1 *HS.*] *Seſtertium* S. GRON. Sic quoque vel *ſextertium* MSS. mei tantum non omnes, niſi quod in Nonn. Vindobon. ſec. Perizon. & Edd. Vett. legatur *ſeſtertio*: ut bene emendavit J. F. Gronovius. Adi ad Caeſ. C. 50. & hic Glareanum. Ejus adjectivum eſt *gratuito*, non adverbium; nec ſubſtantive ſumtum. V. Burm. & Erneſt. ad Caeſ. C. 27. Calig. C. 16. *Seſtertium milies confiſcatum.*

2 *Et rurſus.*] *& rurſus* & S. GRON. Contra deeſt & ante *rurſus* Edd. Mediol. Cald. aliiſque & MSS. quibuſdam apud Burm.

3 *Coelio.*] *Caelio*, & ita ſemper S. GRON. Nec non Cort. In MSS. pleriſque & Edd. Vett. *Célio.* MSS. Feſti quoque *Caelius*: uti vulgo in Tacito L. IV. Ann. 64. & alibi editur, ac Καίλιος ὄρος in Dionyſ. Halycarn. Apud Livium tamen, Ovidium alioſque plures *Coelius* occurrit, & numi nomen viri, quod ejuſdem eſſe creditur originis, *Coelius* exhibent. V. Pigh. in Faſt. T. III. p. 28. Mox *pr. inſtituto* Vindob. ſec.

4 *Nec res expediretur.*] Sive numaria difficultas non tolleretur. In Cort. & Ed. Rom. pr. ſeu Camp. *éè.* Vind. utroque, Periz. Harl. Cott. Edd. Camp. Ven. pr. *expediretur*, minus bene. Adpoſite citant Interpretes Phaedr. L. I, 16. *Non rem expedire*: ubi vide. Alioquin ipſae pecuniae ſaepe *expediri* dicuntur: ut in Caeſ. C. 4. Adi & Briſſon. de Verb. Signif. Dein *mitigandum* in Medic. ſec. a m. pr. & *quod autem* in Medic. pr. a m. pr. Dein *ſe* abeſt a Cort. & Ed. Camp. In Medic. pr. *adcommodaviſſent*. item *Syriciatis*, quaſi pro *Syriaticis*: de qua terminatione vide ad Vitell. C. 15.

ſiones veteranorum rariſſimas fecit, ex ſenio mortem, ex morte compendium captans. [1] Ne provincias quidem ulla liberalitate ſublevavit, excepta Aſia, disjectis terrae motu civitatibus.

XLIX. Procedente mox tempore etiam ad rapinas [2] convertit animum. Satis conſtat, Cn. Lentulum augurem, cui cenſus maximus fuerit, metu & angore ad faſtidium vitae ab eo actum, & ut ne quo niſi ipſo herede moreretur. Condemnatam & generoſiſſimam feminam Lepidam, in gratiam [3] Quirini conſularis praedivitis, & orbi, qui dimiſſam eam e matrimonio poſt viceſimum annum veneni olim in ſe comparati arguebat: praeterea Galliarum & Hiſpaniarum, Syriaeque & Graeciae principes confiſcatos ob tam leve ac tam inpudens calumniarum genus, ut quibuſdam non aliud ſit objectum, quam quod partem rei familiaris in pecunia haberent: plurimis etiam civitatibus & privatis veteres immunitates & jus metallorum ac [4] vectigalium ademta: ſed &

1 *Ne.*] Sic MSS. omnes cum Ed. Ven. pr. Caſaub. &c. In ceteris *neque*. In Mediceis *liber. ulla.*

2 *Convertit animum.*] Cave, ne unius Torrentiani codicis auctoritate deleas τὸ *animum*: ut ſit ellipſis reciproci *ſe*. Nam licet alii nonnumquam ſic locuti ſint, noſter cum pleriſque addidit *animum*: ut in Calig. C. 38. Liv. L. III, 44. Vide Burm. ad Phaedr. F. 31. vel uſus eſt paſſivo *converti* ſaepius. Dein *ſatis conſtat* edidi cum duobus MSS. Pulm, Medic. tert. Vindobon. pr. Exc. Voſſ. Cujac. Edd. Ald. Steph. aliiſque, pro *fat.* Aug. C. 10. *ſatis conſtat.* Et ſic alii malunt. V. Drak. ad Liv. L. XXXVI, 25. *fuit* Vindobon. pr. Tum vitioſe *langore* Cort. quoque & Ed. Camp. *langorem* Mediol. Cald. quae & carent τῷ *in* ante *gratiam.*

3 *Quirini Conſularis.*] *Conſulis* Medic. pr. Copeſ. Hulſ. Sed Conſul fuit *P. Sulpitius Quirinus*, non *Quirinius* (de quo vide Ryck. ad Tac. II. Ann. 30. Lipſ. ad L. III. 48. Comm. ad Flor. L. IV. C. 12. §. 41. alioſque) A. U. DCCXLII. Accidit vero haec res A. U. DCCLXXIII. V. Tacit. L. III. Ann. 2. 22. coll. cum Faſtis. Dein *in ſe olim* uterque Vindob. *a ſe* inepte Edd. Sabell. Cald. Mediol. & *Graeciae* deſunt a m. pr. Medic. ſec. Mox *veteres* exſulat a Cort. Edd. Campani, Ven. Mediol.

4 *Vectigalium ademta.*] *Vectigaliorum* Vindobon. pr. quo genitivo uſus eſt auctor in fine vitae Auguſteae, & in Calig. C. 16. *fructum omnem vectigaliorum.* ut ſaepius Aſinius Pollio, teſtibus Chariſio p. 46. & Macrobio L. 1. Sat. C. 4.

ad

& [1] Vononem regem Parthorum, qui pulſus a ſuis quaſi in fidem populi Romani cum ingenti gaza Antiochiam ſe receperat, ſpoliatum perfidia, & occiſum.

L. Odium adverſus neceſſitudines [2] in Druſo primum fratre detexit; prodita ejus epiſtola, qua ſecum de cogendo ad reſtituendam libertatem Auguſto agebat: deinde & in reliquis. Juliae uxori tantum [3] afuit, ut relegatae, quod minimum eſt officii aut humanitatis aliquid inpertiret, ut ex conſtitutione patris uno oppido clauſam, domo quoque egredi, & commercio hominum frui vetuerit: ſed & peculio conceſſo a patre praebitiſque annuis fraudavit, per ſpeciem publici juris, quod nihil de his Auguſtus teſtamento caviſſet. [4] Matrem Liviam gravatus, velut partes ſibi aequas poten-

ad priorem locum jam per viros doctos citatis. Tum *ademtas* in Vindob. ſec. non male. Adi ad Caeſ. C. 75.

1 *Vononem.*] Medic. ſec. *Vonovem.* Vindobon. ſec. Perizon. Edd. Rom. *Novonem.* Cort. *Nomonem.* Edd. Sabell. Mediol. Cald. *Vocomem*, vitioſe. Graecis Βονώνης, Latinis *Vonones*, ille rex vocatur. Pulſus eſt ab Artabano Arſacida A. DCCLXIX., & A. DCCLXXI. aufugere e Pompejopoli ad Scythas conans captus & occiſus eſt extra Tiberii culpam. V. Tac. L. II. Ann. 1. &c. 58. 68. ut hic Caſaub. ibi Lipſius monuere. Dein *ſe* exſulat ab Harl. Edd. Ven. & Mediol. ut ſaepiſſime eo pronomine carent Codd. cum verbo *recipere*, perperam. V. ad Vell. L. II. C. 70. ad Caeſ. L. III. B. Civ. C. 97.

2 *In Druſo p. fratre detexit.*] In Cort. & Edd. Rom. pr. ſive Camp. Ven. Mediol. uti & Sabell. Calder. *direxit.* quod quis probare poſſet legendo *in Druſum p. fratrem*: ut eſt in Vindobon. pr. Sed ſequitur *in reliquis.* quamquam & MSS. tres Perſii vetuſtiſſimi dent Sat. III, 62. *In quo dirigis arcum.* At excidiſſe videtur littera *d* ob ſequentem. *detexit* vero hic exhibent MSS. reliqui cum Ed. Rom. ſec. Beroald. &c. ſive aperuit ſuum odium.

3 *Abfuit.*] Codex Salmaſianus & hic & ubique *afuit*, ſicut & Virgiliani vetuſtiſſimi libri, & quorumvis aliorum ſcriptorum. GRAEV. *Afuit* S. GRON. Item Medic. pr. tert. Exc. Voſſ. ut ſaepiſſime ſupra. *affuit* Polit. *tantum uxori* in utroque Vindobon. Edd. Camp. Sabell. Cald. Mediol. aliiſque. *nimium* Cort. *officii eſt* Vindob. ſec. *officia ut h.* Medic. pr. Politian. Copeſ. Hulſ. quod natum eſt ſcriptura *offici* pro *officii*. Edd. Sabell. Cald. Mediol. *efficiis*. *Impartiret* Vindobon. pr. Perizon. Cort. Edd. Rom. &c. ut creberrime. Dein *ex peculio* Exc. Voſſ.

4 *Matrem Liviam gravatus.*] Male Edd. Rom cum duobus Torrentii Codd. item uno Pulm. non

potentiae vindicantem, & congreſſum ejus adſiduum vitavit, & longiores ſecretioreſque ſermones; ne [1] conſiliis, [2] quibus tamen interdum & egere, & uti ſolebat, regi videretur. Tulit etiam [3] perindigne actum [4] in ſenatu, ut titulis ſuis quaſi Auguſti, ita & Liviae filius adjiceretur. Quare non *parentem patriae* adpellari, [5] non ullum inſignem honorem recipere, publice paſſus eſt. Sed & frequenter admonuit, [6] *majoribus, nec feminae conve-*

habent *gravatus*: quaſi jungenda eſſent *matrem Liviam & ejus congreſſum*: quum & ibi de more πολυσυνδέτως poſuerit Auctor. Cort. itidem prave *Matre Livia* &c. *vindicante*. De ſenſu verbi *gravari*, accuſativo junctı, ſatis ſuperque praeter Torrent. egerunt viri docti. Adi Lexica & notas ad Liv. L. XXI, 23. *gravari militiam*: ut legendum. Schwartz. & Arntz. ad Plin. Paneg. C. 45. *dominum graventur*. me ad Front. L. III. C. 11. §. 6. *gravari belli incommoda*. Uti & cum Pricaeo, J. F. Gron. ad Sen. Thyeſt. vſ. 106. Burmanno ad Calig. C. 38. reſtituendum Appulejo L. v. Met. p. 94. Ed. Pric. *praeſentiam noſtram gravata*. & in Apol. p. 4. *falſam vituperationem gravari*. vel in plurali: ut tentavit Pricaeus, & eſt in Cod. Florent. Noſter non modo in Aug. C. 72. Vitell. C. 12. ita utitur, ſed & Ner. C. 34. *Matrem dicta factaque ſua acerbius corrigentem haecenus primo gravabatur*. Pro *longiores* mirifice in Cort. *legiones*.

1 *Ejus conſiliis*.] Abeſt *ejus* a MS. S. GRON. Item a tribus Mediceis, Politian. Vindob. pr. Cort. Perizon. & Edd. omnibus ante Beroaldum: quare delevi. Praeceſſit *ejus*.

2 *Quibus tantum interdum & aegre uti ſolebat*.] Nihil verius eſt ſcriptura Cod. Salmaſiani: *quibus tamen interdum & egere & uti ſolebat*. Subſcribunt tres Palat. & R. Stephani editio applaudente Gruterο. GRAEV. *& egere & uti*. Ita MS. S. vulgo *interdum & aegre uti*. GRON. Iſtud *& aegre uti* profluxit a Sabellico, quem male Calder. Mediol. Baſil. Gryph. &c. ſecuti ſunt. Alterum eſt in MSS. O. ac multis Edd. ut jam Turn. Pulm. Torrentius monuere: at minus bene *aegre* Caſaubonus ſervavit, reponens inſuper *tantum* pro *tamen* contra MSS. & Edd.

3 *Perindigne* &c.] *Indigne* & *in ſen.* S. GRON. *Perinde* Vindobon. ſec. *actum* deeſt Edd. Rom.

4 *A ſenatu*.] Et hic melius Salmaſianus codex: *actum in ſenatu*, cui & hic adſtipulatur perinſignis R. Stephani editio. GRAEV. *in ſenatu* dant Medicei tres, Politian. Vindobon. ſec. Exc. Voſſ. Turneb. L. XIV. Adverſ. C. 17. margo Torrent. & MSS. & Edd. per Cl. Burmannum, qui recte ita repoſuit, citati. *ita ut* Medic. ſec. *addiceretur* Vind. uterque, Cort. Edd. Rom. *patriae par*. Vindob. pr.

5 *Non ullum*.] *Non nullum* S. GRON.

6 *Quod non majoribus*.] Glareanum, Stephanum, Torrentium edidiſſe video: *admonuit, majoribus nec convenientibus foeminae negotiis abſtineret*. Ut Cicero ſecunda in Catilinam: *ſed eos hoc moneo, deſinant furere ac proſcriptiones & dictaturas cogitare*. Quemadmodum igitur in Caſauboni editione inſinuavit illud ſemibarbarum, *quod non?* Nihilo melius quam apud Ovi-

convenientibus negotiis abſtineret: praecipue ut animadvertit, incendio juxta aedem Veſtae & ipſam interveniſſe: populumque & milites, quo enixius opem ferrent, adhortatam, ſicut ſub marito ſolita eſſet.

LI. Dehinc ad ſimultatem uſque proceſſit hac, ut ferunt, de cauſſa. Inſtanti ſaepius, ut civitate donatum in decurias [1] adlegeret, negavit, alia ſe conditione adlecturum, quam ſi pateretur [2] adſcribi albo, *extortum id ſibi a matre*. At illa commota veteres quoſdam ad ſe Auguſti codicillos de acerbi-

Ovidium v. Triſt. eleg. 1. *Praemoneo, nunquam ſcripta quod iſta legat.* Sed auctoris fuiſſe denſeo: *Praemoneo, non eſt, ſcripta quod iſta legat*: ut Gronovius pater ὁ πάνυ docet. Sane deſideratur etiam *quod non* in Salmaſ. codice. R. Stephani & Gruteri edit. male ſtant pro vulgata. GRAEV. *Majoribus.* Ita MS. S. vulgo *quod non majoribus.* GRON. Iſta inepta *quod non* in MSS. pleriſque & Edd. primis jam lecta haud comparent quoque in Medic. pr. tert. Copeſ. & Edd. a Burm. laudatis. *Non* abeſt a Polit. Vindobon. ſec. & plane ſententiae eſt contrarium; niſi *quod* explices per *quia non abſtinebat.* At tunc non ſatis clare dicitur, quid eam admonuerit. Sed adi ad C. 11. *Admonitus eſt, dimitteret omnem curam.* Vulgatam Ovidii lectionem fruſtra defendit Cel. Periz. ad Sanct. Min. L. III, C. 14. N. 19. Non enim ſimile eſt illis *ſcio, ſcribo, dico, nuncio, quod:* &c. in quibus tamen an pro infinitivo adhibuerint τὸ *quod* aurei ſeculi ſcriptores, equidem vehementer dubito. Adi, quos in utramque partem citavit Cl. Drakenb. ad Liv. L. III. C. 52. & quae dicta ſunt ad Caeſ. L. I. B. Civ. C. 26. Uſus ita eſt Appul. L. x. Met. p. 228. *Qui puellae nunciaret, quod eam juvenis vocaret ad ſeſe.* Apud Vitruv. L. x. in praef. vulgo editur *Utinam Dii feciſſent, quod ea lex etiam populo Rom. eſſet conſtituta.* Sed MSS. Voſſiani, & Franekeranus egregie carent τῷ *quod.* Ovid. L. VIII. Met. 72.

Di facerent ſine patre forem.

Idem v. Triſt. 4, 13.

Di facerent utinam, talis ſtatus eſſet in illo,

& paſſim. Alia res eſt in praeteritis. V. Burm. ad Sueton. Tit. C. 7. *Recordatus, quod nihil cuiquam praeſtitiſſet.* Duk. ad Flor. L. I, 23. *Senſiſſent, quod irrigarentur.* Supra *admonuerit*, & dein *ne feminae* in Vindob. pr.

1 *Allegeret.*] MS. Salmaſ. *adlegeret.* Sic ſemper vetuſtiſſimi codices: ſicut & in iisdem membranis, uti etiam numis & marmoribus ſemper *adlocutio* ſcribitur, non, ut vulgo, *allocutio.* GRAEV. *adleg.* etiam Medicei tres & ſtatim *adlect.* ut ſemper: & millies notatum eſt. Supra *ad diſſimulandum* dat Vindobon. pr. *ſe alia* uterque Vindobon.

2 *Adſcribi.*] *Aſcribi* S. GRON. Ita etiam in utroque Vindobon. Medic. pr. & Edd. aliquot: ut in Ner. C. 21. ubi *in albo adſcribi. Abſcribi* Perizon. Harl. & Edd. uſque ad Bonon. Dein *codicellos* Medic. tres, Exc. Voſſ. ut paſſim.

2 *Ejus*

cerbitate & intolerantia morum [1] ejus e ſacrario protulit, atque recitavit. Hos, & cuſtoditos tamdiu, & exprobratos tam infeſte, adeo graviter tulit, ut quidam putent, inter cauſſas ſeceſſus hanc ei vel praecipuam fuiſſe. [2] Toto quidem triennio, quo vivente matre [3] afuit, ſemel omnino eam, nec amplius quam uno die, ac pauciſſimis vidit horis: ac mox, neque aegrae adeſſe curavit, defunctamque, &, dum adventus ſui ſpem facit, complurium dierum mora, corrupto demum & tabido corpore funeratam prohibuit conſecrari: quaſi id ipſa mandaſſet. [4] Teſtamentum quoque ejus pro inrito habuit, omneſque amicitias & familiaritates, etiam quibus ea funeris ſui curam moriens demandarat, intra breve tempus adflixit: uno ex his

1 *Ejus.*] Abeſt a MS. S. GRON. *In ſacr.* Edd. Rom. bene, ſi jungerentur poſt *cuſtoditos*, nunc minus. *et cuſtod.* Periz. Cort. Edd. Rom. pr. Ven. Mediol.

2 *Toto quidem triennio.*] Bene librorum lectionem tuetur Caſaubonus contra Lipſium emendantem: *toto quidem biennio.* Adſtipulatur Caſaubono Pagius, (Crit. in Ann. Baron. ad A. DCCLXXXII.) qui oſtendit, Suetonium tres annos incompletos dixiſſe totum triennium, ut ſaepe veteres ſoliti ſunt loqui. Sic Suetonius in Tib. C. 15. *Cajo & Lucio intra triennium defunctis.* cum tamen in Auguſto C. 65. ſcripſerit, *Catum & Lucium in duodeviginti menſium ſpatio amiſit ambos.* Itaque in ſuperiore loco itidem Lipſius *biennium* volebat corrigi perperam. Nam Suetonius utrumque extremum annum incompletum pro integro poſuit, licet in ultimo nec duo menſes integri effluxerint. Nam Lucius Caeſar circa menſem Septembrem anni Chriſti ſecundi, Cajus vero Februario quarti anni obiit. Eadem ratio eſt illius περιοχῆς in ſacris litteris, ubi Chriſtus dicitur tres dies & tres noctes futurus eſſe in corde terrae, cum tamen primi & ultimi diei paucis horis tantum fuerit in ſepulchro. Nimirum dies primus & tertius imperfecti pro perfectis accipiuntur. GRAEV. V. & Celeb. Erneſti.

3 *Abfuit.*] *Afuit* S. *nec* abeſt a MS. S. GRON. Item *afuit* in Medic. pr. tert. & Edd. Caſ. Graev. &c. Male *adfuit* in Edd. Gryph. Plant. aliiſque. Mox *ac* deeſt MSS. Pulm. Mediceis, Copeſiano, Periz. Cort. & Edd. Vett. item Ald. Stephan. Malim ſtatim delere *ac* ante *mox*: ubi exſulat a Politian. item Medic. pr. & tert. *horis vidit* in Vindob. utroque. *aegre* MSS. & Edd. Vett. de more. Dein *obſecrari* Edd. Sabell. Mediol. Cald.

4 *Teſtam. quoque.*] Medic. tert. & Edd. ante Caſaubonum, exceptis Romanis, & Bonon. *Teſtamentumque.* Mox *familiaritatis* Medic. pr. Addidi vero *ſui* poſt *funeris* auctoribus MSS. omnibus, & Edd. ante Steph. e cujus Ed. & dein Plantini

his equeſtris ordinis viro [1] & in antliam condemnato.

LII. Filiorum neque naturalem Druſum, neque adoptivum Germanicum, patria caritate dilexit: alterius vitiis infenſus: nam Druſus [2] animi fluxioris, remiſſiorisque vitae erat. Itaque ne mortuo quidem perinde adfectus eſt: ſed [3] tantum non ſtatim a funere ad negotiorum conſuetudinem rediit, juſtitio longiore inhibito. Quin & Ilienſium legatis paullo ſerius conſolantibus, quaſi oblitterata jam doloris memoria inridens, *Se quoque*, reſpondit, *vicem eorum dolere, quod egregium civem Hectorem amiſiſſent.* Germanico uſque adeo obtrecta-

tini &c. excidit. *demandaverat* Medic. pr. *demandaret* Polit. *equeſtri* Medic. pr. ſec.

1 *Et in antliam condemnato.*] Ex antiquiſſimo codice ſic legit Turnebus L. XIV. Adverſ. C. 17 item P. Pithoeus L. II. Adverſ. C. 16. Lipſ. Elect. II, 15. probantibus Caſaubono, auctoritate Vaticani & Memm. Codicum, item Voſſio in Etym. Scriverio aliiſque. Ut continua ambulatione ſeu pedum preſſione rotam circumagere coactus fuerit, qua per tollenonem aqua hauriebatur (quod Artemidorus dicit L. I. Oneir. C. 50. εἰς ἀντλίαν καταδικάζεσθαι. ut viri docti oſtenderunt.) inaudito hucuſque apud Romanos poenae genere. Nihilominus huc faciunt locutiones *in piſtrinum*, *in arenam dari* & *condemnari*; item multi Codd. in quibus exſtat *in Antiliam*: ut ex Excerptis meis dant Polit. Medic. tert. & Edd. Mediolan. Calder. *in amtliam* Medic. ſec. *in Andiam* al. *in Antiliem* Edd. Sabell. Voces nihili. Beroaldus ait, in nonnullis ſcriptis legi *in Anticyram*. Et ſane in Vindob. pr. exaratur *in Anthicuram*. Ipſe e MS. mavult *in Latomiam*, quod Editorum aliqui ſunt ſecuti. Torrent. vel *Anticyram* vel *Latumiam* praefert. *ad inediam* Nonnii liber. *inedia* Cort. & Ed. Rom. pr. *in medio* Vindobon. ſec. *in media* Periz. Ed. Rom. ſec. unde facilis naſcitur conjectura *inediae*, qua, ſive fame, illum mori coëgiſſet Tiberius. Turnebo etiam venit in mentem *in Aenariam*, *in inſulam Diam*. Deſunt hae tres voces Mediceo pr.

2. *Animi fluxioris, remiſſioriſque vitae.*] Optimus Cod. Torrent. Palat. duo, Medic. pr. tert. Copeſ. carent τῆς *animi*, non inprobante Torrentio: ut *fluxior vita* Amm. Marcell. L. XXII. C. 4. Sed & Salluſt. in B. Catil. C. 14. *Eorum animi molles & aetate fluxi.* Contra *vitae erat itaque* deſunt Medic. ſec. Exc. Cuj. Nota quoque ſemel *alterius*: dum mox non *alteri*, ſed *Germanico* ſcribit, ut longius remoto: & adi praeter Burm. viros doctos ad Livium L. XXIX. C. 33.

3 *Tantum non ſtatim.*] Sic habent omnia meorum Codd. excerpta; niſi quod *tantum* deſit Vindob. pr. uti uni Pulm. & *tamen* pro more dent Edd. Vett. excepta Ven. pr. aliaeque cum Nonniano. Nihil muto. Recte Scriverius explicat *ſtatim fere a funere*. Nam *poſt*, quod addidere Baſil. Gryph. Plantin. in nullo eſt

obtrectavit, [1] ut & praeclara facta ejus pro ſupervacuis elevaret: & glorioſiſſimas victorias, ceu damnoſas Reipublicae, increparet. Quod vero Alexandriam, propter inmenſam & repentinam famem, inconſulto ſe, adiſſet, queſtus eſt in ſenatu. Etiam [2] cauſſa mortis fuiſſe ei per Cn. Piſonem legatum Syriae creditur: quem, mox hujus criminis reum, putant quidam mandata prolaturum, [3] niſi

eſt MSto, neque Ed. antiquiore. *rediit* exſulat a Medic. pr. a m. pr.

1 *Ut & praeclara facta ejus pro ſupervacuis elevaret.*] MS. Salmaſ. & Rob. Steph. editio: *elevarit*. Stephanus quoque *increparit*. GRAEV. *Elevarit* MS. S. & ſic quoque alii MSS. ſed de ſequenti verbo *increparet* nihil notavit Salmaſius, & alii MSS. retinent quoque eandem formam: ut non temere ſit aliquid innovandum. GRON. Primo *etiam* dant Vindobon. ſec. Cort. aliique cum Edd. ſec. xv. pluribuſque. Dein *ſupervacaneis* Vindobon. ſec. & *elueret* Medic. ſec. uterque Vind. Cort. cum multis aliorum Codd. & Edd. iisdem. *eluderet* Exc. Voſſ. cum Nonn. Cod. ut etiam Lipſius margini adlevit. Sed verius videtur vulgatum. Adi Comment. ad Phaedr. F. 49. *Fabuloſam ne vetuſtatem elevent.* In Medic. pr. terr. Politian. & aliquot Edd. *elevarit*; ſed *increparet* retinent MSS. omnes: quare accedere nequeo Junt. Ald. Arg. Steph. Graev. Burm. qui *increparit* repoſuerunt ſine idoneo ejus praeteriti exemplo in objurgandi ſenſu. Conſule Celeb. Drakenb. ad Liv. L. IV. C. 32. *Civitatem increpuit.* ubi in MS. & Edd. primis *increpavit*. item ad L. XXIV, 16. XXVII, 13. Et vulgari forma utitur auctor ipſe in Galba C. 16. *Saevitiae populum edicto increpuit.* Veſp. C. 8 *Voce etiam graviſſima increpuit.* ubi itidem in MSS. duobus *increpavit*. Dein *adiiſſet* Vindobon. pr. Periz. male.

2 *Cauſſa mortis fuiſſe ei &c. creditur.*] Abeſt *creditur* a MS. S. GRON. Aliquantum hic turbant libri. Nam in Vindobon. utroque, Copeſiano, Ed. Ald. exſtat *cauſſam*. Verbum perſonale exſulat item a Medic. pr. tert. Copeſ. *crederetur* exſtat in Medic. ſec. *credere* in Exc. Cuj. unde quis me audacior conjiceret *cauſſam mortis f. es* &c. *credere eſt*, ſive *licet*: quomodo ſaepe id verbum poni, notum eſt. Ceterum elegans eſt loquendi genus, quo non modo res quaepiam dicitur *alicui mortis cauſſa eſſe*: ut Liv. L. IV. C. 17. *vocem ejus ambiguam* &c. *cauſſam mortis legatis fuiſſe.* Ovid. L. VII. Met. 855. *cauſſam mihi mortis, amorem.* Sed & is, per quem fit, ut aliquis moriatur. Pedo Albin. Epic. ad Liv. vſ. 270.

Cauſſaque dicemur nes tibi, Druſe, necis.

Hinc nihil mutandum in Ovid. Epiſt. Heroid. XVIII, 200. *Et mortis, dices, huic ego cauſſa fui.* Ovidius enim & ſic ſcribit Ep. X, 144. *Sis mihi cauſſa necis.* Adi & Burm. ad Tit. C. 9. *Auctor cujusquam necis.*

3 *Niſi ea ſecreta obſtarent, per quae multifariam increpitum.*] Codex Salmaſ. *niſi ea ſecreto oſtentant quae multifariam inſcriptum. Secreto* extat etiam in Palatinis duobus, & uno Torrentiano. Locus eſt corruptus, ſed qui ſanari poſſit, nondum mihi liquet. Conjiciebam quidem: *niſi ea ſecreta mors tegeret*, aut *occultaret.* ſed nihil affirmo. Vide Tacit. III. Ann. 16. 17. Nec rejiciendum exiſtimem illud *inſcriptum*, quod & Palatinus ſecundus retinet, cum pluribus aliis.

In-

ſi ea ſecreta obſtarent. [1] Per quae multifariam [2] inſcriptum, & per noctes [3] celeberrime adclamatum eſt, *Redde Germanicum*. Quam ſuſpicionem confirmavit ipſe poſtea, conjuge etiam ac liberis Germanici crudelem in modum adflictis.

LIII. Nurum Agrippinam poſt [4] mariti mortem

Inſcriptum nimirum fuit multifariam, hoc eſt, in multis locis, ſicut & acclamatum fuit: *Redde Germanicum*. Haec utique vera lectio eſt. Nihil inſulſius illo *increpitum*, hoc quidem loco. GRAEV. *niſi ea ſecreto oſtentant quae* S. GRON. Vulgatae lectioni favent quidem multi codices, & varie explicant viri docti. Plerique tamen malunt *ſecreto*: ut dant etiam Medic. pr. tert. Politian. Copeſian. Hulſ. Nam ex ceteris me non expedio, & iis viris doctis adſentior, qui locum hiulcum eſſe opinantur; *ſecreta* tamen intelligentes arcana mandata, quae nefas vel noxium eſſet vulgare. *oſtentant* ſine *per* itidem eſt in Medic. tert. Copeſiano, Hulſ. & Politian. qui & margini adſcripſit & pro *ea* & *oſtentarent*. *per quod*. Quam varie autem locum tentarint eruditi, docere poſſunt commentarii. Eſt &, qui legit *ſecreto adempta*. An *niſi ei ſecreta obſtare, oſtentaretur*? vel *ni Sejanus ei ſecreta obſtare oſtentaret*? cui conjecturae ſimiles alii jam protulerunt.

1 *Per quae*.] Cl. Burm. explicat *per quod tempus, dum illa agebantur*, frequentiſſima vi praepoſitionis *per*. Atque ita *per lacrimas, oſcula*. i. e. dum fletur vel oſcula dantur, & ſimilia crebro Adi Burmann. hic & ad Valer. Flacc. L. I, 767. *Talia per lacrimas*. Malim tamen cum Erneſtio accedere aliis, exponentibus *quare, quapropter*. Quia Tiberius credebatur ei cauſſa mortis, inſcribebant multis locis, & clamitabant *Redde Germ.*

2 *Inſcriptum*.] Ita MS. S. vulgo *increpitum*. GRON. Accedunt Torr. Reg. Medic. pr. tert. Politian. ut monuit quoque Caſaub, Copeſian. Hulſ. Exc. Cuj. ut veriſſime reſtituerunt viri ſummi.

3 *Creberrime*.] *Celeberrime* S. GRON. *Celeberrime* exaratur itidem in uno Torrentii, Codd. Regiis, tribus Burmanni, uti & tribus Mediceis, Politian. utroque Vindobon. Exc. Voſſ. & Edd. aliquot, ac jure revocavit Burmannus: ſive *frequentiſſime*, non autem, ut explicat Caſaubonus, *coetu celeberrimo & frequentiſſimo cocuntium undique hominum*: cui expoſitioni obſtant illa *per noctes*; niſi invertere quis velit voces *inſcriptum per noctes & celeb. adcl.* Sed adi Burmann. ad Ovid. L. III. Am. 5, 3. 1, ex P. 9, 25. *Vox tamen illa fuit celeberrima.* & ſaepe Heinſium. In Ner. C. 40. *Unde illa vox ejus celeberrima*. Contra pro *in acie celebri* Voſſius in Pacuvio emendat *crebro* de Analog. L. III. C. 25. fruſtra, ut opinor. In Caeſ. L. V. B. G. C. 12. *creberrimaque aedificia*. Edd. primae, in his Veneta A. 1471. *celeberrimaque a*. Conſule Erneſtium quoque ad Aug. C. 44. *Per celeberrimos ludos conſeſſu frequenti*. Appul. L. III. in f. *vicum frequentem & mundinis celebrem*. Temere contra Heinſius *celebritas* pro *crebritas* inculcare conatur in Ovid. L. IV. Met. 46. Adi Miſc. Obſ. Vol. V. T. 3. p. 21. Sic in Appulejo L. I. p. 14. in MSS. plurimis *crebritas ipſa commeantium* eſt: in aliis vitioſe *brevitas*, non *celebritas*. Variatur L. VIII. p. 169. *Annonae copioſae beata crebritas*. MSSti optimi ubivis ſequendi ſunt.

4 *Mariti mortem*.] Ita in tribus Mediceis, & Exc. Cujac. vulgo *mort. mar.* Dein *inquit* exſulat a Gort.

tem liberius quiddam queſtam, manu adprehendit: Graecoque verſu, *Si non dominaris*, inquit, *filiola*, *injuriam te accipere exiſtimas*? Nec ullo mox ſermone dignatus eſt. Quondam vero inter coenam porrecta a ſe poma guſtare non auſam, etiam vocare deſiit, ſimulans, [1] veneni ſe crimine arceſſi: quum praeſtructum utrumque conſulto eſſet, ut & ipſe tentandi gratia obferret, & illa quaſi certiſſimum [2] exitium caveret. Noviſſime calumniatus, modo [3] ad ſtatuam Auguſti, modo ad exercitus confugere velle, Pandatariam relegavit: conviciantique oculum per centurionem verberibus excuſſit. Rurſus mori inedia deſtinanti, per vim ore [4] diducto, infulciri cibum juſſit. Sed & perſeverantem, atque ita abſumtam, criminoſiſſime

Cort. & Ed. Rom. pr. *eſtimas* Medic. ſec. *extimas* Vindob. pr. Pro ipſo Graeco verſu, quem certo certius adpoſuit, ut alibi ſaepe, Suetonius, nunc legimus vetuſti alicujus librarii interpretationem. Vide Torr. & Caſaub.

1 *Se veneni crimine accerſitum: cum praeſtructum.*] Legendum ex codice Palatino ſecundo & Roberti Stephani editione: *arceſſi: cum praeſtructum.* Cui adſtipulantur codex Salmaſii & Palatinus tertius, niſi quod corruptam ſequantur ſcribendi rationem *accerſi* pro *arceſſi*. in Palat. primo eſt *accerſiri*, quae omnia ſunt ſeculorum barbarorum. Melior aetas ubique ſcripſit *arceſſi*, uti haec jam certa & decreta habentur apud eruditos homines. GRAEV. *Arceſſi.* Ita edidi ex MS. S. quod & habent alii MSS. niſi quod in eis ſit *accerſi.* Vulgo *accerſitum.* GRON. Primo *veneni ſe*, elegantiore ordine, auctoribus MSS. tantum non omnibus & Edd. Vett. longe pluribus, repoſui. Dein *accerſi* eſt in Medic. tribus, Cortian. Ed. Rom. pr. aliiſque. *arceſſitam* Perizon. Harl. Edd. Ven. Mediol. unde Beroaldus correxit *arceſſitum*; ut in aliis MSS. & vulgo exhibebatur. Sed *arceſſi* unice verum eſt; quod & cum aliis Edd. Burmannus recepit. *accerſiri* pro *arceſſiri* etiam eſt in Nonn. Cod. de quo vide ad Caeſ. L. 1. B. G. C. 31. V, 11. *Quum* vel *cum* deeſt utrique Vindobon. a m. pr. unde patet *arceſſi cum* abiiſſe in *arceſſitum*. Tum *praeſcriptum* Cort. Ed. Rom. pr. male.

2 *Exitium.*] *exitum* S. GRON. Accedunt tres Medicei, Cort. Exc. Voſſ. Edd. Rom. pr. Mediol. Cald. & alii apud Burmannum, ſolita variatione. Dein *Nov. eſt calumniatus eam* in Vindob. ſec. *Pandataria* Vindobon pr. *Pandatrum* Medic. ſec. *Pandatarium* Exc. Voſſ. De ea vide ad Cal. C. 15. Tum non male Vindobon. pr. *convicianti quoque.*

3 *Ad ſtatuam.*] *& ſtatuam.* S. GRON.

4 *Diducto.*] Medic. pr. tert. Vindobon. ſec. prave *deducto*. Cortius vero adſcripſit *inferciri* tamquam ita in ſuo Codice eſſet; uti conjecit Urſinus; fruſtra. Per vim in-

me infectatus eſt, quum diem quoque [1] natalem ejus inter nefaſtos referendum ſuaſiſſet. Inputavit etiam, quod non laqueo [2] ſtrangulatam in Gemonias abjecerit: proque tali clementia interponi decretum paſſus eſt, quo ſibi gratiae agerentur, & Capitolino Jovi donum ex auro ſacraretur.

LIV. Quum ex Germanico tres nepotes, Neronem [3] & Druſum & Cajum, ex Druſo unum Tiberium haberet; deſtitutus morte liberorum, maximos natu de Germanici filiis, Neronem & Druſum, P. C. commendavit: diemque utriuſque tirocinii, congiario [4] plebi dato, celebravit. Sed, ut comperit, ineunte anno, pro eorum quoque ſalute publice vota ſuſcepta, egit cum ſenatu, *Non debere talia praemia tribui, niſi expertis & aetate provectis:* atque ex eo, patefacta interiore animi ſui nota, omnium criminationibus obnoxios reddidit: variaque fraude inductos, ut & concitarentur [5] ad convicia, & concitati [6] proderentur,

ingeri intelligit auctor. Adi Gron. L. IV. Obſ. C. 22. Dein *ſed pers.* Vindob. ſec. Obiit Agrippina XV. Kal. Nov. A. DCCLXXXVI. poſt Druſum filium.

1 *Natalem.*] *Natalis* Cort. praeter eos, quos citat Burm. & Edd. uſque ad Beroaldum, cui & ſequentibus conſentiunt plures meliores-que MSS. Vide Burm.

2 *Strangulatam.*] *Strangylatam* S. GRON. Mox *abjiceret* Cort. Ed. Rom. pr. ſive Camp. *ut Cap. Jovi* Vindobon. ſec. *donum* Vindobon. pr. Exc. Voſſ.

3 *Et Druſum.*] Torrent. Codd. cum utroque Vindobon. Cort. & Edd. Rom. carent hic copula. Sed vide Calig. C. 7.

4 *Plebi.*] *Plebei* S. GRON.

5 *Ad convicia.*] *Ad vitia* Medic. pr. cum Hulſ. in Vindob. pr. ac *excitarentur.* Neutrum eſt admittendum; licet *amores juvenum & impudicitiam Neroni objectarit*, teſte Tacito L. V. Ann. 4. Sed eo pertinent Suetonii verba *amariſſime congeſtis probris.* Eorum fratrem Cajum ad convicia & querelas ſic quoque concitarunt nonnulli, in Calig. C. 10. Necavit Neronem A. DCCLXXXIII. Druſum A. DCCLXXXVI. detentum in ima Palatii parte ex A. DCCLXXXII.

6 *Perderentur.*] MS. Salmaſ. *proderentur*, quod non rejecerim. *prodere* enim ſaepe eſt perdere. Terent: *prodidiſti te, & illam miſeram, & gnatum, quod quidem in te fuit.* ſic *prodita cauſa*, eſt perdita. Exempla alia ſunt obvia. GRAEV. Sic etiam Vindobon. ſec. Cort. Copeſ. Hulſ. & Exc. Cujac. Quae lectio melior viſa eſt quoque

derentur, accuſavit per litteras, amariſſime congeſtis etiam probris, & judicatos hoſtes fame necavit: Neronem, in inſula Pontia; Druſum, in ima parte Palatii. Putant, Neronem ad voluntariam mortem coactum; quum [1] ei carnifex, quaſi ex ſenatus auctoritate miſſus, laqueos & uncos oſtentaret: Druſo autem adeo alimenta ſubducta, ut tomentum e culcita tentaverit mandere: [2] amborum ſic reliquias diſperſas, ut vix quandoque colligi poſſent.

LV. Super veteres amicos ac familiares, viginti ſibi [3] e numero principum civitatis depoposcerat, velut conſiliarios in negotiis publicis. Horum

Erneſtio: recte; praeſertim cum ad eos perdendos acceſſerit delatorum proditio. Perpetua in hoc verbo illarum praepoſitionum eſt confuſio. Adi, quos laudat Drak. ad Liv. L. XXVI, 36. notas ad Front. L. II, 5, 40. quibus innumera addi poſſent. *conjectis* in ora Gryph. & *probris* Vindob. pr. & *adjudicatos* Medic. pr. cum duobus Burm.

1 *Ei.*] Abeſt a Cort. & Edd. Rom. Dein *omentum* Medic. pr. Vindob. ſec. Cort. Copeſ. *tormentum* Medic. tert. Vindob. pr. Edd. Rom. utr. Ven. pr. Tum *ex culc.* in Vind. pr. *culcitra* Vindob. utroque, Cort. & Edd. plurimis: ut & in Claud. C. 35. Ner. C. 49. contra Memm. Mediceos, Politian. &c. V. quos citat Burm. & Stewech. ad Veget. L. IV. C. 13.

2 *Amborum ſic reliquiis diſperſis.*] Sequor trium Palatinorum & codicis Salmaſiani, nec non Stephanianae editionis ſcripturam: *reliquias diſperſas.* pendent enim a praecedente *putant.* GRAEV. *Reliquias diſperſas* S. idque & Torr. & Caſaub. ex aliis MSS. notaverunt, ſed ita ut in uno repererint *reliqua diſperſa*, ut videantur jam olim hic haeſiſſe. Omnino autem certis ambigua ſo-

la ab Suetonio narrari illa duo de ratione ſaevitiae in nece. Haec pars non potuit fuiſſe ambigua, unde & Dio ſimpliciter & cum affirmatione narrat modum diſpergendi, quem male dixit Caſaubonus aliter tradere, quum diſperſerit oſſa hic illic terrâ abſcondita. Hinc patet Suetonium quoque ſcripſiſſe *tentaverit mandere. Amborum ſic reliquiae diſperſae, ut.* Ceinis, unde illa ſibilans litera fuerit depravata. GRON. *Reliquias diſperſas* dant etiam Pulm. codices, omnesque Medicei, Politian. Exc. Voſſ. Cort. Perizon. Harl. Vindob. ſec. & Edd. ante Baſil. item Junt. Ald. Steph. In ſolo Vindobon. pr. eſt *reliquiis diſparſis.* Juvant Gronovii emendationem Exc. Cujac. & Liſl. Cod. *reliqua diſperſa.* Neque ab ea alienus ſum. Dio enim p. 635. ut certam rem narrat, eorum oſſa a Tiberio juſſa κρυφθῆναί πῃ κατὰ γῆς, nempe ſparſim, ὥστε μηδένα τι εὑρεθῆναι. Ellipſis verbi ſubſtantivi librariis fraudi eſſe potuit. Nihil tamen adfirmo.

3 *E numero.*] Vindobon. pr. *ex num.* Mox Vindobon. ſec. *veluti conſ.*

rum omnium vix duos [1] aut tres incolumes praeſtitit: ceteros, alium alia de cauſſa, perculit. Inter quos cum plurimorum clade Aelium Sejanum, quem ad ſummam potentiam non tam benivolentia provexerat, quam ut eſſet, cujus miniſterio ac fraudibus liberos Germanici circumveniret: nepotemque ſuum ex Druſo [2] filio naturalem ad ſucceſſionem imperii confirmaret.

LVI. Nihilo [3] lenior in convictores Graeculos, quibus vel maxime adquieſcebat. [4] Zenonem quemdam exquiſitius ſermocinantem quum interrogaſſet, *quaenam illa tam moleſta dialectos eſſet*; & ille reſpondiſſet, *Doridem*; [5] relegavit Cinariam:

1 *Aut tres.*] Codex Salmaſ. *anne tres*, & ſtatim idem *benivolentia*. GRAEV. GRON. Illud *anne* oſtentant quoque tres Medicei, Politian. Exc. Voſſ. Adi ad Aug. C. 69. Tum *ceteroſque* eſt in utroque Vindobon. Cort. Perizon. & Edd. ante Baſil. *in quos* Edd. Mediol. & aliis. *benivolentia* eſt in MSS. O. & Edd. Vett. Adi ad Aug. C. 66. *pervexerat* Cort. & Edd. Rom. male. *Germ. liberos* Vindob. pr.

2 *Filium naturalem.*] Stultus ſit, qui non videat, cum Salmaſ. cod. & R. Steph. edit. legendum: *nepotemque ſuum ex Druſo filio naturalem*. GRAEV. *filio*. Ita MS. S. vulgo *filium*. GRON. Veriſſimam lectionem *filio* confirmant tres Medicei, Exc. Cuj. Ed. Romana ſec. & aliae. V. C. 52. 54. 62. Idque elegantius eſt, quam *filio naturali*: ut cum V. Cod. Urſini ediderunt Beroald. ac Burm. & maluit Torrentius. Opponitur nepos *naturalis* ex Druſo *adoptivis* nepotibus ex Germanico: ut C. 54.

3 *Lenior*] Medic. pr. Vindobon. pr. *levior*. Tum Polit. *Graecos*.

4 *Zenonem.*] Codex Salmaſ. & prim. Palat. *Xenonem* GRAEV. GRON. Quoniam incertum eſt, quodnam Graecus ille nomen habuerit, videtur vetuſtioribus membranis fides eſſe habenda, & reponendum *Xen*. Sic enim exaratur quoque in Viterb. Pith. Groſlot. Cujac. & Medic. ſec. ac tertio. Mox *ille* exſulat a Vindobon. pr. qui & habet *Doriee* pro *Doridem*. An leg. *Doricen*, vel ipſa Graeca voce Δωριδα, aut etiam in Nominativo? Nam *Doris dialectos*, metuo, ut Latine dicatur.

5 *Relegavit Cinariam.*] Forte *relegavit in Aenariam*. GRAEV. *Cinariam*, vel ut eſt in aliis, *Cynariam* potius qui retinent, intelligunt cum Turnebo inſulam ex Sporadibus unam, aliis *Cynaram* dictam, vel ita legunt contra MSS. cum Beroaldo. Graevio adſtipulantur Iſ. Voſſius & N. Heinſius, probantes *Aenariam*, at ſine praepoſitione, qua non eſt opus. Ei conjecturae, quae & mihi placet, jam Turnebi tempore, & in Ed. Baſil. poſt. ac Gryph. marg. propoſitae, favent praeter MS. Harlem. qui ſic exhibet, Cortian. & Ed. R. Steph. *Enariam*, vel Ald. *Anariam*. De *Aenaria* V. ad Aug. C. 92. Comm. ad Liv. L. VIII. C. 22. Dein *Rhodi* Medic. ſec. Cort. & alii cum Edd. Rom.

riam : exiſtimans, exprobratum ſibi veterem ſeceſſum, quod Dorice Rhodii loquantur. Item quum ſoleret ex lectione quotidiana quaeſtiones ſuper coenam proponere ; [1] comperiſſetque, Seleucum grammaticum a miniſtris ſuis perquirere, quos quoque tempore tractaret auctores, atque ita praeparatum venire : primum a contubernio removit; deinde etiam ad mortem compulit.

LVII. Saeva ac [2] lenta natura ne in puero quidem latuit, quam Theodorus [3] Gadareus, rhetoricae praeceptor, & [4] perſpexiſſe primus ſagaciter, & adſimulaſſe aptiſſime viſus eſt : ſubinde in objurgando adpellans eum, πηλὸν αἵματι [5] πεφυραμένον.

1 *Comperiſſetque.*] *Comperiſſet* S. GRON. Elapſo *que* recentiores librarii ſubſtituerunt & *comp* quod hinc in Medic. ſec. utroque Vindobon. Periz. Harl. Exc. Cuj. & Edd. Vett. uſque ad Baſil. comparet, & revocavit Cl. Burm. Dein *tractarent* Vindob. ſec.

2 *Lenta.*] i. e. itae haud erumpentis, nec cito flexae, ſed alta mente reconditae tenax. Vide omnino hic Caſaubon. & Comment. ad C. 21. *ſub lentis maxillis.* Minus bene vocis efficaciam exprimunt, qui intelligunt *facile flecti aut moveri neſciam naturam :* ut in Miſc. Lipſ. Nov. V. v. P. 2. p. 348. Pejus alii *truculenta* vel *cruenta* ſupponunt.

3 *Gadareus.*] MSS. Medic. Politian. Vindobon. &c. *Cadareus* cum Perizon. a m. ſec. & Edd. aliquot. *Cadereus* Edd. Rom. *Gadereus* Edd. Graev. major & Burm. male. V. ad Suidam, & Quinctil. L. III. C. 1.

4 *Perſpexiſſe.*] Sic primus tacite reposuit Caſaubonus ſine dubio e MSS. ſuis. Nam & Memmianus & Vindobon. ſec. cum Exc. Cujac. ita exhibent. In ceteris omnibus Codd. eſt *proſpexiſſe*, pro perpetua in his confuſione: ut in Domit. C. 4. Sed minus adpoſite. *proſpicere* enim eſt ex alto vel e longinquo & ante conſpicere ; *perſpicere* eſt penitus, & omnino cernere ac cognoſcere. Adi Comm. ad Caeſ. L. II. B. G. C. 17. ad Liv. L. XXII. C. 6. in Aug. C. 69. *Qui virgines denudarent atque perſpicerent.* in Calig. C. 11. *Sagaciſſimus ſenex ita prorſus perſpexerat.* Dein *adſimulaſſe*, ſive adcommodata mimeſi per ſimilitudinem expreſſiſſe, per *a* cum Cl. Burmanno reſcripſi auctoribus MSS. Mediceis, Vindobon. pr. Cort. Edd. Rom. ſec. Mediol. Sabell. Cald. aliiſque. *adſimilare* non eſt Latinum, quod mirot retentum a Celeb. viro in Ovid. L. I. Triſt. 6, 28. Adi quos laudat ad Met. III, 158. XIV, 656. Munk. ad Hygin. Aſtron. L. II. C. 8. Dein *appellatus* Vindob. ſec.

5 Πεφυραμένον.] Adjicit interpretationem codex Salmaſ. *id eſt, lutum a ſanguine maceratum*, quam & in nonnullis Caſaub. reperit. Per *lutum* lenta natura, per *ſanguinem* ſaevitia Tiberii ſignificatur. GRAEV. Interpretationem eam adjiciunt

μένον. Sed aliquanto magis in principe eluxit, etiam inter initia, quum adhuc [1] favorem hominum moderationis simulatione captaret. Scurram, qui, [2] praetereunte funere, clare mortuo mandarat, ut nunciaret Augusto, *nondum reddi legata*, *quae* [3] *plebi reliquisset*, adtractum ad se recipere debitum, ducique ad supplicium imperavit, & patri suo verum referre. Nec multo post in senatu Pompejo cuidam, equiti Romano, quiddam perneganti, dum vincula minatur, adfirmavit fore, *ut*

jiciunt MSS. mei omnes, & Edd. Vett. usque ad Steph. nisi quod Vindobon. pr. Cort. Exc. Cuj. non agnoscant Graeca, nec praepositionem *a*, quae abest etiam ab Edd. Basil. Gryph. Recte vero Stephanus cum Turnebo L. XIV. Adverf. C. 17. Pulm. & seqq. πεφυραμένον exhibuerunt pro συμπεφυρμένον. Alterum enim dant omnes quoque Medicei, Vindob. sec. aliique licet πεφυρμένον, ut in MS. Torr. bis occurrat vulgo apud Suidam, in V. Ἀλέξανδρος Αἰγαῖος & Νέρων, & utrumque in usu fuerit. Sed sensu subigendi & miscendi massam φυράω frequentius est adhibitum. Apud Thucydid. L. III. C. 49. οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ ἄλφιτα πεφυρμένα, MSS. habent πεφυραμένα. Consule Cel. Dukerum, & omnino H. Stephan. in Thes. V. φύρω, & φυράω. Exemplis enim parco, quae utriusque modi sunt quam plurima.

1 *Fav. hominum.*] In Vindobon. sec. *omnium*. Deest vox *hominum* Medic. sec. Vindobon. pr. Perizon. Harl. & uno Pulm. aliisque, uti & Edd. omnibus ante Casaub. *assimulatione* in Politian. Perizon. Harl. Vindobon. utroque, Cort. & Edd. iisdem praeter Basil. & Gryph. nisi quod Sabell. Cald. Mediol. dant *assimulationem*.

2 *Praetereunte funere elato mortuo mandarat.*] MS. Salmasianus & R. Stephani editio & ceterae omnes, *clare mortuo mandarat*: quod malim. Cum enim praeteriret funus, efferebatur utique. Videtur itaque *elato* hic superfluum, & recte pro eo legi in antiquis libris: *clare*. quod ex uno codice immutavit Casaubonus, quia Dio in aurem mortuo insusurrasse haec scurram scribit. GRAEV. *Clare*. Ita MS. S. vulgo *elato*. GRON. Recte viri docti revocarunt vocem *clare*, rejecta *elato*, quam Casaubonus e solo Viterbiensi intruserat. Omnes enim MSS. dant *clare*, etiam Copes. sed qui cum Medic. pr. & tert. a m. pr. habet *praetereuntem funus*. Scilicet clare enunciavit scurra iste, ex inproviso vel de consilio funeri illi obvius, verba illa, quae in aurem insusurravit cadaveri, postquam ab adstantibus rogatus erat, quidnam cadaveri in aurem dixisset. Atque hoc pacto facile cum Dione, qui tamen aliquoties a Suetonio dissentit, conciliari potest. Vide L. LVII. p. 611.

3 *Plebi.*] *Plebei* S. GRON. Sic etiam Exc. Voss. & Edd. Ald. Steph. uti alibi. *plebeis* in Vindobon. utroque, Cort. Periz. Harl. Edd. sec. XV. item Bonon. Lugd. Junt. *adtractatum* in Edd. Mediol. Cald. quibus mox deest *fore*, sicut aliis apud Burm.

ut ex Pompejo [1] *Pompejanus fieret:* acerba cavillatione ſimul hominis nomen inceſſens, veteremque partium fortunam.

LVIII. Sub idem tempus, conſulente praetore, an judicia majeſtatis cogi juberet, exercendas eſſe leges reſpondit, & atrociſſime exercuit. Statuae quidam [2] Auguſti caput demſerat, ut alterius imponeret. Acta res in ſenatu; &, quia ambigebatur, per tormenta quaeſita eſt. Damnato reo, paullatim hoc genus calumniae eo proceſſit, ut haec quoque capitalia eſſent: circa Auguſti ſimulacrum ſervum cecidiſſe, [3] veſtimenta mutaſſe, nummo vel anulo effigiem inpreſſam latrinae aut lupanari intuliſſe, [4] dictum ullum factumve ejus

1 *Pompejanus.*] Sive veteri Pompejanarum partium fortuna, ut ſe ipſe explicat auctor, interimeretur iſte Pompejus: a qua expoſitione non erat, quod recederet Cel. Burm. hic & ad Petron. C. 71. Non enim tangit tempora ipſius Julii Caeſaris, ſub quo pauciſſimi, praeterquam in acie, ſunt occiſi; ſed Triumviratus & ſeq. tempus usque ad ſolius Auguſti imperium. Ceterum optimo Torrentii codici accedit Memmianus & forſan alii, e quibus Caſaubonus edidit *veterum*, cum Scriv. Graevioque & pluribus. Sed *veterem* Pulm. Grut. Burm. meique MSS. omnes & priores Edd. ſervant, nec mutari debuerat. Dein *cogi deberet* Vindob. pr.

2 *Auguſti c. demſerat.*] *Auguſto* S. GRON. Tum in MSS. 2. Torrent. Burm. & Cort. item Edd. Rom. Sabell. Cald. Mediol. Ald. Steph. *depreſſerat*, quod natum eſt e ſcriptura *depſerat*. Dein *hoc* abeſt a duobus Pulm. aliis Mediceis, Exc. Cujac. Veſſ. Vindobon. pr. Cort. Edd. Rom. aliisque a Pulm. & Burm. citatis. *conſeſſus* etiam pro *paullatim* in marg. Gryph. & MS. Torrent.

3 *Veſtimenta mutaſſe.*] Sic primus edidit Caſaubonus, ſine dubio e ſuorum codicum conſenſu, & hinc tacens. Nam non ſolum Memmianus ita exhibet, ſed & omnes Medicei, Exc. Politiani, Cujac. Voſſ. Cort. ac ſub *veſtimentis* intelligitur etiam *tunica*: unde obſcoena in ſacrato loco nudabantur. Cap. 14. *Veſtimenta mutanti tunica ardere viſa eſt.* In reliquis quidem obvium eſt *veſtem*. Sed locutionem *veſtem mutare* auctor cum optimis ſcriptoribus adhibuit de formula, quae hic locum non habet, quando in reatu veſtis induebatur ſordida a reis, eorumque amicis, notiſſimo more, ut ſupra Cap. 2. Dein *lat. ut lup.* Medic. tert. Polit. *vel lup.* Cort. Edd. Rom.

4 *Dictum ullum factumve ej. exiſtimatione aliqua l.*] Celeb. Burmannum offendit haec locutio, ut nova, & ſine exemplo. Quare, niſi in Suetonii ſingularibus ſit reponendum, conjecit *dicto ullo factove ejus exiſtimationem oblique laeſiſſe*. Verum gravius crimen foret Imperatoris exiſtimationem ſeu

ejus exiſtimatione aliqua laeſiſſe. Periit denique & is, qui [1] honorem in colonia ſua eodem die decerni ſibi paſſus eſt, quo decreti & Auguſto olim erant.

LIX. Multa praeterea, ſpecie gravitatis ac morum corrigendorum, [2] ſed & magis naturae obtemperans, ita ſaeve & atrociter factitavit: ut nonnulli

ſeu famam & nomen *facto ullo laeſiſſe*, quam ut Suetonius illud recenſuiſſet inter leviſſima illa, quae tum fiebant capitalia: & de *crimine dictorum verborumque* ſequitur demum Cap. 61. Caeſar & Auguſtus civili animo tulerunt, ſi qui dictis ullis vel carminibus exiſtimationem ſuam lacerabant, ſatis habentes, ne quis facto laedere poſſet: ut notat auctor in Jul. C. 51. *Facta enim arguebantur, dicta impune erant*: ut ait Tacit. 1. Ann. C. 72. qui ibidem cum Seneca de Benef. L. III. C. 27. Suet. C. 55. & Dione p. 587. aliiſque tradit, ab Auguſto primo *cognitionem de famoſis libellis ſpecie legis tractatam*. Sed ſub Tiberio jam capital erat *ſiniſtros de eo ſermones habuiſſe*: ut idem Tacitus addit C. 74. ubi vide multa hoc caput illuſtrantia, & dicto Senecae loco C. 26. item apud Dion. p. 618. Idque eſt quod auctor ait *exiſtimatione*, ſive ſententia, opinione, judicio vel liberius & inter vinum expreſſo, vel aliis modis patefacto, delatoque *laeſiſſe dictum ullum factumque* Tiberii. Quomodo & Cicero dixit *tacitorum exiſtimatione reprehendi* de Provinc. Conſ. C. 17. Sed adi de hac voce Gron. & Drak. ad Liv. L. IV. C. 41. *Non militis de Imperatore exiſtimationem eſſe*. Quare & miratus eſt Cl. Erneſti, Burmanno hoc Latinitatis dubiae videri. Si tamen in MSS. reperiretur, *obliqua* praeferrem.

1 *Honores.*] Cod. Salmaſ. *honorem*. GRAEV. GRON. Ita reponi juſſi auctoritate MSS. Torrentii, Pulm. Burm. item Mediceorum pr. tert. Polit utriuſque Vindob. Cort. & Editionum ante Caſaubon. ſi excipias Baſ. Gryph. Plant. Non enim ideo, quia ſequitur pluralis, neceſſe erat illum numerum praecedere, cujus variationem innumeris exemplis paſſim demonſtrarunt viri docti. Hinc tamen ortum eſt, quod contra in aliis MSS. legatur *quo decretus & A. e. erat*: ut in pleriſque Torrent. uno Pulm. Cort. & Edd. Rom. *decretum erat*. in Vindob. ſec. Cort. *quod* eſt in Medic. pr. tert. Copeſ. Ed. Par. *ſua* e Gronovii codice caſu elapſum eſt. *eo die* praeter Burm. libros exhibent quoque Vindobon. Cortian. Edd. Rom. Mediol. Cald. &c. minus bene.

2 *Sed & magis.*] Ejicl τὸ & placuit Lipſio & Torrent. Fraudi illis fuit ellipſis vocum *non ſolum*. ut in Aug. C. 31. *Sacerdotum & numerum & dignitatem, ſed & commoda auxit*. Vide item in hac vita C. 50. *Ut commercio hominum frui vetuerit; ſed & peculio fraudarit*. item C. 61. 76. Calig. C. 13. 16. 20. Ner. C. 33. *Lucuſtae impunitatem praediaque ampla; ſed & diſcipulos dedit*. Juſtin. L. XIX. C. 13. *ceterarumque Africae civitatium; ſed & Hiſpaniarum*. Appul. L. X. Met. init. *Nam & galeam nitore praemicantem & ſcutum gerebam longius relucens; ſed & lanceam*: quomodo locus is partim e MSS. partim e conjectura legendus videtur. ibid. p. 214. *Curiam, ſed & plebem moerens inflammaverat*. Adde Stewech. ad

nulli verſiculis quoque & praeſentia exprobrarent, & futura denunciarent mala:

Aſper & inmitis, breviter vis omnia dicam?
Diſpeream, ſi te mater amare poteſt.

Nos es eques. quare? non ſunt tibi milia centum:
Omnia ſi quaeras, & [1] Rhodos exſilium eſt.

Aurea mutaſti Saturni ſaecula, Caeſar:
Incolumi nam te ferrea ſemper erunt.

Faſtidit vinum, quia jam ſitit iſte cruorem:
[2] Tam bibit hunc avide, quam bibit ante merum.

Adſpice felicem ſibi, non tibi, Romule, Sullam:
[3] Et Marium, ſi vis, adſpice, ſed reducem.
Nec non AntonI, civilia bella moventis,
[4] Nec ſemel infectas adſpice caede manus.
Et dic, Roma perit: regnabit ſanguine multo,
Ad regnum quiſquis venit ab exſilio.

Quae

Libr. de Deo Socr. init. Dein prave *ac atrociter* Vindob. ſec. Edd. Rom. *exprobrarint* Cort. *denunciant* Edd. Sabell. Cald.

1 *Rhodos.*] MSS. omnes, ſi Memmianum excipias, & Edd. Vett. uſque ad Baſil. dant Latina terminatione *Rhodus*: quod forſan in famoſo & populari epigrammate aliquis praeferat. Auctor etiam paſſim illam ſecutus eſt terminationem. Huc pertinet C. 13. *ſe Rhodum navigaturum, caputque exſulis relaturum.* Non enim eques non modo erat, cui ne centum quidem milia aeris pro quadringentis erant, utpote peculium modo habenti, ſed ne civis quidem, in exſilio quaſi vivens: uti jam alii obſervarunt. Supra *omnis eques* Medic. pr.

2 *Tam bibit hunc.*] In Medic. pr. *Tunc bibit hic.* Non male conjecit Gruterus *bibet*; ut hoc quoque, ſicut ſequenti carmine, futura denuncientur mala: ſed praeſens tempus ſervant MSSti ad unum omnes.

3 *Et Marium, ſi vis, adſpice.*] Iſtud *ſi vis* valde friget. Forte & *Marium in vivis adſpice.* hoc eſt, Marium redivivum, qui aeque crudeliter ſaevit in optimates ac nobiles viros, ac Marius fecerat. GRAEV. At conſule Burmannum.

4 *Nec ſemel.*] *Non ſemel* S. & *aſpice* hic & ſupra S. GRON. *Non* etiam Medic. ſec. Cort. uterque Pulm. cum multis Burm. & Edd. Vett. item Ald. Steph. quod ob ſententiae continuationem videtur praeferendum. Prave vero in Medic. ſec. *ne non*, & in eodem ac Cort. aliiſque & Edd. priſcis *Antonii*,

Quae primo quaſi ab inpatientibus remediorum, ac non tam ex animi ſententia, quam bile & ſtomacho, fingerentur, volebat accipi. Dicebatque identidem, *Oderint, dum probent.* Dein, vera plane certaque eſſe, ipſe fecit fidem.

LX. In paucis diebus, quam Capreas adtigit, piſcatori, qui ſibi ſecretum agenti grandem [2] mullum inopinanter obtulerat, perfricari eodem piſce faciem juſſit, territus, quod is a tergo inſulae per aſpera & devia erepſiſſet ad ſe. [3] Gratulanti autem inter poenam, quod non & [4] locuſtam, quam prae-

tenii. Dein *regnavit* in Medic. pr. tert. Exc. Voſſ. quod non temere ſpernendum ob ſequens praeteritum *venit.* Ab exemplis priorum exſulum, qui ſanguine multo regnarunt, poſtquam ab exſilio redierant, concluditur, Tiberium ſimilia acturum.

1 *Romae dominii.*] Codex Salmaſii optime: *ab impatientibus remedium*, omiſſa ſyllaba, pro *remediorum*, qui nollent luxum & alia vitia corrigi. GRAEV. *Remedium* Ita MS. S. vulgo *Romae dominii.* GRON. Facile quis videre poteſt, vulgatum *Romae domini* vel *dominii* eſſe natum ex corrupta voce *remediorum*, quibus mores corrigere Tiberius volebat, ſed quae non patiebantur Romani: unde ajebat Tiberius *Oderint, dum probent* ſc. remedia: ut puto. Nam *remedium* contracte pro *remediorum* vix auſim probare. Sic tamen exhibent quoque tres Palatini, Medicei, Politian. Exc. Cujac. Voſſ ac margo Ed. Mediol. pr. & *romediu* Vindob. pr. *Romae* abeſt ab tribus Torrent. Harl & Ed. Rom. ſec. non vero a Periz. Cl. Burm. conjecit *omnis remedii*: quae ultima vox eſt in Ed. Steph. ſic ſine dubio corrigentis ſuorum Codicum lectionem *remedium*. Supra *quae a pr.* in Medic. pr. tert. Mox reſcripſi *dein* pro *deinde* fide trium Mediceorum, Polit. Vindobon. pr. Copeſ. Exc. Cujac. ut alibi. *eſſe* exſulat. a Vindob. pr.

2 *Mullum.*] De more Medic. pr. Vindob. ſec. Corr. & Edd. Vett. *mulum*: item male *eadem* Vindob. pr. *repſiſſet* in Med. pr. tert. & aliis. Adi ad Front. L. III. C. 9. §. 3. *Erepi poſſe in caſtellum.* N. Heinſ. in Adverſ. p. 85. 373. Avien. Deſcr. Orb. vſ 1144.

Erepunt ardua ſemper
Culmina ſaxorum.

ubi male in Edd. nonnullis *erumpunt.*

3 *Gratulanti.*] Non ſignificat ſimpliciter *laetanti*: ut Beroaldus & alii exponunt: ſed *cum gaudio diis gratias agenti*: ut in Calig. C. 6. & paſſim. Conſule Perizon. ad Sanctii Min. p. 7.

4 *Locuſtam*, *q. praegrandem.*] *Lucuſtam* S. GRON. In Vindob. utroque, Cort. Periz. Harl. Edd. Rom. Ven. Mediol. Sabell. Cald. Beroald. &c. eſt *pergrandem*; ut vulgo apud Cic. IV. in Verr. C. 27. *gemma pergrandi.* & Liv. L. XXIX. C. 29. *pergrandem natu.* Inſpice Cl. Drakenb. Appul. L. VI. Met. p. 121. *Canis pergrandis*: ut quidem eſt in pleriſque MSS. & Edd. Sed Pricaeus cum Edd. Vett. *praegrandis* praefert: ut certe eidem L. II. *lucerna praegrandis.* & ſic noſtro in Aug. C. 72. *ferarum*

praegrandem ceperat, obtuliſſet, locuſta quoque lacerari os imperavit. Militem praetorianum ob ſubreptum [1] e viridiario pavonem capite puniit. In quodam itinere lectica, qua vehebatur, vepribus inpedita, exploratorem viae, primarum cohortium centurionem, ſtratum humi paene ad necem verberavit.

LXI. Mox in omne genus crudelitatis [2] erupit, numquam deficiente materia: quum primo matris, deinde nepotum, & nurus, poſtremo Sejani familiares, atque etiam notos perſequeretur. Poſt cujus interitum vel ſaeviſſimus exſtitit: quo maxime adparuit, non tam ipſum [3] ab Sejano concitari ſolitum,

rum membra praegrandia, aliiſque. Quare nil mutandum.

1 *E viridario.*] *Viridiario* S. GRON. Item Medic. tres. quomodo ſaepius haec vox exarata & ſculpta invenitur. Adi Comm. ad Phaedr. F. 36. Fruſtra autem & prave vir doctus J. Fr. Chriſtius in proluſione de Phaedro p. 27. diſtinguit inter *viridia*, quaſi illa eſſent modo arborum e longinquo adparens viriditas, & *viridaria* graminum, quae pedibus calcantur. Contrarium fere docent exempla a viris doctis ibi & in Lexicis adlata; unde patet, *viridia*, & *viridaria* promiſcue ſumi ſolita. V. & ad Vitruv. L. V, 9. VI, 6. & Inſcript. Fabretti p. 5. coll. cum Grut. p. 621. ac Don. p. 201. item Fabr. p. 225. ubi *viridiarium*, *virdiarium* pro *cepotaphio*. Male vero Gudius hinc fabricavit *vicum viridarium*: cum non jungenda ſint in Inſcriptione MAG. VICI VIRIDIARI. ſed VIRIDIARI MONVMENTVM. Dein *punivit* Medic. pr. Vindobon. uterque, Perizon. duo Pulm. & Edd. Vett. uſque ad Baſ. Item Junt. Ald. Steph. *punit* Medic. tert. Paullo poſt qualis ſit *primarum cohortium centurio*, cum ſagacioribus neſcio. Graevii Ed. minor habet *primarium*; quod Lipſius margini Ed. Plant. quoque adleverat. Conjecere viri docti *praetoriarum*, *primorum ordinum*, *primae cohortis*. Certe jam tum prima cohors legionis honoratior erat: ut nemo neſcit poſt Lipſium, Salmaſium, Schelium. Intelligeret ergo aliquem centurionem ex prima cohorte legionis cujuſdam. Suſpicor potius, ſub *primarum* latere gentis nomen.

2 *Erupit.*] Vindob. pr. *irrepſit*, & *dein*: quomodo etiam Edd. Rom. ſec. Mediol. Sabell. Cald. Ber. &c. *familiaris* Vindob. ſec. *atque vetos* Vindob. pr.

3 *A Sejano.*] *Ab Sejano* S. GRON. *Ab* exhibui auctoritate trium Mediceorum, Vindobon. pr. Exc. Cuj. Voſſ. *ipſo a Sej.* Politian. Dein *Sejano* pro *Sejanum* Medic. pr. tert. Polit. unus Torr. & alii cum Edd. aliquot: quod ortum eſt ex pronunciatione Acculativi *Sejanoe*. Vindob. ſec. *occaſionem*. Dein *Et ſic* Medic. tert. marg. Ed. Mediol. *quod* in opt. Torr. Cod. & Exc. Voſſ. uti *commentarium* neutro genere ſaepe occurrit. Sed Suetonius ſemper maſculinum praetulit. *Furem* exſtat etiam in Ed. Rom. pr. Mediol. Cald. V. Burm. & nil muta.

1 *Ad.*

litum, quam Sejanum quaerenti occaſiones ſubminiſtraſſe. Etſi commentario, quem de vita ſua ſummatim breviterque compoſuit, auſus eſt ſcribere, *Sejanum ſe puniſſe, quod comperiſſet, furere* [1] *adverſus liberos Germanici, filii ſui:* quorum ipſe alterum, ſuſpecto jam, alterum obpreſſo demum Sejano, interemit. Singillatim crudeliter facta ejus exſequi [2] longum eſt: [3] genera, velut exemplaria, ſaevitiae enumerare ſat erit. Nullus a poena [4] hominum ceſſavit dies; ne religioſus quidem ac ſacer. Animadverſum in quosdam [5] ineunte anno novo:

1 *Adverſus liberos Germanici filii ſui.*] Sic codex Salmaſianus. Idem deinde: *ſingillatim*, pro *ſigillatim* cum R. Stephano, & ſic ubique ſcribendum: eſt enim a *ſingulus*. GRAEV. *Lib. Germ.* Ita MS. S. vulgo *Germ. lib.* Mox *ſingill.* S. GRON. Memmiano accedunt tres Medicei cum uno Torrentii, Sed in reliquis Codd. & Edd. vulgaris ante & perverſus ordo ſervatur: unde cum Torrentio putem voces *filii ſui* e gloſſa eſſe adjectas; praeſertim cum in Vindob. pr. exaretur *Germanici filii ſui liberos*. In Cort. *altero ſuſp.* Item *deinde Sej.* ut eſt quoque in Vindob. & Edd. Rom. Pro *obpreſſo* in Vindob. pr. *apenſo*. De *ſingillatim*, quod exhibent etiam tres Medicei, Vind. ſec. Exc. Voſſ. pro vitioſo *ſigillatim*, vide ad Aug. C. 9. *ſingulatim* in Edd. aliquot & Gryph.

2 *Longum eſt.*] Uterque Pulm. Vindobonenſes, Cort. Periz. Harl. & Edd. Vett. usque ad Baſil. *longum eſſet*, male. Formularis erat locutio, *longum eſt dicere, commemorare, enumerare*, paſſim obvia Ciceroni, Ovidio, aliis: ac noſtro in Galba C. 3. *Imagines & elogia univerſi generis exſequi longum eſt.*

3 *Genera.*] *Genera* S. GRON. Conſentiunt MSS. mei omnes, & Burm. cum Edd. Ven. ſi excipias Baſil. Gryph. Col. Plant. Quare id reſtitui: licet adverbiali voce utatur auctor cum optimis in Calig. C. 22. *generatim per ſingulos dies*, ſed alio ſenſu. Mox *enumerata* eſt in Periz. & Edd. Mediol. Cald.

4 *Hominum ceſſavit dies.*] Quinam alii puniebantur, quam homines? Exiſtimo Suetonium ſcripſiſſe: *nullus a poena omnino ceſſavit dies.* GRAEV. Eadem eſt & Heinſii conjectura, ſed vana & ſuperflua. Saepe *hominum* vox additur, licet de nullis aliis, quam hominibus auctoris ſenſus poſſit intelligi. Ita *tot milia hominum in proelio occiſa ſunt*: ut ſexcenties occurrit in hiſtoricis: *Animi, ora hominum* non raro dicuntur. Conſule Comm. ad Liv. L. XXVII. C. 9. & Burm. ſupra ad C. 57. *favorem hominum*: quod crebro abiit in *omnium*. In Ed. Camp. mox *ſaeris*.

5 *Ineunte anno novo.*] Non temere damnem illud *novo*, MSS. omnibus agnitum. Qua voce expreſſa ipſas Kal. Januarias, quibus utpote die religioſo & inter ſacra ac vota & munera peracto nemo puniebatur, deſignare voluit auctor; cum *novus incipit annus*, licet alibi dixerit *ineunte anno*; ut Cap. 54. & Cal. C. 42. ſed hic loci *ineunte anno* non ſatis exacte ipſum primum diem denotaſſet: immo

novo: accuſati damnatique multi cum liberis atque etiam [1] uxoribus ſuis. Interdictum, ne capite damnatos propinqui lugerent: decreta accuſatoribus praecipua praemia, nonnumquam & teſtibus. Nemini delatorum fides abrogata. Omne crimen pro capitali [2] receptum, etiam paucorum ſimpliciumque verborum. Objectum eſt poëtae, quod in tragoedia [3] Agamemnonem probris laceſſiſſet: obje-

immo amat ſaepe ſuperflua addere Suetonius. Adi citata ad Caeſ. C. 49. *Kal. Januariis novis.* In Vind. pr. *meante anno novo.* Mox *acc. quidam* Politian. & *d. multi ſunt* Vind. ſec.

1 *Uxoribus ſuis.*] Cod. Salmaſ. *a liberis ſuis.* GRAEV. GRON. In tribus Mediceis, Harlem. Copeſ. Hulſ. Exc. Cujac. Ed. Rom. pr. Ven. pr. pro *uxoribus* exhibetur quoque *liberis.* in Exc. Voſſ. *libris,* ſed *libertis* diſerte, ni fallunt excerpta, Cortian. ut conjecere Lipſius & Burmannus. Quid? ſi utrumque admittamus *uxoribus ac liberis:* unde cauſſa adparet, cur in Memmiano ſit *a;* corruptum ſcilicet ex copula. Ipſos enim liberos accuſaſſe & damnaſſe patres, hic non notare voluiſſe videtur Suetonius: ut bene ſubmonuit Burm. Huc potius refer ſequentia, & Tacitum L. VI. Ann. C. 19. *Jacuit immenſa ſtrages: omnis ſexus, omnis aetas, inluſtres, ignobiles, diſperſi aut aggerati. Neque propinquis aut amicis adſiſtere, inlacrimare, ne viſere quidem diutius dabatur.* Facillimam & hinc obviam aberrationem *libertorum* in *liberorum* eſſe quivis percipit. In Vindob. pr. ſolum habetur *damnatique multi; atque etiam.* A Cujac. abeſt *cum.*

2 *Receptum.*] Addunt *eſt* uterque Vindobon. Periz. Harlem. duo Pulm. & Edd. Vett. praeterquam Baſil. Lugd. Gryph. Plant. &c. *ſuppliciumque* Medic. ſec.

3 *Agamemnonem probris laceſſiſſet.*] Mortuus, cui maledicitur, neſcio quam bene probris laceſſi dicatur. Mallem *laceraſſet*, aut *laeſiſſet.* Cod. Salmaſ. *Agamemnoni propriis laceſſiſſet.* Scribendum puto: *Agamemnoni propriis ſe laceſſiſſet.* ipſum Tiberium ſub perſona Agamemnonis perſtrinxiſſet, quod ſaepe faciebant. ſic in Octav. ſub Galli tympanizantis perſona creditus fuit Auguſtus traduci:

Videſne, ut cinaedus orbem digito temperet?

Aut forte ſcribendum: *Agamemnoni probra is ingeſſiſſet.* ut inferius Cap. 66. *nullo non damnatorum omne probri genus coram, vel per libellos in orcheſtra poſitos ingerente.* & ſuperius C. 54. *amariſſime congeſtis etiam probris.* GRAEV. *Laceraſſet* ſui exemplaris margini adlevit quoque Lipſius: Quia ſcilicet mortuus Agamemnon non *laceſſi*, ſed *lacerari* & *laedi* poterat ab iſto poëta. Verum recte docent Beroaldus & Burmannus, ſubintelligi repraeſentatum in ſcena, tamquam viventem, probrisque laceſſitum ab Achille vel Therſite, eaque probra accepiſſe Tiberium, quaſi in ſe dicta: Poetas enim dici omnia *facere*, quae fingunt, vel quaſi producunt, ſive ante geſta, ſive nove excogitata, quis neſcit? atque inde illis nomen eſſe, quem latet? Si *propriis*, quod exſtat itidem in Medic. tert eſſet vera lectio, deeſt ejus ſubſtantivum. Non enim tam abſtracte loqui ſolet auctor. Altera conjectura Heinſiana quoque *probra is ingeſſ.* per ſe acuta, ſed aliena eſt a ſtylo Suetonii, & nimis a vulgato recedit.

Tunc

objectum & historico, quod *Brutum Cassiumque ultimos Romanorum* dixisset: animadversum [1] est statim in auctores, scriptaque abolita, quamvis probarentur [2] ante aliquot annos, etiam Augusto audiente, recitata. Quibusdam, [3] custodiae traditis, non modo studendi solatium ademtum, sed etiam sermonis & colloquii usus. Citati ad causam dicendam partim se domi vulneraverunt, certi damnationis, [4] & ad vexationem ignominiamque vitandam: partim in media curia venenum hausserunt, & tamen colligatis vulneribus, ac semianimes [5] palpitantesque in carcerem rapti. Nemo

Tunc mallem *Agamemnona* (nam inde forsan illud *i*) *probris incessisset*. ut passim cum apud alios, tum nostrum Cap. 57. *acerba cavillatione hominis nomen incessens*. immo C. 11. *eum convicio incesseret*. Claud. C. 12. *Senatum diris exsecrationibus incessere*. Ner. C. 23. *Adversarios maledictis incessere*. C. 35. *Quod se convitiis incesserat*. Ceterum vox *probris* deest duobus Torrent. Periz. Cort. & Edd. Vett. ante Mediol. sec. cui Beroaldus bene restituit e MSS. Mox & exsulat a Vindob. pr. in quo *aboleta*.

1 *Est.*] Substantivum verbum non primus Scriverius, ut putat vir doctus, sed Casaubonus addidit: ut exhibent Memmianus, Vindob. sec. Hulf. Harl. at eo carent reliqui: nec magis necessarium est, quam in superioribus plerisque.

2 *Aliquot ante annos.*] *Ante aliquot annos* S. GRON. Sic edidi fide trium Mediceorum, Vindobon. utriusque, Harl. Exc. Voss. utriusque Pulm. & Edd. Rom. aliarumque. *etiam aliquos ante a. A.* Periz. sicut vox *etiam* in MSS. & Edd. Vett. ponitur vel post *probarentur*, vel post *ante*, vel post *aliquot*, praeterquam in Memm. ac Mediceis. Optime Politianus e suis libris emendavit & *Aug. audiente*.

3 *Custodiae.*] *Custodia* S. GRON. Item Vindob. sec. Cort. Exc. Voss. cum aliquot Burm. & Edd. Vett. *quotidie* Vindob. pr. Mox *studendi* servant omnes mei & Edd. praeter unicam illam Ed. Rom. sec. *scribendi*. Sed aeque legendi ac scribendi solatium intelligit. Vid. Pitisc. Burm. *sed & serm.* Vindob. sec.

4 *Et ad vexationem ignominiamque.*] Codex Salmas. *sed ad vexat.* scribe: *sed & ad vexationem*. GRAEV. *Et*, quod Beroald. Junt. Argent. & Casaub. cum seqq. exhibuere, inveni in solis Politiani excerptis: in reliquis *sed*. De vocibus *sed &*, haud praecedentibus *non solum*, vide ad Cap. 59.

5 *Palpitantesque.*] Copula abest a Cort. Edd. Rom. Addunt vero vocem *adhuc* tres Codd. Medicei, Politian. Copes. Exc. Cujac. Voss. Edd. Rom. sec. Bonon. Paris. ac *recepti* Cort. Edd. Rom. pr. Mediol. Cald. & quos citat Burm. Receptae nunc lectioni adquiescere malim. Alioquin τὸ *adhuc* jungendum foret vocibus *in carcerem rapti*. Edd. Rom. & *sem.* Mox & ante *in Gem.* deest utrique Vindob. Cort. aliisque & Edd. ante Basil. *objectus* Medic. tert. *unguoque* Vindob. pr.

1 *Vigin-*

Nemo punitorum non & in Gemonias abjectus, uncoque tractus. [1] Viginti uno die abjecti, tractique ſunt: Inter eos feminae & pueri. Inmaturae puellae, quia more tradito nefas eſſet virgines ſtrangulari, vitiatae prius a carnifice, dein ſtrangulatae. Mori volentibus vis adhibita vivendi. Nam mortem adeo leve ſubplicium putabat, ut, quum audiſſet, unum [2] e reis [3] Carnulium nomine, anticipaſſe [4] eam, exclamaverit, *Carnulius me evaſit.* Et in recognoſcendis cuſtodiis, precanti cuidam poenae maturitatem reſpondit, *Nondum tecum in gratiam redii.* Annalibus ſuis vir conſularis inſeruit, frequenti [5] quondam convivio, cui & ipſe adfuerit, interrogatum

1 *Viginti.*] Quia Tacit. L. VI. Ann. C. 19. ſcribit *Jacuit immenſa ſtrages, omnis ſexus, omnis aetas* &c. viri docti cenſent, reponendum in Suetonio numerum majorem, alius alium. At recte obſervavit Scriverius, a Tacito non dici, eam immenſam ſtragem uno die fuiſſe coacervatam. Quoniam igitur nulla in MSS. varietas reperitur, nihil tentandum judico. Quid vero Cl. Burmannus velit per *Baſilienſem numerum incredibilem*, non capio. Ceterum in Edd. antiquis uſque ad Baſil. Gryph. &c. exhibetur ſolummodo *abjecti*; uti & in Vindobon. ſec. Harl. Perizon. Cort. Sed *tractique* addunt quoque Medicei, Politian. & reliqui, qui tamen nec ullae Edd. ante Caſaub. non adjiciunt *ſunt*, quod inveni in ſolo Vindobon. pr. ſi excipias Memmianum. Quare facile accedere poſſum Torrentio legenti *abjectus, uncoque tractus. Viginti uno die. Inter eos feminae & pueri.* Hunc enim ordinem pro *pueri & fem.* praetuli, auctoribus tribus Mediceis, Politian. Copeſian. Exc. Cujac. Voſſ. ac Calig. C. 17. & alibi. In Polit. Exc. *& fem. & pueri, & inmat. p.* Exc. Voſſ. *ac pueri* Vindob. pr. *inmaturi & more tragico*; ut & eſt in Cort. prave. Adi Comment. Caſaubon. & Lipſ. ad Tacit. L. V. Ann. 9. *Eſſet* abeſt ab Exc. Voſſ. *deinde* in Vindobon. utroque, & *audiviſſet* Vindob. ſec.

2 *E reis.*] *Ex eis* in Cort. Edd. Rom. Mediol. Cald. & aliis apud Burm. vulgari errore, qui in Mediolan. marg. jam correctus eſt. V. Drak. ad Liv. L. 11, 54, 7.

3 *Carnulium.*] Codex Salmaſ. *Carnulum.* Palat. ſec. *Carnulum.* Primus, *Carrulum.* Sic ſtatim Salmaſianus, *Carrulus me evaſit.* GRAEV. GRON. *Carnulum* & mox *Carnulus* exſtat etiam in tribus Mediceis, Vindobon. pr. *Carmilium* & *Carmilius* Vindobon. ſec. *Carrulum* & *Carrulus* Exc. Voſſ. Credo, verum fuiſſe nomen *Carvilium*: quamvis & in lapidibus varia inveniantur nomina, proxime accedentia.

4 *Eam, exclamaverit.*] *Jam, excl.* S. GRON. *Exclamavit* Cort. cum Perizon. Harl. Edd. Rom. pr. Mediol. Cald. aliaeque ſine dubio pro *exclamarit*: ut monuit Burmann.

5 *Quondam convivio.*] Codex Salmaſ. *quoddam.* leg. *frequenti quodam convivio.* GRAEV. *quodam* eſt in tribus Mediceis, utroque

Vin-

gatum eum subito & clare a quodam [1] nano, adstante mensae inter copreas, cur Paconius, majestatis reus, tam diu viveret: statim quidem petulantiam linguae objurgasse; ceterum post paucos dies scripsisse senatui, ut de poena Paconii quam primum statueret.

LXII. Auxit intenditque saevitiam, exacerbatus indicio de morte filii sui Drusi: quem quum morbo & intemperantia [2] perisse existimaret, ut tandem veneno interemtum fraude [3] Livillae uxoris

Vindobon. duobus Pulm. Exc. Cujac. utraque Ed. Romana, & Beroald. Vel sic malim *quondam* cum Burm. V. ad Aug. C. 53. 77. Tib. C. 11. 13. *affuerit* Vindobon. pr. *& clare* exsulant ab Edd. Rom.

1 *Nano.*] In uno Torr. *Mario* Vindobon. pr. *Mano.* Politian. *Vano*, quasi aretalogus quispiam intelligeretur: quod vanum hominum genus fuit in deliciis mensarum: ut docent viri docti ad Aug. C. 74. Sed non minus illis adhibebantur nani & pumili, musica quoque instrumenta edocti. Adi ad Aug. C. 83. & Comm. ad Propert. L. IV, 8, 41. ubi in convivio

Nanus & ipse suos breviter concretus in artus
Jactabat truncas ad cava buxa manus.

Sic enim egregie restituit Beroaldus pro *Magnus*, ut in MSS. est. Sed in Vossiano Cod. a m. sec. quoque inveni *Nanus.* Mox *Capreas* exstat in MSS. omnibus & Edd. ante Casaubonum, qui cum plerisque viris doctis, frustra acriter refragante Torrentio, *copreas*, sive *κοπρίους*, ac stercoreos scurras recepit; neque aliquid varietatis e Memmiano notavit Salmasius; uti nec in Claud. C. 8. *excitabatur a copreis*: uti illic etiam MSS. alii habent. Prave vero *Pauconius* & *Pauconii* praebent Medic. sec. Vindobon. uterque, Exc. Voss. cum aliis & Edd. ante Beroaldum; si excipias Edd. Rom. *quamdam petulant.* inepte Ed. Pitisc.

2 *Perisse.*] Sic edidi e MSS. & Edd. laudatis a Pulm. & Burm. quibus accedunt Medic. sec. tert. Politian. Vindobon. uterque, Perix. Exc. Voss. Edd. Mediol. Cald. Ber. &c. non *periisse.* Supra *judicio* Vindobon. pr. prave; sicut & perperam *veneno* ab aliquot MSS. & Edd. apud Burmann. quem vide, & ad Luc. 11, 509. exsulat: uti & ab Vindob. sec. Cort. Edd. Mediol. Cald. Duos ablativos vario sensu jungi uni verbo, saepissime docuerunt viri docti: atque ita capi debet Septim. de B. Troj. L. 1. C. 14. *Studio rerum bellicarum omnes jam tum virtute & gloria superabat*, sive *per studium.* Frustra eum locum tentarunt quidam. V. Misc. Obs. Nov. T. 2. p. 9. Praesertim usu venit ea constructio, cum prior ablativus quasi per ὑφ' ἕν verbo adstrictus sit: ut in locutionibus *veneno interimere*, *necare* &c. quas res una voce efferre non valuerunt Latini, ut aliae gentes. Eamque vocem nisi addidisset auctor, incertum reliquisset, per quod mortis genus fraude Livillae interceptus fuerit Drusus. Sic *veneno obiit* Germanicus *fraude Tiberii*, ministerio & opera Pisonis in Calig. C. 1. 2.

3 *Livillae.*] MSS. Vindob. sec. Cort. Harl. & Edd. Ven. Mediol. Li-

ris atque Sejani cognovit, neque tormentis neque ſubplicio cujuſquam pepercit: ſoli huic cognitioni adeo per totos dies deditus & intentus, ut Rhodienſem hoſpitem, quem familiaribus litteris Romam [1] evocarat, advenisse ſibi nunciatum, torqueri ſine mora juſſerit, [2] quaſi aliquis ex neceſſariis quaeſtioni adeſſet: deinde errore detecto, & occidi, ne [3] vulgaret injuriam. Carnificinae ejus oſtenditur locus Capreis; unde damnatos [4] poſt longa & exquiſita tormenta praecipitari coram ſe in mare jubebat: excipiente [5] claſſiariorum manu,

Liviae: quomodo vocant eam Tacitus L. IV. Ann. C. 3, 6. Plinius L. XXIX, 1. Inſcriptiones apud Fabrett. p. 59. Zonaras L. XI. Ann. C. 2. vel *Juliam*. Sed *Livilla* nominatur etiam Dioni p. 628. & Auctori noſtro in Claud. C. 1. 3. Eadem confuſio eſt in alia *Livilla*, filia Germanici & Agrippinae, ſorore Caligulae Cap. 7. Haec Druſi, qui Tiberii ex Livia erat frater, & Antoniae minoris fuit filia, Germanici Claudiique ſoror, ac nupſerat patrueli Druſo, Tiberii & Vipſaniae Agrippinae filio, materque fuit *Juliae*, quae prius Neronis, Germanici filii, fuit uxor, & dein Rubellii Blandi. V. Dion. p. 634. Tacit. L. VI. Ann. 27. infr. Claud. C. 29.

1 *Evocarat.*] *Evocabat* S. GRON. Et ſic dant tres Medic. Politian. uterque Vindobon. Cort. & 4 Burmanni cum Edd. Vett. uſque ad Bonon.

2 *Quaſi aliquis ex neceſſariis.*] Non eſt dubium, quin Suetonius voluerit indicare, illum hoſpitem arreptum eſſe pro alio, talique homine, qui unus ex neceſſariis alicujus rei de morte Druſi voluerit non tantum illi quaeſtioni adeſſe, ſed etiam jam adfuerit, ideoque Romam advenerit ultro, non juſſus aut evocatus; vel pro aliquo ex illis, qui neceſſarii erant hujus quaeſtionis negotio ad exprimendam veritatem, atque ideo eum, ut caedis conſcium, a Tiberio torqueri juſſum; ſed quum mox adpareret, eſſe hoſpitem illum Rhodienſem, ab ſeſe Romam familiariter evocatum, & injuſtiſſime tortum, mandaſſe Tiberium, ut etiam occideretur, ne tam atrocem injuriam divulgaret. Non opus itaque videtur corrigi *alicui in quaeſtione*.

3 *Divulgaret.*] *Vulgaret.* S. GRON. Scribimus cum Grutero & Vett. Edd. & codicibus Palatinis, Torrentianis, ac Salmaſiano: *vulgaret*. GRAEV. Accedunt Pulmanniani, Burmanniani, Medicei, Vindobon. pr. Exc. Voſſ. & Edd. uſque ad Beroald. qui cum Eraſmo, & ſeqq. praeter Steph. *di* adjecit: ut eſt in Huſſ. Vindobon. ſec. Cort. Sed Cal. C. 60. *caede vulgata*. & paſſim. Adi Burm. *dein* eſt in Cort. Edd. Rom.

4 *Poſt longa.*] *Per* Periz. Cort. Edd. Rom. Mediol. aliaeque apud Burm. quem V. ad Ovid. Ep. XVI, 91. ſupra Cap. 5. Dein *in mari* Medic. tert. Perizon. Cort. Exc. Voſſ. Edd. Rom.

5 *Claſſiariorum.*] Medic. pr. tert. Polit. Copeſ. *claſſearium*. Dein *illidente* Vindobon. pr. ac *cuiquam* Edd. Mediol. Cald. quoque, vitioſe.

nu, & contis atque remis elidente cadavera, ne cui reſidui ſpiritus quidquam ineſſet. Excogitaverat autem inter genera cruciatus, etiam ut [1] larga meri potione per fallaciam oneratos, repente veretris deligatis, fidicularum ſimul urinaeque tormento diſtenderet. Quod [2] niſi eum & mors praeveniſſet, & Thraſyllus [3] conſulto, ut ajunt, differre quaedam ſpe longioris vitae compuliſſet: plures aliquanto necaturus, ac ne reliquis quidem nepotibus parſurus creditur: quum & Cajum ſuſpectum haberet, & Tiberium, ut ex adulterio conceptum, adſpernaretur. Nec abhorret a vero: namque idemtidem [4] *Felicem Priamum vocabat, quod ſuperſtes omnium ſuorum exſtitiſſet.*

LXIII. Quam [5] vero inter haec non modo inviſus, ac deteſtabilis, ſed praetrepidus quoque, atque [6] etiam contumeliis obnoxius vixerit, multa indi-

1 *Larga.*] *Largi* S. GRON. *Larga ut etiam* Medic. pr. Copeſ. Poſt *etiam* alii diſtinguunt. *portione* Medic. pr. *diligatis* Vindob. pr.

2 *Niſi eum &.*] *Et niſi* ſine *eum* eſt in utroque Vindobon. Cort. Perizon. Harl. & Edd. ante Beroald. *& niſi eum* in ceteris Edd. praeter Steph. Caſaubon. & ſeqq. contra plures & meliores Codd. & exſulat ab uno Pulm. Torr. & Exc. Cujac. *perven.* in utroque Vindobon.

3 *Conſulto.*] Dedita opera ſpem vitae longioris Tiberio fecit Thraſyllus, ut differret necem inſontium: uti docent Dio & Zonaras a viris doctis jam citati. Nec aliquid turbatur in Perizon. Sed lunatum parentheſeos vocum (*ut ajunt*) ſignum ſuper *o* ductum eſt. *diff. quidem* Vindobon. pr. in quo & mox *abhorreret.*

4 *Felicem.*] In Vindobon. pr. legitur *felicem Priamum felicem.* Ceterum de hoc voto naturae contrario adi Burm. & Vorſt. ad Valer. Max. L. v. C. 9. §. 4. *Si tam obſequens es, ut hoc precari filio permittas, me quoque exſupera.*

5 *Vero.*] Niſi excerpta fallunt; vocularn hanc agnoſcit Memmianus cum Periz. Harl. Hulſ. Cort. ſed omnibus recentiſſimis. At non comparet in MSS. meis reliquis, neque Pulm. neque Palatinis, uti nec Edd. Rom. Ven. pr. Bonon. nec requiri quivis videt: ut ait Gruterus. Dein *pertrepidus* in Vindob. ſec. ſed in Ner. C. 41. *Romam praetrepidus rediit.* atque alibi.

6 *Etiam, contumeliis.*] Delenda ſunt haec verba, quae tamen in MS. etiam habentur. SALM. Vocem *contumeliis* delendam eſſe, recte viderunt Salmaſius & Gronovius. Obnoxius enim hoc ſenſu accipitur, ut ſuperius Cap. 12. hujus vitae: *Enim vero non privatum modo, ſed etiam obnoxium & trepidum egit. Obnoxius* enim eſt, qui anxius & ſollicitus vivit. Vide, quae Gronovius notavit ad Senec. L. III. de Ira C. 8. GRAEV. Perpe-

indicia ſunt. [1] Haruſpices ſecreto ac ſine teſtibus conſuli vetuit. Vicina vero urbi oracula [2] etiam disjicere conatus eſt: ſed majeſtate Praeneſtinarum ſortium territus, deſtitit: quum obſignatas devectaſque Romam non reperiſſet in arca, niſi [3] relata

ram viri docti contra omnes MSS. & ipſam Suetonii mentem *τὸ contumeliis* delendum ſuſpicantur, & ſynonymae ſignificationis voces junctas cenſent. Duo diverſa intellexit Suetonius: ut clariſſime patet ex ſubjunctis exemplis. Illa enim, quae trepidationem, anxietatem & ſollicitudinem Tiberii arguunt, recenſet uſque ad C. 66. atque ab illo incipit referre exempla, quibus patet, *quam obnoxius vixerit contumeliis*, i. e. conviciis, famoſis libellis, litteris Artabani, quibus laceratus eſt: quod miror, non advertiſſe viros doctos, ſi excipias Cl. Erneſtium, mecum ideo *contumeliis* ſervantem. Nec tantum dixit auctor, *jocis* & *criminationibus obnoxius* in Caeſ. C. 45. C. 54. quae adlevit Burmannus: ſed etiam in Claudio haec eadem repetivit Cap. 6. *Nec eo minus contumeliis obnoxius vixit.* Operarum vitio in Gronovii Ed. nota Salmaſii poſt vocem *obnoxius* ponitur. Parentheſi incluſit duas voces illas, quas deleri volebat vir ſummus. Poſt *juditia* in Vindob. pr.

1 *Haruſpices ſecreto & ſine teſtibus conſuli vetuit.*] Hoc etiam poſtea vetuit Juſtinianus Imperator, & quidem ſub poena capitis L. 3. C. de maleficis & Mathematicis: *Nullus haruſpex, nullus ſacerdos, nullus eorum, qui huic ritui ſolent miniſtrare, ad limen alterius accedat, nec ob alteram cauſſam, ſed hujuſmodi modo hominum amicitia, quamvis vetus, repellatur, concremando illo aruſpice, qui ad domum alienam acceſſerit: & illo in inſulam deportando, poſt ademtionem bonorum, qui eum advocaverit ſuaſionibus vel praemiis.* Hoc ante Imperator Conſtantinus quoque vetuerat, ut conſtat ex Codice Theodoſiano, eodem titulo Leg. 2, in qua tamen permittit conſulere haruſpices publice. Nam cum ſanxiſſet propoſita poena, ne quis haruſpex adeat privatam domum, addit: *Qui vero id vobis extimatis conducere, adite aras publicas atque delubra, & conſuetudinis veſtrae celebrate ſollemnia: nec enim prohibemus praeteritae uſurpationis libera luce tractari.* Vide quae de his legibus diſputat Gothofredus in commentario ad Codicem Theodoſianum ad hanc legem & ſequentes. GRAEV.

2 *Etiam disjicere.*] *Diſſicere* S. GRON. Et ſic Medic. pr. tert. Perizon. & tres Burmann. *diſcire* Medic. ſec. & in marg. *diſſicere*, ſolita ſaepiſſime ſcriptura. V. ad Caeſ. C. 81. *etiam* exſulat ab utroque Vindobon. Perizon. Cort. & plurimis Edd. Primus addidit Beroaldus cum Baſil. Plant. &c. recte: niſi malis e Politiani libris &. Dein *praeſtinarum* Vindobon. pr. Mox *obſignatas deſtinatas dev.* Medic. pr. *obſignataſque Rom. n. r. i. archam* Vindob. pr.

3 *Relatas.*] *Relata* S. GRON. Veriſſime. Qui enim, quaeſo, ſortes referri potuerunt ad templum, quae Romae in arca oleaginea non repertae ſunt? Miraculum conſtitit in eo, quod ſortes, in arca obſignata Romam devectae, ibi non tantum *adtenuatae* fuerunt (ut alibi ſaepius de ſortibus legitur. Conſule Comm. ad Liv. L. XXI, 62. Ampl. Cuper. in Epiſt. p. 524.) ſed omnino non *repertae*; cum tamen in *arca*, ad templum & ſuas ſedes *relata*, rurſus comparuerunt, & in illa integrae jacuerunt. Memmieno etiam codici conſentiunt Medic.

ta rurſus ad templum. Unum & alterum conſulares, oblatis provinciis, non auſus [1] a ſe dimittere, uſque adeo detinuit, donec ſucceſſores poſt aliquot annos praeſentibus daret: quum interim, manente officii titulo, etiam [2] delegaret plurima adſidue, quae illi per legatos & adjutores ſuos exſequenda curarent.

LXIV. Nurum ac nepotes numquam aliter poſt damnationem, quam catenatos, obſutaque lectica, loco movit: prohibitis per militem obviis ac viatoribus reſpicere uſquam, vel conſiſtere.

LXV. Sejanum res novas molientem, quamvis [3] jam & natalem ejus publice celebrari, & imagines aureas coli paſſim videret: vix tandem, & aſtu magis ac dolo, quam principali auctoritate, ſub-

Medic. tert. Politian. Copeſ. Hulſ. & Ed. Aldina; ut merito legendum conjecerat Lipſius, & citavit Fabretti Inſc. p. 668. & Edd. quaedam Germanicae jam receperunt. *velatas* eſt in Vindob. pr.

1 *A ſe dimittere.*] Palatini duo non agnoſcunt illud *a ſe*. Mox ſcribendum cum Salmaſiano codice & R. Stephani editione: *uſque eo detinuit*. GRAEV. *Uſque eo*. Ita MS. S. vulgo *uſque adeo*. GRON. *A ſe* retinent aliorum noſtrique Godd. omnes: ut mox C. 65. *uſque eo* praebent quoque unus Torr. & Exc. Voſſ. quod praefero, non auſus tamen in textum cum Graevio & Gronovio recipere. Vide Burm. ad C. 14. *Uſque eo fovit, quoad* &c. ubi eadem varietas, & ſaepe. *annis* Medic. ſec.

2 *Delegaret plurima: adſidueque.*] MSS. Vindobonenſes, Politian. Copeſ. *del. pl. adſidue, quae* concinniore ſtructura, & clariore ſenſu: quocirca recepi haud repugnante Cel. Dukero ad Liv. L. III. C. 28. §. 2. Neque eſt haec ταυτολογία: ut cenſet Cl. Erneſti, operarum, credo, vitio omittens *quae*. Alterum enim rem, alterum tempus notat; ſicut crebro junguntur *multa ſaepe*. Conjecit Clar. Burm. *adſiduis, quae*. Sed opus haud videtur, cum praecedat *praeſentibus*: ut monuit Celeb. Erneſti, ſpernens hinc ſuam conjecturam *adſiduique*. *Curarent* autem, non *curabant*, ait Suetonius, in dubio relinquens, an ex mandatis Tiberii curarint. Alioquin divinare poſſis *curarunt*. *Prolegato* Exc. Voſſ. in quibus mox *loco promovit*, ac *prohibitiſque* in Vindobon. ſec.

3 *Jam.*] *etiam* Medic. duo, Vindobon. pr. Copeſ. *natale* Vindobon. pr. Sed vide Burmann. ad C. 53. Mox *inter alia oratione* Medic. pr. & *mitteret* Cort. *ex conſ.* Vindobon. ſec. Intelligit autem alterum ex Coſſ., qui ex Id. Majis ſuffecti erant A. DCCLXXXIV. Hunc enim conſulatum Tiberius non retinuit modo ad Idus Martias: ut ſcribit Cl. Erneſti; ſed ad Idus Majas. V. Cap. 26.

ſubvertit. Nam primo, ut a ſe per ſpeciem honoris dimitteret, collegam ſibi adſumſit in quinto conſulatu, quem longo intervallo abſens ob id ipſum ſuſceperat. Deinde ſpe adfinitatis ac tribuniciae poteſtatis deceptum, inopinantem criminatus eſt pudenda miſerandaque oratione: quum inter alia P. C. precaretur, *mitterent alterum e conſulibus*, [1] *qui ſe ſenem, & ſolum in conſpectum eorum cum aliquo militari praeſidio perduceret.* Sic quoque diffidens, tumultumque metuens, Druſum nepotem, quem [2] vinculis adhuc Romae continebat, ſolvi, ſi res poſceret, ducemque conſtitui praeceperat. Aptatis etiam navibus, ad quaſcumque legiones meditabatur fugam, [3] ſpeculabundus ex altiſſima rupe idemtidem ſigna, quae, ne nuncii morarentur, tolli procul, [4] ut quidque factum

1 *Qui ſenem ſe & ſolum.*] Cod. Salmaſ. *qui ſe ſenem & ſolum.* & paulo poſt legit Salmaſius: & *ducem conſtitui. que* in ejus libro deſideratur. GRAEV. GRON. *Se ſenem* exhiberi curavi obſecutus tribus quoque Mediceis, Polit. Vindobon. ſec. Exc. Cuj. Voſſ. marg. Torrent. Deeſt *militari*, uti ab aliquibus Codd. Torr. & Burmanni, ſic etiam a Cort. & Edd. ante Sabellicum.

2 *Quem vinculis continebat.*] Scripſit, credo, Tranquillus: *quem in vinculis.* GRAEV. Facillime enim *in* abſorberi potuit ab ultima littera vocis *quem*: ut millies accidit. & paullo ante *in* ſic excidit e Vindobon. pr. ob praecedens *ſolum.* Sed adi Burmannum. Mox *Apt. e. manibus* Vindob. pr. errore ſaepius obvio. *regiones* male, ut opinor, Cort. Vide Dion. p. 629.

3 *Speculandus &c. ſigna, quae* &c. Male Baſil. Gryph. Plant. ediderunt *ſignaque* diſtinguentes poſt *idemtidem.* Doctior eſt conſtructio Ortecciſſans *ſpeculabundus ſigna*, quam ut librariis potuerit in mentem venire. Eam igitur merito e MSS. Torrent. & ſuis, ac Vett. Edd. revocavit Caſaubonus, conſpirantibus Palatinis, uno Pulm. Burmannianis, Politian. Vindobon. pr. niſi quod in nonnullis ſit *ſigna, que* cauſſa ſcil. corruptionis. Cort. e gloſſa *ſpecul. ad ſigna.* Verbalia in *bundus* uſitate regere caſum ſui verbi dudum docuit jam G. J. Voſſius de Anal. L. III. C. 9. Adi & Drakenb. quem Burmannus citavit, ad Liv. L. III, 47. Miſcell. Obſerv. A. 1733. Menſ. Mart. & April. Frequenter id imitatus quoque eſt Martianus Capella: ut L. VII. p. 237. L. VIII. init. *Virginem conſpicabunda.* Dein *ne* deſideratur in Medic. pr. Exc. Voſſ. Ed. Steph.

4 *Ut quidque foret factum.*] Mire variant hic MSS. & Edd. Vide Pulm. & Burm. variantes lectiones. Ex noſtris *quidquid* habent Cort. Edd. Vett. ad Bonon. uſque, fruſtra. *factum foret* tres Medic. uterque Vindobon. Exc. Cuj. Voſſ.

cum

factum foret, mandaverat. Verum & obpressa conjuratione Sejani, nihilo securior aut constantior, per novem proximos menses non egressus est villa, quae vocatur [1] Jovis.

LXVI. Urebant insuper anxiam mentem [2] varia undique convicia, nullo non damnatorum omne probri genus coram, vel [3] per libellos in orchestra positos, ingerente. Quibus quidem diversissime adficiebatur: modo, ut prae pudore ignota & celata cuncta cuperet: nonnumquam eadem contemneret, & proferret ultro, atque vulgaret. Quin & Artabani, Parthorum regis, laceratus est litteris, parricidia, & caedes, & ignaviam, & luxuriam objicientis, monentisque, ut voluntaria morte maximo justissimoque civium odio quamprimum satisfaceret.

LXVII. Postremo semetipse pertaesus, [4] talis episto-

cum Edd. Rom. aliisque: quod admisi. In Mediol. & Sabell. ac Cald. Edd. cum MSS. Harl. & Periz. a m. pr. *ut quidquid foret sentiret*. In aliis Edd. *praesentiret*. quod placuit Cel. Burm. legenti, *ut quidque factum praesentiret*. Sed sentire non poterat, prius quam erat factum, uti nec ante eos, qui fecerant. Nihil ego mutandum reor; & interpretor vel cum Casaubono *prout quidque foret factum*: uti alibi ait auctor: vel potius *simulac, quam primum factum foret*. Adi ad Aug. C. 94. *ut horam quoque partus acceperit*. C. seq. *ut imperium inierit*. ubi nil mutandum. Dein *commotione Sej.* Vindob. pr.

1 *Jovis.*] *Ionis* S. GRON. Item Exc. Voss. V. Casaub. & Burm.

2 *Varia.*] Vindobon. pr. *illata.* τῶ. *omne* caret quoque Ed. Cald.

3 *Per libellos.*] Abest *per* a MS. S. *probris* etiam in S. GRON. Itidem male deest praepositio Exc. Cujac. & Voss. Hos libellos, opinor, opera servorum vel clientium, a damnatis fuisse carcere vel exsilio emissos, & in orchestra maxime positos ludorum die ad incitandos Senatores in Tiberium, cujus probra & scelera in se facta sic detegebant damnati. Vide etiam Cl. Ernesti. Atque ad hos *libellos* pertinent oppositа verba, *ut prae pudore ignota & celata cuperet*. sicuti ad τὸ *coram* (Capreis) referenda *ut proferret ultro atque vulgaret*. Dein *ign. & scelerata* Edd. Rom. *caperet* Medic. pr. tert. cum duobus Burm. Tum *contineret* in Med. sec. & Vindob. sec. a m pr. Cort. Perizon. Edd. Cuj. Voss. & Edd. ante Beroald. aliisque. Argentinenses receperunt Beroaldi conjecturam *concineret*, sive cantando rideret. Male omnino. *ac vulgaret* est in utroque Vindobon. Perizon. &c. & Edd. ante Beroald aliisque.

4 *Talis.*] Praestat legi cum Burmanno & Ernestio *tali*: quomodo dudum citavit Muretus ad Tacit. L. VI. Ann. C. 6. ubi idem epi-

epiſtolae principio, tantum non ſummam malorum ſuorum profeſſus eſt. *Quid ſcribam vobis, Patres Conſcripti, aut quomodo ſcribam, hoc tempore? Dii me, Deaeque* [1] *pejus perdant, quam quotidie perire ſentio, ſi ſcio.* Exiſtimant quidam, praeſciſſe haec eum peritia futurorum: [2] ac multo ante, quanta ſe quandoque acerbitas & infamia maneret, proſpexiſſe. Ideoque, ut imperium [3] inierit, & PATRIS PATRIAE adpellationem, & ne in acta ſua juraretur, obſtinatiſſime recuſaſſe: ne mox majore dedecore inpar tantis honoribus inveniretur. Quod ſane & ex oratione ejus, quam de utraque re habuit, colligi poteſt: vel quum ait, *Similem ſe ſemper ſui futurum: nec umquam mutaturum mores ſuos, quamdiu* [4] *ſanae mentis fuiſſet: ſed exempli cauſſa* [5] *cavendum eſſe, ne ſe ſenatus in acta cujuſquam obligaret,* [6] *qui aliquo caſu mutari*

ſtolae inſigne initium legitur. *principia* Edd. Rom. *tantum non* exſulant a Vindob. pr.

1 *Pejus p. quam* &c. *ſi ſcio.*] Abeſt *ſi* a MS. S. GRON. Optime ſic, monente Scriverio, hunc locum e Tacito emendavit Glareanus cum Ed. Steph. dum in aliis legebatur *prius* vel *poenis* & *quem*; in aliis *pejus* & *quem*. In pleriſque non erat *ſi*. V. Var. Lect. Pulm. & Burm. *pejus* & *quam* exhibent MSS. mei omnes, & Ed. Rom. pr. niſi quod *quem* ſit in Cort. Perizon. *Si* agnoſcunt Medicei, Politian. Vindobon. pr. Cort. & aliorum quidam. *Si ſcio*, nempe *quid quove modo aut quid non ſcribam.* Tum *exiſtimabant* Vindob. pr. *hoc eum perit.* Edd. Mediol. Cald. *eum* in Perizon. margine tantum conſpicitur.

2 *Ac.*] Abeſt a MS. S. GRON.

3 *Inierit.*] Sic recte Beroald. Steph. Caſaubon. & ſeqq. ediderunt, ut exhibent Medicei, Politian. Urſin. duo Torrent. Memm. Vindob. pr. Exc. Cuj. Voſſ. Nec opus id mutari in *inierat*. V. ad Cap. praec. In ceteris *iniret*. Mox *moraretur* Vindobon. pr. Dein *invenire* Cort.

4 *Sanae mentis.*] Ita in tribus Medic. Politian. Torr. Exc. Cuj. Voſſ. non *ment. ſan.* Supra Edd. Rom. *mutaturus.*

5 *Cavendum.*] Codex Salmaſ. & R. Stephani editio *cav. eſſe* GRAEV. *eſſe*. Ita MS. S. vulgo abeſt. GRON. Addidi quoque auctoritate omnium Mediceorum, Vindobonenſium, Polit. Exc. Cuj. Voſſ.

6 *Qui.*] *Quia* MS. S. GRON. *Quia* etiam in Medic. ſec. tert. utroque Vindobon. aliiſque, ut & Edd. ante Beroaldum. *obligari* Vindob. pr. Mox *autem* non comparet in Cort. Edd. Rom. Rectius abeſſet *inquit*, ab infelici, ut Torrentius ait, correctore adjectum. Tum *de m. m. de devoto vobis animo* Medic. ſec. & forſan Copeſian. non vero Cujac. *votis* Vindobon. pr.

tari poſſet. Et rurſus: *Si quando autem*, inquit, *de morbus meis, devotoque vobis animo dubitaveritis, (quod prius quam eveniat, opto, ut me ſupremus dies huic mutatae veſtrae de me opinioni eripiat,) nihil honoris adjiciet mihi* [1] *PATRIS PATRIAE adpellatio: vobis autem exprobrabit, aut temeritatem delati mihi ejus cognominis, aut inconſtantiam contrarii de me judicii.*

LXVIII. Corpore fuit amplo atque robuſto: ſtatura, quae juſtam excederet. Latus ab humeris [2] & pectore: ceteris quoque membris uſque ad imos pedes aequalis & congruens: ſiniſtra manu agiliore ac validiore: articulis ita firmis, ut recens & integrum malum digito terebraret: caput pueri, vel etiam [3] adoleſcentis, talitro vulneraret. Colore erat candido, capillo [4] pone occipitium ſubmiſſiore, ut cervicem etiam [5] obtegeret, quod gentile in illo videbatur. Facie honeſta;

1 *Patris.*] *Patria* MS. forte *patris patriae.* SALM. Sic quoque ex uno codice, in quo *patriae*, legendum conjecit Torrentius. Et vere. Nam pro *patris* non tantum exhibetur *patria* etiam in Medic. pr. tert. Politian. Copeſ. Hulſ. Sed diſerte in Vindob. pr. exaratur *patris patriae.* Quare ex vulgari titulo *patriae* addidi: licet poëtis ſaepe ſimpliciter *pater* eo ſenſu dicatur. Ceterum *adjecit* Ed. Rom. pr. ſive Campani. *adjeceris* ſec. *adiciat* Vindob. pr.

2 *Et pectore.*] Abeſt copula a Vindob. pr. *ceterisque m.* & *uſque imos* Edd. Sabell. Mediol. Cald. cum aliis apud Burm. & *valid.* Medic. pr. Vindobon. ſec. *atque val.* Edd. Rom. *recens integrum* Edd. Sabell. Mediol. Cald. aliaeque, male.

3 *Adoleſcentis.*] *Aduleſcentis* S. GRON. Pro *talitro*, ſive ſtricto digiti articulo, ridicule in Vindobon. pr. eſt *calamiſtro*: quod forſan natum eſt e ſcriptura *talatro*: ut eſt in gloſſis Philoxeni aliorumque Graecis & Latinis. Vide Comment. Graeci id κονδυλίζειν, aut, ſi naſum ita percuterent, σκινθαρίζειν vel σκινθαρίζειν dicebant. Adi ad Grammaticos Pollucem, Heſychium, Suidam.

4 *Pone occipitium.*] Vindob. pr. *penes occipitium.* Idem in nonnullis error in Ner. C. 51. *pone verticem.* Nudo fere vertice capilli ab occipitio in collum deſcendebant prolixi.

5 *Obtegeret.*] Medic. pr. tert. Politian. Copeſ. dant *ſubtegeret*, quod nequaquam videtur ſpernendum: ſive aliquantum, non omnino tamen, obtegeret: quam vim praepoſitioni *ſub* in multis compoſitis ineſſe, nemo neſcit. *videbatur in illo* Vindob. pr.

neſta; in qua tamen crebri, & [1] ſubiti tumores, cum praegrandibus oculis, & [2] qui, quod mirum eſſet, noctu etiam & in tenebris viderent; ſed ad breve, & quum primum [3] a ſomno patuiſſent: [4] deinde rurſum hebeſcebant. Incedebat cervice rigida & obſtipa: [5] adducto fere vultu, ple-

1 *Subtiles tumores.*] Quid Latinis ſit *ſubtilis tumor*, equidem ignoro: quid barbaris ſignificet, novi, hercule, optime. Sed hos non moror. Latine ſcripſit Suetonius. Itaque non poſſum non probare lectionem codicum, quibus uſus eſt Caſaubonus & Pulmannus, in quibus legitur: *crebri & ſubiti tumores.* cui adſtipulantur codex Salmaſianus & duo Palatini, optimaeque editiones Roberti Stephani & Jani Gruteri. *Subitus tumor* eſt, qui ſubinde oritur celeriter, & poſt evaneſcit. Lipſium, qui ad Tacit. IV. Annal. C. 57. corrigit *ſubſtilli*, aut *ſubſtilles*, miror magis, quam audio. Eſt enim Latio haec vox inviſa, quamvis *ſubſtillum* ſemel iterumque inveniatur. GRAEV. *Subiti.* Ita MS. S. vulgo *ſubtiles.* GRON. Nihil verius eſt lectione *ſubiti*, quam praeferunt etiam optimus Torrent. Cod. & tres Medicei, Politian. Exc. Cujac. Voſſ. item uterque Vindobon. quorum ſecundus in marg. tantum agnoſcit *ſubtiles.* Et Aldus jam *ſubiti* edidit. Forſan *ſubtiles* gloſſa fuit τῶν *ſubtenues*: uti *ſubtenues ſetae* Varroni. Burmannus conjecit *rubidi*: quales ſunt vinolentis, nec male convenirent Biberio Caldio Meroni, Venerio. Adi & J. Rhodium ad Scribonii Largi Comp. 235. *lividi* Erneſt. Sed MSStis acquieſco. *timores* in Vindob. pr.

2 *Qui (quod mirum eſſet) &c. viderent.*] In Medic. ſec. Vindob. ſec. Hulſ. non adparet *qui.* Nam quid aliud velit Cl. Burmannus, neſcio; quando ſcribit, in Hulſ. deeſſe ante *quum.* Ibi in nullo MS. nec edito legitur. Mox *videret* in Petiz. & 4. Edd. Venet. ac Mediol. (a quibus etiam exſulat & poſt *etiam*,) exhibetur: quare malim cum Burmanno *quibus videret.* Ac forſan ſimpliciter ſcripſit auctor *Et quibus, mirum! noctu* &c. Certe *eſſet* elegantius ejiceretur: ut jam Torrent. animadvertit: Neque opus eſt *qui* ante *quum* inſerere.

3 *A ſomno.*] Praeterquam in MSS. & Edd. a Burmanno recenſitis *e ſomno* legitur in Medic. pr. tert. Polit. Edd. Mediol. Cald. Utrumque habet, quo ſe defendat. Vide Burm. hic & ad Ovid. Epiſt. X, 9. 16. *A* praefero ob τὸ *primum.* ut *ſtatim a funere* in Caeſ. C. 85. Tib. C. 52. in Aug. C. 8. *a valetudine vixdum firmus.* Et paſſim.

4 *Demum.*] Non male codex Salmaſ. *deinde rurſum hebeſcebat.* GRAEV. Adde Politiani & Cujac. Exc. cum Obſop. Cod. Neutrum placuit Barthio L. XXIII. Adv. C. 22. *denuo* Vindob. pr. Verum exiſtimo *deinde* cum Graevio & Burm. *rurſus* Edd. Rom. *Cervix* autem *rigida* eſt, cum non inflectit nec movet ſe, niſi ſimul cum toto corpore: *obſtipum caput*, quod ſtipitis inſtar firmum ſtat & elatum, ac paullum recline. V. nummos Tiberii & Cl. Erneſtium.

5 *Adducto.*] Medic. tert. Polit. Vindob. ſec. Edd. Rom. pr. Sabell. Cald. Mediol. aliaeque *abducto*, perperam probante Boxhornio. Cort. *obducto.* Sed cum gravem magis ac tetricum & arrogantem Tiberii vultum, quam moeſtum & triſtem exprimere voluiſſe videtur auctor, nihil mutandum eſt. *Subductum*

plerumque tacitus: nullo aut rariſſimo etiam cum proximis ſermone, coque tardiſſimo: nec ſine molli quadam digitorum geſticulatione. Quae omnia ingrata, atque adrogantiae plena, & animadvertit Auguſtus in eo, & excuſare tentavit ſaepe apud ſenatum ac populum, profeſſus, *Naturae vitia eſſe, non animi.* Valetudine proſperrima uſus eſt, tempore quidem principatus paene toto prope inlaeſa: quamvis a triceſimo aetatis anno arbitratu eam ſuo rexerit, ſine adjumento conſiliove medicorum.

LXIX. [1] Circa deos ac religiones negligentior; quippe addictus mathematicae, plenusque perſuaſionis, cuncta fato agi. Tonitrua tamen praeter modum expaveſcebat: & turbatiore caelo nunquam non coronam lauream [2] capite geſtavit, quod fulmine adflari negetur id genus frondis.

LXX.

ductum de fronte rugoſa & contracta alii quoque adhibuere. Adi Comment. & ad Luc. IV, 288. *adduxere cutem.* Dein Medic. pr. tert. *ſen.* & *pop.* In fine capitis *paene* & *prope* junxit ſuo more auctor, de quo V. ad Caeſ. C. 4. Prave exſulat *a* ante *triceſimo* ex MSS. tribus Burm. utroque Vindob. Cort. Edd. ante Beroald. aliiſque. *eam* deeſt Periz. *eam arb.* Vindob. pr. *arb. ſuo eam* Vindobon. ſec. *conſilioque* Medic. pr.

1 *Circa deos.*] *Circa & deos* Vindob. pr. & *rel.* Edd. Rom. *perſuaſoniſque plenus* Edd. Baſ. & ſeqq. uſque ad Burm. contra MSS. omnes In Ed. Vet. teſte Boxhornio *quippe mathematicae perſuaſionis plenus.*

2 *Capite geſtavit.*] In MSS. Pulm. Torr. & Palatinis, ut videtur, item utroque Vindob. Periz. Harl. Cort. & Edd. ante Caſaubonum exhibetur *cervice:* niſi quod Gryphius pro varia lectione *capite* recenſuerit. Mira ſane ratio lauream coronam geſtandi contra fulmen; quum certe vel ſic tutus non fuiſſet *vertex*, aut frons: Neque, ſi in cervice geſtaſſet vel coronam lauream, vel certe lauri frondes Tiberius, id monere oblitus videtur fuiſſe Plinius, qui ſimpliciter ait L. XV. C. 30. *Tiberium principem tonante caelo coronari ea* (lauru) *ſolitum ferunt contra fulminum metus.* Rectiſſime igitur e ſuis codicibus, in quibus fuit Memmianus, Caſaubonus reponi curavit *capite*, quod haud quaquam a ſciolo repoſitum, nec otioſum confirmant tres Medicei, Politian. Hulſ. Exc. Cujac. Voſſ. ut in Domit. C. 4. *capite geſtans coronam auream.* Dein inepte Vindob. pr. *fraudis.* Mox *obſervarat* Med. ſec. tert. Exc. Voſſ. *affectione* Vind. ſec. Edd. Rom. Porro MSS. & Edd. Vett. *ſilum*: ut ſemper. *aliquando* Medic. pr.

LXX. Artes liberales utriuſque generis ſtudioſiſſime coluit. In oratione Latina ſecutus eſt Corvinum Meſſallam: quem ſenem adoleſcens obſervaverat. Sed adfectatione & moroſitate nimia obſcurabat ſtylum: ut aliquanto ex tempore, quam a cura, praeſtantior haberetur. Compoſuit & carmen lyricum, cujus eſt titulus, [1] *Conqueſtio de L. Caeſaris morte.* Fecit & Graeca poëmata, imitatus Euphorionem, & Rhianum, & Parthenium: quibus poëtis admodum delectatus ſcripta [2] eorum & imagines publicis bibliothecis inter veteres & praecipuos auctores dedicavit: & ob hoc plerique eruditorum certatim ad eum multa de his ediderunt. Maxime tamen curavit notitiam [3] hiſtoriae fabularis, uſque ad ineptias atque deriſum. Nam & grammaticos, quod genus hominum praecipue, ut diximus, adpetebat, ejuſmodi fere quaeſtionibus experiebatur: *Quae mater Hecubae: Quod Achilli nomen inter virgines fuiſſet.*

1 *Conqueſtio de L. Caeſaris morte.*] Male *conquiſitio* dant unus Pulm. tres Burm. Codd. item Medic. ſec. Vindob. ſec. a m. pr. cum Ed. Rom. ſec. ac Bonon. In aliis enim Vett. bene *conqueſtio*: ut in melioribus MSS. niſi quod in Ed. Rom. pr. ſive Camp. ſit *conquaeſitio*. Dein *L* bene emendarunt ex Turnebi ſuiſque libris Pulmann. Torrent. Gruter. & ſeqq. pro *J*. Mei quoque omnes praebent *L*. cum Edd. Sabell. Cald. Mediol. Steph. &c. Sed conſtanter cum aliis verba ſic ordinant *de morte L. Caeſaris*: uti & Edd. Vett. dum contra in Medic. pr. ac tert. ſcribatur *Lyricum carmen*. Dein & *Rhianum* optime correxit Turneb. & ſecuti ſunt viri docti: ut habet Memm. & Ven. pr. Alluduntque alii in quibus & *Syanum*, & *Hianum*. Med. pr. tert. Polit. & *Thianum*. Vindobon. pr. *erianum*. Cort. Edd. Rom. *Arrianum* ſine &. Vindob. ſec. & *Chirianum*. Vulgo erat & *Arrianum*. Adi Comm. A *quibus* uſque ad *eorum* omnia deſunt Medic. tert.

2 *Eorum.*] *Omnium* S. GRON. Item Medic. pr. Exc. Cujac. Voſſ. & alii.

3 *Hiſtoriae fabularis.*] Non tam ea eſt, quae narrationibus poëticis referta eſt, quam quae perſequitur res fabuloſi temporis, quod Graecis μυθικὸν dicitur, & *heroicum*, de quo Varro apud Cenſorinum: *Secundum* (diſcrimen temporum) *a cataclyſmo priore ad Olympiadem primam, quod quia in eo multa fabuloſa referuntur*, μυθικὸν *nominatur*. Oſtendunt quaeſtiones hic ſubjectae, quae omnes ex hiſtoria temporis mythici. GRAEV.

1 *Quid*

ſet. [1] *Quid Sirenes cantare ſint ſolitae.* Et quo primum die, poſt exceſſum Auguſti, curiam intravit; quaſi pietati ſimul ac religioni ſatisfacturus, [2] Minois exemplo, thure quidem ac vino, verum ſine tibicine, ſubplicavit: ut ille olim in morte filii.

LXXI. Sermone Graeco, quamquam [3] alias promtus

1 *Quid Sirenes.*] *Quod Sirenae* Ed. Rom. pr. ſive Camp. *quod* iridem Ed. Rom. ſec. Si MSS. addicerent, poſſet quis conjicere *quot*. Nam de earum numero diſſentiunt veteres. Supra *fabul. hiſt.* Exc. Voſſ. & *inepte & deriſ.* Edd. Rom. Dein *ex quo* Cort. & Edd. Rom. *diem* idem & Vindob. ſec. cum Ed. Rom. pr.

2 *Minois.*] *Minonis* S. GRON. *Milonis* Medic. pr. Vindobon. pr. Copeſ. Hulſ. *Minonis* Medic. ſec. tert. Vindobon. ſec. Exc. Cujac. Voſſ. Ed. Rom. pr. ſive Camp. Nullus dubito, quin vere, & a Suetonii manu, atque ita ſuſpicor exarari in aliorum Codd. ſed neglectum, quia exiſtimarunt viri docti, librariorum errorem eſſe. Sed ex Graeco Μίνως vel Μίνων Latini fecerunt etiam *Mino*, & declinarunt, ut *Leo*, *Draco*, &c. teſte Priſciano, qui L. VI. p. 719. Ed. Putſch. citat ex Saluſtii L. V. Hiſtor. *Daedalum ex Sicilia profectum, quo Minonis iram atque opes fugeret.* Adi & G. J. Voſſ. L. II. de Anal. C. 8. 9. Sic & *Atho*, *Athonis*: de quo conſule ejus filium ad P. Melam L. II. C. 2. in f. quod vidi mox etiam hic margini adlitum ab ipſo Voſſio, & monitum in Add. a Cl. Burmanno, qui recte docet, Minois exemplum tantum *in tibicine* locum habere, non autem *in thure*, cujus in ſacrificiis heroum non meminerunt veteres, exceptis poëtis. Confer Barthium ad Stat. L. VI. Theb. 61. Dein *ut is olim* Vindob. pr.

3 *Alias promptus.*] Melius cod. Salmaſ. & R. Stephani editio, *quanquam alioqui promtus.* Sic enim loquuntur Cicero meliores-que ſcriptores. Non tamen propterea cum Scioppio exagitaverim & tanquam ultimos litteratorum irriſerim, qui *alias* pro *alioqui* aut *aliter* uſurpant. Sic enim accipit non ſolum Suetonius in Aug. cap. 94. *Ac die proximo obvium ſibi Auguſtum, cum incognitum alias haberet, non ſine admiratione contuitus, ſimillimum dixit puero, de quo ſomniaſſet.* Sed & Terentius in Andria, teſte Soſipatro Chariſio lib. 2. Inſtit. *Alias pro aliter. Terent. in And. Quid alias malim quam hodie has fieri nuptias.* quanquam Fl. Caper de Latinitate *alias* pro *aliter* dubiter. GRAEV. Supra Cap. 18. *ſemper alias ſui arbitrii.* & ſic Plinio aliiſque. Nam errat Chariſius, pro *aliter* ſumens in Terentio. Illic enim *alio tempore* clare ſignificat, ut cum Donato obſervat Cl. Drakenb. ad Liv. L. XXI. C. 56. Sed *alioqui* hic exhibent etiam duo Pulm. totidem Torrent. Polit. Medic. ſec. Exc. Voſſ. cum Edd. Ald. Junt. marg. Ed. Gryph. &c. *alioquin* Medic. tert. & Copeſ. ut paſſim variant MSS. V. Drakenb. ad Liv. L. VIII. C. 9. ac ſaepius in Appulejo. Infra in Vitell. C. 2. *praelautus alioquin.* Dein *veniam prius* Medic. pr. tert. *poſtularet* duo Pulm. Torr. Burm. cum Medic. pr. tert. Vindob. ſec. Polit. Cort. & Edd. praeter Baſil. Lugd. Gryph. &c.

promtus & facilis, non tamen uſque quaque uſus eſt. Abſtinuitque maxime in ſenatu: adeo quidem, ut *Monopolium* nominaturus, prius veniam poſtularit, quod ſibi verbo peregrino utendum eſſet. Atque etiam [1] in quodam decreto patrum, quum [2] ἔμβλημα recitaretur, commutandam cenſuit vocem, & pro peregrina noſtratem requirendam: aut, ſi non reperiretur, vel pluribus, & per ambitum verborum rem enunciandam. Militem quoque Graece teſtimonium interrogatum niſi Latine reſpondere vetuit.

LXXII. Bis omnino toto feceſſus tempore, Romam redire conatus, ſemel triremi uſque ad proximos

1 *In q. d. p. cum* ἐμβλημα.] *Cum in q. d. p.* ἔμβλημα S. GRAEV. GRON. Item Medic. pr. tert. Exc. Voſſ. *ut in q. d. p. quum &c.* Polit. Contra tres Torrent. item Medicei, Vindobonenſes, Polit. Cort. Periz. Harl. Exc. Voſſ. & Edd. omnes praeter Baſ. Lugd. Gryph. &c. *cenſuit*: ut maluit Torrent. pleniore diſtinctione poſita poſt *eſſet*: ſicut *vetuit*: quod ob codicum conſenſum recepi. Vulgo *cenſuerit*. Repetunt quoque Cort. Edd Rom. *enunciandam cenſuit*. Medic. pr. *enunciandum*.

2 Ἔμβλημα *recitaretur*.] Quid ſint emblemata, dudum nos docuerunt eruditi. *Emblemata inſertas* Latine dici putavit illuſtriſſimus Scaliger, ſed uno Publii Syri, altero Tertulliani loco ſummum virum deceptum fuiſſe oſtendit pridem in Exercitationibus Plinianis Salmaſius. Ἔμβλημα auctor Gloſſarum *gemmam* interpretatur. Paulo melius dixiſſet, ſi *inſertam gemmam* interpretatus fuiſſet. *Inſertae feneſtrae* occurrunt apud Virg. quae parieti immiſſae ſunt, III. Aen. vſ. 152. *qua ſe Plena per inſertas fundebat luna feneſtras.* quo in loco titubarunt veteres Grammatici. Serv. *inſeratas, aut clauſtratas aut non ſeratas*; *ut ſit quaſi inſeratas, id eſt, non clauſas.* Liquet in eodem errore fuiſſe Gloſſarum auctorem, quiſquis eſt, cum ἐνεγμένας *Inſectas* interpretatur: ubi *Inſertas* ſcribi debet, ut ex Gloſſis Latino-Graecis liquet. Atque hunc Virgilii locum in animo habuiſſe Grammaticum illum, cum hoc ſcriberet, veroſimile eſt, cum poëta hic ſaepius ab ipſo citetur. COETIER. Torrentius exiſtimat Latinis litteris *emblema* ſcribendum, ut vocabulum jam recepti uſus pro *ſigillo* in vaſe caelato: ſicut *monopolium*. nec male. In MSS. tamen omnibus vel Graece exaratur, vel ab librariis Graeca pingere nequeuntibus de more omittitur. Corrupte in Vindobon. pr. *curbala*. Mox *noluit* in Cort. Vindob. ſec. & Edd. Rom. ac marg. Torrent. pro *vetuit*. In uno Pulm. *voluit*. Sine dubio ille miles, (centurio Dioni p. 612.) Graece teſtimonium rogatus erat a Graeculo, cui ſua lingua uti permiſſum eſt. At Romanus miles, Latinae linguae peritus, recte juſſus eſt, pro imperii majeſtate, non niſi Latine reſpondere. Vide Erneſt. & citatos a Burm.

1 *Hoc*

ximos Naumachiae [1] hortos ſubvectus eſt: diſpoſita ſtatione per ripas Tiberis, quae obviam prodeuntes ſubmoveret. [2] Iterum Appia uſque ad ſeptimum lapidem, ſed proſpectis modo nec aditis urbis moenibus rediit. Primo incertum, qua de cauſſa; poſtea oſtento territus. [3] Erat ei in oblectamentis ſerpens draco, quem ex conſuetudine manu ſua cibaturus, quum conſumtum a formicis inveniſſet, monitus eſt, ut vim multitudinis caveret. Rediens ergo [4] propere Campaniam, [5] Aſturae in languorem incidit: quo paullum levatus Circeios pertendit. Ac ne quam ſuſpicionem

1 *Hortos.*] Non *J. Caeſaris*: ut ait Torrentius, vel *Neronis*: ut Sabellicus. Sed *Caji & Lucii* Caeſarum nemus prope Naumachiam Auguſti: de quo in Aug. C. 43. & Tit. C. 7. ut bene videre Beroaldus, Erneſt. aliique.

2 *Iterum.*] Vitioſe *item* in utroque Vindobon. cum aliis apud Burm. & Edd. Sabell. Mediolan. Cald. Vide ſupra ad C. 6. *prodeuntis* Medic. pr. tert. Politian. Mox *primum* Exc. Voſſ.

3 *Erat ei in oblectamentis ſerpens draco.*] Ex hoc genere manſuetorum draconum fuerunt, in quos a poëtis finguntur mutati eſſe Cadmus & uxor ejus Harmonia: de quibus Ovid. IV. perpetui operis vſ. 597.

- - - At illis
Lubrica perlucent criſtati colla dracones,
Et ſubito duo ſunt: junctoque volumine ſerpunt.
Donec in appoſiti nemoris ſub- iere latebras.
Nunc quoque nec fugiunt homines, nec vulnere laedunt:
Quidque prius fuerint, placidi meminere dracones.

GRAEV. Abeſt *ei* a MS. S. GRON. *Et* Vindob. pr. Mox *ſua manu* in eodem.

4 *Propere.*] Male *prope* in Medic. pr. & aliis, item Ed. Rom. pr. Ven. pr. & ſeqq. uſque ad Caſaub. V. ad Galb. C. 16. In Politian. *per Campaniam.* Verum *Aſtura* eſt in Latio inter Romam & Circejos, longe ante Campaniam. Nec opus eſt addi praepoſitionem *in* cum Urſini Cod. & Ed. Steph. uti monuit Caſaub. Vide ad Caeſ. L. III. B. G. C. 7. *Illyricum profectus.* Voſſ. ad Vell. L. II. C. 109. §. 5. *Legiones Bojohemum duceret.* Mel. L. III. C. 8. *Aegyptum tendentes* &c. Appul. L. I. Met. p. 5. *Macedoniam profectus.* Quod in MSS. aliquot conſpicuum non videtur mutandum.

5 *Aſturae in languorem incidit.*] Gruterus repoſuit ex tribus Palatinis: *Aſturae ſtatim in languorem incidit.* GRAEV. Praeter eos ſolus Medic. pr. vocem *ſtatim* agnoſcit, quare miror, retentam eam a Gronovio, vel ſaltem non monitum eſſe, illam abeſſe a Memmiano. In nullo etiam edito contextu ante Graev. ſi a Grutero receſſeris, videas, & omnino abundare puto. *Cercejos* Medic. ſec. Exc. Voſſ. Edd. Rom. ut alibi. *infirm. ſuſpic.* Vindob. pr.

1 *Non*

nem infirmitatis daret, caſtrenſibus ludis [1] non tantum interfuit, ſed etiam miſſum in arenam aprum jaculis deſuper petiit: ſtatimque latere convulſo, & [2] ut exaeſtuarat, adflatus aura, in graviorem recidit morbum. [3] Suſtentavit tamen aliquamdiu, quamvis Miſenum uſque devectus nihil ex ordine quotidiano praetermitteret, ne convivia quidem [4] ac ceteras voluptates, partim intemperantia, partim diſſimulatione. Nam [5] Chariclem

1 *Non interfuit ſolum.*] Cum in Ed. Ven. pr. ederetur *non interfuit, ſed* (quomodo eſt in Harl. Exc. Voſſ.) & in Edd. Sabell. Cald. ac Mediol. *non interfuit ſolum.* atque in Lugd. Ed. *non tantum interfuit ſolum.* ſeqq. Edd. ejecerunt voculam *tantum;* cum eliminanda fuiſſet vox *ſolum.* Nam *non tantum interfuit*, ut reſtitui, exhibent tres Medicei, Politian. Vindobon. uterque, Copeſ. Periz. Cort. Exc. Cujac. & Edd. Rom. Bon. Pariſ. Ceterum non neceſſe eſt, hic fingi aut quaeri a viris doctis (V. Erneſtii Excurſum) Amphitheatrum. Milites ibi ſtationarii egerunt ludos ſeu venationem exercitii & delectationis cauſſa, in foro Circenſorum arena ſparſo. Hos vocat *caſtrenſes*, quia fiebant a militibus, & ſine magno adparatu. Sic *caſtrenſis claſſis*, *diſciplina* &c. Adi ad Flor. L. II. C. 2. §. 35. Dein *deſuper jac.* Vindobon. pr. *petit* Medic. tert. & alii. *jecit* Medic. pr. a m. pr.

2 *Ut exaeſtuarat.*] Medic. pr. *exaeſtuaverat.* Vindob. ſec. Edd. Mediol. Cald. cum aliis *aeſtuarat.* Cort. Edd. Rom. *exaeſtuaret.* male. Senſus enim eſt: poſtquam ad ſudorem uſque incaluerat, lateribus quoque prae laſſitudine male adfectis & dolorem ipſi creantibus. V. ad Caeſ. L. III. B. Civ. C. 92. *ut duplicato curſu Caeſaris milites exaeſtuarent*: ut illic in optimis membranis legi vidimus: in aliis, ut hic, *aeſtuarent*: quae varietas & in Aug. C. 18. & apud Melam L. III. C. 7. *niſi ubi magis, quam ut habitetur, exaeſtuat*, & ſaepius apud Appulejum. Dein *cecidit* Vindob. pr.

3 *Suſtentavit tamen.*] Scilicet *ſe*; uti & *ſuſtinere* nonnunquam ſumitur, item alia multa. Atque ita teſcribendum e MSS. Cotton. Voſſ. Franek. in Vitruv. L. VIII, 2. *Vapor calidus in altitudinem ſe trudit, & primo non* remittit *propter brevitatem. ſimul autem plus humoris habet congeſtum, non poteſt* ſuſtinere *propter gravitatem.* Vulgo *remittitur* contra Vitruvii genium & *ſuſtinetur.* Quamquam & hoc loco *ſe* δὶς κατὰ κοινοῦ repeti poſſit. Sed & de *ſuſtentare* conſule Drakenb. ad Liv. L. XXXIV. C. 18. §. 2. *nec ultra ſuſtentaturi fuerint.* Recte vero *tamen* dant Medicei, Polit. Cujac. Exc. Copeſ. Memm. In reliquis & Edd. Vett. excepta Bonon. Steph. Caſaubon. &c. *autem.*

4 *Ac ceteras.*] *Aut* S. GRON. In tribus Medic. Copeſ. & Exc. Voſſ. etiam eſt *aut.* Sed vide C. 42.

5 *Chariclem.*] *Caridem* S. GRON. *Clariclem* Medic. pr. *Karidem* vel *Caridem* Vindobon. Cort. & alii cum Edd. Vett. bene correctis ab Egnatio ex Tacit. L. VI. Ann. C. 50. Obvius error ac permutatio eſt in litteris *el.* & *d. Charidem*, Exc. Voſſ.

riclem medicum, quod commeatu [1] afuturus e convivio egrediens, manum ſibi oſculandi cauſſa adprehendiſſet, exiſtimans tentatas ab eo [2] venas, remanere ac recumbere hortatus eſt, coenamque protraxit. Nec abſtinuit conſuetudine, quin tunc quoque [3] inſtans in medio triclinio, adſtante lictore, ſingulos valere dicentes adpellaret.

LXXIII. Interim quum in actis ſenatus legiſſet, *dimiſſos ac ne auditos quidem quoſdam reos*, de quibus ſtrictim, & nihil aliud quam nominatos ab [4] indice ſcripſerat: pro contemto ſe habitum fremens, repetere Capreas quoquo modo deſtinavit, non temere quidquam, niſi ex tuto auſurus. [5] Sed & tempeſtatibus & ingraveſcente vi morbi

1 *Abfuturus.*] *Afuturus* S. GRON. Ut jam ediderat Graevius. Ac ſic Medic. tert. quomodo ſupra ſaepiſſime. In multis MSS. & Edd. primis prave *affuturus*. Vindobon. pr. *affaturus*. Perperam *commeatum* quidam exponunt itineris comitatum; cum vulgari in ſignificatione veniae abeundi ſumendum ſit. V. Burm. Vacillat Cl. Ernesti ſibi non conſtans; ut patebit ejus notulas hic & ad C. 38. conferenti.

2 *Venas ſibi.*] Abeſt *ſibi* a MS. S. GRON. Immo a MSS. omnibus & Edd. priſcis, praeterquam Ed. Rom. pr. quare delevi, ut temere repetitum e praecedenti. Dein *recumb. ac reman.* Edd. Rom.

3 *Inſtans.*] Medic. tert. cum Palat. ſec. Copeſ. Edd. Ber. Pariſ. *ut ſtans*. Vindob. pr. *ſtans*. Plerique autem viri docti ſic capiunt, ut compoſitum ſit pro ſimplici: de quo adi Drakenb. ad Liv. L. 11. C. 43. *Inſtare inſtructos*. Malim ego cum Cel. Burmanno explicare: urgens, ut remanerent adpellando ſingulos, valere dicentes. Sic tanto magis celabat inbecillitatem intemperans Tiberius. Nec credat quis obſtare *ex conſuetudine*. Nam amabat diuturna convivia: ut docet auctor C. 42. Malim autem jungere *in medio triclinio adſtante lictore*, qui a ſene trepido & obnoxio ubivis adhibitus metum incutere poterat convivis, ne contra Tiberii voluntatem abirent. Alii aliam cauſſam fingunt. *Litore* vel *littore* eſt in Palat. pr. Vindobon. pr. Ed. Camp. Dein *ſingulis* Medic. pr. *dicentis* Medic. tert. Polit. *dicens* Cort. quod placebat Cl. Erneſtio. At tunc ſuffeciſſet *valere diceret*. Sed nominatim ſingulos, qui *vale* dicebant, adpellabat, inſtans, ut remanerent ac recumberent.

4 *Indice.*] *Judice* Vindobon. pr. Fruſtra autem Lipſius & contra omnes non modo Codd. ſed & Suetonii ſtylum conjecit *feſtinavit* pro *deſtin.* Vide Indicem Bernegg. Dein *ex tanta* Vindob. pr.

5 *Sed &.*] Non agnoſcunt copulam, haud neceſſariam quidem, ſed auctoris genio apprime convenientem Medicei, Vindobonenſes, Exc. Voſſ. Perizon. a m. pr. & duo Burm. cum aliquot Edd.

1 *La-*

morbi retentus paullo poſt obiit in villa [1] Luculliana, [2] octavo & ſeptuageſimo aetatis anno, tertio & vigeſimo imperii, ſeptimo decimo Kalend. Aprilis, Cn. Acerronio Proculo, [3] C. Contio Nigro coſſ. [4] Sunt, qui putent, venenum ei a Cajo datum lentum atque tabificum. Alii in remiſſione fortuitae febris cibum deſideranti [5] negatum: non-

1 *Luculliana.*] V. cod. Salmaſ. *Lucullana.* Et ſic omnino legendum. A *Lucillius* enim eſt *Lucillianus*, ſed a *Lucullus* eſt *Lucullanus*, ut apud Symmachum VI. ep. 71. *Quaedam Lucullanis operibus aequanda feciſſe.* GRAEV. Non ſolum Salmaſ. ſed MSS. omnes & Edd. uſque ad Beroald. habent *Lucullana.* Perizon. *Lucullana*, verum puncto ſub *i* adpicto. Male Torrent. Caſaubon. & alii ſecuti ſunt eos, qui *Lucullana* ediderunt. Dum pejus & contra hiſtoriae monumenta quidam exhibuerunt *Lucilliana.* Adi Rittershuſ. ad Phaedr. L. II. C. 5. Sidon. Apoll. Carm. II. vſ. 512. *Nec Lucullanis ſic haec freta cincta carinis.*

2 *Octavo & ſeptuageſimo.*] Natus A. DCCXII. XVI. Kal. Dec. obiit XVII. Kal. April. A. DCCXC. Bene ergo calculos ponunt Tacitus, noſter, Dio, alii. Atque errant uterque Victor in Caeſ. & Epit. ſeniorem Tiberium facientes. Dein *& tertio & vig.* Vindobon. pr. Imperavit ex XIII. Kal. Sept. A. DCCLXVII. adeoque 22. annos & paullo minus 7. menſes. Nam Dio, qui p. 639. ait, eum imperaſſe 22. annos, menſes 7. & totidem dies, obiiſſe tradit 26. Martii ſive VII. Kal. April. quo facit ejus calculus de vita Caligulae Imperium adeuntis p. 644. V. Comm. ad Joſeph. L. XVIII. Ant. C. 6. §. 10. Ryck. ad Tac. Ann. L. VI. 50. & in Crit. Pagium. *Septimo decimo* edidi cum Burmanno obſecutus Gronoviis ad Tac. ibidem. Quamvis & Livius Priſciano teſte aeque dixerit *decem ſeptem* ac *ſeptem decem.* Vide Drakenb. ad Liv. L. VII, 18. *Quinto triceſimo.* X, 21. XXIX, 36. In omnibus MSS. numerales ſunt notae XVII. *Apriles* eſt in meorum nullo, ſed vel *April.* vel *Aprilis*, veteſta Accuſativi terminatione forſan. Eum certe praeferebant veteres: ut ſupra ſaepiſſime habuimus. V. etiam Burm. & quos laudat. Sed in Cal. C. 9. *Kal. Junii.*

3 *C. Pontio Nigro.*] Vitioſe *Portio* in aliquot MSS. & Edd. apud Burmann. item Cald. & Mediol. Legendum vero omnino eſt *Nigrino.* ut Torrent. Schott. ad Victor. Epit. C. 2. Noriſ. in Epiſt. Hypat. & Ryck. ad Tacitum docuerunt. In lapide apud Fabrett. p. 674. vocatur *C. Petronius Pontius Nigrinus.*

4 *Sunt, qui putent.*] Medic. ſec. Vindobon. ſec. Edd. Graev. & Gron. *putant*: quod operarum vitio inrepſiſſe credo. Nam iidem recte ediderunt in Caeſ. C. 86. *ſunt, qui putent:* ubi V. Burm. Ovid. L. XII, 25.

Et ſunt, qui parcere Trojae
Neptunum credant.

Utrumque autem recte ſe habet, nec alter modus prae altero eſt praeferendus, niſi MSS. addicentibus; uti plerumque ſubjunctivo favent Codd in verbis opinionem & ſenſus animi, cui dubitatio quaedam ineſſe poſſit, ſignificantibus. Mox Medic. pr. *lentum quoque & tabif.* & *ſed* Medic. tert. ſed ſine τῷ &.

5 *Negatum.*] Male Torrentius hunc locum ſollicitat: quia poſt cibi negationem non illico mors ſequitur. Verum Cajus non intelli-

ligens

nonnulli pulvinum injectum, quum extractum ſibi deficienti anulum mox reſipiſcens requiſiſſet. Seneca eum ſcribit, intellecta defectione, exemtum anulum quaſi alicui traditurum parumper tenuiſſe: dein rurſus aptaſſe digito, & compreſſa ſiniſtra manu jacuiſſe diu inmobilem: [1] ſubito vocatis miniſtris, ac nemine reſpondente, conſurrexiſſe, nec procul a lectulo deficientibus viribus concidiſſe.

LXXIV. Supremo natali ſuo Apollinem Temenitem & amplitudinis & artis eximiae, [2] advectum Syracuſis, ut in bibliotheca templi novi poneretur, viderat per quietem adfirmantem ſibi, *Non poſſe ſe ab ipſo dedicari.* Et ante paucos, quam obiret, dies, turris Phari terrae motu Capreis concidit. Ac Miſeni cinis e favilla & carbonibus [3] ad calfacien-

ligendus eſt ſemel negaſſe cibum, ſed ſaepius, donec properata per febres & inediam mors conſequeretur, ex illorum nempe opinione, qui ita Tiberium enectum ferebant; licet alii ſemel tantum negatum dicant, alii ne negatum quidem, ſed cibum petenti permultam veſtem injectam eſſe, alii aliter: ſicut ipſe aliter rem narrat in Calig. C. 12. At omnes fere inſidiis Caligulae exſtinctum crediderunt. Medic. pr. *neg. nonn. in pulvinum.* In Cal. C. 12. *pulvinum juſſit injici.* ubi in Cort. *p. ori juſſit inj.* Mox *parum* Vindobon. pr. Tum *deinde* Vindobon. pr. Perizon. Cort. Edd. Rom. *comprehenſa* Vindob. uterque, Perizon. Cort. Edd. Rom. prave.

1 *Subito.*] Videtur excidiſſe vocula *tum* vel ſimilis. *ſubitoque* in Torrentii Cod. optimo, ipſo probante. *reſp. nem.* Vindob. pr.

2 *Advectum Syr.*] *Adductum* Vindob. pr. *avectum* Periz. Cort. & Edd. Rom. minus eleganter: ut alibi notavimus. Vide & Drakenb. ad Liv. L. VIII. C. 22. *Claſſe qua advecti ab domo fuerant.* Dein *templi novi* excudi curavi pro *novi templi*, jubentibus omnibus ad uſum MSS. & Edd. Rom. *templi Jovis* Copeſ. Forſan latet quid. Mox a Vindobon. pr. exſulat *quam*, & in Perizon. Cort. Medic. pr. Edd. Rom. *obierit* exaratur. *ex fav.* Vindobon. pr. *e* abeſt ab Harl. Edd. Ven. Mediol.

3 *Ad calefaciendum tric. inlatus.*] *carb. adficiendum* S. GRON. *Carb. ad calficiendum* Medic. tert. *calfaciendum* pr. & ſec. Cop. Exc. Cuj. quod probo: ut in Aug. C. 7. *calfecimus.* Sed *calefacta aqua* C. 82. Adhaec ex conjectura Torrent. & Caſaub. repoſui *inlatis.* Neque enim cinis infertur ad calfaciendum triclinium, ſed favilla & carbones: quod forſan animadvertens Sabellicus ediderat *carbo* cum Calderino: immo *illatis* exſtat in Vindob. pr. & margine Perizon. De prunis ita in triclinium & cubiculum illatis vide, quos congeſſit Pitiſcus, & Lindenbr. ad Amm. Marcell. L. XXV. C. 10. Dein *exſtinctus jam & diu frig.* in tribus Medic. Polit. Vind. ſec. Exc. Cuj. Tum Cort. margo Periz. cum aliis & Edd. Rom. *illuxit.*

endum triclinium inlatis, exſtinctus & jam diu frigidus exarſit repente prima veſpera, atque in multam noctem pertinaciter luxit.

LXXV. [1] Morte ejus ita laetatus eſt populus, ut ad primum nuncium diſcurrentes, pars *Tiberium in Tiberim*, clamitarent: pars *Terram matrem deoſque Manes orarent, ne mortuo ſedem ullam, niſi inter impios, darent:* alii uncum & Gemonias cadaveri minarentur, exacerbati ſuper memoriam priſtinae crudelitatis etiam recenti atrocitate. Nam quum [2] ſenatusconſulto cautum eſſet, ut poena damnatorum in decimum ſemper diem differretur, forte accidit, ut quorumdam ſubplicii dies is eſſet, quo nunciatum de Tiberio erat. Hos inplorantes hominum fidem, quia, abſente adhuc Cajo, nemo exſtabat, qui adiri interpellarique poſſet, cuſtodes, ne quid adverſus conſtitutum facerent, ſtrangulaverunt, abjeceruntque in Gemonias. Crevit igitur invidia: quaſi, etiam poſt mortem tyranni, ſaevitia permanente. Corpus ut moveri a Miſeno coepit, conclamantibus pleriſque, *Atellam potius defe-*

1 *Morte ejus ita laetatus eſt populus.*] Codex Salmaſ. *Mortem ejus ita laetatus eſt populus.* Quod non reprobem. Cic. *Illud in primis mihi laetandum eſſe jure video.* Et: *Utrumque laetor, & te ſine corporis dolore fuiſſe, & animo valuiſſe.* GRAEV. Salmaſiano Codici accedunt Exc. Voſſ. & ſic recte Scriverius edidit in Appulejo L. 1. Met. p. 15. Ed. Pric. *Quod beneficium etiam illum vectorem meum credo laetari.* ut eſt in Flor. ac Bertin. & Edd. ante Colvium. Nec ſecus apud alios, utroque modo. Adi Burm. Sed & noſter in Veſpaſ. C. 15. *neque caede cujusquam unquam laetatus.* Per *populum* autem, ut ſaepiſſime, rurſus intelligit auctor plebem viliorem. Nam honeſtiores cautioreſque primo ejus mortis nuncio prudenter non credidiſſe, docet Joſeph. L. XVIII. Ant. C. 6. 4 quo non diſcrepat noſter, ut videbatur Caſaubono. Adi quoque Er. neſt. Dein Medic. pr. cum Copes. Hulſ. e gloſſa *Tib. in Tib. cl. praecipitandum.* Vind. pr. *Tib. in Timberim praecipitandum clamit.* Mallem vero cum Caſaubono e Liſiaei Cod. *Tiberius.* Tum *matremque* inepte Vind. pr.

2 *Senatusconſulto cautum eſſet.*] Sic veriſſime cum Beroaldo e ſuis MSS. edidit Caſaubonus pro *actum* vel *SCtum actum.* Quod ne rurſus inmutare quis tentet, vetant MSS. omnes Medicei, Polit. Exc. Cuj. Voſſ. aliquot Torr. & Nonnianus. In ceteris MSS. *SCto actum.* Factum id eſt SCtum auctore ipſo Tiberio, A. DCCLXXIV. Infra *hos* deeſt Vind. pr. *aſtabat* Vind. ſec. Cort. & alii cum Edd. ante Baſil. *ut corpus* Vind. pr.

3 *Simul*

deferendum, & in Amphitheatro [1] *ſemiuſtulandum*, Romam per milites deportatum eſt, crematumque publico funere.

LXVI. Teſtamentum duplex ante biennium fecerat: alterum ſua, alterum [2] liberti manu, ſed eodem exemplo: obſignaveratque etiam humillimorum ſignis. Eo teſtamento heredes aequis partiqus reliquit, Cajum ex Germanico, & Tiberium ex Druſo, nepotes: ſubſtituitque invicem. Dedit & legata pleriſque: inter quos virginibus Veſtalilibus, [3] ſed & militibus univerſis, [4] plebique Romanae viritim, atque etiam ſeparatim vicorum magiſtris.

1 *Semiuſtulandum*] *Semiuſtilandum* S. GRON. Et Medic. tert. An pro *ſemiuſtilland.* quod eſt in duobus Caſaub. & Exc. Cuj. Verum *uſtulare* mediam habet brevem. Catull. C. 36, 1. *Infelicibus uſtulanda lignis.* ubi vide Vulp. A Medic. pr. exſulant & *in Amph. ſem.* Paullo ante *Athelanum* Vind. pr.

2 *Liberti*] *Liberati* S. GRON. Mox *ſub eodem* Cort. Edd. Rom. Dein *ſuſtinuitque* Medic. ſec. Exc. Voſſ.

3 *Ac militibus*] In Vindob. utroque, & Edd. Rom. *& mil.* Sed MSS. Medicei trcs, Politian. Exc. Cujac. Voſſ. cum tribus Torrent. & totidem Palatinis habent *ſed & mil.* Recte. Adi ad Cap. 59. *Multa praeterea ſpecie gravitatis, ſed & magis naturae obtemperans.*

4 *Plebique*] *Plebeique* S. GRON. Ita exaratur quoque in Medic. pr. tert. Exc. Voſſ. V. Drak. ad Liv. L. 11, 42. XXVII, 20. & alibi. *etiam* exſulat a Vindob. ſec. Confer notata ad Caeſ. C. 55.

C. SUETONII TRANQUILLI

LIBER QUARTUS.

C. CAESAR CALIGULA.

CAP. I.

Germanicus, C. Caeſaris pater, Druſi & [2] minoris Antoniae filius, a Tiberio patruo adoptatus, quaeſturam quinquennio ante, quam per leges liceret, & poſt eam, conſulatum [3] ſtatim geſſit.

[1] C. CAESAR CALIG.] Vind. ſec. Cort. Edd. Vett. *C. Caligula Caeſar.* Medic. pr. tert. *Caligula.* ſec. *Gajus.*

[2] *Minoris Antoniae*] Burmann. quia in Periz. & omnibus Edd. ante Caſaub. reperit *junioris*, eam vocem repoſuit. Sed ſine dubio Caſaubonus tacite exhibuit *minoris*: quod in eam vocem conſentirent Codices ſui, vel certe major illorum pars. Nam ita praebent Memm. omnes Medicei, Politian. Vindob. pr. Barth. L. LVII. Adv. C. 9. Exc. Voſſ. ejusque gloſſam eſſe *τὸ junioris*, nemo non videt. Sic rurſus in Claud. C. 1. *ex Antonia minore.* & contra *major* Ner. C. 5. Veſp. C. 3. & alibi: ut paſſim optimis quibusque. Eadem varietas in MSS. & Edd. Appuleji L. IV. Met. p. 83. Ed. Pric. *at vero puellae minoris.* ut recte e MSS. edidit Scriv. L. X. p. 213. *Nam & minorem ineoram ſui funerari videbat.* Sic Codd. duo. in Flor. N. 6. *diſcipuli minores.* V. Miſc. Obſ. V. v. T. 3. p. 111. Dein *quinquennium* Edd. Mediol. Cald. cum aliis.

[3] *Statim*] Natus eſt Germanicus M. Livio Druſo Libone, L. Calpurni Piſone Coſſ. A. DCCXXXIX. adoptatus Sexto Aelio Cato, & Sentio Saturnino Coſſ. A. DCCLVII. quaeſturam geſſit A. Licinio Nerva Silano, Q. Caecilio Metello Cretico Coſſ. A. DCCLX. aetatis XX. deſignatus quinquennio maturius, quam ex lege Auguſti apud Dion. L. LII. p. 477. licebat: non vero ſtatim poſt adoptionem, ut cenſebat Caſaubonus. Ac conſulatum primum, de quo etiam auctor C. 8. & inſcriptio Grut. p. 79. N. 5. geſſit demum cum C. Fontejo Capitone A. DCCLXV. non ergo *ſtatim* poſt *quaeſturam.* Quare *ſtatim* hic ſumendum eſt ordinis, non temporis, ratione, quia omiſit *Aedilitatem* & *praeturam*, ut recte viri docti quidam capiunt. Nam ne ejiciatur haec vocula, refragantur MSS. omnes. Obiit autem M. Junio Silano, L. Norbano Balbo Coſſ. A. DCCLXXII. cum implerat annos 33. & agebat annum 34. Graviter errat Doctiſſ. Sponius in Itin. T. 1. p. 37. primum Conſulatum cum ſecundo confundens. Videatur ipſe in Miſcell. p. 266. & alibi. ac paſſim inſcriptiones.

1. *Tres sorores Caligulæ.* cap. 7.
2. *Agrippina mater Caligulæ.* cap. 15.
3. *Drusilla soror Caligulæ.* cap. 24.
4. *Juba Rex Mauritaniæ, Ptolemæi pater, filius Jubæ.* cap. 26.

UNIV. OF MICH.

geſſit. Miſſuſque ad exercitum in Germaniam, exceſſu Auguſti nunciato, legiones univerſas, imperatorem Tiberium pertinaciſſime recuſantes, & ſibi [1] ſummam Reipubl. deferentes, incertum, pietate an conſtantia majore, compeſcuit: atque hoſte mox devicto, triumphavit. Conſul deinde iterum creatus, ac prius quam honorem iniret, ad componendum Orientis ſtatum expulſus, quum Armeniae regem [2] deviciſſet, Cappadociam in provinciae formam redegiſſet, annum aetatis agens quartum & triceſimum, [3] diutino morbo Antiochiae obiit, non ſine veneni ſuſpicione. Nam praeter livores, qui toto corpore [4] erant, & ſpumas, quae per os fluebant, cremati quoque cor inter oſſa incorruptum repertum eſt: cujus ea natura exiſtimatur, ut tinctum veneno igne confici nequeat.

11. Obiit

1 *Summam Reipubl.*] Vindob. pr. *ſ. remp.* V. Comm. ad Caeſ. C. 28. & ſaepe. At & vulgatum recte ſe habere, neminem fugit. Dein *pietate an conſt.* e Torrent. Palat. Mediceis, Exc. Cujac. & Edd. aliquot cum Burmanno recepi pro *conſt. an pietat.* Mox *creatus iterum* in marg. Torr. Dein *ſt. compulſus* prave Vind. pr.

2 *Deviciſſet.*] Sic conſtanter exhibent Codd. Alios ergo annales ſecutus fuerit Suetonius, quam Tacitus, qui refert, Germanicum Armeniis, qui expulſo in Syriam Vonone carebant rege, *dediſſe* Zenonem Polemonis filium Artaxiae nomine, & dein Vononem amandaſſe Pompejopolim in Ciliciam: unde alii hic *dediſſet* Armeniis, alii *dejeciſſet* Armenia reponendum cenſuere. V. Tacit. L. 11. Ann. a C. 33. ad C. 58. & Erneſt. Mox *annum agens aetatis* in tribus Medic. Exc. Cuj. Voſſ. *capto* addunt membranae Vindob. pr. *regem* tantum in marg. habet Periz.

3 *Diutino.*] *Diuturno* S. GRON. Sic & Medic. tert. Polit. Barth. Vind. pr. Exc. Voſſ. cum multis aliorum Codicibus, ſolita variatione, & hinc pro more contracte *diurno* in marg. Vind. ſec. Edd. Rom. Sabell. Calder. Mediol. & corruptius *divino* in aliis. *ἱερῷ νόσῳ* hic locum non habet.

4 *Erant.*] Hoc *erant* non videtur eſſe a manu Suetonii. Equidem valde languet hoc in loco. Tranquillum autem ſcripſiſſe cenſeo: *praeter livores, qui toto corpore extiterant*, hoc eſt, orti erant, apparebant. Superius in Auguſto c. 94. *Statim in corpore ejus extitiſſe maculam velut depicti draconis, nec unquam potuiſſe exigi.* GRAEV. N. Heinſius conjecit, probante Burmanno, *parebant:* ut e colliſione ſyllabarum natus ſit error. Quid ſi fuerit *corpore comparuerant.* Dein *intra oſſa* Vind. pr. in quo mox *igni;* ut paſſim eſt in MSS. & praeferunt vulgo viri docti. V. ad C. 27.

11. Obiit autem, ut opinio fuit, fraude Tiberii, miniſterio & opera [1] Cn. Piſonis. Qui ſub idem tempus Syriae praepoſitus, nec diſſimulans, offendendum ſibi aut patrem, aut filium, quaſi plane ita neceſſe eſſet, [2] etiam aegrum Germanicum graviſſimis verborum ac rerum acerbitatibus, nullo adhibito modo, adfecit: propter quae, ut Romam rediit, paene diſcerptus a populo, a ſenatu capitis damnatus eſt.

111. Omnes [3] Germanico corporis animique virtutes, & quantas nemini cuiquam, contigiſſe, ſatis conſtat: formam & fortitudinem egregiam: ingenium in utroque eloquentiae doctrinaeque genere praecellens: benivolentiam ſingularem: conciliandaeque hominum gratiae, ac promerendi amoris mirum & efficax ſtudium. Formae minus congruebat gracilitas [4] crurum, ſed ea quoque paullatim repleta adſidua equi vectatione poſt cibum. Hoſtem cominus ſaepe percuſſit. Oravit cauſſas etiam [5] triumphalis: atque inter cetera ſtudiorum monumenta reliquit & comoedias Graecas. Do-

1 *Cn. Piſonis.*] Operarum errore, non advertentibus editoribus, excidit littera *n* ex Edd. Aldi, Caſaub. & ſeqq. praeter Pitiſc. & Burm. Non Tacito ſolum, Dioni p. 613. & aliis, ſed etiam noſtro in Tib. C. 52. Vitell. C. 2. vocatur *Cn. Piſo*: ut ubique MSS. omnes oſtentant.

2 *Etiam.*] *Et tamen* S. GRON. *& etiam* Exc. Voſſ. Dein *propter quod* Exc. Cuj.

3 *Germanico*] Medic. pr. tert. Polit. Exc. Voſſ. cum aliis *Germanici*. item *animae* Medic. pr. tert. *ingenio* Medic. tert.

4 *Crurum.*] Vindob uterque, Hulſ. Edd. Rom. pr. Ven. pr. *crurium*: utrobique variatur quoque C. 50. & Domit. C. 18. ubi V. Burm. Optimi Plinii Codd. ſemper ſervant *crurum*. Dein *Vectatione* Medic. pr. *vectione* Edd. Rom. pr. Cald. Mediol. cum aliis. Adi Burm. *ſemper* pro *ſaepe* Vind. pr.

5 *Triumphalis.*] Codici Viterbienſi & Pithoeano ſubſcribit Palatinus primus ac tertius, quos merito Gruterus ſequitur, & Caſaubonus. GRAEV. Sic legendum eſſe, non *triumphales*, quae ſane inepta hic eſt lectio, vidit jam olim Beroaldus, & eum ſecuti multi; in his e ſuo Cod. Barth. L. LVII. Adverſ. C. 9. Eo tempore non agebantur cauſſae de triumpho concedendo, nec ne. Sed *triumphalis* erat ipſe Germanicus, non ſolum acto triumpho, ſed jam ante triumphalibus ornamentis honoratus: ut docuerunt viri docti. Neque aliter exaratur in Mediceis, Politian. & Copeſ. codicibus, *monimenta* in Mediceis.

Domi foriſque civilis: libera ac foederata oppida ſine lictoribus adibat. Sicubi clarorum virorum ſepulcra cognoſceret, inferias Manibus dabat. Caeſorum clade Variana veteres ac diſperſas reliquias uno tumulo humaturus, colligere ſua manu, & comportare primus adgreſſus eſt. Obtrectatoribus etiam, qualeſcumque & quantacumque de cauſſa [1] nactus eſſet, lenis adeo & innoxius, ut Piſoni, decreta ſua reſcindenti, clientelas [2] diu vexanti, non prius ſuccenſere [3] in animum induxerit, quam veneficiis quoque & devotionibus inpugnari ſe comperiſſet: ac ne tunc quidem ultra progreſſus, quam ut & amicitiam ei more majorum renunciaret, mandaretque domeſticis ultionem, ſi quid ſibi accideret.

IV. Quarum virtutum fructum uberrimum tulit, ſic probatus & dilectus a ſuis, ut Auguſtus, (omitto enim neceſſitudines reliquas,) diu cunctatus, an ſibi ſucceſſorem deſtinaret, adoptandum Tiberio dederit. Sic vulgo favorabilis, ut plurimi [4] tradant, quoties aliquo adveniret, vel ſicunde diſcederet, prae turba occurrentium proſequentiumve non-

1 *Nactus.*] *Nanctus* S. GRON. Supra *prius* Medic. pr. Vind. pr. *qualecumque* Medic. pr. *qualiſcumque* Exc. Voſſ. Mox *levis* Vind. pr.

2 *Diu vexanti.*] Baudius (apud. Rutgers. V. L. III, 6.) non inepte corrigit: *clientelas divexanti.* GRAEV. Leg. *divexanti. Salm.* Mox *ſuſcenſere* S. GRON. Idem conjecere Lipſius, & Torrentius: nec diſplicuit Grutero. ut in Ner. C. 34. *Neque in divexanda quidquam penſi habuit.* ubi in nonnullis etiam *vexanda.* Sed refragantur MSS. omnes, & *non prius* exigere *τὸ diu* cenſet Burm. Quod tamen me non moveret, ſi *divex.* confirmarent Codd. *reſcidendi* Medic. tert.

3 *In animum induxerit.*] Vindob. pr. *animum induxerit.* Quod novator quis temere arriperet. Non ego. Utrumque enim dicitur, ac plures melioreſque Codices in talibus ſequendi. Adi omnino Clar. Drakenb. ad Liv. L. 1. C. 17. §. 4. *Nemo alteri cedere in animum inducebat.* Tum *beneficiis* Medic. pr. tert. Vind. pr. Exc. Voſſ. & duo Burm. ex more ſcribendi *b* pro *v.* & vice verſa. *progreſſus eſt* Vind. pr. & *more majore.* De eo veterum Romanorum more vide Comm. ad Aug. C. 66. Dein *contactus* pro *contatus* in Vind. ſec.

4 *Tradant.*] *Tradunt* Med. pr. tert. Mox *deſcenderet* Med. pr. *proſequentiumque* Ed. Torrent. *cum diſcrimine* Edd. Mediol. Cald. cum aliis apud Burm. *e* ante *Germ.* ex. ſulat a Med. ſec. Exc. Cuj. Voſſ.

nonnumquam eum diſcrimen vitae adiſſe: e Germania vero, poſt compreſſam ſeditionem, revertenti praetorianas cohortes univerſas [1] prodiſſe obviam, quamvis pronunciatum eſſet, ut duae tantummodo exirent: populi autem Romani ſexum, aetatem, ordinem omnem uſque ad viceſimum lapidem effudiſſe ſe.

v. [2] Tamen longe majora & firmiora de eo judicia in morte ac poſt mortem [3] exſtitere. Quo defunctus eſt die, lapidata ſunt templa, ſubverſae Deûm arae, Lares a quibuſdam familiares in publicum abjecti, partus conjugum expoſiti. Quin & Barbaros ferunt, quibus inteſtinum, quibuſque adverſus nos bellum eſſet, velut in domeſtico communique moerore conſenſiſſe [4] ad inducias; Regulos

1 *Prodiſſe obviam*] Vind. pr. *obviam prodiiſſe*, ac per duplex *i* etiam Periz. Vind. ſec. & Edd. vetuſtiores. In Ed. Germ. Junkeri peſſime exhibetur *obviantes*: de quo verbo conſule Drakenb. ad Liv. L. IX. C. 13. & quos laudat. In MS. Perizon. Septimii de B. Troj. 2, 1. *obviatum*.

2 *Tamen longe majora*.] In Epigrammate vetere, quod adfert Caſaubonus ad hunc locum:

Admoneat, patriae fraude quod hic jaceo.

Legendum vidit Caſaubonus:

At moveat, patriae fraude quod hic jaceo.

Recte *at moveat*. pro *admoneat*. Sed quae fuit illa *patriae fraus*, quae eum perdidit? Atqui patriae fuit in deliciis & amoribus, ſi quis unquam. Emendandum ſine dubio:

At moveat, patrua fraude quod hic jaceo.

Patrua fraus, ut *patruae verbera linguae*. Nimirum patrua fraus eſt Tiberii patrui fraus, ut nemo non videt. GRAEV. *patrua* Heinſius quoque corrigebat ſuo more. Sed *patria* ſive patris adoptivi Tiberii, rectius & invidioſius Caſaubonus, V. Burm. & Drakenb. ad Silium L. XV, 10.

3 *Exſtitere*.] *Extiterunt* S. GRON. Et ſic Medic. pr. tert. Mox corrupte in Vind. pr. *apidata*. Intelligi templa per homines Diis invidiam prae Germanici morte facientes lapidibus inpetita, non vero grandine icta, contra Barthium dudum monuit Graev. in Lect. Heſiod. C. 15. Adi & Cl. Duker. ad Flor. L. 1. C. 22. *Exercitus Imperatorem lapidavit*.

4 *Ad inducias*.] *Indutias* S. GRON. Et Med. tert. aliique cum Edd. nonnullis: ut paſſim. De locutione ipſa vide Burm. Cic. IV. in Catil. C. 7. *ad communem dignitatem ſalutemque conſentiunt* Dein *barb. depoſuiſſe* Vind. pr. e gloſſa & *uxorium* Ed. Camp. *uxores* Ed. Junk. quod probarem, ſi in MSS. inveniretur. Sic enim melius exprimitur voluntarius etiam externarum mulierum luctus: quomodo apud Propert. L. III, XI, 18. ex emendatione Broukhuſii *Uxorum poſitis ſtat pia turba comis*. niſi & hoc juſſui virorum adſcripſerit auctor, ſicut ſupra *partus conjugum expoſiti*.

los quoſdam barbam poſuiſſe, & uxorum capita raſiſſe, ad indicium maximi luctus: Regum etiam regem & exercitatione venandi, & convictu [1] Megiſtanum abſtinuiſſe, quod apud Parthos [2] juſtitii inſtar eſt.

VI. [3] Romae quidem, quum ad primam famam valetudinis adtonita & moeſta civitas ſequentes nuncios obperiretur, & repente jam veſperi incertis auctoribus convaluiſſe tandem percrebruiſſet, paſſim cum luminibus & victimis in Capitolium concurſum eſt, ac paene [4] revulſae templi fores, ne quid geſtientes vota [5] reddere morarentur. Expergefactus e ſomno Tiberius eſt gratulantium vocibus, atque undique concinentium,

Salva Roma, Salva patria, Salvus eſt Germanicus.

Sed

1 *Megiſtanum.*] Vindob. uterque *Maſtiganum.* Cort. Edd. Rom. *Meſtiganum.* Edd. Mediol. Cald. *Megiſtanem.* Exc. Voſſ. *Egiſtanum.* alii *Magiſtanum.* Quaſi eſſet nomen regis; ut quidam inepte capiunt: quum is fuerit Artabanus tertius, mortuus demum ſub Cajo. De illo vide ad Tib. C. 66. Cal. 14. Vitell. C. 2. & Vaillant. in Arſacidarum Imperio. *Megiſtanas* dictos ſatrapas & proceres Orientis, nemo nunc neſcit: quomodo etiam vocat Front. 11, 9, 5. *Segiſtanum* MS. Barth. prave.

2 *Juſtitii*] *Juſti* S. GRON. Item Medic. pr. tert. Exc. Voſſ. *incti* Copes. Vind. pr.

3 *Romae equidem.*] Non male codex Salmaſ. *Romae quidem*, quod omnino praetulerim vulgato: & ſic quoque Robertus Stephanus. GRAEV. Omnes etiam Medicei, Periz. Exc. Cuj. Voſſ. Edd. Rom. Torrent. & quas laudat Burm. omittunt vocalem *e*, probante etiam Erneſtio. Vide, quae notavi ad Aug. C. 11. *Panſae equidem adeo ſuſpecta mors fuit.* ut illic habent meliores libri. Varietatis cauſſa eſt diphthongus *et*. Mox *percrebruiſſet* cum Medic. tert. Polit. Periz. & Edd. ante Beroald. item Pit. Burm. reſcripſi. alii ſine *r*, de quo ſupra ſaepius.

4 *Revulſae.*] *Revolſae* S. GRON.

5 *Reddere morarentur.*] Infinitivus deeſt Ed. Burm. ſed operarum vitio, ut patet ex addendis. Pluralem numerum *morarentur* reponi curavi auctoritate Medicei tert. Polit. Vind. ſec. Nonn. ac duorum Burm. quem vide, atque aliquot Editionum: in his Mediol. pr. & Cald. Senſus eſt, *ne fores aliquantum morarentur*, ſeu impedirent, & detinerent, *geſtientes reddere vota.* Caeſ. C. 57. *flumina* morarentur. C. 62. *Aquilifer* moranti ſe *cuſpide ſit comminatus.* Aug. C. 86. *necubi lectorem obturbaret, ac* moraretur. C. 97. *Non ſi omnia* morarentur ſe. Caeſ. L. VI. B. G. C. 36. *Non* hos *palus, non ſilvae* morantur. V. ad Front. L. II. C. 3, 23. *Ne quis locus* victoriam *ejus* moraretur. Huc facit & locus Statii L. X. Theb. 190. *moraſque*

Frangite portarum.

Ed. Junk. *geſtiens v. r, moraretur.* Mox *a ſomno* Vind. pr. minus bene hoc

[1] Sed ut demum fato functum palam factum eſt, non ſolatiis ullis, non edictis inhiberi luctus publicus potuit, duravitque etiam per feſtos Decembris menſis dies. Auxit gloriam deſideriumque defuncti [2] & atrocitas inſequentium temporum: cunctis nec temere opinantibus, reverentia ejus ac metu repreſſam Tiberii ſaevitiam, quae mox eruperit.

VII. Habuit [3] in matrimonio Agrippinam, M. Agrippae & Juliae filiam, & ex ea novem liberos tulit: quorum duo infantes adhuc rapti, unus jam [4] pueraſcens, inſigni feſtivitate, [5] cujus effigiem habitu Cupidinis in aede Capitolinae Veneris Livia dedicavit. Auguſtus in cubiculo ſuo poſitam, [6] quotieſcumque introiret, exoſculabatur. Ceteri ſuperſtites patri fuerunt. Tres ſexus feminini, Agrippina, Druſilla, [7] Livilla, continuo triennio natae:

loco. Reſpice ad Tib. C. 68. *Eſt* exſulat a Politian. Ceterum male plerique verba *Salva* &c. *Germanicus* ut proſam continuarunt; cum ſit Trochaïcus tetrameter catalecticus, quales in noſtro ſunt permulti: ut jam alii monuerunt.

1 *Sed.*] *&* S. GRON. *Et* MSS. & Edd. omnes habent uſque ad Caſaub. ex optimo Torrent. Cod. forſan etiam ſuis MSS. *ſed* ſubſtituentem. *Et* revocarunt Pitiſc. & Burm. Supra ſaepius ita variatur. V. & C. 12.

2 *Etiam atrocitas.*] *& atr.* S. Mox *Tiberi* S. GRON. *Et* MSS. & Edd. O. uſque ad Gryph. quod bene reſtituerunt Pitiſc. & Burm. *niſi tem.* Edd. Sabell. Cald. Mediol. *non tem.* Vind. pr.

3 *In matrimonio.*] *In matrimonium* Periz. Cort. Edd. Rom. Dein *& Juliae* abſunt ab Ed. Cald. ut ab aliis. Tum & exſulat a Polit.

4 *Pueraſcens.*] *Puer naſcens* S. GRON. Nec aliter Medic. pr. tert. & duo Burm. Vide de hoc puerulo ad C. 9.

5 *Cujus effigiem habitu Cupidinis*] Iſtam effigiem hujus pueri videre licet in antiquo Achate illo ſtupendi operis, qui in Gazophylaceo Chriſtianiſſimi Regis ſervatur, complectens ἀπεθέωσιν Auguſti, & totius fere ejus gentis deſcriptionem artificioſiſſimam, quam ex ſchedis A. Rubenii edidi olim cum doctiſſimis viri elegantiſſimi explicationibus inter alia ejus opera poſthuma. GRAEV. De *Capitolina Venere*, cujus & meminit in Galba C. 18. adi, quos ſlaudat Drak. ad Liv. L. XXX. C. 38.

6 *Quotieſcumque.*] *Quotienſque* S. GRON. Et Medic. tert. Exc. Voſſ. Dein *ſexus feminini tres* Vind. pr.

7 *Livilla.*] MSS. Periz. Harl. & Edd. Ven. 4. *Livia.* V. ad Tib. C. 62. Vind. ſec. *Julia.* atque ita vocatur Tacito L. 11. Ann. C. 54. L. VI. C. 15. Dioni L. LX. p. 670. Zonar. L. XI. Ann. C. 8. & Senecae in Apocol. ipſique auctori noſtro infra C. 29. item in Inſcript. apud Vignol. p. 278. & Murat. p. 987. ac nummis. Adi Mediobarb. p. 20. & Patin-

natae: totidem mares, Nero & Druſus & C. Caeſar. Neronem & Druſum ſenatus, Tiberio criminante, hoſtes judicavit.

VIII. C. Caeſar natus eſt pridie Kalendas [1] Septembres, patre ſuo & C. Fontejo Capitone coſſ. Ubi natus ſit, incertum diverſitas tradentium facit. Cn. Lentulus Gaetulicus Tiburi genitum ſcribit: Plinius Secundus in Treveris vico [2] Ambiatino [3] ſupra Confluentes: addit etiam pro argumento aras ibi oſtendi inſcriptas, OB AGRIPPINAE PUERPERIUM. Verſiculi, imperante mox eo, divulgati, apud hibernas legiones procreatum indicant:

In

Patinum. Quamquam in ſimili nummo, ſed ſuſpectae fidei, *Liviæ* occurrit apud Cl. Haverkamp. ad Oroſ. L. VII. C. 5. Vocata igitur fuerit *Julia Livia*, vel *Livilla*, ut quidam cenſent: Sicut & proavia *Livia* poſt Auguſti mortem *Julia* paſſim eſt vocata, utpote teſtamento ipſius in nomen adſcita. Mox *Nero*, *Druſus* & *C. Caeſar* Vind. ſec. V. in Tib. C. 54.

1 *Septembres*] *Septembris* Periz. Edd. Rom. minus bene. Dein *C. Font. Cepione* Vind. ſec. a m. pr. vitioſe, ut Faſti ad A. DCCLXV. & Inſcriptiones docent, cum Dione p. 587.

2 *Ambiatino*] *Ambitarvio* S. GRON. Et ſic Medic. pr. *Ambitaritio* Exc. Voſſ. *Ambitarivo* Medic. ſec. *Ambitavino* Vindob. pr. *Ambiarino* Cort. *Ambitarino* MSS. reliqui tum mei, tum Turnebi, Pulm. Torrent. Burm. & Edd. pleraeque. *Ambiatino* primus dedit Beroaldus, quem ſecuti ſunt Glarean. Eraſm. Gryph. Plant &c. Vide Comment. *Ambitavino* e conjectura legit vir doctus in Miſcell. Nov. Lipſ. Vol. III. p. 335. & ſimul trahit eo Caeſar. L. IV. B. G. C. 9. reponens *ad Ambitavinos trans Moſulam*. At P. Chriſtophorus Brouwerus in Ann. Trevirenſib. p. 136. 378. 380. e MS. tam hic, quam in diplomatibus Pipini & Karoli M. in quibus *Ambitivo*, legit *Ambitarino*. Mihi non liquet.

3 *Supra Confluentes*] In MSS. Politiani exhibetur *ſuper*. hoc eſſet, *prope*, *ad*, *& in ripa*: ut crebro dicitur *caſtra ſuper fluvium*, *& ripas ponere*. ut Liv. L. XXXIII, 18. XXXV, 33. Front. I, 10, 3. & paſſim. Adi Drakenb. ad Liv. L. XLIII, 21. *Sita eſt ſuper Ambracium ſinum*. Ac ſic reſtituendum e MSS. Leidd. Eutropio L. IX. C. 18. *Cum Carus caſtra ſuper Tigridem haberet*. uti in Oroſio, Jornande, aliiſque. Pro *ultra* tamen occurrit ſaepe *trans ſuper* apud Pomp. Melam. Conſule Perizon. in Miſc. Obſ. Vol. VII. p. 442. At nil hic muto. Nihil frequentius eſt harum praepoſitionum confuſione in membranis. Vide Drak. ad Liv. L. XXIII, 36. *In caſtra ſupra Tifata ſe recepit*. Inf. in Claud. C. 25. Mox *puerperum* Medic. ſec. & *eo mox imper*. Vind. pr. *Hibernas* autem dixit pro hibernantibus & iis, quae in caſtris ſunt hibernis: ſive apud *hiberna legionum*. ut in Veſp. C. 6. Sed vide Gronov.

1 *Na-*

In caſtris [1] *natus, patriis nutritus in armis, Jam deſignati principis omen erat.*

Ego in actis [2] Antii editum invenio. Gaetulicum refellit Plinius, quaſi mentitum per adulationem, ut ad laudes juvenis glorioſique principis aliquid etiam ex urbe Herculi ſacra ſumeret: [3] abuſumque audentius mendacio, quod [4] ante annum fere natus Germanico filius Tiburi fuerat, adpellatus & ipſe [5] C. Caeſar: de cujus amabili pueritia inmaturoque obitu ſupra diximus. Plinium arguit [6] ratio temporum. Nam qui res Auguſti memoriae manda-

1 *Natus*] Lipſius citat memoriae, credo, vitio *genitus* ad Taciti Ann. 1, 41. *Infans in caſtris genitus.* De ipſa loci Caligulae natalis controverſia vide contra Suetonium ibid. Lipſium Exc. L. & hic in utramque partem Commentarios. *patris* Exc. Voſſ. Ed. Rom. ſec.

2 *Antii inv. editum*] *Auti editum invenio* S. GRON. *Accii* Med. pr. tert. *Aucii* Vind. pr. *editum invenio*, ut repoſui, eſt in duobus Torr. tribus Mediceis, Exc. Voſſ. Hulſ. Cop. in quo & Vind. pr. *edictum.* Male *ipſum* addunt Edd. nonnullae. Mox *refert* Medic. pr. tert. Polit. cum Hulſ. ac Copes. & Edd. aliquot. Sed praeſtat lectio vulgata. *permentitum* Vind. pr. *Herculae* Med. pr. tert.

3 *Abuſumque*] Deeſt *que* a Vindob. pr. *audacius* Medic. pr. Exc. Cuj.

4 *Ante annum fere*] Hoc ſi verum eſt, Agrippina maritum celerrime profectum non ſecuta erat in Germaniam. Nam illic fuit Germanicus A. DCCLXIII, & DCCLXIV. una cum Tiberio uſque ad autumnum: & γενέθλια Auguſti IX. Kal. Octob. ibi celebravit, teſte Dione p. 587. Pro *fuerat* autem in utroque Vindob. Exc. Voſſ. & Ed. Rom. ſec. eſt *fuerit*: quod rectius videtur.

5 *C. Caeſar*] Mortuus ſcilicet poſt unum aetatis annum jam *pueraſcens*, & fari incipiens, ſed ante natum Caligulam, qui idcirco ejus loco *Caji* nomen accepit. Nodum in ſcirpo hic quaerunt viri docti.

6 *Ratio temporum*] Ex qua ſane validiſſimum pro Suetonii opinione, cui equidem adſentior, exſtitit argumentum, quod fruſtra totis viribus convellere nititur Lipſius, fingens, Agrippinam potuiſſe in caſtris manere, profecto Romam marito, quod praegnans eſſet, & ſic in conſulatu mariti illic Caligulam fuiſſe enixam. Atqui, ſi jam conſtaret, Agrippinam praecedente anno fuiſſe apud maritum: quod, ut paullo ante vidimus, conſtat nequaquam; Cajum in hibernis caſtris ne concipere quidem potuit: Nam ſimulac natalitia Auguſti menſe *Septembri* A. DCCLXIV. celebrarant Tiberius & Germanicus, e Germania reverterunt Romam: ubi A. DCCLXV. Conſulatum inivit, totumque annum manſit Germanicus, eique demum ultimo *Auguſti* die editus eſt Cajus: quocirca natus erat, cum A. DCCXC. ad imperium pervenit, annos XXIV, menſes VII, minus quatuor diebus: ut exactiſſime calculos ſubducunt auctor ſupra, & Dio p. 644. A. D. coll. cum p. 639. Alia vide pro Suetonio apud Erneſt. in Excurſu. Mox *memoria mandarunt* Vind. ſec. quomodo ſaepiſſime variatur in locutione *proderę*

darunt, Germanicum exacto conſulatu [1] in Galliam miſſum conſentiunt, jam nato Cajo. Nec Plinii opinionem inſcriptio arae quidquam adjuverit, quum Agrippina [2] bis in ea regione filias enixa ſit: & qualiſcumque partus, ſine ullo ſexus diſcrimine, *puerperium* vocetur: quod antiqui etiam puellas *pueras*, ſicut & pueros *puellos* dictitarent. Exſtat & Auguſti epiſtola ante paucos, quam obiret, menſes ad Agrippinam neptem ita ſcripta de Cajo hoc (neque enim quiſquam [3] jam alius infans nomine pari tunc ſupererat) *Puerum Cajum xv Kalend. Junii, ſi Dii volent, ut ducerent* [4] *Talarius & Aſellius, heri cum his conſtitui. Mitto praeterea cum eo ex ſervis meis medicum, quem ſcripſi Germanico,* [5] *ſi vellet, ut retineret. Valebis mea Agrippina, & dabis*

dere memoriae: ut apud Cic. L. 1. de Div. C. 1. in MSS. Leidd. Sed vide ad Caeſ. L. v. B. G. C. 12. *mandant* Vind. pr. *mandaret* Cort. *conſenciente jam Cajo nato* Vind. pr.

1 *In Galliam*] A. DCCLXVI. & mox in Germaniam, quorſum tunc abiit quoque Agrippina, maritum ſubſecuta A. DCCLXVII. ibique manſerunt ad A. DCCLXX. quo reverſus cum uxore Germanicus VII. Kal. Junias triumphavit curru, *quinque* liberis onuſto. V. ſeqq. & Vell. L. II. C. 123. Tacit. L. 1. Ann. 31. Lib. II. a C. 1. uſque ad C. 42. & Dionem.

2 *Bis in ea regione*] A. DCCLXIX. *Agrippinam*, & A. DCCLXX. *Druſillam*, ac ſeq. anno DCCLXXI. Lesbi noviſſimo partu *Juliam*, ſeu *Livillam*, apud Tacit. L. II. Ann. C. 54. nam hae *continuo triennio* ſunt natae, ut docet auctor C. 7. *bis* male exſulat a Periz. Cort. Edd. ante Beroald. *in eadem* Exc. Voſſ. *puellos* deſideratur in Vind. pr. *puellos* & *pueros* Vind. ſec. *dictarent* Edd. Sabell. Cald. Mediol.

3 *Jam alius*] *Jamjam al.* S. GRON. *alius infans jam* Vindob. ſec. Supra *haec* Nonn. Cod. cum Edd. Med. Cald. & aliis apud Burm. *ſuperfuerat* Medic. pr. *ſuperaret* Vind. pr.

4 *Talarius & Aſellius.*] *Aſillius* S. GRON. *Tallarius* Cort. Harl. Vind. ſec. Ed. Rom. pr. Incognitum mihi eſt nomen. *Talaſius* apud Gruterum exſtat. Sed & ſub Trajano ad A. DCCCLII. occurrit ſuffectus Cos. *Victorius Alarianus* in Grut. p. CCCXXI. N. 10. de quo adi Cuper. in Miſc. Nov. Lipſ. Vol. III. p. 721. 739. Hinc forſan conjici poſſet hic loci *T. Alarius*, ex qua gente dein adoptatus quis *Alarianus*. Dein *Aſillius* Medic. pr. tert. Copeſ. *Aſilius* in uno Torr. unde proclivis eſt mutatio *A. Silius*: nam in hac gente praenomen quoque *Auli* fuiſſe, patet ex Cic. L. XII. ad Att. Ep. 24. 26. Sed *Aſelliorum* frequens mentio: & jam ſupra in Tib. C. 42. quod item Torrent. monuit. Mox *cum iis* Memm. Exc. Voſſ. *conſtitit* Med. pr. a m. pr.

5 *Si vellet.*] Vindob. pr. *q; v.* Lacunam, quam in Memmiano eſſe poſt *vellet* monet, & ſupplet *uti* Caſaubonus, non enotavit inde Salmaſius.

1 *Ar-*

dabis operam, ut valens pervenias ad Germanicum tuum. Abunde [1] arbitror parere, non potuiſſe ibi naſci Cajum, quo prope bimulus demum perductus ab urbe ſit. Verſiculorum quoque fidem eadem haec elevant; & eo facilius, quod [2] hi ſine auctore ſunt. Sequenda eſt igitur, quae ſola [3] actorum reſtat & publici inſtrumenti auctoritas: praeſertim quum Cajus Antium, omnibus ſemper locis at-

1 *Arbitror parere.*] *Parere arbitror* S. GRON. *parere* ex Turnebi monito L. XXII. Adverſ. C. 51. receperunt Caſaub. Graev. Gron. & conſentiunt Medic. tert. Barth. ac Copeſ. de quo vide ad Aug. C. 95. & Veſp. C. 4. *quantum eventu poſtea paruit.* Non auſim tamen alterum damnare. Sed *arbitror* poſtpoſui e conſenſu Mediceorum, Vindobonenſium, Cort. Copes. Exc. Voſſ. Edd. Rom. Immo Vindob. pr. *patere arbitrer*: quod praeplacet. Et ſane haud patet, Cajum in Germania non potuiſſe naſci, quia prope bimulus eo perductus eſt. Nam poterat cum matre infans eſſe reverſus fine A. DCCLXV, & menſe Majo A. DCCLXVII. eo rurſus eſſe perductus: uti urſit etiam Lipſius. Ex alia temporis ratione ſupra vidimus, Cajum ibi non potuiſſe naſci.

2 *Hi ſ. a. ſint.*] *ii ſ. a. ſunt* S. GRON. *Ii* Med. pr. Polit. Vind. ſec. aliique. Deeſt Torr. Periz. & Edd. uſque ad Beroald. *ſunt* vero repoſui, jubentibus MSS. omnibus & Edd. ante Caſaub. V. Erneſt. & Burm. ad Caeſ. C. 68. *Quod depoſcerunt.* Adhaec mutavi ordinem in ſeqq. vulgo enim edebatur *igitur eſt*, contra Mediceos, Politian. Exc. Voſſ. Edd. Beroald. & aliorum. Et forſan omiſerat Tranquillus: ut ſaepe.

3 *Actorum reſtat & publici inſtrumenti auctoritas.*] Cod. Salmaſ. *quae ſola auctor reſtat.* Sic & Palat. ſecundus. primus, *quae ſola auctore reſtat*, tert. *ſola auctorum*. Nihil certius Caſaub. emendatione, quam non probarem, niſi fide meliorum codicum niteretur. *Actorum* tanquam interpretatio *publici inſtrumenti* margini adſcriptum ex praecedentibus in contextum irrepſit. GRAEV. *Auctor reſtat & p. S.* GRON. Sic variatur quoque in Medic. ſec. tert. Cort. Vind. ſec. (ſed punctis ſub voce *auctor* poſitis) aliiſque apud Burm. & Edd. uſque ad Beroald. qui cum aliis dedit *actorum reſtat pub.* Eraſmus cum ſeqq. *actorum r. & p.* Copulam enim agnoſcunt MSS. omnes. *auctorum* Medic. pr. *actor* Exc. Voſſ. *autoris* Vindob. pr. Graevius non tam edidit Caſauboni emendationem, quae erat, *quae ſola auctoritas reſtat publici inſtrumenti*, quam Scriverii *q. ſ. r. p. inſt. auct.* Et ſic voluit Heinſius, niſi quod ex τῶ & fecerit *ei*. Mihi quoque videtur ejicienda eſſe vox *actorum*. *Et* valet hic & *quidem*; ut creberrime noſtro atque aliis. Protulit Suetonius auctoritatem Gaetulici, Plinii, verſiculorum, & Actorum. Trium priorum elevavit & refellit fidem: unde concludit, ſequendam eſſe ſolam, quae reſtat, auctoritatem, & eam quidem publici inſtrumenti: quam lector quis vel librarius e gloſſa addidit eſſe *Actorum*: atque hinc ea vox tam varie eſt ſcripta, ac non ſuo loco, qui erat ante *quae*, poſita: pro qua etiam *Auctorum* non incommode legi poſſet. Dein *Aucium* & *prolatum* ac *traditurque* Vindob. pr.

atque ſeceſſibus praelatum, non aliter, quam natale ſolum, dilexerit: tradaturque etiam ſedem ac domicilium Imperii taedio urbis transferre eo deſtinaſſe.

IX. Caligulae [1] cognomen caſtrenſi joco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur. Apud quos quantum praeterea per hanc nutrimentorum conſuetudinem amore & gratia valuerit, maxime cognitum eſt, quum poſt exceſſum Auguſti tumultuantes & in furorem uſque praecipites ſolus [2] haud dubie [3] conſpectu ſuo flexit. Non enim prius deſtiterunt, quam [4] ablegari eum ob ſeditionis periculum, & in proximam civitatem deman-

1 *Cognomen caſtrenſi joco*] Vindob. pr. *cognomine*, pro *cognomen e*. Ut vero in pleriſque aliorum, ſic etiam in Mediceis, Vindob. utroque, Barth. Polit. Cort. & Edd. uſque ad Beroald. pluribuſque inſulſe exſtat *loco*. Adi Comment. hic & ad Aug. C. 25. item ad Taciti L. 1. Ann. C. 41. *Apud quos* deſunt Vindob. pr. Noli vero τὸ *praeterea* cum Caſaubono, Scriverio, aut Burmanno mutare in *propterea* vel *propter hanc rem*. vel *prae ceteris*. Ait auctor, *Caligulam* prae manipulario habitu & caſtrenſi nutrimentorum conſuetudine ſic non modo a militibus vocatum fuiſſe, ſed *praeterea*, ad haec, iis quoque amabilem & gratioſum fuiſſe.

2 *Haud.*] *aut* S. GRON.

3 *Conſpectu ſuo.*] *Ex conſp. ſ.* S. GRON. Praepoſitionem addunt quoque tres Medicei, uterque Vindob. Copeſ. Hulſ. Exc. Voſſ. Et recte, ut opinor; quamquam malim *ex conſpectu ſui*. In ipſa facie & vultu Caligulae bimuli pueri non inerat ea vel comis ſeveritas vel blanda auctoritas, ut milites ſuo conſpectu flectere potuerit. Sed flexit eos ex ſui conſpectu praemiſeratione & invidia, quum videbant, ipſum non ſolum e caſtris ablegari, ſed & cum matre vehiculo ablatum ire ad Treveros. Confer Tacit. L. I. Ann. C. 40. &c. Dion. p. 605. De Genitivo *ſui* ſupra aliquoties monui. V. Indicem notarum.

4 *Ablegari.*] *Oblegari* S. GRON. Sabellici emendatio eſt *ablegari*; cum in prioribus Edd. exſtaret *obligari*, quod exponit Beroaldus *tamquam vinculatus & in vehiculo clauſus aſportaretur*, retinens tamen *ablegari*. *Oblegari* etiam eſt in tribus Mediceis, Politian. Barth. Exc. Voſſ. Copeſ. Vindob. ſec. a m. pr. ſupra ſcripto *i*. & Edd. Mediol. Cald. *obligari* Codd. Torr. Pulm. Periz. Harl. obvia ſcil. permutatione praepoſitionum *ab* & *ob* in compoſitis. Idem vitium obſidet aliquot MSS. Liv. L. IV, 58, 12. *procul urbe haberi, atque ablegari*. VII, 13, 8. *nos ab urbe, a penatibus noſtris ablegatos tenet*. Ineſt autem illi verbo invidioſum quid, quod expreſſe Tacitus & Suetonius hic adnotarunt. Conſule & Gron. ad Juſtin. L. 1. C. 5. *ut ablegatus in Perſas ab avo fuerit*. Veilem, Lipſius & Torrentius addidiſſent, quo ſenſu ſumſerint *obligari*. Non certe vinculis adſtrinxerunt puellum, quem ſinu geſſit mater, teſte Tacito ibid. Singularis eſt Cod. Vind. pr. lectio *non enim priut deſtiterunt objurgari, quam eum* &c. *emandari* Cort. *verſe* Vind. pr.

mandari animadvertiſſent. Tunc demum ad poenitentiam verſi, [1] reprenſo ac retento vehiculo, invidiam, quae ſibi fieret, deprecati ſunt.

x. Comitatus eſt patrem [2] & Syriaca expeditione. Unde reverſus primum in matris, deinde ea relegata, in Liviae Auguſtae proaviae ſuae contubernio manſit: quam defunctam praetextatus [3] etiam tum pro Roſtris laudavit. Tranſiitque ad Antoniam aviam, & [4] inde viceſimo aetatis anno adcitus

1 *Reprenſo.*] Sic in Memmiano eſſe, ſcripſit Caſaub. Sed nihil variationis enotavit Salmaſius ad oram ipſius editionis, in qua *repreſſo*: ut vulgatae exhibent. At bene Torrent. & Burm. e ſuis MSS. *reprenſo* ediderunt, ſeu *reprehenſo*, & ex via retracto: ut dant quoque Medic. pr. tert. *reprenſo* Exc. Voſſ. verbo in ſimilibus proprio & ſaepius per Suetonium adhibito: ut jam monitum viris doctis. Adi & ad Vitell. C. 12. Juſtin. L. XXXVIII, 9. *prope fines regni ſui reprehenditur*, quomodo in MSS. ego quoque inveni. Vulgo illic erat *depreh.* Et ut hic *reprenſum vehiculum*, ita *comprehenſa vehicula* in Tib. C. 36. & alibi. Vide Gron. ad Liv. L. XXVI, 7, 9.

2 *Et in Syr. exped.*] Abeſt *in* a MS. S. GRON. Delevi eam cum Torr. & Burm. praeeuntibus jam Edd. Ven. & Mediol. & adſtipulantibus Medic. pr. tert. Polit. Exc. Voſſ. & utroque Vindobon. in quibus male *e* vel *ex Syr.* Ed. Camp. cum aliis & Medic. pr. ac Cort. carent conjunctione. *in Syriacam expeditionem* Viterb. Medic. pr. cum duobus Burm. quae verioris lectionis eſt expoſitio. V. Aug. C. 29. Tib. C. 9. Vitell. C. 2. Dein *proavae* in Vind. pr.

3 *Etiam tum.*] *etiam tunc* S. GRON. Cum Medic. pr. & Edd. aliquot. Exſulat *tum* vel *tunc* a Medic. ſec. tert. Vind. pr. Cort. Exc. Voſſ. & aliis apud Burm. ut citat Muretus ad Taciti L. v. Ann. C. 1. *Etiam quod R.* Ed. Rom. pr. *etiam* & Edd. Sabell. Cald. Modio., pl. At veriſſimum eſt *etiam tunc* vel *tum*, quod ſervant Polit. Vindob. ſec. Hulſ. Auctor amat has particulas *etiam tunc*, *etiam nunc* jungere. Neque contra MSS. opus eſt hic quoque *nunc* vel *num* legi, ut putat Cl. Erneſti. In ſimili plane re Tib. C. 42. *In caſtris tiro* etiam tum. Cicero pro Arch. C. 3. *Quum praetextatus* etiam tunc *Archias eſſet.* Agebat vero annum XVI. adpropinquans ad XVII. Livia enim poſt menſem Junium A. DCCLXXXIV. obiit. *Tranſitque* Medic. pr. tert. Exc. Voſſ. *aviam* abeſt a Vind. pr.

4 *Inde viceſimo.*] *Undeviceſimo* S. GRON. *Undeviceſimo* habent quoque omnes Medicei, Politian. & Beroaldus cum Edd. uſque ad Pulm. qui e ſuis & Turnebi L. XXVII. Adverſ. C. 20. libris atque Edd. primis *inde vic.* repoſuit, eumque ſecuti reliqui cum MSS. ceteris. At utrumque, ni fallor, corruptum eſt. Natus eſt, ut vidimus, Cajus 31. Aug. A. DCCLXV. & Tiberius demum e Campania, in qua per aliquod tempus manſerat, promittens, ſe in urbem reverſurum, rediit Capreas A. DCCLXXXVI. Coſſ. Galba, dein Imp. & L. Cornelio Sulla: ac tunc accitus ab urbe Caligula diſcedenti avo Capreas comes fuit. Confer Dion. L. LVIII. a p. 634. Tacit. L. IV. Ann. C. 13. & 20. Agebat itaque annum primum & viceſimum: unde lego *unetviceſimo*, quod compoſitum ſaepe in *undeviceſimum* eſt corruptum. Adi me ad Hirt. de B. Alex. C. 57. Si quis vel ſic *inde* velit retinere, per me licet.

adcitus Capreas a Tiberio, uno atque eodem die togam ſumſit, barbamque [1] poſuit: ſine ullo honore, qualis contigerat tirocinio fratrum ejus. Hic omnibus inſidiis tentatus [2] elicientium, cogentiumque ſe ad querelas, nullam umquam occaſionem dedit, perinde oblitterato ſuorum caſu, ac ſi nihil cuiquam accidiſſet: quae vero ipſe pateretur, incredibili diſſimulatione [3] tranſmittens. Tantique in avum, & qui juxta erant, obſequii, ut non inmerito ſit dictum: *Nec ſervum meliorem ullum, nec deteriorem dominum fuiſſe.*

XI. Naturam tamen ſaevam atque [4] probroſam nec tunc quidem inhibere poterat: quin & animadverſionibus [5] poeniſque ad ſubplicium datorum cupidiſſime intereſſet: & ganeas atque adulteria capillamento celatus, & veſte longa noctibus [6] obiret: ac ſcenicas ſaltandi canendique artes ſtudioſiſſime adpeteret: facile id ſane Tiberio patiente, ſi per has manſuefieri poſſet ferum

1 *Poſuit.*] *Poſt* S. GRON. Sic etiam Medic. tert. Mox *hiis* Vind. pr.

2 *Elicientium.*] *Et licentium* S. GRON. *elicentium* Med. pr. tert. cum duobus Burm. *eligentium* Med. ſec. *elientium* Edd. Med. Cald. Ante hoc participium ſpatium duarum triumve vocum eſt vacuum in Vindob. pr. in quo *uſquam*. Poſt *dedit* videtur ὧν κοινῶν intellectu repetendum *inſidiis*; quibus ipſum caperent, & Tiberio deferrent.

3 *Transmittens.*] Sive praeterieens quaſi a ſe non animadverſa. Sic vero correxit tacite Beroaldus, ut habent Memmian. Medic. tert. Politian. In reliquis, quantum ſcio, certe Pulm. Burm. meiſque libris & Edd. prioribus legitur *transmutans*. Adi Burm. Supra *incredibile* & mox *obſequiis* Vind. pr. Dein *illum* Ed. Rom. pr. Debuiſſet tunc ſcribi *illos* ut in Aur. Vict. de Caeſ. C. 3.

4 *Probroſam.*] Vind. pr. *probeſam*. In Edd. nonnullis *ne tunc q.* Sed vide ad Tib. C. 37.

5 *Poeniſque.*] *Poenit* S. GRON.

6 *Obiret.*] Cum Beroaldo e Torr. duobus, ſuiſque tribus Codd. ita edidit Caſaub. & ſeqq. Accedunt que Med. pr. ſec. Vindob. ſec. Harl. Hulſ. Copes. Exc. Cuj. & Voſſ. Nam in reliquis & Edd. pleriſque *ambiret*. Placet tamen & mihi *obiret*; duplici ſcilicet fere ſenſu, circumeundi & luſtrandi ganeas, ac peragendi ſive praeſto ſe ſiſtendi *ad adulteria*. V. ad Caeſ. C. 9. Aug. C. 4. Periz. ad Sanct. Min. L. III. C. 3. §. 94. & paſſim alios. Ac ſic cenſuiſſe videtur quoque Cl. Erneſti. Neque enim ea vox hic vel pro locis, in quibus adulteria fiunt, nec pro adulteris aut proſtibulis, ut vo-

ferum ejus ingenium. Quod ſagaciſſimus ſenex ita prorſus perſpexerat, ut aliquoties praedicaret, *Exitio ſuo omniumque Cajum vivere*: &, *ſe natricem* (1 ſerpentis id genus) *populo Romano*, 2 *Phaëthontem orbi terrarum educare.*

XII. Non ita multo poſt Juniam Claudillam, 3 M. Silani nobiliſſimi viri filiam, duxit uxorem. Deinde, augur 4 in locum fratris ſui Druſi deſtinatus, prius quam inauguraretur, ad Pontificatum traductus eſt: inſigni teſtimonio pietatis atque

lunt quidam, ſumenda videtur. Non capio vero, quid ſibi velint viri docti, non damnantes lectionem unius Cod. Torr. *intereſſe, obire* & *adpetere*. Infinitivi enim hic pro inperfectis poni nequeunt ob praecedens *quin*, a quo modus regi debet. Saltem retinendum monuiſſent *adpeteret*, ut conſtrueretur *quin & adpeteret intereſſe & obire*, &c. Sed nihil mutandum loco integerrimo, & a MSS. ceteris confirmato. *ferum* dein abeſt a Vindob. pr. ac *ſe minatricem* Med. pr. Hulſ. *ſe nutricem* Vind. pr. inepte.

1 (*Serpentis id genus*) *populo Romano.*] Haec verba *ſerpentis id genus*, nullus dubito, quin a diſcipulo ex ore magiſtri interpretantis vocem *natrix* ſint profecta, & margini adſcripta, ex margine vero infarta contextui. GRAEV. Et Heinſ. cum Erneſtio: quibus lubens accedo.

2 *Phaëthontem.*] *Phaetontem* & *Phetontem* de more in MSS. aliquot & Edd. primis, unde natum forſan *Phitonem* in Cod. Urſini, qui id poſitum ſuſpicatur pro *Pythonem*, ut pergat a ſerpentibus metaphoram ducere. Ac ſane paſſim *Phiton* pro *Pythone* ſcribitur. Verum Pytho ſerpens non nocuit toti terrarum orbi, ſed tantum Phocidi, cujus populis terror erat. V. ad Ovid. Met. 1, 439. Vocatur etiam Caligula *fax generis humani* Plin. L. VII. C. 1. Dein *educere* Medic. pr. quo verbo ſaepius optimi ſcriptores pro *educare* uſi ſunt. Conſule Comm. ad Liv. L. XXI, 43, 15. Sed noſter *educare* praetulit; ut in Aug. C. 48. 94.

3 *M. Silani.*] *Sillani* Medic. pr. Vind. pr. *Syllani* Vind. ſec. Periz. Harl. & Edd. Vett. prave; ut non ſolum alii ſcriptores, ſed praeſertim Inſcriptiones ejus conſulatum cum L. Norbano Balbo memorantes, docent apud Grut. p. LXXIV. N. 4. Don. Claſſe IX. N. 35. Eadem confuſio C. 23. Claud. C. 4. &c.

4 *In locum fr. ſui Druſi.*] Etiam nunc vivi, ſed in Palatio clauſi, mortique deſtinati; immo vivo adhuc Sejano, A. DCCLXXXIV. ut videtur non tantum ſtatui poſſe ex Dione L. LVIII. p. 625. ubi ait, Tiberium honoraſſe Cajum τοῖς ἱερωσύναις, & ἀποδείξαι ἱερέα: ſed ex ſequentibus auctoris verbis *Sejano* &c. Atqui Juniam Claudillam demum conjugio accepit cum Tiberio Capreas abiens A. DCCLXXXIV, teſte Tacito L. VI. C. 20. Immo Dio ait p. 637. eas nuptias a Tiberio demum A. DCCLXXXVIII. C. Ceſtio, M. Servilio Coſſ. Antii eſſe celebratas, qui refert, Cajum Romae degentem, ſed Sacerdotiis jam ornatum, A. DCCLXXXIV. vetitum eſſe, ſponſam in Campania aegrotantem inviſere p. 625. Videant viri docti, quo modo haec conciliare queant. *Ad pontificium* MS. Barth. L. LVII. Adverſ. C. 9.

1 *Deſerta*

atque indolis: quum [1] deſerta deſolataque reliquis ſubſidiis aula, [2] Sejano hoſte tunc ſuſpecto, mox & obpreſſo, ad ſpem ſucceſſionis paullatim admoveretur. Quam quo magis confirmaret, amiſſa Junia ex partu, [3] Enniam Naeviam Macronis uxorem, qui tum praetorianis cohortibus praeerat, ſollicitavit ad ſtruprum, pollicitus & matrimonium ſuum, ſi potitus Imperio fuiſſet: deque ea re & jurejurando & [4] chirographo cavit. Per hanc inſinuatus Macroni veneno Tiberium adgreſſus eſt, ut quidam opinantur: ſpirantique adhuc detrahi anulum, &, quoniam ſuſpicionem retinentis dabat, pulvinum juſſit injici,

1 *Deſerta deſolataque.*] Vind. pr. *deſolata deſertaque.* Praeſtat vulgatum: licet parum interſit. Appulejus, cui frequens eſt hoc adjectivum junxit *deſolatam* & *praeſidio viduatam* L. x. Met. p. 227. Epigr. in Specimine Burm. p. 46.

Me deſolatum, me deſertum ac ſpoliatum.

Ubi vide Celeb. P. Burmannum Juniorem, & Gron. L. IV. Obſ. 21.

2 *Sejano vero tunc ſuſpecto.*] Abeſt *tunc* a MS. S. GRON. Non ſolum abeſt *tunc* a MS. Memm. ſed pro *vero* etiam habet *vetè*. In Barth. etiam *vete*. Abeſt *tunc* quoque ab utroque Vindob. & Exc. Cuj. Voſſ. Periz. Harl. & Edd. uſque ad Beroaldum. At yox *vero* in nullo comparet codice, ficta ab Edd. Baſilienſibus, quos Gryph. Plant &c. ſecuti ſunt. In Medic. pr. *Oſte tunc.* tert. *ne tunc.* ſec. *hoſte tunc.* cum duobus Pulm. Copeſ. Cort. Edd. Bon. Par. Ald. Sreph. & marg. Gryph. &c. *hoſte* Cujac. Vindob. utroque. In reliquis MSS. & Edd. vett *hoſpite*, niſi quod Politianus margini adſcripſerit *Sejano jam tunc ſuſpecto.* Conjecit Cel. Burm. *Sejano poſtea ſuſpecto.* Verum Sejanum jam tunc ſuſpectum fuiſſe, cum Caligula ſacerdotiis ornatus eſt, docet clare Dio p. 625. Sed & divinavit idem acutius *Sej. ſoſpite, verum ſuſpecto.* Propius MSStorum lectionem foret *ſoſpite tunc, at ſuſpecto.* Dum certius quid producatur, recepi e MSS. cum Beroaldo &c. *hoſte tunc:* quae lectio clarum & hiſtoriae congruum fundit ſenſum. Sejanus jam tunc hoſtis erat ſuſpectus; contra quem *ſubſidia* erant neceſſaria: At non erat hoſtis judicatus vel declaratus. Id cum factum, ſimul mox eſt oppreſſus.

3 *Enniam Naeviam Macronis uxorem.*] MSS. plerique &. Edd. Vett. *Neviam.* Vindob. pr. *Meniam.* ſec. & Cort. *Meviam.* al. *Naemiam.* Sed Tacito aliisque ſimpliciter *Ennia*, Dioni p. 639. ipſa vocatur *Ennia Thraſylla*, forſan Mathematici Thraſylli filia; & maritus *Nevius Sertorius Macro* p. 626. Quare vel cum Caſaubono *Naevii* legendum videtur, vel delendum cum Cod. Lislaei, ut natum ex varia lectione τὴν *Enniam*, pro qua alii *Eniam, Enniam.* &c.

4 *Chirographo.*] *Cyrographo* S. GRON. Atque ita Medic. tert. Vindob. pr. Exc. Voſſ. ut in Aug. C. 65. *Imperio pot.* Vind. ſec. *jure & jurando* Ed. Mediol. Mox *ſpiranti ne que* Vind. pr. Dein Cort. *pulvinari ſ.* &c. Vide in Tib. C. 73.

ci, atque etiam fauces manu ſua obpreſſit, liberto, qui ob atrocitatem facinoris exclamaverat, confeſtim in crucem acto. Nec abhorret a veritate, quum ſint quidam auctores, ipſum poſtea, etſi non de perfecto, at certe [1] de cogitato quondam parricidio profeſſum. [2] Gloriatum enim adſidue, in commemoranda ſua pietate, *ad ulciſcendam necem matris & fratrum, introiſſe ſe cum pugione cubiculum Tiberii dormientis: & miſericordia correptum, abjecto ferro receſſiſſe: nec illum, quamquam ſenſiſſet, aut inquirere quidquam, aut exſequi auſum.*

XIII. Sic imperium adeptus populum Romanum, vel, [3] dicam, hominum genus, voti compotem fecit, exoptatiſſimus princeps maximae parti provincialium ac militum, quod infantem plerique cog-

1 *De cogitato.*] Male exſulat *de* a Vind. ſec. Praepoſitionem repetere cum optimis quibuſque amat auctor: de quo ſaepe monitum.

2 *Gloriatum enim eſſe adſ. in comm.*] Abeſt *eſſe* a MS. S. GRON. Delevi *eſſe* fide MSS. quantum ſcio, omnium & Edd. Ven. Mediol. Steph. In Cort. Vindob. ſec. *gloriatumque adſ. & in comm.* Sed recte ſe habet *enim*. Conjunctio & pro *etiam* adeſt quoque Vindob. pr. Periz. & Edd. Vett. uſque ad Baſil. Profeſſio cogitati parricidii conſtitit in eo, quod adſidue etiam in commemoranda ſua pietate gloriatus ſit, ſe &c. *introiiſſe* Edd. quaedam mediae contra MSS. & Edd. Vett. *correctum* Vind. pr. Edd. Ven. Mediol. pr. Lugd. Malim autem cum Lipſio *ſed miſ.* V. ad C. 6. vel *at*. Ponitur autem *exſequi* eo ſenſu, quo in Caeſ. C. 67. *Delicta neque obſervabat omnia, neque exſequebatur*, i. e. perſequebatur, puniebat. Ibi vide Caſaub. & Comm. ad Liv. L. 1, 59. Male ergo ait Cl. Withov. locutionem hanc inauditam eſſe, & corruptit Senec. in Hippol. vſ. 1219.

Dum falſum nefas
Exſequor vindex ſeverus.

reponens *perſ.* in Praemet. Cruc. Crit. in Sen. p. 192. at ſe revocans aliquantisper in Add.

3 *Dicam.*] Ita MS. S. vulgo *ut ita dicam*. GRON. Sic jam pater J. F. Gron. ex Pithoei & Barthii, ita legentis L. LVII. Adverſ. C. 9. libro corrigendum memorat, ſequentibus ceteris: immo & ante Caſaubonus ad Claud. C. 4. Medic. pr. *ut dicam*. Adi & Comment. ad Liv. L. XXII, 22. *Iacto verius dixerim; quam proſpero eventu*. Eadem varietas eſt in Claud. C. 39. In ceteris nihil mutandum vel delendum, docent notae ad Caeſ. C. 75. *Conjurationes conventuſque* &c. *notas*. & Perizon. ad Sanctii Min. L. IV. C. 8. p. 712. Dein *maxime* dant Vind. uterque, Periz. & Cort. cum Edd. aliquot. Pro *quod* in iisdem, Harl. ac Pulm. uno, & Edd. ante Bonon. legitur *qui*, male hoc loco. Tum *urbanae plebi* ac *miſerationem*, & *ita* ſine *que* in Vind. pr. *lentiſſimo* in utroque Pulm. *latiſſimo* periz. Edd. Sabell. Cald. Mediol. pr.

1 *Super*

cognoverant: ſed & univerſae plebi urbanae ob memoriam Germanici patris, miſerationemque prope adflictae domus. Itaque, ut a Miſeno movit, quamvis lugentis habitu, & funus Tiberii proſequens, tamen inter altaria & victimas, ardentesque tedas, denſiſſimo & laetiſſimo obviorum agmine inceſſit [1] ſuper fauſta nomina, *ſidus* & *pullum* & [2] *pupum* & *alumnum* adpellantium.

XIV. Ingreſſoque urbem, ſtatim conſenſu ſenatus, & inrumpentis in Curiam turbae, [3] irrita Tiberii voluntate, qui teſtamento alterum nepotem ſuum, praetextatum adhuc, coheredem ei dederat, jus arbitriumque omnium [4] rerum illi permiſſum eſt, tanta publica laetitia, ut tribus proximis menſibus, ac ne totis quidem, ſupra centum ſexaginta milia victimarum caeſa tradantur. Quum deinde paucos poſt dies in proximas Campaniae inſulas trajeciſſet, vota pro reditu ſuſcepta ſunt: ne minimam quidem occaſionem quoquam omittente in teſtificanda ſollicitudine & cura de incolumitate ejus. Ut vero in adverſam valetudinem incidit, pernoctantibus cunctis circa Palatium, non defuerunt, qui depugnaturos ſe armis pro ſalute aegri, quique capita ſua titulo propoſito voverent. Acceſſit ad inmenſum civium

1 *Super fauſta nomina.*] Non auſus hoc fui cum Burm. mutare contra MSS. omnes; quae explicant viri docti *nomina Patris, Principis, Magni, Pii, Felicis, Auguſti* &c. Malim tamen credere ſummo Gronovio, ea ipſa non *fauſta nomina* Latinis, ſed *fauſta omina*, εὐφημίας, eſſe dicta, de quibus vide ad Aug. C. 57. Sicuti etiam Acidalius contra Lipſium ad Tac. Ann. v, 4. hic malebat *omina*. Huc facit maxime Ammian. Marcell. locus L. XXI. C. 10. *Eumque militaris & omnis generis turba cum lumine multo & floribus, votiſque fauſtis Auguſtum adpellans & Dominum, duxit in regiam. Ubi eventu laetus & omine* &c. Praeter ſollemnia igitur omina fauſta, & adclamationes feſtas, notaque cantica addiderunt quoque blanditiae vocabula. Dein pro *ſidus* Politiani Exc. habent *fiolium*, puto, pro *filiolum*.

2 *Pupum.*] Sic reſcripſi fide Medic. pr. tert. Polit. Harl. Edd. Vett. & Tort. non *puppum*. Medic. ſec. Vind. ſec. Cort. *pumum*.

3 *Irrita.*] *in irrita S.* GRON.

4 *Rerum.*] Deeſt Cort. & Edd. Rom. Deinde *averſam valit.* Med. pr.

civium [1] amorem notabilis etiam externorum favor. Namque Artabanus, Parthorum rex, odium ſemper contemtumque Tiberii prae ſe ferens, amicitiam ejus ultro petiit: venitque ad colloquium legati conſularis: & tranſgreſſus Euphraten, aquilas & ſigna [2] Romana, Caeſarumque imagines adoravit.

XV. Incendebat & ipſe ſtudia hominum omni genere popularitatis. Tiberio cum [3] plurimis lacrimis pro concione laudato funeratoque ampliſſime, confeſtim [4] Pandateriam & [5] Pontias, ad transferendos matris fratriſque cineres, feſtinavit, tempeſtate turbida, quo magis pietas [6] emineret: adiitque venerabundus, ac per ſemet in urnas

1 *Amorem.*] *favorem* Vind. pr. Dein male *praeferens* Cort. cum duobus Burm. & Edd. uſque ad Beroald. *prae ſe agens* Vind. ſec. *am. hujus* Vindob. uterque, Cort. Exc. Voſſ. & Edd. Rom. cum MS. Barthii, qui probavit L. LVII. Adverſ. C. 9.

2 *Romana.*] *Romani* S. GRON. Superius *Euphraten* ſcripſi cum tribus Mediceis. & perperam exſulat a Vind. pr. *Aquilae* legionum & *ſigna* cohortium ac manipulorum millies diſtinguuntur. Ceterum bis cum L. Vitellio collocutum fuiſſe Artabanum, ſemel ſub Tiberio, cujus colloquii meminiſſet Joſeph. L. XVIII. Ant. C. 4. iterum ſub Cajo, cujus noſter, & Dio, p. 661. fine dubio meminit, cenſet Cel. Ernefti. Nondum tamen ei adſenſum praebere & Joſephum erroris immunem pronunciare auſim. Conſulendus etiam Vaillant. de Imper. Arſacid. p. 214. &c.

3 *Plurimis lacrimis.*] *pluribus* in utroque Vindob. *verbis* Exc. Voſſ. prave.

4 *Pandateriam.*] Sic hoc loco conſtanter exhibent MSS. & Edd. praeter Torrentii & Pitiſci, in quibus *Pandatariam*; uti in Tib. C. 53. Adi & Barth. d. l. quum tamen veriſimillimum ſit, eadem terminatione uſum fuiſſe Suetonium. *Pandateria* etiam vocatur e MSS. Pomponio Melae, Tacito, Dioni, Antonino in Itin. p. 515. Ed. Weſſel. ſed Varroni de R. R. bis, Straboni, Ptolemaeo *Pandataria* dicitur.

5 *Pontias.*] *Pontios* S. GRON. Ex Tib. C. 54. *in inſula Pontia*, hic quoque *Pontiam* reſcribi vult Torrent. invitis MSS. omnibus. Neque aliquid eſt mutandum. Navigavit in inſulas numero plures Pontias, in quarum una κατ' ἐξοχὴν *Pontia* vel in plur. *Pontiis* dicta reliquiae Neronis fratris ſervabantur. V. ad Varr. de R. R. L. III. C. 5. §. 7. ad Anton. Itin. d. l. Drak. ad Liv. L. IX. C. 28. Sic plurium inſularum *Liparārum* una eſt dicta κατ' ἐξοχὴν *Lipara* vel *Liparae*, de quo alias.

6 *Emineret.*] In duobus Burm. Codd. *eniteret*: ut apud Sil. L. XIV, 149. *Mite decus dextrae enituit.* obvia ſaepe variatione, non tamen hic admittenda. Liv L. II. C. 5. *eminente animo patrio.* C. 10 *privata quoque inter publicos honores ſtudia eminebant.* Cic. v. Verr. 62. *ardebant oculi, toto ex ore crudelitas eminebat*: pro quo vulgo apud Quintil.

nas condidit. Nec minore [1] scena Ostiam, praefixo in biremis puppe vexillo, & inde Romam Tiberi subvectos, per splendidissimum quemque equestris ordinis, medio ac frequenti die duobus [2] ferculis Mausoleo intulit. Inferiasque his annua religione publice instituit: & eo amplius matri Circenses, carpentumque, quo in pompa traduceretur. At in memoriam patris, Septembrem mensem *Germanicum* adpellavit. Post haec, [3] Antoniae aviae, quidquid umquam Livia Augusta honorum cepisset, uno senatusconsulto congessit. [4] Patruum Claudium, equitem Romanum ad

til. L. IX. Instit. C. 2. p. 779. *emicabat*. Sed sic Ovidio Ep. XII. Her. 38. *Eminet indicio prodita flamma suo*. quo loco *emicat* aliquando malui; alii *enitet*. Nil muta.

1 *Scena*.] *Scaena* S. GRON. Atque ita Ven. Mediol. aliaeque Edd. *schaena* Medic. tert. Cave vero, ne cum Torrentio dubites, an refingendum sit *schema*: de qua vide ad Tib. C. 43. Intelligit pompam & adparatum ostentationis gratia compositum: ut passim in Appulejo & Petron. C. 33. 117. 126. ubi adi Comment. *biremi* Medic. tert. Politian. Vind. pr. Hulf. ut *puppem* pro tota navi instar poëtarum dixerit. Certe ita videtur sumenda haec vox in Caes. C. 68. *injecta in puppem hostium dextra*. Adjectivum *praefixo* etiam melius prorae, quam puppi proprie sumtae convenire quis credat. Verum *praefixum* significat in summa parte puppis fixum exstans, & eminens: ut Virg. L. X. Aen. 80. *praefigere puppibus arma*. Supra in Caes. C. 85. *Caput praefixum hastae*. Front. L. II. C. 9. §. 3. ac saepe. Adi Burm. ad Nemes. Cyneg. C. 56.

2 *Ferculis*.] *fericulis* S. GRON. Sic & Medic. sec. Barth. Exc. Voss. Cuj. & Torrent. quomodo saepius librarii eam vocem exhibuerunt: ut in Aug. C. 74. Adi & Burm. *atque freq. die* Vindob. pr. *Frequentem* autem *diem* intelligo ob concursum hominum ad hoc spectaculum confluentium. Vide Cel. Ernesti, aliosque. *Mauseolo* rursus Ed. Rom. pr. ac vitiose etiam *inter Circ.* & *traduceret*, item *adpellarat* Vind. pr.

3 *Antoniae aviae, quicquid unquam Livia Augusta honorum cepisset, uno senatus consulto congessit*.] Nimirum, ut sicut Livia, diceretur Augusta, ac sacerdos Divi Augusti, ut non solum ex Dionis lib. LIX. & inscriptione antiqua apud Gruterum CCXXXVI. sed & ex numo praeclaro Antoniae, teste Ill. Spanhemio dissert. VII. de antiquis numism. constat. GRAEV. Mox *gessit* Vind. pr. De constructione *Antoniae congessit* consule Burm. & J. F. Gron. ad Senec. Cons. ad Marc. C. 5. *illi, quidquid potes, congeris*. Forsan id restituendum quoque Vitruv. L. VII. in praef. *nonnulli in eum lapides esse conjectos, alii Zmyrnae* (sic MSS.) *vivum in pyram conjectum*. Pro *in eum* in MSS. est *Ci*, *Ciei*, *Ciiei*: unde recte *Chii*, sive in urbe Chio, restituit Salmas. sed male *in eum* retinuit. Sine dubio *ei* legendum; & hinc ne bis eodem utatur participio, conjeci, a manu Vitruvii fuisse *congestos*.

4 *Patruum*.] *Patrum* Medic. pr. tert. Copes. ex more unam ex dua-

ad id tempus, collegam ſibi in conſulatu adſumſit. Fratrem Tiberium die virilis togae adoptavit, adpellavitque *principem juventutis*. De ſororibus auctor fuit, ut omnibus ſacramentis [1] adjiceretur, NEQUE ME LIBEROSQUE MEOS CARIORES [2] HABEBO, QUAM CAJUM HABEO ET SORORES EJUS. Item relationibus conſulum: QUOD BONUM FELIXQUE SIT C. CAESARI SORORIBUSQUE EJUS. Pari popularitate damnatos relegatoſque reſtituit: [3] criminumque, ſi qua reſidua ex priore tempore manebant, omnium gratiam fecit. Com-

duabus *u* omittendi. V. ad Aug. C. 5. Exſulat vox a Vind. ſec. Cort. & aliis

1 *Adjiceretur.*] *Adficerentur* MS. Leg. *adjicerentur*. SALM. *Ad* vel *afficeretur* Medic. tres, Cort. duo Caſaub. *efficerentur* Vind. pr. *afficerentur* uterque Pulm. Polit. duo Caſaub. tres Palat. tres Burm. Vind. ſec. Exc. Voſſ. & Edd. Vett. praeter Baſ. & Steph. eodem errore, quo Cap. 16. *addicerentur* Urſ. Cod. Quinam libri inpreſſi habeant, ut monet & improbat Pulmannus, ſic vel *adjicerentur*, neſcio. Ultimum mihi non diſplicet; ut ſubintelligantur *ſorores*: Nam reliqua ſacramenti verba ex more in votis & jurejurando, uti & formulae initium in relationibus conſulum, ita jam ſolebant concipi; ſed nunc ſuo nomini addi juſſit *ſorores ſuas*; ut praeter Briſſon. de Form. & ſupra Aug. C. 58. clare docent Dio p. 641. & Inſcriptio mox producenda, cui nondum adduntur *ſorores*.

2 *HABEO.*] Codex Salmaſ. ABEBO. Editio etiam Rob. Stephani: *habebo*. & mox, QUAM CAJUM ET ABEO SORORES EJUS, unde Salmaſius legendum vidit *quam Cajum habeo & ſorores ejus*. GRAEV. GRON. *Habebo* e Memm. Cod. & Dionis p. 646. προτιμήσειν, legendum eſſe monuit etiam Caſaubonus. Adde Barth. Adverſ. L. LVII. C. 9. & Clar. Erneſti. atque ita Exc. Voſſ. & Ed. Baſ. ac margo Ed. Torrent. ac diſerte Luſitana Inſcriptio v. Id. Maji poſita, poſtquam Martio menſe Cajus imperium adgreſſus erat, apud Fabrett. p. 674. NEQUE. ME. LIBEROS. MEOS. EJUS. SALUTE. CARIORES. HABEBO. &c. ubi notandum abeſſe *que*, uti hic in Medic. pr. & *cariores* ſine *b* eſſe ſculptum, quo modo hic MSS. fere omnes & Edd. Vett. cum aliae multae & vulgo *b* addant. Sequens *habeo* delevit cum Ed. Rom. ſec. Beroaldus cum ſeqq. quia gloſſema credidit; cum in Mediceis quoque ac Vind. pr. Hulſ. Cop. Exc. Voſſ. ſit *quam Cajum & habeo*. ac Periz. & Edd. Venet. Mediol. dent *cariores*, *quam Cajum habeo*. Poſtquam *habebo* abiit in praeſens, alterum eſt omiſſum. In Polit. & aliis *quam habeo Cajum*. Sed ut Salmaſius & Graevius cum Burm. ediderunt, exſtat in Vindob. ſec. Cort. & Ed. Rom. pr. Dein *revelationibus* Periz. Ed. Voſſ. *racionibus* Vind. pr.

3 *Criminumque.*] Lipſius Pulm. Ed. margini adlevit *f. nominum*, i. e. debitorum, forſan ob vocem *reſidua* ex Aug. C. 101. Sed fruſtra. Senſus Suetonii eſt, Caligulam non ſolum reſtituiſſe damnatos & relegatos, ſed etiam omnes, qui rei erant criminum priore tempore fi-

ctorum

Commentarios ad matris fratrumque ſuorum cauſſas pertinentes, ne cui poſtmodum delatori aut teſti maneret ullus metus, convectos in forum, & ante clare obteſtatus deos, neque legiſſe, neque adtigiſſe quidquam, concremavit. Libellum de ſalute ſua [1] oblatum non recepit, contendens, *Nihil ſibi admiſſum, cur cuiquam inviſus eſſet*: negavitque, ſe delatoribus aures habere.

XVI [2] Spintrias monſtroſarum libidinum aegre, [3] ne profundo mergeret, exoratus, urbe ſubmovit. Titi Labieni, Cordi Cremutii, Caſſii Severi ſcripta [4] ſenatuſconſultis abolita, requiri, & eſſe in manibus lectitarique permiſit: quando maxime ſua intereſſet, ut facta quaeque poſteris tradan-

ctorum, ut majeſtatis & ſimilium, ſed quae dijudicata non erant, (ut *reſidua diurni actus* in Aug. C. 72.) ſine ulteriore inquiſitione abſolviſſe, vel certe illis, quaſi ea non commiſiſſent, veniam dediſſe, poenamque remiſiſſe. V. Waſſeum ad Salluſtii Catil. C. 54. *delicti gratiam feciſſem*. Supra de hac locutione ſaepius egerunt docti; ut in Aug. C. 17. 38. Tib. C. 35. *juriſjurandi gratiam fecit*. Dein *ſi quae* Medic. tec. Exc. Cuj. Voſſ. ut alibi. V. Burm. ad Caeſ. C. 44. Bibl. raiſonn. T. 1. anni 1748. pag. 70. &c. i. e. quaecumque: de quo ad Titum C. 7. *ex priori t. inmanebant* Vind. pr. Mox *pertinentis* Polit. *motus* Medic. tert. a m. pr. *convectos in forum*, & ſervant omnes MSS. mei, recte. V. Comm. *Et*, ut centies Suetonio, ponitur pro *etiam*, *immo*. Vind. pr. *obteſtatos*.

1 *Oblatum*.] Vind. pr. *concrematum*. in ſec. *non rec. oblatum*. Dein *negavitque* &c. uſque ad finem capitis exſulant a Vind. pr.

2 *Spintrias monſtruoſarum*.] *pſintbrias monſtroſarum* S. quod poſterius recepi: ut in Tiber. 43. vulgo *monſtruoſarum*. GRON. *Pſintbrias* etiam Medic. tert. *pſinſtrias* Exc. Voſſ. *Spindrias* Vind. pr. *pintrias* Mediol. omiſſa initiali littera, diverſo colore mox adpingenda. V. Burm. *monſtroſarum* in Medic. ſec. Polit. utroque Vindob. uno Pulm. Edd. ante Baſil. item Steph. Plant. Torr. quod cum aliis recepi. V. ad Tib. I. cit. *monſtroſi concubitus repertores*: e quo loco *monſt. libid.* male repetita arbitrabatur Cl. Erneſti: nec ego deſiderarem, ſi aliquis codex non agnoſceret: ut recte in Vitell. C. 3. Male in Edd nonnullis novitiis *aegre ac ne*. in Vind. tec. *exhortatus*. Dein prave *Labienni* Medic. tert. *Cordii* Cort. Periz. & Edd. Vet. *Codii* Vind. pr. ac *Cremuti*, *Caſſi* veteri more in Mediceis. *Caſſi* etiam Cort. Ed. Rom. pr.

3 *Ne profundo*.] *Non pr. S.* GRON. *ut non prof.* Medic. pr. tert. Cop.

4 *Senatuſconſultis*.] Medic. pr. Vind. pr. Cort. Copeſ. *ſenatuſconſulto*, ſed male. Variis enim temporibus & ſenatuſconſultis illorum ſcripta ſunt ſubpreſſa. V. Comment. & Muretum ac Lipſ. ad Tacit. L. IV. Ann. C. 35. *lectitarique* deeſt Vind. pr.

dantur. Rationes imperii ab Auguſto proponi ſolitas, ſed a Tiberio intermiſſas, publicavit. Magiſtratibus liberam [1] juriſdictionem, & ſine ſui appellatione conceſſit. Equites Romanos ſevere curioſeque, nec ſine moderatione recognovit: palam ademto equo, quibus aut probri aliquid aut ignominiae ineſſet: eorum, qui minore culpa tenerentur, nominibus modo in recitatione praeteritis. [2] Ut levior labor judicantibus foret, ad quatuor priores quintam decuriam addidit. Tentavit &, comitiorum more [3] revocato, ſuffragia populo reddere. Legata ex teſtamento Tiberii, quamquam abolito, ſed & [4] Juliae Auguſtae, quod Tiberius ſubpreſſerat, cum fide, ac ſine calumnia repraeſentata perſolvit. [5] Ducenteſimam auctionum Italiae re-

1 *Jurisdictionem.*] Cort. *jurisditionem.* Mox Vind. pr. *curioſoque.*

2 *Ut levior.*] Male MSS. quidam & Edd. a Burmanno memorati, quibus accedunt Rom. pr. Mediol. Cald. conjungunt *praeteritis, ut levior l. judicantibus foret. Ad* &c., ſine illo ſenſu. Sed Politian. utrum ex MSS. an vero conjectura margini adlevit *praeteritis, & ut levior labor indicantibus foret.* Quivis videt, Suetonium cauſſam addere, cur Cajus quintam decuriam addiderit Judicibus, ut minor iis eſſet labor. In Vind. pr. *livor labor.* & mox *revocato more.*

3 *Revocato, ſuff.*] *Revocatos ut ſuff.* S. GRON. Et ſic Medic. tert. an *ſua ſuff.*? Mox *Tiberi* rurſus Med. pr. tert.

4 *Juliae Auguſtae.*] Certiſſimum eſt, *Liviam* poſt Auguſti mortem, ipſius nomen teſtamento ferre juſſam, vocatam eſſe *Juliam:* ut docent viri docti ad Aug. C. ult. & Claud. C. 11. ac paſſim. Et ita habent MSS. Memm. Medic. ſec. tert. Polit. Vindob. ſec. Cort. Harl. Exc. Voſſ. & plures cum Torrentii duobus, quod ex ejus monito reſtituit Caſaubonus, jam editum in omnibus ante Beroaldum, qui ex aliis MSS. primus repoſuit *Liviae.* Neque auſim ultimum a Medic. pr. Vind. ſec. Periz. aliisque confirmatum condemnare; cum ſemper ſic adpellet Suetonius, & nusquam, niſi hoc loco, *Juliam.* Immo Cap. praeced. *Quidquid umquam Livia Auguſta honorum cepiſſet.* item Cap 10. 23. ubi nollem a Caſaubono ſollicitari. Galb. C. 5. Oth. C. 11.

5 *Centeſimam auctionum.*] Codex Salmaſ. tres Palatini, & Rob. Stephani editio cum pleriſque omnibus aliis antiquis libris & editionibus: *ducenteſimam.* Repugnat, fateor, Dio; ſed & in multis aliis rebus diſſentit Suetonius a Dione, ut propterea conſenſus iſte antiquorum librorum minime ſit aſpernandus, quem firmat antiquiſſimus ac elegantiſſimus numus Caligulae, quem ad hunc locum produxit Vir & amicus eximius Carolus Patinus. In illo legitur: C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. In medio SC. In adverſo latere: P. P. COS. TERT. PON. M. TR. P. III. In medio R. CC. hoc eſt, ut recte inter-

remiſit. Multis incendiorum damna ſubplevit: ac, ſi quibus regna reſtituit, [1] adjecit & fructum omnem vectigaliorum, & [2] reditum medii temporis,

interpretatur ὁ μαναρίτης. *Remiſſio centeſimae*, aut *remiſſa centeſima*, ut in numo Galbae R. XL. eſt remiſſa quadrageſima. GRAEV.

Centeſimam auctionem Italiae remiſit.] Sic edidit ex uno MS. Caſaubonus: quomodo & Turnebus ante ex Dione reſtituendum exiſtimavit. Sed ex numo vetere, in quo legitur C. CAESAR. DIVI. AUG. PRON. AUG. SC. & in averſa parte COS. TERT. PON. MAX. TR. P. III. P. P. R. CC. hoc eſt *remiſſa ducenteſima*, retinendum eſſe *ducenteſima*, quod eſt in aliis MSS. & Edd. etiam illa Roberti Stephani, credimus Patino, qui hunc numum ad hunc locum attulit. IDEM in Add. *Ducenteſimam.*] Ita MS. S. vulgo *centeſimam.* GRON. *Ducenteſimam* habent omnes omnino Codices praeter unicum illum Liſlaei, ex quo & Dione Turnebi conjecturam ſequens Caſaubonus *centeſimam* edidit, & cum Lipſio probavit Burm. de Vectig. C. 5. Sed in diſſenſione auctorum utique ſequenda eſt codicum & numorum praeſertim auctoritas. *Centeſimam* rerum auctione venalium inſtituit Auguſtus apud Tac. L. 1. Ann. 78. Cappadocia in provinciae formam redacta Tiberius pro *centeſima* exegit modo *ducenteſimam* L. 11. Ann. C. 42. Hanc igitur (niſi aliter Tacitus in libris deperditis rerum, quae ſtatim poſt Sejani cladem, & in principatu Caji contigerunt, tradiderit) remiſit quoque Caligula, non ſolum in Conſulatu III. A. DCCXCIII. ſed & A. DCCXCII. Conſul. III. deſignatus, ut docet numus apud Mediobarbum. At Dio p. 631. tradit, Tiberium ſublato Sejano *ducenteſimam* rurſus in *centeſimam* mutaſſe, eamque a Cajo remiſſam p. 647. Hinc Ryckius ad Tacitum exiſtimat, Cajum pro *centeſima* prius exegiſſe *ducenteſimam*, ſed eam quoque dein ſuſtuliſſe. Vide itidem Diſſert. in Hiſt. Crit. Litter. Reip. T. v. p. 42. &c. & Erneſt. hic loci. Ceterum *auctionem* vitioſe exhibetur in aliquot MSS. & Ed. Burm. item Medic. pr. tert. Vind. pr.

1 *Adjecit.*] *Affecit* S. GRON. Sic, vel *adfecit* etiam in MSS. omnibus meis, aliorumque & Edd. Vett. ut C. 17. ſed recte Beroaldus ex MS. ac Turnebus e conjectura L. XXVII. Adverſ. C. 20. item Baſ. poſt. & Steph. cum ſeqq. *adjecit* correxerunt. *regnum* in Edd. Sabell. & Cald. Dein *omnium* Vind. ſec. *vectigalium* in Edd. Rom. Sed adi ad Tib. C. 49.

2 *Redituum.*] *Reditum* S. GRON. *Redituum medii temporis.*] *Fructus* & *reditus* Latinis eandem rem ſignificant. Ciceroni frequentius eſt τὸ *fructus*, quam *reditus*. Vides ergo, inepte dici *fructus redituum*. Codex Salmaſ. & Rob. Steph. editio legit *reditum*. quod omnino probo, niſi malis *reditus*. ſed & illud rectum eſt. GRAEV. Iſtud *redituum* vel pejus *reddituum* Beroaldo debetur, quem bene non ſecuti ſunt Aldus, Gryph. Steph. Graev. aliique: licet Vindob. ſec. Harl. Cort. & Hulſ. *redituum* vel *reddituum* exhibeant, & defendat Ryckius ad Tac. L. 11. Hiſt. Cap. 21. *Invidiae aemulatione.* Meliores libri omnes cum Edd. ſec. XV. &c. *reditum* vel *redditum* praebent. In ſingulari eſt apud Nepot. in Att. C. 14. *Pecuniae reditus conſtabat in poſſeſſionibus.* Val. Max. L. IV. C. 4. §. 7. *Poenam hujus agelli reditu ſolvit.* Plin. L. XVII. C. 23. *Reditum impendia exſuperant.* & paſſim. Quomodo *vectigalia* a *reditus* diſtingui poſſint, vide apud Cl. Erneſti.

3 *Com-*

ris, ut Antiocho [1] Commageno ſeſtertium milies confiſcatum. Quoque magis nullius non boni exempli [2] fautor videretur, mulieri libertinae [3] octoginta donavit, quod excruciata graviſſimis tormentis de ſcelere patroni reticuiſſet. Quas ob res inter reliquos honores decretus eſt ei [4] clipeus aureus: quem quotannis certo die collegia ſacerdotum in Capitolium ferrent, ſenatu proſequente, nobilibuſque pueris ac puellis, carmine modulato, laudes virtutum ejus canentibus. Decretum autem, ut dies, quo cepiſſet imperium, [5] *Parilia* vocaretur, velut argumentum rurſus conditae urbis.

XVII. Conſulatus quatuor geſſit: primum [6] ex Kalendis Julii per duos menſes: ſecundum ex Kalendis

1 *Commageno.*] Sic excudi cum Erneſtio curavi, non ſimplici *m*, ut huc uſque edebatur. At hic MSS. Medic. pr. tert. Vindob. ſec. Cort. exhibent duo *m*, & aliquot MSS. infra in Veſpaſ. C. 8. ac paſſim in Graecis ſcriptoribus, & qui ita ſemper ſcribendum docent, nummis Κομμαγηνων ſive KOM. & KOMM. non KOMA. ut male quaſi e Philippi ſenioris nummo producitur in nota L. Holſtenii ad Steph. Σαμόσατα πόλις Κομμαγηνῆς. Adi Vaillant. in Graecis Imperatorum numismatibus p. 129. 163. & paſſim. J. Gron. ad Taciti Ann. L. II. C. 56. Ceterum ridicule pro *ut* in Politiani Exc. *M.*

2 *Fautor.*] Medic. tert. Polit. Cort. Vind. ſec. in marg. Exc. Cuj. *factor.* uti & MSS. aliquot *factores* in Ner. C. 35. *dominationis ſuae fautores.* prave. *libertinae* exſulat a Vind. pr.

3 *Octoginta.*] *Octingenta* S. GRON. Perverſe, & contra plerosque MSS. Pulm. Torr. Burm. meosque omnes, & Edd. Vett. uſque ad Baſil. quam ſoli Gryph. & Plantin. ſunt ſecuti. Adi Comm.

4 *Clypeus.*] *Clipeus* S. GRON. Sic per *i* MSS. tantum non O. & Edd. Vett. hic & in Vitell. C. 13. Domit. C. 23. Inſpice Cl. Dauſq. Orthogr. P II. p. 56 Comm. ad Liv. 1, 43. *ei* abeſt a m. pr. Medic. tert. Vind. pr. Edd. Rom. Mediol. Cald. aliisque apud Burm.

5 *Palilia.*] *Parilia* S. GRON. *paril.* exaratur etiam in Medic. pr. a m. pr. ſec. tert. Polit. Vind. ſec. Cort. Exc. Cuj. Voſſ. & aliorum, item Edd. Ven. pr. Mediol. quam ſcripturam, in vetuſtiſſimis membranis paſſim obviam prae alia ſequor ex lapideo Calendario *Par.* apud Grut. p. CXXXIII. Alii Analogiae ratione malunt *Palilia.* Vide, quos laudat Cl. Drakenb. ad Liv. L. XL, 11. *pridie Parilia.* infr. C. 22. *Latiaris* & *Latialis.* Medic. tert. *vocarent* pro *vocarentur*: quod perinde eſt. *coepiſſet* etiam Cort.

6 *Ex Kal. Julii.*] Ita veriſſime Torrent. & Caſaub. e MSS. ſuis reſtituerunt pro *Januar.* ac ſuffragantur Medic. pr. tert. *Jul.* Exc. Voſſ. & duo Medicei a Nonſio conſulti *Juliis*, quod malim. Cauſſa vero, cur non ſtatim a morte Tiberii ſuſceperit conſulatum, haec eſt: quod Proculus & Nigrinus ejus anni DCCXC ordinarii Coſſ. acceperant id munus in ſex menſes: idque illis adimere noluit Ca-

dis Januariis per triginta dies: tertium usque in Idus Januarii: quartum [1] usque in VII Idus easdem. Ex omnibus [2] duos novissimos conjunxit. Tertium autem [3] Lugduni iniit solus: non, ut quidam opinantur, superbia negligentiave, sed quod defunctum sub Kalendarum diem collegam rescisse absens non potuerat. Congiarium populo bis dedit trecenos sestertios; toties abundantissimum epulum senatui equestrique ordini, etiam conjugibus ac liberis utrorumque. Posteriore epulo, forensia insu-

Cajus, ac post duos menses & XII. dies tradidit & una Claudius rursus illis, qui ante designati erant in reliquum semenstre: ut diserte docet Dio p. 644. 645. infra in Claud. C. 7. Vide etiam Ernest. Proculus & Nigrinus Coss. occurrunt quoque XVI. Kal. Mart. & V. Id. Maji in Inscript. apud Grut. p. XVIII., 8. Fabrett. p. 674. In Vind. pr. *primum ex Kal. Junii per* XXX *dies*, ceteris omissis. Pro *Januariis* etiam Med. pr. tert. *Jun.* & Ed. Mediol. *Juniis* habent. *per viginti d.* Exc. Voss. vitiosissime, ut patet ex Dione p. 649. ubi malim cum Lips. ad Tacit. L. VI. Ann. C. 4. Σαγκίνιος pro Σαουῖνος. Hunc gessit A DCCXCII.

1 *Usque in VII.*] *Usque septimum* S. GRON. *In* omittunt quoque Medic. sec. tert. Polit. Vind. sec. Cort. & 3 Burm. cum Edd. ante Beroaldum, aliisque multis. Nec displicet. Aeque dicitur *usque, usque in* & *usque ad:* quod videtur probare Burm. & in Edd. Rom. paullo ante legitur *usque ad Idus Jan.* Eadem confusio in Livio L. XXXII. C. 32.

2 *Duos novissimos conjunxit.*] V. Cl. Pagius in Prolegom. dissertationis de Consulibus Caesareis ostendit aut Suetonium hic cespitasse, aut scripsisse: *ex omnibus tres novissimos conjunxit.* sc. Consulatus ordinarios. Nam anno Christi 39. Cajus Aug. II. Coss. fuit cum L. Apronio Caesiano. Anno Christi 40. Cajus Aug. III. Consulatum solus gessit. Anno 41. Cajus Aug. IV. & Cn. Sentius Saturninus Cos. fuit. Recte vero paullo ante Torrentium emendasse *primum ex Kal. Juliis*, duo MSS. quos evolvit & Norisius, confirmant. Nam cum Tiberius Cn. Acerronio Proculo & C. Pontio Nigro mortuus esset, X. Martii, Cajus Caligula Collega Claudio Patruo Consulatum suscepit, & dein prid. Id. Septembris eo se magistratu abdicavit. GRAEV. *Tres* ultimos conjunxisse Cajum Fasti arguunt, & ipse Dio Cassius, male ab aliis pro vulgata Suetonii lectione citatus; sed *ex ordinariis duos:* ut legendum placuit Cl. Ernestio. Vide Dionem p. 644. 646. 649. 656. 658. Nihil tamen MSS. mutant, ne decem quidem codices Medicei, ut testatur Norisius in dissert. Hypat.

3 *Lugduni.*] *Luguduni* S. GRON. & C. 20. & Claud. C. 2. atque in nonnullis lapideis monumentis, ac nummis. In Exc. Cuj. *Lugduni huic solus*, non *Luguduni*. Quia vero solus anno nomen dedit, hinc Tacitus in V. Agric. C. 44. *Natus erat Agricola, C. Caesare tertium Cos. Idibus Juniis.* Dein *sub Kalendis die* Edd. Mediol. Cald. & *absens* Ed. Camp. *poterat* Medic. pr. tert. Polit. haud male.

1 Fe-

ſuper viris, [1] feminis ac pueris [2] faſcias purpurae ac conchylii diſtribuit. Et ut laetitiam publicam in perpetuum quoque augeret, adjecit [3] diem Saturnalibus, adpellavitque *Juvenalem.*

XVIII. Munera gladiatoria partim in Amphitheatro Tauri, partim in Septis aliquot edidit: quibus inſeruit catervas Afrorum Campanorumque pugilum ex utraque regione electiſſimorum. Neque ſpectaculis [4] ſemper ipſe praeſedit: ſed interdum aut magiſtratibus aut amicis praeſidendi munus injunxit. Scenicos ludos & adſidue, & varii generis, ac [5] multifariam fecit: quondam [6] & nocturnos, accenſis tota urbe luminibus. Sparſit & miſſilia variarum rerum, & panaria cum obſonio viritim diviſit. Qua epulatione equiti Romano contra ſe hilarius avidiuſque veſcenti, partes ſuas miſit: ſed & ſenatori ob eamdem cauſſam codicillos, quibus praetorem eum extra ordinem deſignabat. Edidit & Circenſes plurimos a mane [7] uſque ad veſperam, in-

1 *Feminis ac pueris.*] Mutavi vocum ordinem auctoritate Mediceorum pr. ac tert. Exc. Voſſ. ut vidimus in MSS. quoque Tib. C. 61. vulgo *p. ac fem.*

2 *Faſcias.*] *Faſces* MS. pro *faſceas.* nam ita ſcribebant. SALM. *p. at conc.* S. Dein *ut* & S. GRON. Mirum eſt, in omnibus MSS. & Edd. ante Bercaldum exhiberi *faſces*, excepto Liſlaei Codice apud Caſaub.

3 *Diem.*] Abeſt a MS. S. Mox *Afrorumque Campanorum* S. GRON. *Quaternas* pro *catervas* in Vind. pr. *Af. Campanorum* Exc. Voſſ.

4 *Semper ipſe.*] Ita MS. S. vulgo *ipſe ſemper* contra MSS. GRON. Ordo, quem reſtituit Gronovius, eſt in MSS. omnibus & Edd. ante Caſaub. *exſpectaculis* Edd. Mediol. Cald.

5 *Multifariam.*] *Ac multifariam* S. GRON. Addidi copulam auctoritate omnium Mediceorum, Polit. utriusque Vindob. Cort. Edidere ſic quoque Pitiſcus, & Erneſt. *aut mult.* Copeſ.

6 *Etiam.*] Abeſt a MS. S. GRON. In cujus editione haec notula male ponitur ad vocem *quondam:* quam hinc deeſſe notavit Burm. Abeſt *vel etiam* quoque ab utroque Pulm. Medic. tert. Polit. Vindob. utroque, Periz. Cort. Exc. Voſſ. & Edd. Vett. ac R. Steph. Soli Junt. Ald. Arg. Baſ. Gryph. Plant. &c. adjecerunt. Quare delevi, licet alibi *& etiam* vel *atque etiam* junxerit. V. Burm. ad Caeſ. C. 76. *Quosdam* praeter Edd. a Burm. laudatas exhibent Cod. unus Pulm. Vind. ſec. Cort. & margo Gryph. Dein *eam* Edd. Rom. *codicellos* 3 Medic. Vind. pr. ut ſaepe.

7 *Uſque ad v.*] Exſulat *uſque* a Medic. tert. Polit. Exc. Voſſ. Edd. Rom. Sed V. ad C. praec. Caeſ. C. 83. Aug. C. 2.

interjecta modo [1] Africanarum venatione, modo Trojae decurſione: [2] & quoſdam praecipuos, minio & chryſocolla conſtrato Circo: nec ullis niſi ex ſenatorio ordine aurigantibus. Commiſit & [3] ſubitos, quum [4] e Gelotiana adparatum Circi proſpicientem pauci ex proximis [5] Maenianis poſtulaſſent.

XIX. Novum praeterea atque inauditum genus ſpectaculi excogitavit. Nam [6] Bajarum medium inter-

1 *Africanarum.*] MSS. duo Pulm. Vind. uterque, Periz. Harl. & Edd. ante Beroald. item Gryph. aliaeque dant *Africanorum:* unde ſaepe ita citant viri docti: ſed prave. Pantheras & Tigres intelligi, abunde docent Commentarii. Adde Claud. C. 21. & Cuper. Ep. ad Galland. p. 262.

2 *Quosdam autem praecipuos.*] Recepi cum Grutero lectionem veterum librorum & editionum, quibus adſtipulatur Salmaſii codex & Palatini: *& quoſdam praecipuos.* GRAEV. *Et quosdam.* Ita MS. S. vulgo *quosdam autem.* GRON. *Et quosd.* MSS. omnes, & Edd. praeter Baſ. Gryph. Plant. & ſeqq. *Trojanae* male Exc. Voſſ. Dein *crificola.* Vind. pr. *griſocola* Ed. Camp. *ne ullis* Edd. Sab. Cald. Mediolan. & *augurantibus* Vind. ſec.

3 *Subitos.*] *Subito* S. GRON. Et ſic Vind. uterque, ac Cort.

4 *E Gelotiana.*] Sc. domo, ut veriſſime dudum ex Inſcriptione Grut. p. DXCVIII. 7. & aliquot MSS. correxerunt Turnebus, aliique viri docti. Vide Pulmanni & reliquorum Commentarios, & ibi VV. LL. Forſan nomen habuit a Domino *Gelote*, qualis fuerit libertus Auguſti, in Inſcript. Fabrett. p. 170. aliisque apud Grut. In Medic. pr. *elegociana.* ſec. *legelotiana* cum Exc. Voſſ. Edd. Sab. Cald. Mediol. tert. *egelesenana.* Polit. *egelennano.* al. *elegetiana.* Vindob. pr. *lege novaria.* ſec. *lege Levona.* Cort. cum Edd. Rom &c. *lege Lutiana.* Poſt *proſpicientem* in marg. Periz. eſt *medio:* quam vocem etiam interſerunt Edd. Rom. Quod quid ſibi velit nescio. Vide, num de *meridianis* cogitari poſſit ex Claud. C. 34. *Beſtiariis meridianiſque adeo delectabatur, ut* &c. *praeterque deſtinatos, etiam levi ſubitaque de cauſſa quosdam committeret:* ubi inſpice eruditorum collectanea.

5 *Maenianis.*] *Moenianis* S. GRON. Atque ita Medic. tert & Exc. Voſſ. quae orthographia, ſervata quoque in membranis Vitruvii L. v. C. 1. adjuvat Salmaſii ſententiam, vocem derivantis a *moenus*, non, ut veteres Grammatici volunt, a quodam Maenio Cenſore. *Monianis* Vind. pr. *Meniqnis* MSS. reliqui & Edd. Vett. uti etiam MSS. Feſti: in quo Urſini ſchedas confirmat Cod. Voſſianus tertius

6 *Bajarum m. intervallum Puteolanas ad moles t. m. & ſ. f. poſſuum.*] Abeſt *ad* a MS S. in quo *ſeſcentorum f. paſſuum ſpatium.* GRON. Vulgata lectio profluxit a Caſaubono, qui tacite ſic edidit; cum in uno Torient. Cod a m. ſec. eſſet *ad P. moles*, probante Schotto ad Aur. Vict & in Edd. Sabellici, Calder. Mediol. ederetur *uſque ad P. moles.* quod explicant viri docti *medium intervallum, quod eſt inter Bajas & Puteolos.* Sed velim ejus locutionis mihi dari exemplum *intervallum oppidi ad oppidum* pro medio ſpatio inter duo oppida. Si vero *Bajarum* poſuerit auctor pro toto Bajani litoris ſinusque tractu, ut certe poëtis ſaepe poni videtur, non addidit, unde medium intervallum illud ſumi

intervallum Puteolanas ad moles, trium milium & ſexcentorum fere paſſuum ſpatium, ponte conjunxit, contractis undique onerariis navibus, & ordine duplici ad ancoras [1] conlocatis, ſuperjectoque [2] aggere

mi debeat. Bajanus autem ſinus a Miſeno extenditur ad Puteolos. Totum hoc ſpatium Joſeph. L. XVIIII. Ant. C. 1. § 1. ſcribit a Cajo eſſe ſtratum; ſed illud continet plura paſſuum milia. Suetonius, ſi vulgatae lectioni credimus *a Bajis ad Puteolos*. Sed & hae urbes nimis diſtant. Sequitur a Bajis ordine celeberrima villa *Bauli*. Inter hos Baulos & Puteolos ſpatio XXVI ſtadiorum i. e trium millium & DC fere paſſuum factum eſſe pontem, diſerte teſtantur Dio Caſſ. L. LIX. p. 652. Zonar. L. IX. Ann. C. 5. & Auctor Olympiadum. μεταξὺ τῶν τε Πυτεόλων καὶ τῶν Βαύλων. Aurelius Victor ait in Epit. C. 4. *In ſpatio trium milium, quod in ſinu Puteolano inter moles jacet.* intelligens, ut videtur, ſpatium a Baulorum molibus ad Puteolanas. Alioquin enim nec eum locum capio. Ceterum ait Torrent. in omnibus ſuis MSS. legi *& Puteolanas moles:* uti dedere Beroaldus & ſeqq. Editores. Verum meorum & Burmanni nullus habet copulam *&:* uti non Edd. Rom. & Ven. pr. quae tamen, quomodocumque legas, neceſſaria videtur. Sed *ſpatium* mox addunt Medicei tres, Vindob. ſec. Copeſ. Cort. In Vind. pr. *ſponte*, quod contractum videtur ex *ſp. ponte*. Si lectio Baſil. Ed. quam vulgatam ait Torrent. in Codice reperiretur, facile adſenſum praeberem *& Puteolanae molis*. Medium intervallum Bajarum, (an *Baulorum?*) & Puteolanae molis, quod eſt ſpatium III M. & DC fere paſſuum, ponte junxit. Quid ſi conjiciamus *Bajanum medium inter Baulos* vel *Baulûm* ſeu *Baulorum & P. moles* &c. *ſpatium?* Quidquid ſit, vulgatum nequaquam ſanum eſſe opinor, & vocem *ſpatium* cum Daviſ. ad Caeſ. L. 1. B. G. C. 49. admiſi, per adpoſitionem. De ſinu Bajano, Baulis & molibus ſeu pilis Puteolanis atque hoc ponte confer praeter laudatos hic a viris doctis Cluver. in Ital. Ant. L. IV. C. 2. Exſulat *fere* ab Ed. Rom. pr.

1 *Collocatis.*] Duo Codd. Torr. *collatis.* Vindob. ſec. Cort. *colligatis.* Quod firmari poſſet locis Caeſ. L. IV. B. G. C. 29. *Onerarias, quae ad ancoras erant deligatae.* L. V. C. 9. *naves in litore molli deligatas ad anchoras relinquebat* Sed hinc nequaquam mutanda eſt vulgaris lectio: ut recte monuit Cl. Erneſti. *Collocare naves* locutio eſt creberrima in re navali. & *ſtare*, *conſiſtere ad ancoras* &c, paſſim dicitur. *Duplici ordine naves contexens* in Aur. Vict. Mox *que* abeſt a Vind. pr. & Copeſ.

2 *Aggere terreno.*] Firmat lectionem editam loco Virgilii, ex XI. AEn. (851.) *terreno ex aggere huſtum* praeſtantiſſimus Ortwynius. GRAEV. Abeſt *agg.* a MS. S. GRON. Exſulat *aggere* etiam ab optimo Cod. Torr. & Medic. tertio, ſed male: licet *terrenum* ſaepius ſubſtantive ponatur. Adi ad Liv. L. XXIII, 19. *Quidquid herbidi terreni ſuberat.* Sed *terreni* hic additur ad differentiam aggeris in via, lapidibus ſtrati: ut ipſe vidit Torrentius. Conſule N. Heinſ. Ep. Syll. T. IV. p. 282. atque Erneſt. *Arenae aggeſtu ad terrae ſpeciem* ait Victor. Dein *terreo* Vind. ſec. ut apud Varr. L. 1. de R. Ruſt. C. 14. *foſſa & terreus agger.* de quo vide ad Front. L. IV, C. 1. §. 31. Sed hic non admiſerim: nec temere in claſſico auctore proſaico poſt Varronem. Nam deprehendi, in pleriſque MSS. optimis *terrenum* ſcribi: ubi vulgo *terreum* occurrit: ut apud Mel. L. 1. C. 9. Inſpice Miſc. Obſerv. V. VIII. p. 126. Caeſ. L. 1.

B.

gere terreno, ac [1] directo in Appiae viae formam. Per hunc pontem [2] ultro citro commeavit, biduo continenti. Primo die phalerato equo, [3] inſigniſque quernea corona, [4] & caetra, & gladio,

B. G. C. 43. ibique notas. Aberravit ita quoque librarius apud Cic. L. III. de N. D. C. 14. *natura terrena.* illic enim Cod. unus Leid. *terrea.* Ceterum *excogitavit*, quod Torrent. & Gruterus a ſuis codicibus abeſſe ſcripſerunt, ſervant Memm. & omnes Burm. meique codices; eſtque verbum neceſſarium.

1 *Directo.*] *Derecto* S. GRON. In ejus Ed. operarum vitio eſt *decreto.* V. ad Caeſ. L. IV. B. G. C. 17. Liv. L. XXII. C. 47. & *dir.* Edd. Rom.

2 *Ultro citro.*] Ita MS. S. vulgo *citroque.* GRON. *Que* non agnoſcunt etiam Pulm. Torrent. Medicei, Polit. Vind. pr. Periz. Harl. neque Edd. Vett. exceptis Ald. & Steph. quas ſecutus eſt Caſaubonus; & in poſterioribus Edd. Graevius cum reliquis: ut apud Hirt. B. Afric. C. 20. *ultro citroque commeare.* & paſſim. Utrumque cum bene dicatur, ſtandum eſt a meliore Codd. parte: & probavit hoc loco Cl. Drak. ad Liv. L. IX. C. 45. §. 2. Cic. L. II. de N. D. C. 33. *Naturis ſurſus deorſus* ultro citro *commeantibus.* uti in MSS. quoque Leidd. Adi Davies. de Off. L. I. C. 17. *Beneficiis* ultro citro *datis acceptiſque.* Vitruv. L. V. C. 4. *Id* ultro citro crebre *faciendo.* Sic MSS. duo Voſſ. Cott. Franek. vulgo *citroque crebro.* Appul. de deo Socrat. p. 45. Ed. Elm. *qui* ultro citro *portant.* Ita enim exaratur in Flor. Voſſ. duobus Cantabr. Harl. & Merceri, qui ſic edidit, non *citroque.* Variant Codd. apud eumdem in Lib. I. Met. p. 4. Ed. Pric. ultro citro *diſcurrens.* L. VIII. p. 168. ultro citro *commeabant.* ad quae loca vide Pricaeum & Schioppium in Symb. Crit. In Septimio de B. Troj. L. II. C. 8. minus recte Mercerus edidit *ultra citraque.*

3 *Inſigniſque quercica corona.*] Primo male *inſignique* legas in Vindob. utroque, Cort. Periz. & Edd. ante Beroald. aliiſque. Dein *inſignis quoque aerea cor.* Medic. pr. tert. Cop. Hulſ. & MSS. atque Edd. Vett. Aur. Vict. Ep. C. 3. *Inſignisque aerea cor. Inſignis quoque aurea cor.* Polit. Sed diſerte teſtatur Dio p. 653. ᾧ δρυΐ ἐστεφανώσατο. In Vindob. pr. *quercina*, ut conjecit Lipſius. Sed veriſſime dant Vindob. ſec. & Cort. *querneq.* In Aur. Vict. vulgo *quercea* edunt. At *quercicus* & *quercinus*, praeterquam in gloſſis, ſine exemplo eſt. *quernus* poetarum eſt. Reſtat igitur vel *quercea*, vel *quernea*: ut paſſim Plinio aliiſque: quam poſteriorem lectionem unice veram exiſtimo: uti & MSS. habent Gelliani L. V. C. 6. ubi vulgo *querna.* Librarii ſuo more pro *n* ſuperſcripſerant lineolam, qua omiſſa reſtitit *querea.* Hinc natae ſunt corruptelae plures. Non damnem tamen *quercea*, ſi in MS. reperiretur. Sic enim Tacit. L. II. Ann. C. 83. *querceae coronae ſtatuerentur.* V. & Gloſſ. Philox.

4 *Et ſecuri & cetra & gladio.*] & *cetura & gladio* S. GRON. Medic. pr. Hulſ. Copeſ. & *cathedra & gladio.* Medic. ſec. & *cetura & gl.* Med. tert. & *caethra & gl.* Politian. & *catthra & gl.* Exc. Voſſ. & *ſecura & gl.* Exc. Cuj. Cort. & *cetura & gl.* uti & in marg. Periz. qui dat cum Vind. pr. & Edd. Rom. ac Sabell. & *cinctura & gl.* Vind. ſec. & *ſecuri & gl.* Edd. Ven. pr. Mediol. pr. Cald. & *cicura & gl.* Sed optime Beroaldus in notis & textu Mediol. ſec. & Bonon. emendavit & *cetra.* vel potius, ut Polit. ad marg. adſcripſit, & *caetra & gl.* nam eam vocem per *ae* ſcribendam docuerunt dudum viri docti. V. ad Liv. L. XXI. C. 21. Hinc ſi-

dio, aureaque chlamyde. Postridie [1] quadrigario habitu, curriculoque bijugi famosorum equorum, prae se ferens [2] Dareum puerum ex Parthorum obsidibus; comitante praetorianorum agmine, & [3] in essedis cohorte amicorum. Scio, plerosque existimasse, talem a Cajo pontem excogitatum aemulatione Xerxis, qui non sine admiratione aliquanto angustiorem Hellespontum contabulaverit. Alios, ut Germaniam & Britanniam, quibus inminebat, alicujus inmensi operis fama territaret. Sed avum meum narrantem puer audiebam, caussam operis ab interioribus aulicis proditam, quod [4] Thrasyllus mathematicus, anxio de

mul patet origo vocis prave (quod jam subodoratus est Burm.) in textum admissae & *securi*, quam male Basil. Gryph. Plant. &c. intruserunt. Reliqui enim non habent: & per solam dementiam Caji defendit Cl. Ernesti, licet observarit etiam, tantum dici a Dione p. 653. ξίφος τε παρεζώσατο καὶ ἀσπίδα ἔλαβεν. quo circa ejeci ista & *securi*, ab hoc loco alienissima. Nihil minus, quam de Amazonia armatura hic cogitavit Suetonius. Frustra vero pro *aurea* quidam legunt *aurata*. Nam & hanc, sive διάχρυσον & auro intertextam, vel ut Dioni πολὺ χρυσίον ἔχουσαν, dixerunt *auream*. Qualis erat *tunica aurea* Tarquinii Prisci apud Plin. L. XXXIII. C. 10. §. 19. Sic passim *aurea vestis*. In hac re Aurel. Victor ait *aureo paludamento*. V. Ferrar. de Re Vest. P. II. L. III. C. 13.

1 *Quadrigario habitu.*] Cave, ne mutes cum Lipsio in *quadrigarii*. Eleganter auctor adjective hanc vocem adhibet, utpote quae sua natura est adjectiva; ut *fecialis, maritus, socius*, & innumerae similes. Sic Cic. L. III. de Orat. C. 24. *Instrumentum mendicum*. Appulej. L. I. Met. p. 16. *Habitu mendico semper incedit*. Sic enim MSS. & Edd. meliores. in aliis *mendici* vel *mendicantis*. In plerisque MSS. Vegetii L. IV. C. 20. *Mechanico ingenio inventum est remedium*, non *mechanici*.

2 *Darium.*] *Dareum* S. GRON. Et sic Torrent. Burm. meique MSS. excepto Medic. tert. & Edd. Vett. ut passim. V. ad Front. 1, 5, 25. Liv. L. IX. C. 17.

3 *In essedis.*] Cum Torrent. Burm. MSS. & Edd. Vett. habent quoque Medic. sec. Vindob. uterque, Cort. *in essedo*: ut notetur vehiculi genus, non numerus. Quod praetulere Cell. Burmannus & Ernesti. Verum ut alibi (V. ad Claud. C. 34.) & saepe quidem genus singulare pro pluribus ejusdem generis usurpari non negem, hoc tamen loco obscurissime sic locuturum fuisse putem auctorem. Quare *essedis* cum aliis, & in his Memmiano, Politian. Medic. tertio, Exc. Voss. retineri tutius videtur. In Medic. pr. *in essedos*: qui descriptoris lapsus potuit caussam mutandi praebuisse. Ἐπὶ ὀχημάτων Dio p. 653. Dein *extimasse* Vind. pr. Ed. Rom. pr. *estimasse* sec. *Xersis* Medic. pr. tert. Periz. Ed. Rom. pr. ut passim. *augustiorem* Edd. Rom. pr. Cald. Mediol. *contabulaverat* Vind. sec. Cort.

4 *Thrasyllus.*] *Thrasilus* S. GRON. Item Medic. pr. sec. *Tharsylus* Med.

de successore Tiberio, & [1] in verum nepotem proniori, adfirmasset, *Non magis Cajum imperaturum, quam per Bajanum sinum equis discursurum.*

xx. Edidit & peregre spectacula: in Sicilia Syracusis [2] Asticos ludos, & in Gallia [3] Lugduni miscellos. [4] Sed & certamen quoque Graecae Latinaeque facundiae: quo certamine ferunt victoribus praemia victos contulisse, eorumdem & laudes componere coactos. Eos autem, qui maxime

Med. tert. *Thraxillus* Ed. Rom. pr. Sed v. ad Aug. C. 98. Tib. C. 14. 62. Cal. C. 12.

1 *In verum.*] Abest *in* a MS. S. GRON. An *verum in nep.*?

2 *Astycos ludos.*] Codex Salmas. ut plerique veteres omnes: *Asticos.* quod tamen improbat Scaliger. Instar eorum, inquit, qui ἐν ἄστει Athenis, qui erant ludi scenici. Recte autem ἀστυκοὶ per P. Omnino ἀστυκοὶ ἀγῶνες sunt Graeci instituti, ut ne mireris, quare ἀστυκοὶ ἀγῶνες in urbe Graeca Syracusis a Caligula instituti. Philostratus: Ἦν μὲν ὁ παρὰ τοῖς Νεαπολίταις ἀγών· ἡ δὲ πόλις ἐν Ἰταλίᾳ ᾤκισται γένος Ἕλληνες καὶ ἀστυκοὶ, ὅθεν ἐς τὰς σπουδὰς τῶν λόγων ἑλληνικοί εἰσι. Ergo ἀστυκοὶ ἑλληνικοὶ, & ludi astyci ἑλληνίζοντες, qualia omnino τὰ ἐν ἄστει Διονύσια· Nam τὸ ἄστυ sunt verae Athenae. Haec Scaliger. Cum vero manuscriptorum codicum optimi & antiquissimi legant *asticos*, *asticorum* vero nullus scriptor Latinus meminerit, legendum censeo *selasticos*. *Selastici* autem *ludi* Suetonio sunt, uti & in antiqua inscriptione Malphensi apud Gruterum, (p. CCLIV. N. 4.) qui Plinio x. epist. 119. & seq. dicuntur *iselastici*; sicut illa aetate dicebant *Spania*, quod etiamnum obtinet, pro *Hispania*. *Iselastici ludi* vero sunt ludi sacri, ut Olympiaci, Nemei, & qui ad eorum rationem instituti sunt. Sic & apud Tacitum L. XVI. Annal. c. 21. pro *caesticis ludis* legendum *selasticis*. ut pluribus ostendo in Observationum mearum libris. GRAEV. In meis Codicibus est quoque *Asticos*, *Astycos*, *Acticos*, *Atticos*. Vind. pr. *Acciatos* pro *Actiacos*. de quibus ad Tib. C. 6. In nullo est ineptum *hasticos*. Scripseritne Suetonius *Astycos*, an *iselasticos*, definire non audeo. Ultimos praefero cum L. Pignorio, Burm. Ernestio, quos conferas, però; & simul Comment. ad Plinium, & Bouhier. in Epist. ad Hagenbuch. p. 9. &c.

3 *Lugduni.*] *Lugduni* S. GRON. Ut C. 17.

4 *Sed &.*] Codex Salmas. *sed hic cert.* Leg. *sed & hic certamen.* GRAEV. *Sed hoc* Vind. uterque Cort. Periz. Harl. cum Edd. usque ad Beroald. quae carent τῷ *quoque*. Polit. *sed &.* V. ad Tib. C. 59. In reliquis tam Burm. quam meis & Ed. Basil. *sed hic.* i. e. *Romae*: ut adscripsit Lipsius. Verum tunc auctor tam incerte non dixisset *flumine proximo*: at *Tiberi*. Neque tamen Lugduni id certamen fuisse, quod nonnulli putant, patet, quia illud haud est institutionis Caji, sed Augusti: praeterea quia id duravit diutissime, & Panegyristae ac Rhetores Lugdunenses postea celeberrimi fuerunt: ut ex Dione, Ausonio, aliis constat. Hoc vero certamen a Cajo *editum*, non *institutum*, ut ait Torrentius, brevissime fuit abolitum, forsan numquam repetitum;

ime diſplicuiſſent, ſcripta ſua ſpongia linguave delere juſſos, niſi ferulis objurgari, aut flumine proximo mergi maluiſſent.

XXI. Opera ſub Tiberio ſemiperfecta, templum Auguſti theatrumque Pompeji, abſolvit. Inchoavit autem aquae ductum [1] regione Tiburti, & Amphitheatrum juxta Septa: quorum operum a ſucceſſore ejus Claudio, alterum peractum, omiſſum alterum eſt. Syracuſis collapſa vetuſtate moenia, Deorumque aedes refectae. Deſtinaverat & Sami Polycratis regiam reſtituere, Mileti [2] Didymeum peragere, in jugo Alpium urbem condere, ſed ante omnia Iſthmum in Achaja perfodere. Miſeratque jam ad dimetiendum opus [3] primipilarem.

XXII.

certe Suetonii tempore non amplius actum: ut conſtat ex ſequenti ipſius oratione *ferunt* &c. Vide Doctiſſ. virum H. Cannegiet. in Miſcell. Obſ. Nov. T. IV. p. 168. Forſan latet verbum *exhibuit*, vel ſimile. Sic in Aug. C. 89. Claud. C. 21. Ner. C. 12. *exhibere comoediam, certamina, munera, ludos, naumachiam* & paſſim. Mox *victoribus victos pr.* Vind. pr. *ſpongea* Medic. pr. tert. *ſphongia* Exc. Voſſ. V. in Aug. C. 75. 85. Veſp. C. 16. *linguaque* Periz. a m. pr.

1 *Regione Tiburi.*] Roberti Stephani & Torrentii editio & codex Salmaſianus: *regione Tiburti.* Optime. GRAEV. *Tiburti.* ita MS. S. vulgo *Tiburi.* GRON. MSS. & Edd. O. ante Caſaub. *Tiburti.* ut videatur modo typothetarum error fuiſſe. *Tiburte* eſt a nominativo *Tiburs, Tiburtis.* Conſule Ph. Cluver. in Ital. Ant. L. III. C. 4. p. 958. Supra *inchoavitque aq.* Polit. cum duobus Torr. & Edd. Rom. prohante Cl. Erneſtio pro *praeterea*, ut ſaepe. Dein *deorum* ſine *que* auctorirate, ut fertur, Periz. Cod. & Edd. Vett. uſque ad Baſil. dedit Burmannus, cui accedunt uterque Vindob. Cort. Verum in MSS. reliquis & vetuſtioribus, ut Memm. Polit. Mediceis &c. immo etiam Edd. Romanis ſervatur *que*, & eadem manu in Periz. ſuperſcriptum eſt. Dein *Samii* male Medic. ſec. Edd. Gryph. Plant.

2 *Didymeum.*] *Didumeum* Vind. pr. *Didymum* Harl. *Didymaeum* Cort. & Edd. Pitiſci, Burm. prave. *A Didymis* derivari quidem poteſt *Didymaeus* Apollo; aeque ac Διδυμεύς, *Didymeus.* Sed hinc dicta loca & templa Graece formant εῖον, & Latine *eum*, ut *Mauſoleum, Achilleum* &c. Confer omnino Erneſt. & Freinsh. ad Curt. L. VII. C. 5. §. 28. *Templum, quod Didymeon appellatur.* & ipſum Burm. ad Vell. Pat. L. I. C. 10. *Olympieum inchoavit.* Dein *demet.* Caſaub. & ſeqq. plerique e Cod. Memm. in ceteris *dim.* uti retinuere in Ner. C. 49. *ſerobem dimenſus ad corporis ſui modum.* licet in eodem ſit *dem.*

3 *Primipilarem.*] Sic recte Memm. tres Medicei, Politian. Vindob. uterque, Cort. & Pulm. aliique cum Edd. Rom. Addiderunt Veneti & ſeqq. *Cajum* ex recentiſſimis Codd. quales

XXII. Hactenus quaſi de principe, reliqua ut de monſtro narranda ſunt. Compluribus cognominibus adſumtis (nam & [1] PIUS, & CASTRORUM FILIUS, & PATER EXERCITUUM, & OPTIMUS MAXIMUS CAESAR vocabatur) quum audiret forte reges, qui officii cauſſa in urbem advenerant, concertantes apud ſe [2] ſuper coenam de nobilitate generis, exclamavit, Εἷς κοίρανος ἔστω, Εἷς βασιλεύς. Nec multum [3] afuit, quin ſtatim diadema ſumeret, ſpeciemque principatus in regni formam converteret. Verum admonitus, & principum & regum ſe exceſſiſſe faſtigium, divinam ex eo majeſtatem adſerere ſibi coepit. Datoque negotio, ut ſimulacra numinum, religione & arte praeclara, inter quae [4] Olympii Jovis, adportarentur e Graecia, quibus capite demto ſuum inponeret, partem Palatii ad forum uſque promovit, atque aede Caſtoris & Pollucis in veſtibulum transfigurata, conſiſtens ſaepe

quales ſunt Harl. Periz. Sed bene ex monitione Turnebi L. XXVII. Adverſ. C. 17. delevit Pulm. & ſeqq. utpote natum e gloſſa verborum Cap. ſeq. Non opus itaque eſt de alio quodam nomine locive corruptione cogitare. *Primipularum* Vind. pr. *cognationibus* pro *cognom.* Medic. pr.

1 *Pius &c.*] Miror in nullo lapide aut numo reſtare aliquod horum cognominum.

2 *Super coenam.*] Edd. Mediol. Cald. cum aliis a Burmanno citatis *coena*: contra noſtri morem. V. Torrent. ad Caeſ. C. 87. & Bernegg. Ind. Sic male Scaliger in Manil. L. V, 144. *perque dapes menſasque ſuper.* contra MSS. & Edd. repoſuit *menſaque.* Dein ante Graeca ex inepta gloſſa marginali addunt *de coelo venit rex*, quaſi in Graecis ἐξ οὐρανοῦ &c. legeretur, Medic. pr. tert. Polit. Vind. pr. V. Comment.

3 *Abfuit.*] *Aſuit* §. GRON. cum tribus Mediceis, Exc. Voſſ. Edd. Graev. Burm. ut paſſim. *affuit* Ed. Camp. In Vind. pr. *Nec mora abfuit.* Sed vide Tib. C. 19. Galb. C. 11. & crebro apud alios.

4 *Olympici Jovis.*] Codex Salmaſ. *Olympi Jovis.* leg. *Olympii Jovis*, adſtipulantibus duob. Palatinis & aliis. GRAEV. Sic legendum eſſe jam docuit Caſaubonus, & e Salm. recepit Gronovius: eamque terminationem confirmant Medic. pr. tert. Cort. V. ad Aug. C. 60. *adoptarentur* Medic. ſec. a m. pr. Mox vere emendatum ab Egnatio cum aliis opinor *e Graecia.* MSS. tamen ad unum omnes cum Edd. Vett. habent *egregia*, ſi forte Corſendoncenſem & Memmianum excipias. Ex iis enim nihil enotarunt Pulmann. & Salmaſius. *inponeret* e duobus Torrentii, ſuisque Codd. primus edidit Caſaub. & accedunt Exc. Voſſ. In reliquis *inponeretur.* Parum refert.

ſaepe inter fratres deos [1] medium ſe adorandum adeuntibus exhibebat: & quidam eum [2] LATIAREM JOVEM conſalutarunt. Templum etiam numini ſuo proprium, & ſacerdotes & excogitatiſſimas hoſtias inſtituit. In templo ſimulacrum ſtabat aureum [3] iconicum, amiciebaturque quotidie veſte, quali ipſe uteretur. Magiſteria ſacerdotii ditiſſimus quisque & ambitione & licitatione maxima vicibus comparabant. Hoſtiae erant phoenicopteri, pavones, [4] tetraones, Numidicae, meleagrides, phaſianae, quae generatim per ſingulos dies inmolarentur. Et noctibus quidem plenam fulgentemque lunam invitabat adſidue in amplexus atque concubitum: interdiu vero

1 *Medium ſe adorandum adeuntibus exhibebat.*] Sic conſtanter habent MSS. niſi quod *adorandum ſe* eſt in Vind. pr. Periz. Exc. Voſſ. & Edd. aliquot. V. Burm. ad Ovid. Met. L. VI, 66. Epiſt. Her. XVII, 116.

Tres tibi ſe nudas exhibuere *deae.* Val. Max. L. IV. C. I. §. 8. *Quam admirabilem ſe exhibuit.* Malim nunc ſic quoque in Hirt. praef. L. VIII. B. G. *Qui me medium interpoſuerim Caeſaris ſcriptis*: ut eſt quoque in Ed. Ven. 1471. vulgo *mediis.* Non refragarer tamen hoc loco lectioni Edd. Baſil. & Steph. *medius* (quod recepere Cl. Burm. & Erneſt.) *adorandum ſe*, ſi addiceret codex. ut *conſiſtens inter deos medius* jungantur: quomodo alibi ſaepius: ac probat iisdem, quibus Burm. exemplis vir doctus in ſchedis ineditis Biblioth. Leid. ad Quintil. decl. VI, 15. *ſedeatque* medius inter *duos judex.* Septim. de B. Troj. L. I. C. 10. *Priamus* inter *regulos* medius *adſtans.* L. II. C. 49. Inter *utramque ſacri partem* medius *vadit.* Sic lege cum MS. Periz. & Ed. Artop.

2 *Latialem.*] *Latiarem* S. GRON. Ut & Palatinus primus & tertius, ut ante C. 16. *Parilia* pro *Palilia.* Utrumque ſcriptoribus uſurpatum: ut & Caſaubonus olim notat. GRAEV. *Latiarem* exhibent quoque tres Medicei cum Ed. Burm. quem vide & Comm. ad Lucan. L. I, 198 *Et reſidens celſa Latiaris Juppiter Alba.* uti in pluribus illic Codd. dein inveni. Drakenb. ad Liv. L. XXI. C. 63. *Jovique Latiari ſollemne ſacrum. quidem* Vind. pr. Periz. cum Edd. aliquot. Mox *conſalutarunt* praetuli cum Medic. pr. tert. Vind. pr. & Exc. Voſſ. pro *conſalutaverunt.*

3 *Iconicum.*] Ita cum Memm. Cod. habent Politian. Nonn. & Edd. Ald. Steph. Plant. &c. ut legendum cum Caſaub. docuit Turneb. L. XXVII. Adverſ. C. 20. 26. Adde & Torrent. In reliquis *iconium* vel corruptius. *amiciebatur* ſine *que* Vind. ſec. Per *magiſteria ſacerdotii* non innuit ſimpliciter, ut magiſtri eorum ſacrorum ſeu ſacerdotes forent, ſed praeſules, & quaſi Pontifices Maximi. Adi Erneſt.

4 *Tetraones.*] *Tetracones* S. GRON. *Tetrones* Vind. ſec. Cort. Edd. Ven. & Mediol. Vide Comment. *gradatum* Vind. pr. *vero* abeſt a Medic. tert. *conſabulabatur* Edd. Rom.

ro cum Capitolino Jove ſecreto fabulabatur, modo inſuſurrans, ac praebens invicem [1] aurem; modo clarius, nec ſine jurgiis. Nam vox comminantis audita eſt,

[2] Ἢ μ' ἀνάεις', ἢ ἐγώ σε.

donec exoratus, ut referebat, & in contubernium ultro invitatus, ſuper templum Divi Auguſti ponte tranſmiſſo, Palatium Capitoliumque conjunxit. Mox, quo propior eſſet, in area Capitolina novae domus fundamenta jecit.

XXIII. Agrippae ſe nepotem neque credi, neque dici ob ignobilitatem ejus volebat: ſuccenſebatque, ſi qui vel oratione vel carmine imaginibus eum Caeſarum inſererent. Praedicabat autem matrem ſuam ex inceſto, quod Auguſtus cum Julia

1 *Aures.*] *Aurem* S. GRON. Neque aliter Medicei, Vindobonenſes, Cort. Exc. Voſſ. ut e Palatinis, ſuisque & aliquot Edd. recte reſtituit Cl. Burmannus. *praebere aures* dicitur, quiſquis adtente aliquem audit; ſed *praebere aurem*, ut alter ei inſuſurret. Eleganter Terent. Phorm. A. v. S. 6. vſ. 29.

Animam compreſſi; aurem admovi, hoc modo ſermonem captans.

Hinc paſſim *ad* vel *in aurem alicui dicere, inſuſurrare, gannire* &c. Cic. v. Verr. 41. Appul. L. 11. Met. init. Ovid. Ep. 111. Her. 23. *In aurem dixit*: ubi vide omnino Heinſ. & Burm. Huc pertinet Senecae locus Ep. x. *turpiſſima vota diis inſuſurrant. Si quis admoverit aurem, conticeſcunt.* & praecipue Ep. 41. *Nec exorandus aedituus, ut nos* ad aurem *ſimulacri, quaſi magis exaudiri poſſimus, admittat.* Sic enim legendum ex MSS. quinque Leidd. vulgo *aures.* Ceterum in Vindob. pr. *ut praebens.*

2 Εἰς γαῖαν Δαναῶν πτερόεσσ'.] Clare Salmaſianus codex: Ἢ μ' ἀνάεις' ἢ ἐγώ σε. Robertus Stephanus Εἰς αἶαν Δαναῶν πτερόεσσ' ἐγώ σε. Cum lectionem praeſtantiſſimi codicis Salmaſiani aſſerat quoque Viterbienſis & vetuſtiſſimus D. Marci MS. quem Victorius inſpexit, nec non Dio & Seneca de Ira, cur non recipiamus quid obſtet non video, praecipue cum rationes, quas attulit Torrentius, cur eam reſpuat, ſint frigidae. Comminantis ſane magis vox eſt, quam timentis. Vide Senecam loco, quem dixi. GRAEV. ἢ μ' ἀνάεις, ἢ ἐγώ σε. Ita MS. S. vulgo εἰς γαῖαν Δαναῶν πτερόεσσ' ἐγώ σε. GRON. In Vindob. Codd. non leguntur Graeca, ut in aliis de more. Cort. cum Ed. Rom. pr. tantum αἶαν Δαναῶν. Copeſ. cum Edd. Rom. ſec. αἶαν Δ. πτερόεσσ. Edd. Sabell. Cald. Mediol. Bonon. Lugd. εἰς γαῖαν Δ. πέμψω σε, *id eſt ad terram Graecorum transferam te.* Sed aliorum codicum, quos recenſent viri docti, corrupta verba docent, a Suetonio hic relictam eamdem ſententiam, quam ex Iliad. XXIII. vſ. 724. expreſſam memorat Dio p. 662. & praeter Victorium, Caſaub. & ſeqq. multi cum Tur-

Julia filia [1] admisisset, procreatam. Ac non contentus hac Augusti insectatione, Actiacas Siculasque victorias, ut funestas populo Romano, & calamitosas, vetuit sollemnibus feriis celebrari. Liviam Augustam proaviam *Ulixem stolatum* idemtidem adpellans, etiam ignobilitatis quadam ad senatum epistola arguere ausus est, quasi materno avo Decurione Fundano ortam: quum publicis monumentis certum sit, [2] Aufidium Lurconem Romae honoribus functum. Aviae Antoniae secretum petenti denegavit, nisi ut interveniret Macro praefectus. Ac per istiusmodi indignitates & taedia, caussa exstitit mortis: dato tamen, ut quidem putant, & veneno. Nec defunctae ullum honorem habuit: prospexitque e triclinio ardentem rogum. Fratrem Tiberium inopinantem, repente inmisso tribuno militum, interemit. Silanum item socerum ad necem, secandasque novacula fauces, compulit: caussatus in utroque, quod

Turnebo L. XXII. Adverl. C. 31. & L. XXVII. C. 20. admisere ἥ μ' ἀνάειρ', ἢ ἐγώσει. Nam in Medic. pr. & sec. exaratur ΝΑΛΛΗΑΙΝΠΕΓΩCΕ. in tert. ΕΛΛΑΝΑΙΥΝΕΓΟCΕ. in Voss. Exc. ΗΑΛΑΝΑΙΡΠΕΓΩCΕ. Comminantis est vox tollendi Jovem, ni se in contubernium admitteret. Dein typographorum, ut videtur, culpa in Edd. Graev. & Gron. inrepsit *ferebat*, pro *referebat*, quod est in MSS. O. & Edd. prioribus.

1 *Admisisset.*] Sic pro vulgari *comm.* rescribi jussi cum Burmanno, fide MSStorum omnium, si Memmianum forsan excipias, & Edd. plerarumque. In Caes. C. 75. *admissam in se perfidiam.* Tib. C. 2. *multa admissa in remp.* Calig. C. 15. *nihil sibi admissum.* Et passim *admittere crimen, adulterium* &c. V. Broukh. ad Tib. I, 7, 62. Drakenb. ad Liv. L. II, 37. XL, 1. *Admissi criminis labem.* In Vind. pr. non comparet *filia.* Dein *singulasque* etiam mei Codd. dant cum Edd. primis, quod bene post Sabellicum emendavit Beroaldus; ut Memm. habet, & *Syculasque* Politian. In Edd. Sabell. Cald. Mediol. *populi Romani.* Porro ex tribus Mediceis, Periz. aliisque & Edd. Rom. Ber. exhibui *Ulixem*, ut passim in optimis membranis exaratur, non *Ulyssem.*

2 *Aufidium Lingonem.*] Cod. etiam Salm. & Palatinus: *Lyrgonem*, alter *Lirgonem.* Unde recte emendavit Casaubonus, *Lurconem.* Quin & ante Casaubonum hanc prae se fert lectionem insignis illa Rob. Stephani editio, quam merito cum Grutero sequimur. Quid? quod etiam sic emendandum censuit olim Fulvius Ursinus. GRAEV. *Lyrgonem* S. Initio Cap. *suscens.* S. GRON. *Lyrgonem* etiam est in Medic. pr. *Lirgonem* Med. sec. tert. Polit. Vindob. utroque, Cort. Exc. Voss. aliisque apud Burmannum; item Edd. Rom. pr. Sab. Cald. Mediol. Bas. *Lurconem* margini quo-

quod hic ingreſſum ſe turbatius mare non eſſet [1] ſecutus, ac ſpe occupandi urbem, ſi quid ſibi per tempeſtates accideret, remanſiſſet: ille antidotum [2] oboluiſſet, quaſi ad praecavenda venena ſua ſumtum: quum & Silanus inpatientiam nauſeae vitaſſet & moleſtiam navigandi; & Tiberius propter adſiduam & ingravêſcentem tuſſim medicamento uſus eſſet. Nam Claudium patruum non niſi in ludibrium reſervavit.

XXIV. Cum omnibus ſororibus ſuis [3] ſtupri conſuetudinem fecit: plenoque convivio ſingulas infra ſe viciſſim collocabat, uxore ſupra cubante. Ex his Druſillam vitiaſſe virginem, praetextatus adhuc, creditur. Atque etiam in concubitu ejus quondam deprehenſus ab Antonia avia, apud quam ſimul educabantur. Mox Lucio Caſſio Longino conſulari collocatam abduxit, & in modum juſtae uxoris propalam habuit. Heredem quoque bonorum atque Imperii aeger inſtituit. Eadem defuncta, juſtitium indixit: in quo riſiſſe, laviſſe, coenaſſe cum parentibus, aut conjuge,

quoque adlevit Lipſius. *quum* deeſt Cort. & *aviae* Vind. pr. Contra & ante *veneno* male exſulat a Vind. ſec. Cort. Edd. Rom. *ut quidam putant* abſunt a Med. tert. & Polit.

1 *Secutus.*] In nullo nec ſcripto nec edito exemplari inveni, quod eſt in ora Ed. Gryph. *continuo ſecutus.*

2 *Oboluiſſet.*] *Obeviſſet* Medic. tres, Vind. ſec. Cort. Exc. Voſſ. &c. *aboleviſſet* Vind. pr. Nonn. Edd. Rom. Ven. Mediol. &c. V. Comment. *ſua* non agnoſcunt Edd. Rom. ut de eodem C. 29. *fratrem, quem metu venenorum praemuniri medicamentis ſuſpicabatur.* Mox bene *ſucceſſorem imperii*, ante *Claudium* e gloſſa inſerta, ejecerunt Stephanus & Caſaub. cum ſeqq. Carent etiam iis Memm. tres Medicei, Vind. pr. Exc. Cuj. Voſſ. aliorumque multi libri. *In ludibrium* enim *reſervatus* non poteſt dici *ſucceſſor imperii:* licet dein caſu illud ſit adeptus. V. etiam Burm. *patrum* Medic. tert.

3 *Stupri conſuetudinem fecit.*] Una cum M. Aemilio Lepido, amaſio. V. Dion. p. 648. 657. Zonar. & inf. h. Cap. Tres Medicei, Vind. ſec. Exc. Cuj. Voſſ. Edd. Rom. *conſ. ſtupri.* Vindob. pr. *conſuetudines ſtupri.* Dein *Antonia avia* pro *avia Ant.* dedi auctoritate Mediceorum, Polit. Vindobonenſium, Exc. Cuj. Voſſ. Edd. Rom. ut C. 10. *prolatam* Medic. ſec. *ac imp.* Vind. pr. & *induxit* cum Edd. Rom. pr. Caſ. prave. Porro *Lucio* deeſt Copeſ. ut ſine praenomine Cap. 57. ſi tamen idem ſit, ut ſuſpicantur viri docti. Hunc *Lucium* vocat quoque Tacitus; illum *Cajum* Dio Caſſius.

juge, liberiſve, [1] capital fuit. Ac maeroris inpatiens, quum repente noctuque profugiſſet ab urbe, [2] tranſcucurriſſetque Campaniam, Syracuſas petit. Rurſuſque inde propere rediit, barba capilloque promiſſo. Nec umquam poſtea quantiſcumque de rebus, ne pro concione quidem populi, aut apud milites, niſi [3] *per numen Druſillae* dejeravit. Reliquas ſorores nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit, ut quas ſaepe exſoletis ſuis [4] proſtraverit. Quo facilius eas in cauſſa AEmilii Lepidi condemnavit, quaſi adulteras, & inſidiarum adverſus ſe conſcias. Nec ſolum chirographa [5] omnium requiſita

1 *Capital fuit.*] Ita MS. S. vulgo *capitale*. GRON. Cod. Salmaſ. *capital*, ut fere ſemper meliores ſcriptores. Idem mox *tranſcucurriſſet*. GRAEV. *Capital* etiam MSS. Liſ. Pith. Medic. ſec. a m. pr. & Exc. Cuj. cum Caſaubono & Waſſeo. Adi me ad Front. L. IV. C. 6. §. 3. *In regia ſella reſediſſe capital foret.* Drak. ad Liv. L. XXIV, 37. *praeſidio decedere apud Romanos capital eſſe.* Plin. L. X. C. 23. *Ut in Theſſalia capital fuerit ciconias occidiſſe.* L. XII. C. 14. *Digredi via capital leges facere.* L. XVIII. C. 3. §. 3. *Frugem ſecuiſſe puberi XII tabulis capital erat.* Sic omnibus locis MS. Leid. vetus. vulgo *capitale*. ut conſtanter retinent MSS. plurimi a me viſi Pomp. Melae L. I. C. 9. *Quaedam eorum etiam per inprudentiam interemiſſe capitale ſit.* Sed & illic *capital* malim. Dein *repente noctu* Medic. tert. Exc. Cuj. Voſſ.

2 *Tranſcucurriſſetque.*] ita MS. S. vulgo *tranſcurriſſetque*. & *petit* S. GRON. *Tranſcucurriſſetque* etiam Medic. ſec. ac *petit* Medic. tert. & Copeſ. De utroque ſupra ſaepius dixi. Mox *dimiſſo* Vind. pr. *prolixo* ſec. a m. pr.

3 *Per numen.*] Sic veriſſime e melioribus codicibus reſtituit Caſaubonus, & conſentiunt ex meis tres Medicei, Vindob. pr. Exc. Cuj. Voſſ. aliique. Male Boxhornius *nomen* e vulgatis reponere tentavit ex Horatio L. II. Ep. 1, 16.

Jurandasque tuum per nomen ponimus aras.

Sed & illic *numen* eſſe legendum, nemo nunc poſt Bentlejum negat. Sexcenties has voces confundi, quis neſcit? Jusjurandum per numen Druſillae includit etiam jusjurandum per ejus nomen, niſi quod & poſt conſecrationem vocari eam juſſerit *Venerem Caeleſtem* & *Pantheam*: ut notum ex Dione, aliisque. *deliravit* Medic. tert. hic & C. 27. *Numquam per genium ſuum dejeraſſent.*

4 *Proſtraverit.*] *Proſtravit* S. GRON. Item Medic. tres, Polit. Vind. pr. Cort. Copeſ. Exc. Voſſ. & Edd. ſec. XV. ſine dubio pro *proſtrarit*, ut vidit Cl. Burm. & C. 26, *eas* exſulat ab Ed. Rom. pr. Dein & *nec* Med. pr. tert. *cyrographa* Med. pr. ſec. ut ſaepe. *cirog.* Med. tert. Edd. Rom. *ciragra* Vind. pr.

5 *Omnium.*] Sororum duarum (tot enim modo ſuperſtites erant) & Lepidi, ceterorumque conſciorum, quorum forſan fraude per ſtuprum exercita chirographa accepit, & ſic ſimul ea, ac *ſtupra* ſororum divulgavit; uti legendum conjecit Lipſius. Dio enim teſtatur, eum ſenatui ſcripſiſſe multa de ſororibus τῆς ἀσελγείας. p. 657. Ac *requiſita* vulgo & ab Erneſtio, ſibi non li-

ſita fraude ac ſtupro divulgavit, ſed & tres gladios in necem ſuam praeparatos Marti ultori, addito elogio, conſecravit.

XXV. Matrimonia contraxerit turpius, an dimiſerit, an tenuerit, non eſt facile [1] diſcernere. Liviam Oreſtillam, C. Piſoni nubentem, quum ad officium & ipſe veniſſet, ad ſe deduci imperavit, intraque paucos dies repudiatam biennio poſt relegavit: quod repetiſſe ulum prioris mariti tempore medio videbatur. Alii tradunt, adhibitum coenae nuptiali, mandaſſe ad Piſonem, contra adcumbentem, *Noli uxorem meam premere:* ſtatimque e convivio abduxiſſe eam, [2] ac proximo die edixiſſe: MATRIMONIUM SIBI REPERTUM EXEMPLO ROMULI ET AUGUSTI. Lolliam Paullinam, C. Memmio conſulari, exercitus regenti, nuptam, facta mentione aviae ejus, ut quondam pulcherrimae, ſubito ex provincia evocavit, ac perductam a marito conjunxit ſibi, brevique miſſam fecit, interdicto cujuſquam in perpetuum coitu. Caeſoniam neque facie inſigni, neque aetate integra, matremque jam ex alio viro trium filiarum, ſed luxuriae ac laſciviae perditae, &

liquere hujus loci ſenſum candide pronunciante, capitur accuſative. Sed quid ſi ſexto caſu ſumamus pro *inquiſita & comperta?* ſic *requiſiti auctores* Aug. C. 55. Ner. C. 39. *requiri ſcripta* Calig. C. 16. *devulgavit* Vind. pr. & *eulogio* Vind. ſec. Cort. ut & Cap. 27. Claud. C. 1. Galb. C. 3. Sed adi hiſce locis Comm.

1 *Diſcernere.*] Vind. pr. *deſcernere*, pro *decernere*, ſeu certi quid ſtatuere & judicare: ut legit Gronov. L. 3. Obſ. C. 3. V. & Perizon. in Sanctii Min. p. 784. In eodem & Cort. *contraxit.* Dein *Horeſtillam* Vindob. Cort. Periz. Harl. Edd. Ven. & ſeqq. uſque ad Steph. & Pulm. *Corneliam Oreſtinam* Dioni & Zonarae, qui duos poſt menſes una cum Piſone relegatam ajunt: ut alii monuerunt. Mox in Vind. ſec. *med. temp.*

2 *Secum & pr.*] *Ac* ſine *ſecum* MS. S. GRON. Delevi *ſecum*, reſcripto *ac*, fide MSS. Medic. pr. tert. Polit. Hulſ. Torr. Exc. Voſſ. cum Beroaldo, ac Paris. *ac* habent etiam Edd. Rom. Dein *C. Memmi Conſularis, ex. regenti nuptam* in duobus Mediceis, & Exc. Voſſ. & *C. Memmii Conſularis, ex. regentis, nuptam* in Torr. Burm. aliquot, item Polit. Vind. pr. & Edd. ante Beroald. aliisque. Sed *nupta Memmii* pro *uxore Memmii* proſaicis ſcriptoribus non in uſu eſt. In Medic. pr. *Memmio conſularis exercitus regenti*, ut *conſularis* ſit Accuſativus

vul-

& ardentius & conſtantius amavit: ut ſaepe chlamyde [1] peltaque & galea [2] ornatam, ac juxta adequitantem, militibus oſtenderit: amicis [3] vero etiam nudam. [4] Quam enixam uxorio nomine dignatus eſt, uno atque eodem die profeſſus, & maritum ſe ejus, & patrem infantis ex ea natae. Infantem autem Juliam Druſillam adpellatam, per omnium dearum templa circumferens, Minervae gremio inpoſuit, alendamque & inſtituendam commendavit. Nec ullo firmiore indicio ſui ſeminis eſſe credebat, quam feritatis: quae illi quoque tanta jam tunc erat, ut infeſtis digitis ora & oculos ſimul ludentium infantium inceſſeret.

XXVI. Leve ac frigidum ſit his addere, quo propinquos amicoſque pacto [5] tractaverit, Ptolemaeum regis Jubae filium, conſobrinum ſuum (erat enim

vus. Conſul vero ſuffectus fuit C. Memmius Regulus A. 784. V. Comm. *ejus av.* Vind. pr. & mox in *perpetuo.*

1 *Peltaque.*] Medic. ſec. Exc. Cuj. Voſſ. Edd. Rom. *pallaque* male.

2 *Ornatam.*] Sic recte Ven. Mediol. Junt. Ald. Steph. Caſ. &c. ediderunt cum MSS. Pulm. aliorumque, item Mediceis, Polit. Exc. Cuj. Voſſ. Copeſ. Hulſ. Periz. Harl. pro *armatam*, quod e gloſſa eſt in utroque Vindob. Cort. duobus Torr. Edd. Rom. Bon. aliisque. V. in Caeſ. C. 24. Comm. ad Ovid. Ep. IX, 103.

Se quoque Nympha tuis ornavit Jardanis armis.

ad Liv. L. XL, 36. Hirt. B. Alex. C. 31. *comatam*, quod Edd. Baſil. Col. Gryph. Plant. oſtentant, unde *comtam* nonnulli conjiciunt inepte, in nullo reperitur codice. Mox *ac* pro & dedi fide Mediceorum, Polit. Copeſ. Exc. Cuj.

3 *Vero.*] Elegantius, & Suetonii ſtylo convenientius exiſtimo hanc voculam abeſſe a MSS. Torrentii, & Politiani, item Edd. Romanis, in quibus *nudam etiam.*

4 *Quam* &c.] *Uxorio nomine dignatus eſt quam enixam* S. GRON. Eodem ordine ſunt haec in Medic. pr. tert. Copeſ. Palat. ſec. tert. In optimo Torrent. libro deſiderantur *ut ux. n. dignatus eſt.* in Polit. *dedignatus.* in Pal. pr. *Quam omnium ux. n. dign. e. enixam.* An ſcripſit auctor *quam non ux. nom. dign. eſt, niſi enixam.* vel *haud ante ux. n. dignatus eſt, quam enixam?* Scil. poſt 30 dies. V. Dion. p. 658. Zon. L. IX, 6. Dein *ac eod.* Vind. pr. *nati* Medic. pr. tert. Copeſ. Exc. Voſſ. Mox *compoſuit* Vind. pr. *inſtruendam* Medic. pr. *judicio* Vindob. uterque, Cort. Periz. & Edd. ante Beroald. Abeſt *indicio* a Med. pr. Denique *inceſſerit* Medic. tert. Ed. Pit.

5 *Tractaverit.*] Edd. Rom. pr. Mediol. Cald. praeter MSS. & Edd. a Burmanno citatos *tractavit*: quod vir Cl. rurſus ſcriptum putat pro *tractarit*; ut C. 24. & ſaepe. Supra *leve ſit ac fr.* Vind. pr.

1 *Ex*

enim & is M. Antonii [1] ex Selene filia nepos) & in primis ipſum Macronem, ipſam Enniam, adjutores imperii, quibus omnibus pro neceſſitudinis jure, proque meritorum gratia cruenta mors perſoluta eſt. Nihilo reverentior [2] leniorve erga ſenatum: quoſdam ſummis honoribus functos, ad eſſedum ſibi [3] currere togatos per aliquot paſſuum milia,

1 *Ex Selena.*] Codex Salmaſ. & R. Steph. editio: *Selene*, Graecorum more. GRAEV. *Selene.* Ita MS. S. vulgo *Selenâ.* GRON. Ex Nonnii Cod. *Selena*, quomodo etiam in duobus Torrentianis, cum Turnebo in Adverſ. L. XXVII. C. 20. reſcripſerat Pulmannus pro vulgari inepta lectione *ex Helenae filia:* uti vel *Helene* in MSS. eſt plerisque & Edd. Vett. ſed *Selene* veriſſime jam dedere Steph. & Urſinus: & ſic Medic. ſec. Exc. Cuj. Voſſ. Erat enim Ptolemaeus filius Jubae junioris & Cleopatrae Selenes, quae erat nata ex M. Antonio & Cleopatra: ut ſaepius docuerunt viri docti.

2 *Leniorve.*] Vind. ſec. Cort. *leniorque.* Vind. pr. *leviorne.* In aliis, etiam Edd. Mediol. Cald. *leviorve.*

3 *Occurrere.*] Codex Salmaſ. & Palat. ſec. *currere.* Sed alii Palatini *occutrere.* quod non eſt mutandum. *Occurrere* enim eſt praeſto eſſe. Liv. XXXVII. *Quatere muros terraſque coepit, deinde cum eo multitudo occurreret ad defendendum.* Cic. de Orat. *Ipſi pedes occurrent orationi, ipſi, inquam, ſe offerent & reſpondebunt non vocati.* Idem II. ad Att. 22. *Domus celebratur, occurritur, renovatur memoria Conſulatus*, hoc eſt, praeſto ſunt homines, cum illos voco. Sic & inferius cap. 39. *Comprehenſis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis, & piſtrinenſibus jumentis, adeo ut panis Romae ſaepe deficeret, & litigatorum plerique, quod occurrere abſentes ad vadimonium non poſſent, cauſſa caderent.* Et in Claud. 8. *Nam & ſi paullo ſerius ad praedictam coenae horam occurriſſet.* GRAEV. Paſſim *occurrere* dici de illis, qui vel ſubito vel inexſpectato, licet ſerius, aliquo adveniunt vel accurrunt, docuerunt ſaepe viri docti. Adi Clar. Snakenburg. ad Curt. L. VII. C. 5. me ad Hirt. B. Afr. C. 39. *ad proximum collem propere occurrerent.* Appul. L. II. Met. p. 38. *Occurrit ad latus quidam.* L. IX. p. 198. *Die ſequenti filia occurrit e proximo caſtello, in quod pridem denupſerat.* Sic enim legendum e plurimis MSS. vulgo *acc.* & *quo.* Juven. S. III, 215.

Ardet adhuc? & jam occurrit,
qui marmora donet.

ita membranae vetuſtiſſimae magno numero & Edd. Vett. non *acc.* Lucan. L. III, 205.

Primusque a litore Lesbi
Occurrit natus.

quod nequaquam eſt mutandum. Eadem confuſio in Calig. C. 58. At hoc loco compoſitum iſtud *occurrere* non convenit: ut bene viderunt eruditi. Quid enim quaeſo ſignificaret *occurrere per aliquot paſſuum milia?* Ad haec ſervile aliquod miniſterium indicare auctor voluit. Quare cum Lipſio, Torrentio, Urſino, Burmanno, Erneſt. ex MSS. & Edd. nonnullis per eos laudatis ac ſimillimo loco Galbae C. 6. aliisque, repoſui ſimplex *currere*: quod confirmant optimus Medic. tert. & Politian. *accurrere* e conjectura placebat Caſaubono. Quid ſi *decurrere?* Mox *modo ad pluteum* male de ſunt Vind. pr. & Hulſ. ac *perſeveraverit* exaratur in eodem, duobus Burm. Edd. Ven. Mediol. Steph. ac Caſaub. *ut* hic eſt tamquam, quaſi. *poſt paucos* Vind. pr. Dein *periſſe* reſcripſi, ut ſupra ſaepius, e Mediceis, aliisque

milia, & coenanti, modo ad pluteum, modo ad pedes ſtare ſuccinctos linteo, paſſus eſt: alios quum clam interemiſſet, citare nihilo minus, ut vivos, perſeveravit, paucos poſt dies voluntaria morte periſſe mentitus. COSS. oblitis de natali ſuo edicere, [1] abrogavit magiſtratum, fuitque per triduum ſine ſumma poteſtate Reſpubl. Quaeſtorem ſuum in conjuratione nominatum flagellavit veſte detracta, ſubjectaque militum pedibus, quo firme verberaturi inſiſterent. Simili ſuperbia violentiaque ceteros tractavit ordines. Inquietatus fremitu gratuita in Circo loca de media nocte occupantium, omnes fuſtibus abegit. [2] Eliſi per eum tumultum viginti amplius equites Romani, totidem matronae, ſuper innumeram turbam ceteram. Scenicis ludis, inter plebem & equitem cauſſam diſcordiarum [3] ſerens, [4] decimas maturius dabat, ut equeſtria ab infimo

que & Edd. Rom. pro *periiſſe*.

1 *Abrogavit m.*] Vind. pr. *obrogavit magiſterium*. Scriptum erat per contractionem *magiſtrum*. Inde librarius *magiſterium* prave formavit; & hinc ita quoque in Edd. Rom. quae variatio etiam alibi occurrit. V. Drakenb. ad Liv. L. XXII, 15, 5.

2 *Eliſi.*] Ita MS. S. vulgo *eliſique*. GRON. Copula abeſt a MSS. omnibus, & ab Edd., ſi excipias unam Venetam, Beroaldo prioribus.

3 *Serens.*] *Ferens* S. GRON. Item Medic. tres, totidem Palat. & Burm. Edd. Ven. & Mediol. prave. V. ad Liv. L. IV, 2, 12. Zinzerl. Prom. Crit. C. 20.

4 *Decimas mat. dabat.*] Loco hoc difficillimo ſane, & ferme conclamato nihil variant MSS. niſi quod in uno regio ſit *decurias*. Sabellicus, Calderinus & Mediol. edidere *decima*, quod & placuit Beroaldo, ſine ullo ſenſu, niſi intelligat auctor *nocturnos ludos*, quod clarius exprimi debuiſſet. Plerique per *decimas* intelligunt teſſerarum & miſſilium quoddam genus, e decimis vectigalibus collectum, & decumarum inſtar populo ſparſum. Caſaubonus docte & ingenioſe legit *ferens*, *teſſeras decima mit.* ſcilicet ante quam equites e theatro ad coenam, cui ſollemnis erat hora *nona*, niſi ſi ferius per ludos detinerentur: ut in Ner. C. 21. abierant. Verum potius videntur teſſerae ab Caligula miſſae, antequam equites in theatrum venerant, & hinc quatuordecim ab infimo quoque jam fuiſſe occupata. Hinc forſan Bulengerus C. 24. de Venat. *teſſeras* legit deleta voce *decima*. Alii alia conjecere, ſed quae minus placent. Videndi Burmannus, qui aliquando divinavit *mimos*, & Erneſtius ſuam faciens Bulengeri conjecturam. Si ſtatuamus, miſſas teſſeras praeſentibus equitibus, quorum prudentiſſimi quique antea abibant, fingi debet, prae ſtudio & certamine capiendi & tollendi teſſeras confuſum fuiſſe populum, & plebem tranſcendiſſe quoque loca equeſtria, ut colligerent etiam miſſilia, quae in illis ſedilibus ceciderant; atque

ideo

simo quoque occuparentur. Gladiatorio munere, reductis interdum flagrantissimo Sole velis, emitti quemquam vetabat: remotoque ordinario [1] adparatu, tabidas feras, vilissimos senioque confectos; gla-

ideo equites succensere solitos. Confer Domit. C. 4. Aegerrime autem ferebat Cajus, si quis spectaculo abesset, aut, eo nondum finito, discederet, teste Dione L. LI. p. 645. 649. Ut verum tamen fatear, Suetonii mens fuisse videtur, equitibus loca adhuc vacasse, cum Caligula haec dare incipiebat, & equites postea introeuntes theatrum, loca sua ab infimis occupata invenisse. Quid si legamus *tesseras edicto*, vel *edictis maturius*, sive prius, quam edictae per illum erant? eoque pertineat locus Dionis p. 649. Αἰτίαι δὲ ἐς τὰ μάλιστα τῆς ὀργῆς αὐτῷ ἐγίγνοντο, ὅτι τε μὴ σπουδῇ συνεφοίτων, ἄλλοτε γὰρ ἄλλη ὥρα παρὰ τὰ προηγγελμένα ἀπαντῶντος αὐτοῦ. καὶ τότε μὲν ἔτι νυκτὸς ἀπανιστάμενοι ἐκάκουν. &c. *equestri* Medic. sec. tert. Exc. Cuj. Voss. Ed. Ven. pr. *ab equestri* Vind. pr. *equestres* aliquot Codd. apud Burm. & Vind. sec. Cort. ceteraeque Edd. ante Beroaldum, qui recte *equestria* restituit: ut est in Polit. & Memm. Adi Torrent. Dein *remitti* pro *emitti* in Vind. pr.

1 *Apparatu rabidis.*] *Apparatu tabidas feras vilissimos* S. Idque recipi oportuerat. Mox *paegniares* S. GRON. Lipsius L. II. Sat. C. 14. & Casaubonus existimant, Suetonium de eadem re hic loqui, quam Dio descripsit his verbis L. LIX. p. 647. Ἐπιλειπόντων ποτὲ τῶν τοῖς θηρίοις ἐκ καταδίκης διδομένων, ἐκέλευσεν ἐκ τοῦ ὄχλου τοὺς ἰκρίοις (i. e. *spectaculis* & sedilibus, non *pegmasi*. V. Casaub. hic & ad Theophr. Char. C. 11. Hesych. ejusque Comm.) προσεστηκότας συναρπασθῆναί τε τινὰς, καὶ παραβληθῆναι σφίσι. ut igitur *subjiciebat* hic idem significaret, quod *objiciebat*. Verum ejus significationis idoneum quaero exemplum, quo destitutus etiam Cl. Ernestius legit *rabidis feris vilissimos, senio confectos, pegmares quoque gladiatores* &c. *objiciebat*. Ego potius accedo plerisque viris doctis, qui cum Beroaldo explicant *in locum substituebat*: eamque mentem fuisse Suetonii, docent verba *remoto reliquo adparatu*. Ad saevitiam a Dione descriptam pertinent potius illa, quae refert auctor Cap. seq. Sed stare tunc nequit vulgata lectio *rabidis*, vel ut pejus in quibusdam *rapidis feris*. Hinc Torrentius e MSS. duobus legit *tabidas feras, vilissimos senioque confectos gladiatores pegmatis quoque* &c. scilicet loco bene saginatarum & validarum ferarum, ac robustorum gladiatorum, probantibus J. Fr. Gronovio, Graevioque; nisi quod *pegmares* retineant. Certe copula *que* exstat in MSS. quoque Palatinis, Mediceis, Polit. Vindobon. Ursin. item Memm. ac Casauboni Ed. licet in notis e Viterb. copulam non admittat, & ἀσυνδέτως locum exponat: sicut omisere J. Gronov. & Burmannus, qui tamen in notis tentavit *rabidis feris vilissimas senioque confectas, gladiatoribus quoque permacros*. Sed jure quaeri posset, an *vilissimas senioque confectas feras* alerent Imperatores. *tabidas feras* vero praeter Memm. habent quoque Mediceus sec. Exc. Cuj. Voss. cum Ed. Rom. sec. & Codd. Regii, teste Burm. *tabidis* Medic. tert. & duo Palat. Vox *quoque* in MSS. omnibus ante *pegm.* collocatur: unde non ausim eam transponere. *pegmares* etiam non temere mutem, licet variis modis in MSS. concipiatur; ut videre est in commentariis. *pegmaris* est in Medic. pr. tert. Polit. Vind. pr. *pygmaces* Vind. sec. in aliis *pegmatos, pegmareos*: unde quis conjicere posset *pegmatarios*. Quidquid sit de hac

gladiatores quoque pegmares, patres-familiarum [1] notos, ſed inſignes debilitate aliqua corporis, ſubjiciebat. Ac nonnumquam horreis praecluſis, populo famem indixit.

XXVII. [2] Saevitiam ingenii per haec maxime oſtendit. Quum ad ſaginam ferarum, muneri praeparatarum, carius pecudes compararentur, ex noxiis laniandos adnotavit: & cuſtodiarum ſeriem recognoſcens, nullius inſpecto elogio, ſtans tantummodo [3] intra porticum mediam, a calvo ad calvum duci imperavit. Votum exegit [4] ab eo, qui pro ſalute ſua gladiatoriam operam promiſerat, ſpectavitque ferro dimicantem: nec dimiſit, niſi victorem, & poſt multas preces. Alterum, qui ſe periturum ea de cauſſa voverat, cunctantem pueris

hac voce, cum plerisque viris doctis cenſeo, a Suetonio deſcribi duas muneris ſpecies, ſed vulgari & ordinario adparatui diverſas, quas ad taedium populo & ſpectatoribus, hinc etiam male de hoc munere opinatis C. 27, creandum ſubjecit Caligula. In venatione igitur *tabidas feras*, *viliſſimos ſenioque confectos* homines exhibuit, & in ſe concurrere ac dimicare juſſit. In ipſo gladiatorio *quoque* munere non dedit ordinarios gladiatores, at *pegmares*: qualeſcumque hi demum ſint, certe debiles maxime: ſeu ex ruina pegmatis manci & viliſſimi, ſive pegmatum operarii, quales & interdum in arenam produxit Claudius: ut narrat auctor C. 34. iiſque oppoſuit Cajus patres familiarum cognitos & honeſtos cives; ſed itidem aliqua corporis debilitate inſignes. Sic nihil niſi *rabidis feris* in *tabidas* mutando, putem locum diſtinctione adjutum, ſatis clarum nunc eſſe. Ceterum conferri meretur locus Petron. C. 45. *Quid ille nobis boni fecit? Dedit gladiatores ſeſtertiarios, jam decrepitos, quos ſi ſufflaſſes, cecidiſſent. Jam melieres beſtiarios vidi?* &c. &c.

1 *Notos.*] *Notos in bonam partem* S. GRON. Sic quoque Medic. ſec. Vind. pr. Exc Voſſ. & ita, vel *in optimam partem* Liſi. Palat. Reg. Codd. At a gloſſatoris eſſe manu Gruterus, Caſaubonus, Burmannus recte monuerunt. Mox *ac* deeſt Vindob. pr. non male. *populo* exſulat ab Exc. Voſſ. *induxit* in uno Pulm. Vind. pr. Periz. in marg. Edd. Rom. pr. Sabell. Cald. Mediol. Gryph. marg. aliisque, ſolito errore. V. Burm. & ad Aug. C. 23. Ner. C. 55. Drak. ad Liv. L. x. C. 38. Heinſ. ad Virg. Ecl. v, 30. Ind. Bernegg. Inf. C. 41. *Vectigalibus indictis neque propoſitis.* & C. 24.

2 *Saevitiam.*] *Saevitiem* S. GRON.

3 *Intra port. mediam.*] Vind. pr. *contra p. mediam*, ſive ex adverſo mediae porticus. Ceterum alii legunt *medios*, prave: nam extimos illos calvos etiam duci, ſive omnes a primo ad ultimum, juſſit. Alii *medius* contra MSS. Vide Erneſt. Paulo ante *eulogio* Vind. ſec. Cort. ut C. 24.

4 *Ab eo:*] Caſaubonus ſcribit. *Imo vero ab eis. Plures enim fuere. Adi ad Dionem, qui aliquot nominat.* Verum eſt, Dionem duos nomina-

ris tradidit; [1] verbenatum infulatumque, votum repoſcentes, per vicos agerent, quoad praecipitaretur [2] ex aggere. Multos honeſti ordinis, deformatos prius ſtigmatum notis, ad metalla [3] & munitiones viarum, aut ad beſtias condemnavit, aut beſtiarum more [4] quadrupedes cavea coërcuit, aut medios ſerra diſſecuit. Nec omnes gravibus ex cauſſis, verum male de munere ſuo opinatos, vel quod numquam per Genium ſuum dejeraſſent. Parentes ſubplicio filiorum intereſſe cogebat. Quorum uni valetudinem excuſanti lecticam miſit: alium

minare, qui vitam ſe pro ejus anima daturos voverant: ſed in his unum modo equitem Atanium Secundum, *qui promiſerat gladiatoriam operam*: alterum plebejum C. Afranium Potitum, *qui ſe periturum*, ſi Cajus convaleſceret, *voverat*. quod jam Torrentius monuit. V. L. LIX. p. 645. *ſe reperiturum* Vind. pr.

1 *Verbenatum, infulatumque.*] Egregie ita Turnebus L. XXII. Adverſ. C. 31. ex vetuſto Cod. uti Erasmus ex Tornacenſi, Pulmann. e Corſendoncenſi emendarunt pro vulgato tunc *verberatum*, quod in reliquis MSS. comparet. At non tradidit *verberatum*, ſed potius *verberandum*: ſicut exſtat in Vindob. pr. V. C. 28. 35. Verum *verbera* inepte *infulis* junguntur; niſi conſtruas *tradidit verberandum*, & (per ellipſin τοῦ *ut*) *infulatum* &c. Sic enim habet idem Codex: de qua modorum & conſtructionis variatione ſaepius egi ad Caeſarem. Nunc videtur mihi Caligula conſideraſſe hominem, ut publicam hoſtiam, & piacularem victimam: de qua vide ad Virgil. II. Aen. 133. & Plinii Panegyr. C. 34; adeoque *verbenis* & *infulis* ornandam ex more. Elegans eſt locus Servii ad Virg. III. Aen. 57. *Maſſilienſes, quoties peſtilentia laborabant, unus ſe ex pauperibus offerebat* &c. *Hic ornatus* verbenis & veſtibus ſacris circumducebatur *per totam civitatem cum exſecrationibus, ut in ipſum reciderent mala, & ſic* praecipitabatur. Ita *verbenas* & *infulas* junxit Cicero L. IV. in Verr. C. 50. Ab omnibus verp Mediceis, Polit. Vindonenſibus, Harl. Periz. Cort. aliisque, & Edd Beroaldo prioribus abeſt relativum *qui*: quod hinc ſecure delevi. Puerie tradidit, ſcil. *ut* verbenatum & infulatum per vicos agerent inter crebram & continuam voti flagitationem. Sexcenties particulam *ut* omitti, ſupra jam vidimus. Adi ad Front. I, 4, 7. Caeſ. IV. B. G. 16. Miſc. Obſ. Vol. II, p. 390. infra C. 55.

2 *Ex aggere.*] Non incerto quodam, ſeu *aliquo*. Tale quid addidiſſet auctor: ſed notiſſimo, ſupplíciis deſtinato. V. Comment.

3 *Aut ad viarum mun.*] *& mun. viarum* S. GRON. Sic MSS. & Edd. O. uſque ad Caſaub. qui male mutavit, niſi ſi forte *ad* repetitum in MSS. invenerit: quod non magis, quam Burmannus, damnarem. Sed & non fuerat mutandum. Varias poenarum ſpecies enumerat, quarum una eſt graviſſimi laboris, ſive in metallis, ſive in munitionibus viarum, iiſque lapide ex metallis eruto ſternendis.

4 *Quadrupedes.*] *quadripedes* S. GRON. Per *i* vox haec exaratur etiam in Medic. ſec. tert. Polit. Exc. Voſſ. Adi Dausq. Orthogr. T. II. p. 259. Giphanii Collect. ad

alium [1] a ſpectaculo poenae epulis ſtatim adhibuit, atque omni comitate ad hilaritatem & jocos provocavit. Curatorem munerum ac venationum, per continuos dies in conſpectu ſuo catenis verberatum, non prius occidit, quam offenſus putrefacti cerebri odore. [2] Atellanae poëtam, ob ambigui [3] joci verſiculum, media Amphitheatri arena igni cremavit. Equitem Romanum, objectum feris, quum ſe innocentem proclamaſſet, reduxit: [4] abſciſaque lingua, rurſus induxit.

XXVIII. Revocatum quemdam a vetere exſilio ſciſcitatus, quidnam ibi facere [5] conſueſſet, reſpondente eo per adulationem: *Deos ſemper oravi, ut*,

Lucret. Mox *de numine ſuo male* Vind. pr. *deliraſſent* Med. tert. ut C. 24. ridicule. *quorum* abeſt a Vind. pr.

1 *E ſpectaculo p. ep. ſt. adhibuit.*] Suſpectam praepoſitionem *e* habuit J. Gron. ad Ner. C. 32. Palatinis & Burmanni Codd. & Edd. Beroaldi &c. accedunt Medic. pr. Vindob. pr. Exc. Voſſ. *a ſpect.* ſive *poſt.* ut paſſim noſtro aliisque: quod nemo neſcit. & cum adverbio *ſtatim* in Caeſ. C. 60. *proelia ſumebat ſaepe ab itinere ſtatim.* C. 85. *plebs ſtatim a funere* &c. Tib. C. 52. *Tantum non ſtatim a funere ad negotiorum conſuetudinem rediit.* Quare τὸ *a* edi curavi. *ex* Medic. ſec. Torrentius vero monet, a duobus Codd. non male abeſſe *adhibuit.* immo vero male; & contra Suetonii genium, licet eo verbo careant quoque Vindob. ſec. Cort. & Edd. Rom. Confer Caeſ. C. 73. Aug. C. 74. Cal. C. 25. Claud. C. 32. & alibi. Dein *catenis verberari* quid ſit, cum ceteris neſcio. Certe non mutandum, & inſolitum, ac per Cajanam ſaevitiam recens excogitatum ſupplicium.

2 *Atellanae.*] *Atallaniae* S. GRON. *Atel.* vel *Atellaniae* Medic. tres, Periz. in marg. Exc. Voſſ. *Athelaniae* Cort. Vind. ſec. Edd. Mediol. Cald. *Athelamen* Periz. Harl. *Atellanien* Ed. Rom. pr. *Athelame* Ed. Rom. ſec. Sed *Attalanicum* Vind. pr. pro *Atellanicum*: ut in Tib. C. 45. *Atellanicum exodium* &c. Sed rectum eſt *Atellanae*, ſcil. fabulae. V. ibidem Torrent. & ad Ner. C. 39. *Atellanarum hiſtrio.* quod & hic praefert Torrent. item in Galb. C. 13.

3 *Joci.*] Sic bene reſtituit Beroaldus pro *loci:* quod praeter aliorum Codd. & Edd. primas obſidet quoque Medic. ſec. tert. Polit. Vind. ſec. Cort. Exc. Voſſ. Dein *igne*, ut vulgo Cap. 1. Medic. tert. Exc. Voſſ. cum duobus Burm. Sed cum eo alterum praefero. Et ſic paſſim in optimis Appuleji Codd.

4 *Abſciſaque.*] Sic edidi cum uno Pulm. Medic. pr. tert. Copeſ. Edd. Rom. vulgo *abſciſſaque.* V. Burm. & C. 32. ac paſſim. In Vind. pr. *reducit.*

5 *Conſueſſet.*] *Conſueviſſet* Vind. ſec. Cort. & mox *trucidaret* Vindob. uterque, Cort. cum uno Pulm. & duobus Burm. & Edd. ante Beroaldum, aliisque. Sed amat compoſitum Suetonius, praeſertim ſi de plurium morte agit. V. Ind. Ber. negg.

1 Adi-

ut, quod evenit, periret Tiberius, & tu imperares: opinans ſibi quoque exſules ſuos mortem inprecari, miſit circum inſulas, qui univerſos contrucidarent. Quum diſcerpi ſenatorem concupiſſet, ſubornavit, qui ingredientem curiam, repente hoſtem publicum adpellantes, invaderent, graphiiſque confoſſum, lacerandum ceteris traderent. Nec ante ſatiatus eſt, quam membra & artus & viſcera hominis tracta per vicos, atque ante ſe congeſta vidiſſet.

XXIX. Inmaniſſima facta augebat atrocitate verborum. *Nihil magis in natura ſua laudare ſe ac probare*, dicebat, *quam*, ut ipſius verbo utar, [1] *ἀδιατρεψίαν*. Monenti Antoniae aviae, tamquam parum eſſet non [2] obedire; *Memento*, ait, *omnia mihi & [3] in omnes licere*. Trucidaturus fratrem, quem

1 *Ἀδιατρεψίαν.*] Palatini tres, codex Salmaſ. Rob. Stephani editio legunt: *Ἀδιατρεψίαν, hoc eſt, inverecundiam.* GRAEV. *ἀδιατρεψίαν, hoc eſt, inverecundiam* S. GRON. Latina addunt MSS. quoque Medicei, Vindobonenſes, Cort. Harl. & unus Pulm. atque Edd. Cald. quarum Mediol. & Cald. aliaeque a Burm. citatae cum Vind. pr. & Periz. a m. pr. non agnoſcunt Graecum vocabulum. Sed bene Pulm. & Torrent. abjecerunt Latina pro Gloſſatoris interpretatione, quamquam Caſaubonus & Gruterus non adeo alieni fuerint ab iis, agnoſcendis. Mihi tamen videtur *ἀδιατρεψία* non tam eſſe *inverecundia*, quam *rigor animi*, & *mens inflexibilis, pervicax, ac nullius reverens*. Paullo ante *ſua* & *ſe* exſulant a Vindob. pr.

2 *Obedire.*] *Oboedire* S. GRON.

3 *Homini licere.*] Probant alii lectionem, quae in Roberti Stephani editione & non nullis aliis reperitur: *Omnia mihi in omnes licere.* Sed magnus Rhabodus Schelius ad Hyginum: *Omnia mihi in homines licere*, h. e. in hominum omnium bona. Codex Salmaſ. ut & Palatini tres, & *hominis*. Sed in tertio additum ab eadem manu, *in omnes*: quod & editiones vetuſtiores ſequuntur cum Gutero. Sane & ego hoc aliis praetulerim lectionibus, ſi accedat antiqui libri auctoritas. GRAEV. *Dominis.* MS. Salm. *hominis*, quomodo etiam omnes alii codices, quibus ullam fidem praeſtare liceat ſine fraude. Unde miror tam varias in ſuſpiciones diſceſſum eſſe, quum id, quod nunc exhibere non dubitavi, & ſponte emineat & res ipſa verum oſtendat. Vulgo *hominis*. GRON. Quam varie haec ediderint, & emendare conati ſint viri docti, poteſt conſpici in Commentariis Edit. Burm. & Add. item Erneſt. *dominis* tanquam e MS. margini Ed. Mediol. pr. (in qua, ut in Periz. Harl. Edd. Rom. ſec. Venetis, *herois* quoque legitur) adſcripſit jam Politianus. *hominis* dant omnes Medicei, Palatini a m. pr. Exc. Voſſ. Cort. *ominis* Cujac. In Vind. pr. *omnia & omnia lic.* ſec. *omnia mihi & heroibus.* Nam *heroem* quidam illum vocarunt, teſte Dione.

quem metu venenorum praemuniri medicamentis ſuſpicabatur; *Antidotum*, inquit, *adverſus Caeſarem*? Relegatis ſororibus, non ſolum inſulas habere ſe, ſed etiam gladios, minabatur. Praetorium virum ex ſeceſſu Anticyrae, quam valetudinis cauſſa petierat, [1] propagari ſibi commeatum ſaepius deſiderantem, quum mandaſſet interimi, adjecit, *Neceſſariam eſſe ſanguinis miſſionem*, [2] *cui tam diu non prodeſſet elleborum.* Decimo quoque die, numerum puniendorum ex cuſtodia ſubſcribens, *Rationem ſe purgare* dicebat. Gallis Graeciſque aliquot uno tempore condemnatis, gloriabatur, *Gallograeciam ſeſe ſubegiſſe.*

XXX. Non temere in quemquam, niſi crebris & minutis ictibus animadverti paſſus eſt: perpetuo notoque jam praecepto, [3] *Ita feri, ut ſe mori ſentiat.* Punito per errorem nominis alio, quam quem deſtinaverat, ipſum quoque paria meruiſſe, dixit. Tragicum illud ſubinde jactabat,

Oderint, dum metuant.

Saepe in cunctos pariter ſenatores, ut Sejani clientes,

p. 660. Ex Ven. pr. *in omnis*, & Sabellici conjectura Beroaldus & alii receperunt *omnia*, *mihi in omnes* vel *& in omnes*: quod praetuli τῷ *homini*. Quid ſi ſimpliciter legamus *omnia mihi*, *& non meis licere*, adeoque nec tibi, quae me monere vis, quod tibi non licet? Haud ſatis habuit non obedire, ſed & reſpondit aviae, ſibi omnia, non ipſi, licere. Ac per iſtiusmodi indignitates & taedia cauſſa mortis illi exſtitit: ut Cap. 23. Non poſſum tamen non monere, in Ed. Rom. pr. exhiberi *omnia & heroi licere*. Unde quis forſan conjicere poſſit *omnia mihi & baronibus licere*. i. e. ſtultis & fatuis. V. ad Cic. L. IX. ad Fam. Ep. 26. Deinde *ſe* exſulat a Medic. ſec. Vind. ſec. Cort, *minitabatur* in marg. Tort.

1 *Propagari.*] Cl. Erneſti ex Urſ. Cod. & parte librorum Caſaub. recepit *prorogari*, quia commeatus continuatio fit per decretum ſenatus; (adi ad Claud. C. 23.) non naturales cauſſas. At conſule, quae diſputavi ad Aug. Cap. 23.

2 *Cui.*] *cum* vel *quum* in Vind. ſec. Cort. Edd. Mediol. Cald. & aliis apud Burm. *profuiſſet* m. Gryph. Mox *Romam* pro *rationem* Vind. pr. cum uno Pulm. prave. Adi Comm. & G. D' Arnaud Var. Conj. p. 417. Cic. v. Verr. C. 57. *Cedo rationem carceris, quae diligentiſſime conficitur, quo quisque die datus in cuſtodiam, quo mortuus, quo necatus.* Dein *ſe ſubegiſſe* in MSS. O. ſi forſan Memmianum excipias, & Edd. Vett. ante Steph. & Plant.

3 *Ita feri.*] Hanc doctorum virorum

tes, [1] ut matris ac fratrum ſuorum delatores, invectus eſt: prolatis libellis, quos crematos ſimulaverat, defenſaque Tiberii ſaevitia quaſi neceſſaria, quum tot criminantibus credendum eſſet. Equeſtrem ordinem, ut ſcenae arenaeque devotum adſidue proſcidit. Infenſus turbae, faventi adverſus ſtudium ſuum, exclamavit: *Utinam populus Romanus unam cervicem haberet!* Quumque Tetrinius latro poſtularetur, *& qui poſtularent, Tetrinios eſſe*, ait. Retiarii tunicati quinque numero gregatim dimicantes, ſine certamine ullo totidem ſecutoribus ſuccubuerant: quum occidi juberentur, unus, reſumta fuſcina, omnes victores interemit. Hanc ut crudeliſſimam caedem & [2] deflevit edicto, & eos, qui ſpectare ſuſtinuiſſent, exſecratus eſt.

XXXI. Queri etiam palam de conditione temporum ſuorum ſolebat; quod nullis calamitatibus publicis inſignirentur. Auguſti principatum clade Variana; Tiberii, ruina ſpectaculorum apud Fidenas, [3] memorabilem factum: [4] ſuo oblivionem in-

rorum emendationem pro *fieri* confirmant Medic. pr. & Polit. Dein *clientis* Medic. tres, Polit. Exc. Voſſ. Periz. Edd. Rom. Ven. pr. Mediol. Cald.

1 *Ut matris.*] Repetii particulam *ut*, auctoribus Mediceis, Polit. Vindobonenſibus, Cort. Copeſ. Exc. Voſſ. Vulgo *aut*, quod primus exhibuit Beroaldus; cum ante & deinceps in multis Edd. ac nonnullis MSS. nec haec, neque illa particula conſpiciatur. Infra *poſtulaſſent* Vind. pr. *Tetrinus* & *Tetrinos* in Edd. Sabell. Cald. Mediol. vitioſe.

2 *Deflevit edicto & eos* &c.] In Viterb. Palat. tribus, Medic. pr. tert. Polit. Hulſ. Edd. Bon. Par. *def. & eos edicto*, quod placet Grutero. Mallem tunc *& edicto eos*. Sed eodem edicto potuit etiam *deflere* eorum caedem, ſive verbis luctum indicantibus eam memorare. V. infra ad C. 38. *diplomata deflebat*. Vell. L. II. C. 119. *Nunc ſumma deflenda eſt.* & ſaepe. *ſolebat* non conſpicitur in Vind. pr.

3 *Memorabilem.*] Praeter MSS. & Edd. a Cl. Burm. memoratos etiam Medic. Polit. Exc. Voſſ. & Edd. Mediol. Cald. Caſauboni habent *memorabile*: quaſi *factum* eſſet ſubſtantivum, vel *principium*, ut eſt in uno Torr. pro *principatu* olim fuiſſet lectum. Sed bene, quod *memorabilem* dent etiam Lemmianus, Vindob. aliique. & Ed. Rom pr. Supra *ut Aug.* Cort.

4 *Sui oblivionem imminere.*] Bene Salmaſianus codex: *ſuo* nimirum principatui. poteſt tamen & vulgata ferri. GRAEV. Praetuli *ſuo* fide Medic. ſec. tert. ac Cujac.

inminere prosperitate rerum. Atque idemtidem [1] exercituum caedes, famem, pestilentiam, incendia, hiatum aliquem terrae optabat.

XXXII. Animum quoque remittenti, ludoque & epulis dedito, eadem [2] dictorum factorumque saevitia aderat. Saepe in conspectu prandentis vel comissantis seriae quaestiones per tormenta habebantur. Miles decollandi artifex quibuscumque e custodia capita amputabat. Puteolis dedicatione pontis, quem excogitatum ab eo significavimus, quum multos e litore invitasset ad se, repente omnes praecipitavit. Quosdam gubernacula adprehendentes, contis remisque detrusit in mare. Romae publico epulo servum, ob [3] detractam lectis argenteam laminam, carnifici confestim tradidit, ut manibus abscisis, atque ante pectus e collo pendentibus, praecedente titulo, qui causam poenae indicaret, per coetus epulantium circumduceretur. [4] Mirmillonem e ludo, rudibus secum [5] battuentem, & sponte prostratum, confodit ferrea sica, ac more victorum cum palma discucurrit.

1 *Exercituum.*] *Exercitus* S. Gron.

2 *Dictorum factorumque.*] *Factorum dictorumque* est in tribus Mediceis, utroque Vindob. & Copes. Mox *in conspectum* Vind. pr. *comessantis* vel *comesantis* Medic. Vind. pr. Periz. Exc. Voss. Cort. &c. & Edd. Vett. V. collecta a Drak. ad Liv. L. XL. C. 7. Dein *in litore* Vind. pr. *ponte omnes* Medic. sec. male. Adi Comm.

3 *Detractam.*] Medic. pr. *detractatam.* In eodem & tert. *tradit.* Vind. sec. Cort. Edd. Rom. *statim trad.* ac Medic. tres, Exc. Voss. Hulsi. Pulm. Edd. Rom. *abscisis*: ut edidi. *ante pectus* exsulant a Medic. pr. *a collo* Med. sec. Edd. aliquot, etiam Gryph. Plant. & Torr. De *praecedente titulo* vide ad Ner. C. 25.

4 *Mirmillonem.*] Vind. pr. *Mirmilionem.* Medicei tres, Exc. Voss. *Murmillonem:* ut infra aliquoties in nonnullis MSS. Cap. 55. Ner. C. 30. Domit. C. 10. & in MSS. Leidd. Festi v. *Retiario* & alibi. Sed *Mirmillo* in Inscript. Gruteri p. CCCXXXIV, 3.

5 *Battuentem.*] *Battuentem* S. Gron. *Battuentem* Vind. sec. Cort. *battuentem* Med. pr. tert. Polit. Exc. Voss. & C. 54. ubi ita in pluribus, ut *battuit* (sic enim leg.) & *battutum* in glossis. V. praeter alios Salmas. ad Spartiani Hadrianum C. 26. *Sicca* Med. pr. sec. Vind. pr. *cum* abest a Cort. *discucurrit* autem, quod Steph. Casaub. &c. ediderunt, pro *discurrit* confirmant tres Medicei, Polit. Exc. Voss.

rit. Admota altaribus victima, ſuccinctus [1] poparum habitu, elato alte malleo, cultrarium mactavit. Lautiore convivio effuſus ſubito in cachinnos, Conſulibus, qui juxta cubabant, quidnam rideret, blande quaerentibus; *Quid*, inquit, *niſi uno meo nutu jugulari utrumque veſtrum ſtatim poſſe?*

XXXIII. Inter varios jocos, quum adſiſtens ſimulacro Jovis Apellem tragoedum conſuluiſſet, uter illi major videretur, cunctantem flagellis diſcidit, collaudans ſubinde vocem deprecantis, quaſi etiam in gemitu praedulcem. Quoties uxoris vel amiculae collum exoſcularetur, addebat, *Tam bona cervix, ſimulac juſſero,* [2] *demetur.* Quin & ſubinde jactabat, *Exquiſiturum* [3] *ſe vel fidiculis de Caeſonia ſua, cur eam tanto opere diligeret.*

XXXIV. Nec minore livore ac malignitate, quam ſuperbia ſaevitiaque, paene adverſus [4] omnis aevi ho-

1 *Poparum.*] Veriſſime ita emendavit Beroaldus: ut eſt in Memm. Hulſ. ac Vindob. niſi excerpta fallunt. In reliquis enim & Edd. Vett. *pomparum.* Abeſt *ſubito* a Vind. pr. *inquit* exſulat ab Edd. Cald. & Mediol. ut & aliis apud Burm.

2 *Demetur.*] Vix dubito, quin olim fuerit exaratum, *tam bona cervix, ſimul ac juſſero, demetetur.* Hoc enim verbum in hac re proprium eſt. GRAEV. In vulgata lectione non tam ſalſus ineſt jocus, quam eleganti, & merito a multis prolata conjectura *demetetur.* Nec vulgata juſte defendi poteſt, ut quidam exiſtimat, exemplis, in quibus *caput ſtatuae demi* dicitur: ut Tib. C. 58. Calig. C. 22. aut quod Plin. L. XI. C. 16. §. 16. dicat *apibus caput demere.* In his enim alia ratio. Propius accederet *barbam capillumque demere* e Caeſ. C. 67. Sed de verbo *demetere* hac in re proprio adi N. Heinſ. ad Ovid. Met. V, 104. Burm. ad Val. Flacc. L. III, 670.

Aſt egomet, quocumque voces, quanto agmina ferro
Plura metam.

ut leg. puto: vulgo *qua tegmina.* Corrigendus etiam Nonius in *evirare.* dicitur *virilitatem amittere, & effeminari.* immo vero *demetere & effeminare.* ut docet exemplo Varronis *ſpatula eviravit omnes pueros.* ut apud Catullum & alios. In MS. vetuſtiſſimo Voſſ. *committere*, ſupraſc. *d.* Deeſt τὸ *addebat* Vind. pr.

3 *Se vel.*] Sic emendavit Egnatius pro *ſemel*, ut erat in Edd. Vett. item Gryph. aliisque; & recentioribus MSS. vel *ſemet*, quod & in MSS. eſſe reſtatur, ac conjecit etiam Torrent. Sed *vel* recte habent MSS. Pulm. & mei omnes cum Beroaldo, Aldo, Steph. Pulm. &c. Τὸ *eam* carent iidem Codd. & Edd. in quibus eſt *ſemel*, praeter Rom. Dein *tantoperè* male in Vindob. pr. Medic. pr. Edd. Sabell. Mediol. Cald. & ſeqq. uſque ad Caſaub.

4 *Omnis aevi homines.*] Roberti Stephani editio cum nonnullis libris antiquis: *adverſus omne genus hominum.* Salmaſianus codex: *ad*

hominum genus graſſatus eſt. Statuas virorum illuſtrium, ab Auguſto ex Capitolina area propter anguſtias in Martium campum collatas, ita ſubvertit atque disjecit, ut reſtitui ſalvis titulis non [1] potuerint. Vetuitque poſthac viventium cuiquam uſquam ſtatuam aut imaginem, niſi ſe conſulto, & auctore, poni. Cogitavit etiam de Homeri carminibus abolendis: *Cur enim ſibi non licere*, dicens, *quod Platoni* [2] *licuiſſet; qui eum civitate, quam conſtituebat, ejecerit?* Sed & Virgilii ac Titi Livii ſcripta & imagines, paullum

verſus omnis aevi hominum genus. Credo Suetonium ſcripſiſſe: *adverſus omne omnis aevi hominum genus.* GRAEV. *Omnis aevi hominum genus.* ita MS. S. vulgo *adverſus omnis aevi homines.* Sed illud quum exſtet in aliis etiam MSS. jure non ſprevi. GRON. Vulgaris lectio, a MS. nullo confirmata, primum comparet in Ed. Baſil. unde in Gryph. Pulm. & ſeqq. dimanavit. In ceteris Edd. & MSS. Pulm. Torr. Burm. item Medic. ſec. Vindob. utroque, Exc. Voſſ. eſt *omne genus hominum.* in Cort. *omnes genus humanum.* Medic. pr. *omne hominum genus.* Sed Medic. tert. Politian. Edd. Mediol. Beroald. Par. accedunt Memmiano in *omnis aevi hominum genus*, quod recepi, vix dubitans, quin Graeviana conjectura reſtituerit nobis veram Suetonii manum, pro omnis ſeculi, ordinis, & aetatis hominibus; quorum ſingulorum exempla enarrat ſuo more auctor uſque ad C. 36. Dein *campum Mart.* habent Medicei, Polit. Exc. Cuj. & Edd. Rom. quo ordine ſaepe ponit auctor; uti & MSS. optimi in Claud. C. 1. Sed *Mart. camp.* etiam in Caeſ. C. 39. 84. Claud. C. 21. Ner. C. 11. Nec minus vocem *Martii* omittere ſolet. *collocatas* pro frequenti horum participiorum variatione eſt in Medic. tert. Polit.

1 *Valuerint.*] Recte obſervat Cel. Burmannus, ſingularem eſſe locutionem *ſtatuae non valent reſtitui.* Cum alibi *valere* non occurrat, niſi de hominibus, aut rebus, aliqua agendi vel praeſtandi quid facultate praeditis: quomodo *herbis, legibus, cauſſis, adfectionibus &c.* hominum vires inſunt, quibus valent aliquid efficere. Sed *ſtatua non valet reſtitui* pro non poteſt, ſive reſtituere eam non valent homines, ſine exemplo dictum credo. Quare auctoritate Codd. utriuſque Pulm. Torrent. trium Burm. item Mediceorum, Polit. utriuſque Vindob. Cort. Exc. Voſſ. & marg. Gryph. repoſui *potuerint.* Dein *vetuit* ſine *que* in Vind ſec. Cort. Edd. Rom. pr. Mediol. Cald. aliisque apud Burm. *niſi ſe conſ.* exhibui cum Medic. pr. ſec. Vindob utroque, Periz. Harl. Exc. Voſſ. & Edd. Vett. praeter Baſil. Gryph. Pulm. &c. in quibus *conſ. ſe*: niſi quis malit *conſulto & auct. ſe* cum Medic. tert. & Polit. De re ipſa vide Doctiſſ. Hagenb. Epiſt. Epigraph. p. 72.

2 *Licuit.*] Sequor Rob. Stephanum & codicem Salmaſianum, qui merito ſcribunt, *licuiſſet*, & paulo poſt: *amoveret*, pro *amoverit.* mox pro *me hercle*, Salmaſ. codex: *mehercule.* GRAEV. GRON. *Licuiſſet* in MSS. O. & Edd. ante Caſaub. niſi quod *placuiſſet* in Bon. & Par. legatur. *liceret, dicens* Cort. Mallem cum Ill. Bouhierio ejicere participium,

lum [1] afuit, quin ex omnibus bibliothecis amoveret: quorum alterum, ut *nullius ingenii*, *minimaeque doctrinae*: alterum; ut *verbosum in historia*, *negligentemque* carpebat. De juris quoque consultis, quasi scientiae eorum omnem usum aboliturus, saepe jactavit, *Se*, *mehercule*, *effecturum*, *ne qui respondere possint* [2] *praeter eum*.

XXXV. Vetera familiarum insignia nobilissimo cuique ademit: Torquato torquem: Cincinnato cri-

pium *dicens*. *de civitate* Medic. pr. & duo Burm. solita confusione. Dein *ac Tit.* pro *& T.* rescripsi fide Mediceorum, Polit. Vindobonensium, Exc. Voss.

1 *Abfuit.*] *afuit* S. GRON. Item Medic. pr. tert. ut jam Graev. & Burm. hic & alibi ediderunt: *amoveret* pro vulgari *amoverit* confirmant quoque Medic. pr. sec. Vind. sec. Cort. Exc. Voss. Ed. Steph. sicut passim *afuit* cum seq. imperfecto jungit auctor. *admoverit* Medic. tert. Dein *mehercule* praeter Memm. habent Medic. sec. tert. Polit. Cort. Exc. Voss. In Vind. pr. *m hercule*. unde quis conjiciat *semet*, *hercule*, vel *Hercules*, *eff.* V. Caes. 89. Cal. 50. Torrent. *semel*.

2 *Praeter eum.*] Varie hic locus emendatur a viris doctis. Forte legendum: *ne qui respondere possint*, *praeter se*. Rutgers. Var. Lect. III. cap. 6 conjiciebat legendum esse, *praeter reum*. acute. hoc sensu. Caligulam effecturum, quia JCtis invidebat, & minatus erat, se omnem eorum scientiam aboliturum, ne qui respondere possent praeter eos, qui accusati essent. Esse lusum in ambiguo in verbo *respondere*. Nam & JCti, quoties de jure consuluntur, dicuntur respondere, & respondent rei ad crimina, quorum sunt accusati. Sed adhuc in mendo cubat, quod nulla vis ingenii, sed solus liber antiquus bonae notae eluere potest. GRAEV. *Prae Te reum*. Ita edidi nulla litera vel addita vel mutata ex vulgato *praeter eum*, quae literae sunt in omnibus antiquis libris, sed tantum continentia ex vero divisa, quam male diffindebant primi editores, & huc usque est factum. An vero placet repetere *praeter*, *Te reum*? GRON. Quasi JCti clienti non possent respondere, nisi per hanc explicationem *Te reum*. At nemini sano hanc conjecturam persuadebit vir doctissimus. Alia, quae excogitarunt viri eruditi, videri possunt in Commentariis Scriv. Pit. Burm. & in Add. nec non Ernest. ac Barth. L. XXXIII. Adv. C. 10. item Heinecc. in hist. jur. Rom. L. 1. C. 4. §. 211. Mihi videtur eorum explicatio esse verisimillima, qui *eum* capiunt pro *ipsum* sive *se*: ut alibi saepius occurrit, & ita exponunt, quasi Caligula dixisset *Mehercule efficiam*, *ne qui* vel *quid respondere possint praeter me*: ut me solum citent JCti, & ad me adlegent clientes, quibus solus ego respondeam, & mea responsa sint pro certa juris regula, ac pro legibus, quae dicam, meaque voluntas pro omni jure, nec cujusquam valeant responsa aut placita, praeterquam mea, ex Phil. Leg. ad Caj. p. 1009 νόμον ἡγούμενος ἑαυτὸν &c. *qui* est in nonnullis Casaub. & Vindob. sec. Harl. ac Cort. *possint* habent MSS. O. & Edd. Vett. non *possent*. ac *praeter eum* itidem est in MSS. O. & Edd. Rom. Ven. pr. Mediol. Sabellicus cum Constantio Lando, in cujus codice erat *per eum*, Enarrationum

crinem : [1] Cn. Pompejo ſtirpis antiquae, Magni cognomen. Ptolemaeum, de quo retuli, & [2] arceſſitum e regno, & exceptum honorifice, non alia de cauſſa repente [3] percuſſit, quam quod, edente ſe munus, ingreſſum ſpectacula, convertiſſe hominum oculos fulgore purpureae abollae animadvertit. Pulcros & comatos, quoties ſibi occurrerent, occipitio raſo deturpabat. [4] Erat Eſius Proculus patre primipilari, ob egregiam corporis amplitudinem

Lib. C. 8. ac Marq. Frehero in Comment. de aequitate, & alii *praeter aequum* e conjectura dederunt.

1 *Cn. Pompejo ſtirpis antiquae.*] Ultimas voces addere videtur auctor; quia jam tunc alii, ſive ex libertis gentis Pompejae nati, ſive alia de cauſſa nomine hoc adſcito, *Pompeji* vocabantur, nequaquam orti ex vetuſta & celebri illa ſtirpe. Sic Claud. C. 26. *Cui & cognomen Camillae erat, e genere antiquo dictatoris Camilli.* Urſinus tamen *ſtirpis antiquae* jungit τοῖς *nobiliſſimo cuique.* In Ed. Burm. diſtinguitur hoc modo: *Cn. Pompejo, ſtirpis antiquae Magni cogn.* De hoc vide Dion. p. 668. inf. in Claud. C. 27. Senec. in Apocoloc. p. 830. Ed. Lipſ. Rupert. & Reineſ. Ep. 48. 49. aliosque. Supra in Edd. Rom. pr. Mediol. *cetera f.*

2 *Accerſitum.*] Miror hanc ineptiſſimam vocem tolerari & in hoc & in aliis ſcriptorum, quos viri recenſuerunt doctiſſimi, locis plurimis, cum nihil ea ſit & a barbaris ficta, ut dudum homines eruditi tam liquido oſtenderunt, ut nulli dubitationi locus ſit, praeſertim cum, ut hic Salmaſianus codex, ſic omnes membranae paulo vetuſtiores ſempei praeferant: *arceſſ.* Et ſic ubique ſcribendum. Unde enim *accerſo*? GRAEV. *Arceſſitum.* Ita plane MS. S. & egregie. vulgo *accerſitum.* GRON. *Arceſſ.* etiam Medic. pr. tert. Polit. Copeſ. Exc. Voſſ. veriſſime. Cui non dictus Hylas? Mox *alia cauſſa* Vind. ſec. Periz. Cort. Harl. & Edd. ante Beroald. cum nonnullis aliis, perperam.

3 *Percuſſit.*] Cl. Perizonius legendum conjecit, *perculit.* Superius 55. *Ceteros alium alia de cauſſa perculit.* Et ſic paſſim noſter. GRAEV. Poſſet hoc capi pro *percuſi curavit, & juſſit*, ſive, ut alibi dicitur, *interemit.* De ejus nece necisque cauſſa vide Comm. ad C. 26. Sed malim alterum cum Lipſio, Perizonio, Erneſt. & Dukero ad Flor. L. III. C. 16. §. 3. ſive, ut in Ind. explicatur *evertit.* ex Tib. C. 55. & Ner. C. 35. *Nullum neceſſitudinis genus eſt, quod non ſcelere perculerit.* Vitioſe ſcriptum videtur fuiſſe *perculſit*, de quo alibi, & hinc corrector feciſſe *percuſſit*: quod recte viri docti exiſtimant nimis lene, quam pro re, verbum eſſe: cum debuerat emendari *perculit.* Mox *purpurae* Med. pr. Ed. Rom.

4 *Erat Eſius Proculus.*] *Eratesius* codex Salmaſ. Forte: *Caeſius Proculus.* GRAEV. *Heſius* Medic. ſec. *Eſeus* Vind. ſec. Cort. *Eſtius* viri nomen eſt apud Gruter. ſed alterius cognominis. In *Coccejis* fuerunt & *Proculi.* Sabellicus, qui etiam conjecit *Elius* ſive *Aelius*, jam refingi voluit, *Eſius*, quod recepere Beroaldus, Erasmus &c. Alioquin in Edd. Rom. Mediol. aliisque exhibetur *e ſuis*: ſed tam pulcrum & egregii corporis hominem *in ſuis* habere, ab Caligulae indole alienum erat, neque ea lectio convenit toti narrationi Suetonii.

1 *Co-*

amplitudinem & ſpeciem [1] *Coloſſeros* dictus. Hunc [2] ſpectaculis detractum, repente & in arenam deductum, [3] Threci, & mox hoplomacho comparavit; biſque victorem conſtringi ſine mora juſſit; & pannis obſitum vicatim circumduci, ac mulieribus oſtendi, deinde jugulari. Nullus denique tam abjectae conditionis, tamque extremae ſortis fuit,

1 *Coloſſeros.*] Sic MSS. habent conſtanter, vel *coloſeros*, ab amplitudine ſimul & amabili corporis ſpecie dictus. *Coloſſos* in Ed. quoque Rom. pr. *Coloſſeos* in Mediol. *Coloſſeus* ex Torrentii conjectura in Ed. Junk.

2 *E ſpectaculis.*] Memm. Medic. pr. tert. Polit. hic, & iidem, pluresque in Domit. C. 10. *detractum e ſpectaculis in arenam*, carent praepoſitione. quos Codd. ſi ſciviſſet Burmannus Memmiano accedere, non videtur ſe illic tanto opere oppoſiturus fuiſſe judicio Graevii ac Gronovii. Utrumque enim quin bene dicatur, nemo non agnoſcet: omnesque illos Codd. egregiae auctoritatis & optimae fidei eſſe, ſexcenties jam patuit.

3 *Thraci.*] *Threci* S. GRON. Optime neque aliter exſtat in MSS. Torrentii & Pithoei, ex quo ita reſtituendum jam monuit Caſaubon. Accedunt Nonnian. Medic. pr. tert. Copeſ. & Periz. a m. pr. Amarunt Veteres id gladiatorum genus vocare *Threces*, vel *Thraeces* cum derivatis, non *Thraces*. Adi Feſtum hac voce, & Lipſ. L. 1. Sat. C. 9. & ad Senecam L. IV. N. Q. in praef. *Threcis cum Threce compoſiti.* Ep. 18. 56. Graev. ad Cic. Phil. VII. C. 6. *Mirmillo in Aſia depugnavit, cum armaſſet Threcidicis comitem.* Burm. ad Petron. C. 45. *Unus alicujus ſtaturae fuit Thraex, qui ad dictata pugnavit.* Fabr. Inſcript. p. 62. Doct. J. G. Hagenbuchium in Dedic. Epiſtolarum Epigraph. p. (11.) Cic. de prov. Conſ. C. 2. & 4. *Conſulem veſtrum ad caedem faciendam, tamquam aliquem Threcem conduceret.* Sic enim in MSS. Plin. L. XI. C. 44. *Studioſo Threci in Caeſaris ludo notum eſt dextram ſuiſſe proceriorem.* Ita vetuſtiſſimae membranae Leidenſes & Voſſianae. ut L. XXXIII. C. 9. vulgo *parmae Threcidicae.* & Auſonio in Caeſaribus ſub Commodo.

Threcidico princeps bella movens gladio.

Unde idem e MSS. Voſſianis corrigendus in Technopaegn.

Quis Mirmilloni contenditur? Aequimanus Threx.

vulgo *Thrax*. In Grypho numeri ternarii vs. 36.

Tris primas Thracum pugnas tribus ordine bellis
Juniadae patrio inferias miſere ſepulcro.

membranae antiquiſſimae dant *Pheacum*, contra metrum. Tu lege *Threcum*, nec Scaligerum hic audi. Haud aliter e MSS. melioribus ſcribendum infra C. 54. 55. Tito C. 8. Domit. C. 13. Nolim tamen hinc cum nonnullis viris doctis ubique, quando de Thracibus, ut gente vera, agitur, ſecundam vocalem intrudere: quaſi ubique illam praetulerint, aut indifferenter cum prima adhibuerint veteres ſcriptores. Ceterum *trahi* vitioſiſſime in Harl. & Edd. quibusdam, & in his Mediol. *in arena* Edd. Rom. & non habet Medic. ſec. *amplom.* Med. pr. tert. Vind. uterque, Cort. Cop. *aplomacho* Med. ſec. Periz. Exc. Voſſ. Edd. Rom. *oplom.* in aliis. Mox & *deinde j.* Vind. ſec. Cort. ac *tam abjecteque extremae* Vind. pr.

1 *Ne-*

fuit, cujus non commodis obtrectaret. [1] Nemorenſi regi, quod multos jam annos potiretur ſacerdotio, validiorem adverſarium ſubornavit. Quum quodam die muneris, eſſedario Porio, ob proſperam pugnam ſervum ſuum manu mittenti, ſtudioſius plauſum eſſet, ita [2] ſe prōripuit e ſpectaculis, ut calcata lacinia togae, [3] praeceps per gradus iret indignabundus, & clamitans; *Dominum gentium populum ex re leviſſima plus honoris gladiatori tribuentem, quam conſecratis principibus, aut praeſenti ſibi.*

XXXVI. Pudicitiae [4] neque ſuae neque alienae pepercit. M. Lepidum, Mneſterem pantomimum, quoſdam obſides dilexiſſe fertur, commercio mutui ſtupri. Valerius Catullus, conſulari familia juvenis, ſtupratum a ſe, ac latera ſibi contubernio ejus

1 *Nemorenſi.*] *Nemoreſſi* S. GRON. Sic vitioſe in MSS. omnibus & Edd. ante Sabell. & Beroald. *memor rheſi* Vind. pr. *poteretur* e Memm. adnotavit Salmaſius. V. ad Caeſ. C. 64. Mox *Porio* deeſt Medic. ſec. a m. pr. Mallem vero *Póro* cum Torrent. & Caſaub. ſi codices addicerent. *Pojo* unus. *Oporio* Caſaub. etiam conjecit, cui e tribus MSS. legenti *poſt proſp. p.* accedunt Politian. Copeſ. Exc. Voſſ. E Memmiano nihil varietatis notavit Salmaſ. nec e Mediceis Gronovius: quod miror.

2 *Ita ſe proripuit e ſpectaculis.*] *Ita proripuit ſpectaculis* S. GRON. Ita quoque Hulſ. & Medic. tert. a m. pr. Abeſt etiam *ſe* a Polit. & Exc. Voſſ. quaſi *prorupit* in nonnullis fuerit MSS. quae variatio in MSS. Leidd. aliisque apud Plin. L. VIII. C. 46. *Quum ſe proripuit in coetus.* Adi ad Caeſ. L. 1. B. Civ. C. 80. inf. C. 45. Dein *e* exſulat quoque a Medic. pr. Sed in Aug. C. 54. *e curia per iram ſe proripienti.* Inf. C. 51. *proripere ſe e ſtrato ſolebat.* ut paſſim poëtis *proripit e ſtratis corpus.* Alio paullum ſenſu C. 57. *proripuit ſe ruinae.* & in Oth. C. 7. *proripuit ſe poſtica parte palatii.*

3 *Praeceps per gradus iret.*] *Ire per gradus praecipitem* Latinis, credo, ignotum & inauditum loquendi genus eſt. Lege: *praeceps per gradus ruerit.* GRAEV. cum Heinſio. Contraria docent Duker. & Burm. qui adpoſite e Catulli C. 17. profert

Ire praecipitem in lutum per caputque pedesque.

Dein *tribuere* Lipſius conjecit, probante Erneſtio: quia nunc frigidior ei adparet oratio. Mihi ſecus videtur, & per infinitivum huic indignationis exclamationi vim minui.

4 *Neque ſuae.*] Exſulant haec a MSS. Mediceis, Vindobonenſibus, Cort. Exc. Voſſ. tribus Burm. & Edd. Rom. pr. Ven. pr. *Mneſterem*, ut emendarunt Turneb. & Leop. jam dedit Ed. Mediol. in marg. In MSS. & Edd. plerisque *Mneſterem* vel *M. Neſterem.* Sed C. 55. 57. MSS. aliquot *Mneſter.* Mox *Catullus*, ut bene Beroald. Torr. Caſaub. &c. ediderunt, exſtat in Memm. Medic. pr. tert. Polit. Vind. pr. Exc. Voſſ. Adi Comm.

1 *Pro-*

jus defeſſa, etiam vociferatus eſt. Super ſororum inceſta, & notiſſimum [1] proſtitutae Pyrallidis amorem, non temere ulla illuſtriore femina abſtinuit: quas plerumque cum maritis ad coenam vocatas, praeterque pedes ſuos tranſeuntes diligenter, ac lente, mercantium more conſiderabat; etiam faciem manu adlevans, ſi quae pudore ſubmitterent. Quoties deinde libuiſſet, egreſſus triclinio, quum maxime placitam ſevocaſſet, paullo poſt recentibus adhuc laſciviae notis, reverſus vel laudabat palam, vel vituperabat; ſingula [2] enumerans bona malave corporis, atque concubitus. Quibuſdam, abſentium maritorum nomine, repudium ipſe miſit, juſſitque [3] in Acta ita referri.

XXXVII. [4] Nepotatus ſumtibus omnium prodigorum ingenia ſuperavit: commentus novum balnearum uſum, portentoſiſſima genera ciborum, atque coenarum: ut calidis frigidiſque unguentis lavaretur; [5] pretioſiſſimas margaritas aceto liquefactas

1 *Proſtitutae.*] *Proſtituae* S. GRON. *Pirall.* Medicei, Vindob. Cort. Dein *ſubmitteret* Vind. pr. non male. Mox male *ad ſe vocaſſet* Cort.

2 *Numerans.*] *Enumerans* S. GRON. Praepoſitionem addunt quoque Medic. tert. Polit. Copeſ. Nonn. & Exc. Voſſ. ut bene edidit Burm. *annumerans* Corſend. V. ad Aug. C. 70. *Singulorum nomina enumerantis.* C. ſeq. *Ac, ne ſingula enumerem.*

3 *In Acta referri.*] Recepi, quod retinuere Medic. pr. tert. Polit. Exc. Voſſ. & manus docta in ora Ed. Steph. *ita.* Non ſolum retulit in acta repudia illarum mulierum, quod moris erat: ut docuerunt viri docti, & Lipſ. ad Tac. Ann. L. v. Exc. A. quodque non adnotaſſet Suetonius. Sed juſſit Caligula *ita* in acta referri, quod repudium illis miſerit *abſentium maritorum nomine* contra jus faſque, omniquę exuto pudore.

4 *Nepotinis.*] *Nepotatus* S. GRON. Sic exhibent qudque tres Palatini, optimi quoque Cafauboni, unus Torrent. ac Medic. tert. Polit. Copeſ. cum Beroaldo e MS. quem etiam vide ad Appul. L. 11. Met. init. *dum in luxu nepotali, temulento ſimilis,* ut legendum videtur e MSS. vel *luxum nepotalem.* Bis ſubſtantivo *nepotatus* uſus eſt Plinius: quare admiſi pro perditae luxuriae & prodigae vitae ſumtibus. Vind. pr. *nepotianis.* item *prodigiorum* cum Medic. ſec.

5 *Pretioſiſſimas margaritas ac. liquefactas.*] *Pretioſiſſima margarita ac. liquefacta* S. GRON. Ita quoque Medic. ſec. cum Liſl. ac Cuj. Codd. V. Salmaſ. ad Solin. p. 790. *Margarita legunt plurima.* Tac. in V. Agric. C. 12. Chariſ. p. 42. 83. Caprum p. 2249. Nonium in hac voce aliosque. Sed noſter aeque in plur. ac ſingulari numero amavit femininum

ctas ſorberet: convivis ex auro panes & opſonia adponeret; *aut frugi hominem eſſe oportere, dictitans, aut Caeſarem.* Quin & numos non mediocris ſummae e faſtigio baſilicae Juliae per aliquot dies ſparſit in plebem. Fabricavit & [1] deceres Liburnicas, gemmatis puppibus, verſicoloribus velis, magna thermarum & porticuum & tricliniorum laxitate, magnaque etiam vitium & pomiferarum arborum varietate: quibus, diſcumbens de die inter choros ac ſymphonias, litora Campaniae peragraret. In exſtructionibus praetoriorum atque villarum omni ratione

ninum: ut in Caeſ. C. 43. 47. 50. Aug. 30. Ner. 11. Galb. 18. &c. In Exc. Voſſ. eſt *pretioſiſſimam margaritam ac. liquefactam.* Mox *convivis*, ut cum Aldo, Stephanoque edidit Caſaubonus, confirmant Memm. Medic. ſec. tert. Vindobonenſes, Cort. Al. *conviviis*, frequenti variatione. Mox Baudelotius de Dairval in libro Gallico L'Utilité des Voyages T. 11. p. 593. audacter conjecit *nummos non mediocris formae*, auctoris mentem non percipiens, qui non egit de forma, ſed multitudine numorum, ſive *numismatum nimbis*: ut ait Martialis L. VIII. Ep. 78. ubi in duobus vetuſtiſſimis Voſſianis inveni

Nunc veniunt ſubiti laſciva numismata nimbi.

ut jam e Vaticano emendavit Heinſius ad Claudiani Conſ. Prob. & Olyb. vs. 45.

Largior imbre
Sueverat innumeras hominum ditare catervas.
Quippe velut denſos currentia munera nimbos Cernere &c.

1 *De cedris.*] In Palatino ſecundo legebatur *de ceteris*, quod tamen deletum erat, & ſubſtitutum *deceris*. Sic & Salmaſian. liber. ut de Turnebi (Lib. XXII. Adv. C. 31.) emendatione non ſit poſthac dubitandum. Vox inſolentior aut deſcriptoribus aut ſciolis fraudi fuit. *Deceris* ſcriptum eſt pro *deceres*, ut *omnis homines* apud Salluſt. pro *omnes: tris* apud Cic. pro *tres*, & mille talia. GRAEV. *Deceris.* Ita MS. S. vulgo *de cedris.* GRON. Ut defendi poſſit vulgaris lectio *de cedris*, nihilominus ſequor aliorum, & in his Caſauboni, Erneſtiique, judicium, *deceres* reſcribentium ſive *decemremes.* Nam *deceris* exaratum eſt quoque in Medic. pr. tert. Polit. & jam comparet in marg. Ed. Mediol. pr. Sic *trieris, penteris, bexeris, hepteris* &c. Adi ad Hirt. B. Alex. C. 47. Liv. L. XXIX, 9, 8. XXX, 25, 4. *geminatis p.* in Ed. Rom. pr. *etiam* deeſt duobus Torrent. utrique Vindob. Cort. & *v.* Edd. Rom. Tum & ante *pomif.* exſulat a Periz. Harl. Edd. Sabell. Cald. Mediol. Dein *inter hortos* vel *ortos* praeter aliorum Codd. etiam Vind. ſec. Cort. Exc. Voſſ. Sed recte *choros* cantibus junctos defendit Burm. Vide & Appul. L. v. p. 90. L. x. p. 234. Neſcio tamen, an *ſymphoniae* recte ſe habeat. Nam in Medic. pr. tert. Polit. Vind. ſec. Cort. Copeſ. Periz. in marg. & Edd. primis legitur, *ſymphro.* in Medic. ſec. *ſimphroniter.* Exc. Voſſ. *ſimphro.* Periz. *ac in foro.* Diſpiciant acutiores. De verbo *peragrare* vide ad Aug. C. 93. Nec cauſſa eſt, cur hunc locum minus ſanum ſuſpicemur cum N. Heinſio in Adverſariorum addendis p. 768.

ratione poſthabita, nihil tam efficere concupiſcebat, quam quod poſſe effici negaretur. Et jactae itaque moles infeſto ac profundo mari, [1] & exciſae rupes duriſſimi ſilicis, & campi montibus aggere aequati, & complanata foſſuris montium juga, incredibili quidem celeritate; quum morae culpa capite lueretur. Ac, ne ſingula enumerem, immenſas opes, totumque illud Tiberii Caeſaris, vicies ac ſepties milies [2] ſeſtertium, non toto vertente anno, abſumſit.

XXXVIII. Exhauſtus igitur atque egens, ad rapinas convertit animum, vario & exquiſitiſſimo calumniarum & [3] auctionum & vectigalium genere. Negabat jure civitatem Romanam uſurpare eos, quorum majores ſibi poſteriſque eam impetraſſent, niſi filii eſſent. Neque enim intelligi debere *poſteros* ultra hunc gradum. Prolataque Divorum Julii & Auguſti diplomata, [4] ut vetera & obſoleta, deflebat. Arguebat & perperam editos cen-

1 *Exciſae.*] Parum refert: ſed quia in praec. & ſeqq. additur copula, illam hic quoque inſerui fide optimi Torrentiani, cui conſentiunt Medic. pr. Politian. duo Burm. & Edd. Rom. Beroaldi, pluresque aliae, & in his R. Steph. Non audiendus enim eſt vir doctus, qui in Miſc. Obſ. V. VI. T. III. p. 603. corrigebat *negaretur ei. J. i. m.* Idem *in vaſto* conjiciebat. Supra *ac vil.* Vind. pr. *aut prof.* Medic. pr. *ac* deeſt Vind. pr. Mox *imperii Caeſ.* Vind. pr.

2 *H S.*] *Seſtertium* S. GRON. Sic MSS. Q. & Edd. Vett. paſſim.

3 *Auctionum.*] Medic. ſec. *actionum*, male. De *calumniis*, quibus intelliguntur *actiones*, agit auctor usque ad verbum *meridiaret.* ubi mallem novum caput 39 inchoare. Hinc memorat *auctiones* uſque ad C. 40, quo pergit de *vectigalibus.* In Vindob. pr. *cal. genere & auct. & vectig.* Supra *exquiſitiſſimo* Medic. tert. *exquiſito* Vind. pr.

4 *Ut vetera & obſoleta deflebat.*] Mallem ſane *difflabat.* ut apud Plaut. Mil. glor. *Cujus tu legiones difflaviſti ſpiritu, quaſi ventus folia.* Codex Salmaſ. *deflabat.* hoc eſt, aſpernabatur, irridebat. Faſtidientes enim & contemnentes aliquid non raro ore emittere flatum, & quaſi explodere ſolent. Sic *flare* pro ſpernere Prudent. III. περὶ στεφ. v. 21.

Spernere ſuccina, flare roſas,
Fulva monilia reſpuere.

ut Buchnerus obſervavit. Uſus etiam hoc verbo *deflare* Auſonius in Profeſſoribus, ſed in alia notione:

Copia cui fandi longe pulcherrima, quam ſi
Auditu tenus acciperes, deflata placeret,
Diſcuſſam, ſcires ſolidi nihil edere ſenſus. GRAEV.

Iſtud *deflabat*, quod Lipſius & Caſau-

cenſus, quibus poſtea quacumque de cauſſa quidquam incrementi acceſſiſſet. Teſtamenta primipilarium, qui ab initio [1] principatus Tiberii, neque illum, neque ſe heredem reliquiſſent, ut ingrata, reſcidit. Item ceterorum, ut irrita & vana, quoſcumque quis diceret herede Caeſare mori deſtinaſſe. Quo metu injecto, quum jam & ab ignotis inter familiares, & a parentibus inter liberos palam heres nuncuparetur, deriſores vocabat; quod poſt nuncupationem vivere perſeverarent: & multis venenatas [2] macteas miſit. Cognoſcebat autem de talibus cauſſis, taxato prius modo ſummae, [3] ad quem conficiendum conſideret; confecto demum ex-

ſaubonus etiam probabant, cum aliis meram librarii aberrationem exiſtimo; uti & *delebat*, quod praeſulerim alii, & exſtat in Vindob. pr. ac ſane rectius fore pro *abolebat* & quaſi *inducebat*. *Deſtebat* recte Torrent. & Burmann. explicuere, quod mimica & lacrymabili voce, quaſi dolens idcirco, dixerit, ea eſſe obſoleta & nullius auctoritatis. V. etiam ad C. 30. Cl. Erneſti exiſtimans, aliena eſſe a calumniandi deſcriptione contumeliam & deriſum, defendit *delebat*, vel conjecit *abolebat*; immo & ſui oblitus *deridebat* legi poſſe ſuſpicabatur. Vel ex hac conjecturarum levitate patet, nihil certius eſſe ſcripta lectione *deſtebat*, quo in geſtu latet quoque calumniae genus. Porro in Medic. tert. Politian. Copeſ. *ut & vetera & obſ.* polyſyndeto, quo nihil in hoc auctore eſt frequentius. Mox in Ed. Gryph. *& quibus*. Monuit id Turneb. L. XXII. Adverſ. C. 31. Sed male *quibus*, non *de cenſibus*, ſed de hominibus quos arguebat, explicat. Tunc enim dixiſſet clarius Suetonius *editi cenſus* in Genit. ut conjecit Caſaubonus, ſubintellecto *eos*, non *eorum*. quo tamen non opus eſt. Neque enim video, cur Latinum haud ſit *perperam editos cenſus arguere*, pro *accuſare homines cenſuum perperam editorum*: ut in Caeſ. C. 76. *detectas conjurationes conventusque nocturnos non ultra arguit &c.* Ner. C. 23. *taciturnitatem pudoremque quorumdam pro triſtitia arguens.* In Tit. C. 5. *arguens rumorum temeritatem.* Vel ſic tamen malim cum Cl. Erneſtio *arg. ut p. ed.* ſicut in praec. & ſeqq. vel *& ut.* In Caeſ. C. 81. *Spurinnamque iridens* & ut *falſum arguens. incrementi quidquam* Medic. pr.

1 *Principatus Tiberii.*] Medic. tres, Polit. Exc. Cujac. *Tiberii princip.* Vind. pr. *ber. ſe.* item *quaciefcumque quis d.* Dein *injecto* exſulat a Med. pr. *inter lib. p. heredes* Exc. Voſſ.

2 *Macteas.*] *Matteas* S. GRON. Sic etiam Medic. tert. & alii. V. Comm. *miſit macteas* Vind. ſec. In primo mox *de capitalibus e.*

3 *Ad quem &c.*] Sive ſummae quantitatem colligendam, ſibique tradendam. Neque enim opus ex uno Torrentii Cod. mutare haec omnia in genus femininum. Curt. L. v, 6, 8. *Ingens pecuniae modus traditur.* Et paſſim *modum* ita ſumi, notiſſimum eſt. Fruſtra in aliis Torrentii libris *faciendum* ſcribi, bene monuit Burm. Hirtius B. Alex. C. 64. *pecunia illa ex infinitis rapinis confecta.* Adde Drakenb. ad Liv.

excitabatur. Ac ne paullulum quidem morae patiens, ſuper quadraginta reos quondam ex diverſis criminibus [1] una ſententia condemnavit, gloriatuſque eſt expergefactae ſomno Caeſoniae, *quantum egiſſet, dum ea meridiaret.* Auctione propoſita, reliquias omnium ſpectaculorum ſubjecit, [2] & venditavit: exquirens per ſe pretia, & uſque eo extendens, ut quidam inmenſo coacti quaedam emere, ac bonis exuti venas ſibi inciderent. Nota res eſt, Aponio Saturnino inter ſubſellia dormitante, monitum a Cajo praeconem, ne praetorium virum, crebro capitis motu nutantem ſibi, praeteriret: [3] nec licendi finem factum, quoad tredecim gladiatores HS. nonagies ignoranti addicerentur.

XXXIX. In Gallia quoque, quum [4] damnatarum ſo-

Liv. L. XXVIII. C. 14. §. 10. *Talenta je confecturum.*

1 *Una ſent.*] Recte ſic emendavit Beroaldus, quem praeter Lugd. & Junt. hinc editores omnes ſecuti ſunt. In Edd. Vett. item Medic. ſec. Exc. Voſſ. & aliis *vana.* Mox *expergefacta ſomno Caeſonia* Medic. tert. Polit. *expergefacta e ſomno Caeſonia* Vind. pr. Exc. Voſſ. & Torrent. unus. Nihil muta. *Expergefieri ſomno* prò *a* vel *e ſomno* aeque dici poteſt, ac *ſomno exciri* apud Salluſtium & Livium: quamquam *e ſomno* etiam occurrit. V. Comm. ad Liv. L. IV, 27. VII, 36. Sall. Jug. C. 72.

2 *Et vend.*] *Ac v.* S. GRON. *ac* repoſui fide omnium Mediceorum, Polit. Edd. Rom. Beroaldi, & aliarum. Notanda vero eſt vis verbi *ſubjecit* abſolute, pro *praeconi* privatim, vel *haſtae* publice *ſubjecit:* ut in Tito C. 8. *ſubjici ac venire imperavit.* Adde Cl. Duker. ad Flor. L. II, 6, 47. & 48. & Erneſt.

3 *Nec licendi finem factum.*] Vitioſe legas *nec dicendi* in MSS. tantum non omnibus & Edd. Vett. Erroris cauſſam docent Cort. Ed. Rom. pr. *nedic.* ſcilicet *el* coaluere in litteram *d.* ut ſaepe. In Vind. pr. *factam.* De hac voce feminino genere ab optimis quibusvis adhibita adi, quae collegit Cl. Drakenb. ad Liv. L. IV. C. 2. Sic Inſcr. Fabretti p. 88. *In diem finis ſuae.* Sed Suetonius ſemper maſculino uſus eſt. *tredecim* Ed. Rom. pr. *tridecim* Vind. pr. Mox *ſeſtertium* Memm. Medic. Polit. Vindob. Periz. Harl. Exc. Voſſ. & Edd. Vett. *adicerentur* Med. pr *adjicerentur* Vind. pr. perperam.

4 *Damnatarum ſororum &c. liberos.*] *Liberios* MS. lege *libertos* SALM. Miror, ineptiſſimam hanc lectionem tamdiu concoqui potuiſſe a viris doctis. Quid enim? An *liberos ſororum ſuarum* vendidit Cajus? Omnis hiſtoria id docet eſſe falſiſſimum. Si igitur de *ſororum* Caji familia mentionem feciſſet Suetonius, neceſſario *libertos* foret reſcribendum: uti conjecerat etiam Lipſius ac Gujetus, & edidere Beroald. Pariſ. cum Burmanno: ac miror Cl. Erneſtium, *ſororum* acriter defendentem, nihil de voce *liberos* addidiſſe. Verum & hoc ab hiſtorica fide eſt alienum, *ſervos* & *libertos* una cum reliquis rebus mobilibus ſororum Caji, Roma in inſulas relegatarum,

ſororum ornamenta, & ſupellectilem, & ſervos, atque etiam liberos, inmenſis pretiis vendidiſſet; invitatus lucro, quidquid inſtrumenti veteris aulae erat, ab urbe repetiit: comprehenſis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis, & piſtrinenſibus jumentis: adeo, ut & panis Romae ſaepe deficeret, & litigatorum plerique, quod occurrere abſentes ad vadimonium non poſſent, cauſſa caderent. Cui inſtrumento diſtrahendo nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit: modo avaritiae ſingulos increpans, &, *quod non puderet eos locupletiores eſſe, quam ſe:* modo poenitentiam ſimulans, quod principalium rerum privatis copiam faceret. Compererat, provincialem locupletem ducenta ſeſtertia numeraſſe vocatoribus, ut per fallaciam convivio interponeretur, nec tulerat moleſte tam magno aeſtimari honorem coenae ſuae. Huic poſtero die ſedenti in auctionc miſit, qui neſcio quid frivoli ducentis milibus traderet; diceretque, *coenaturum apud Caeſarem, vocatu ipſius.*

XL. Vecti-

ab illo venditos fuiſſe in Gallia: quem ſcrupulum merito movit Lipſius. Namque poſt mortem Caji illis revocatis bona ſua reſtituit Claudius, teſte Dione p. 667. & ab iis cadaver fratris rite eſt ſepultum: ut docet noſter C. 59. Ad haec venditio iſta tempore relegationis ſororum prior fuiſſe videtur, ſi Dio hic temporis ordinem ſit ſecutus, p. 656. 657. Praeterea idem tradit, illam auctionem inſtitutam eſſe ex bonis damnatorum, provincialium & civium foederatorum; ut recte notavit Burmannus, qui ejecta voce *ſororum* conjecit legendum *damnatorum*, inmerito hinc levis ac nullius ſpeciei conjecturae accuſatus. Immo vero maſculinum genus agnoſcit Cod. Vind. primus: unde ego malim legere *damnatorum ſociorum* (συμμαχων ait Dio) retinens tunc cum MSS. O. *liberos;* quod & vocula *etiam* flagitare videtur; & avaritia, crudelitas, atque inpotentia Caligulae ſuadent. *Ornamenta* igitur damnatorum ſociorum erunt pretioſi adparatus militares, & inſtrumenta atque arma: quod non perceperunt librarii, hinc *ſororum ornamenta* fabricantes. Hirt. B. Al. C. 50. *Equitum* III. *M. maximis ornantur impenſis*: ubi inepte Jurin. *armantur*. Ibi vide & ad Titum C. 9. *ornamenta pugnantium*: uti nunc vulgo legitur: ubi plura. Ceterum Cl. Cannegieterus in Diſſert. de Brittenburgo p. 83. & 138. ac nuper doctiſſ. Auctor. Hiſt. Patriae Belgice conſcriptae, p. 89. hanc auctionem inſtitutam eſſe in Batavorum inſula, atque ex Dione iſtud adparere, cenſent. Mihi non liquet. Mox *comprenſis* Medic. tert. *ut panis* Periz. Vind. ſec. *ligatorum* Vind. pr. Medic. ſec. a m. pr. *leocinii* Exc. Cuj. In fine capitis *apud Caeſarem coenaturum* Med. pr.

1 Prae-

XL. Vectigalia nova atque inaudita, primum per publicanos, deinde, quia lucrum exuberabat, per centuriones tribunosque [1] praetorianos exercuit: nullo rerum aut hominum genere omisso, cui non tributi aliquid inponeret. Pro [2] eduliis, quae tota urbe venirent, certum [3] statumque exigebatur: pro litibus ac judiciis ubicumque conceptis, quadragesima summae, de qua litigaretur: nec sine poena, si quis composuisse vel donasse negotium convinceretur. Ex gerulorum diurnis quaestibus pars octava, ex capturis prostitutarum, [4] quantum quaeque uno concubitu mereret. Additumque ad caput legis, ut [5] tenerenad. Val. Flacc. II, 488. Drak. ad Liv. L. XXIV. C. 27. V. etiam ad Claud. C. 42. *Statum* significat id, quod vel naturae legibus, vel ab antiquo tempore jam definitum, fixum & sollemne est: *statutum* est, de novo, aut ab hoc vel illo decretum & constitutum. Mox *ac jud.* edidi auctoribus Medic. tert. Vindob. utroque, Exc. Cuj. Voss. Edd. Rom. vulgo *atque. judicibus* in Med. sec. *litigarentur* Med. pr.

1 *Praetorianos.*] Vind. sec. Cort. *peregrines praeterianos.*

2 *Eduliis.*] *Edulibus* S. GRON. Sic & Medic. sec. & Exc. Voss. cum Cujac. & Regio. Utrumque recte dicitur. V. praeter alia Gell. L. VII. C. 16. L. XIX. C. 9. Posteriorem formam praetulit Appulejus: ut L. 1. Met. in f. *edulium caritate.* L. V. p. 98. *beatis edulibus atque tucetis.* L. X. p. 222. *omne genus edulium solidorum.* Sed L. V. p. 90. vulgo *edulierumque variorum fercula.* At in MSS. aliquot & Edd. priscis *eduliumque.* Erravit enim Fulgent. in Expos. Serm. Ant. scribens *Edulium ab edendo dicitur praegustativa comestio.* Appulejus asino aureo *Eduliis* (sic Edd. Vett. non *Edulibus*) *opipare excepta.* Is locus non legitur in Metamorph. sed *lautitiis eas opipare reficit* p. 93.

3 *Statumque.*] *Statutamque* habent aliquot Casaub. Codd. item Vind. sec. Cort. Nonn. Exc. Voss. Edd. Rom. Ven. pr. Bon. & aliae. Vind. pr. Periz. in marg. Hulsh. *statutum. Exigebatur pro l.* Placet magis hic *statutum*, quam *statum*: quod vix potuit fieri. Sed *certum* tributum, seu vectigal *statuerat* Cajus singulis eduliis pro ratione, modo, seu, ut ita dicam, qualitate & quantitate eorum *exigendum.* De differentia harum vocum adi Burm.

4 *Quantum quaeque uno concubitu mereret.*] Lenones & nomina meretricum, & quantus cujusque quaestus esset diurnus, perscriptum habebant suis in tabulis, ut multis ostendit Cl. Schultingius in notis ad Senec. lib. 1. Controv. 2. *Manus capturas tulit.* GRAEV. *Mereretur* Medic. tert. Vind. sec. Cort. cum utroque Pulm.

5 *Tenerentur.*] *Teneretur* & *meretricum* S. GRON. *Teneretur* etiam in Medic. pr. tert. Vind. pr. Sed obstat τὸ *fecissent.* Medic item tert. Exc. Cuj. *meretricum.* Pro *& qui* in Medic. sec. Vind. pr. Corsend. tribus Burm. Exc. Cuj. Voss. & Edd. multis *quive.* In Nonn. Edd. Rom. Bas. sec. Gryph. Pulm. Torr. *quaeve.* In Medic. tert. *que.* Vind. sec. Cort. Edd. Lugd. Junt. Ald. Steph. *& quae.* Praestat vulgatum, quod cum Memm. aliisque servat Medic.

rentur publico, & quae meretricium, & qui lenocinium feciſſent: nec non & matrimonia obnoxia eſſent.

XLI. [1] Ejuſmodi vectigalibus indictis, neque propoſitis, quum [2] per ignorantiam ſcripturae multa commiſſa fierent, tandem flagitante [3] populo propoſuit quidem legem: ſed & minutiſſimis litteris, & anguſtiſſimo loco: uti ne cui deſcribere licepr. Difficilior vero eſt ipſe loci hujus intellectus. Ac Burmannus quidem intelligit, ad caput legis, quod de capturis proſtitutarum agit, adjectum eſſe, ut eo vectigali, publicoque aerario tenerentur etiam copae & lenones. Sed velim mihi dari exemplum, ubi *facere meretricium* de mulieribus dicatur, quod de viris dicitur *lenocinium facere*, ſeu exercere lupanar & quaeſtuaria habere mancipia; ſive mulieres quaeſtuarias proſtituere, quod lenarum eſt aeque ac lenonum. At *facere meretricium* non poteſt ſignificare, niſi *agere meretricem*: unde in gloſſis *ἐργάζεσθαι meretricium*. & *nepos ex meretricio conceptus* apud Calpurn. Decl. xxx. quem citavit Vir Clar. quare malim accedere Beroaldo & Grutero, qui capiunt haec de praeterito, & *ad caput* (male enim quidam hoc mutant) legis adjectas quoque illas, quae olim meretrices, quique lenones fuerint, ut ſcilicet etiam nunc quotannis, ſive quoad legem valere volebat, ſolverent tantum, quantum unius concubitus eſſet pretium; ſicut & tantum ſolvere deberent matrimonium non modo inituri: de quo vectigali vide Burm. ſed & quotannis, quamdiu uxores haberent: ut recte ultima verba cepit Cel. Erneſti.

1 *Hujusmodi.*] *Ejusmodi* S. GRON. Conſentiunt in *ejusm.* Medicei, Polit. Vindobonenſes, Periz. Harl. Pulm. Exc. Cuj. Voſſ. Edd. Rom. Ven. pr. Mediol. Cald. Beroaldi, Ald. Steph. &c. quare ita reponi curavi. *inductis* Vind. pr. *inditis* Edd. Rom. cum aliis apud Burm.

2 *Per ignorantiam ſcripturae.*] Atqui nulla erat *ſcriptura*, ſive ipſam *legem*, ſive *legis verba* intelligas cum Cl. Erneſti. Hinc potius per *indigentiam ſcripturae* & inde natam ignorantiam committebant in legem, quam per *ignorantiam ſcripturae*. Alterutra igitur vox eſt ſuſpecta. Ultimam deleri vellet Cl. Burmannus. Vide tamen, num *ſcriptura* hic ponatur pro vectigalium ratione & formula, quam ignorabant; quia non erat ſcripto propoſita: cum alioquin vulgo *ſcriptura* vocetur vectigal ex publicis paſcuis rediens; de qua conſule Graev. ad Cic. L. v. ad Att. Ep. 15. XI. Ep. 10. Burm. de Vectig. C. IV. Sed confer quoque Manut. ad Cicer. pro L. Manil. C. 6. *De commiſſis* ex crimine omiſſae apud publicanos profeſſionis fiſco adjudicatis vide Briſſonium de Verb. Signif. Perperam in Vind. pr. *omiſſa* exaratum eſt.

3 *Populo Romano.*] Ultimam vocem ignorant Medicei, Vindobonenſes, Pulmanniani, Harl. Periz. Cort. Copeſ. Exc. Cuj. Voſſ. & Editiones veteres omnes, praeter Baſil. Gryph. Plant. & ſeqq. quare cum Burm. delevi, ut plane otioſam. Idem mox malit *utque ne cui*. Juvat Vindob. pr. in quo *uti quod ne quid deſe.* Verum legis caput non fuit, *ne cui deſcribere liceret.* Sed talis eam proponendi modus, *uti ne* &c. quod & vidit Cl. Erneſti.

liceret. Ac ne quod non manubiarum genus [1] experiretur, lupanar in palatio constituit: [2] distinctisque & instructis pro loci dignitate compluribus cellis, in quibus matronae [3] ingenuique starent, misit circum fora, & basilicas nomenculatores ad invitandos [4] in libidinem juvenes senesque. Praebita advenientibus pecunia foenebris, adpositique, qui

1 *Experiretur.*] Medic. sec. a m. pr. Vindob. uterque, Cort. Periz. Harl. Edd. Rom. pr. Ven. Mediol. aliaeque dant *expediretur*, sive confieret, colligeretur, ac solveretur, ut inde ipsi lucrum fieret, non improbante Cl. Burmanno. Mihi tamen nimis inplicita videtur ea loquendi ratio, ac mera librariorum aberratio, frequens in his verbis. V. ad Caes. L. VII. B. G. C. 78. Liv. L. XXIX, 35.

2 *Distinctisque & instructis.*] *Districtisque* S. GRON. *Distructisque* Medic. sec. & Edd. qdd. *destructis* Vind. pr. *destructisque* Med. pr. tert. Polit. Vind. sec. Cort. Exc. Voss. Pulm. duo Pal. & omnes Burm. cum Edd. Vett. plerisque. *destractisque* Pal. pr. Burm. conjecit *descriptisque*. Sed nimis hoc abit a litterarum ductu: & praecedit *describere*. Mihi videtur legendum *discretisque*. Solet enim ea vox passim in varias istas lectiones, quae hic conspiciuntur, depravari, ejusque glossa est *distinctis* hic demum lecta in Basil. post. Gryph. Plant. &c. Consule Gron. ad Sen. Ep. 122. *Epulis in multa fercula discretis.* Drak. ad Liv. L. XXXI, 29. *Maris terrarumque spatio discreti.* quod creberrime occurrit. Horat. L. II. C. 13, 23. *Sedesque discretas piorum.* ubi vide Torrent. & Bentlejum, contra eos, qui *descriptas* malebant. Utitur hac voce auctor quoque in Gramm. C. 4. *quamquam jam discretis professionibus.* Ceterum Vind. pr. desunt & *instructis.* In eodem est *locis.*

3 *Ingenuique.*] Cl. Burmannus malit *ingenuae*: nec dubitat Clar. Ernesti, quin vere sic emendarit. Sed tum addi debuisse videtur *puellae.* Non enim matronae, nisi ingenuae. Masculos aeque prostare voluit Caligula, ac mulieres natalium & ordinum splendore illustres, ad satisfaciendum libidini tam *senum*, quam juvenum. Docet rem clarissime Dio L. LIX. p. 662. Οὗτος ὁ Ζεὺς, ἵνα τὶς τάτε ἄλλα τὰ αἴσχιστα, ἐξ ὧν ἠργυρίζετο, παραλίπῃ, ἀλλὰ τάχε οἰκήματα τὰ ἐν αὐτῷ τῷ Παλατίῳ ἀποδειχθέντα καὶ τὰς γυναῖκας τὰς τῶν πρώτων, τούς τε παῖδας τοὺς τῶν σεμνοτάτων, οὓς ἐς αὐτὰ καθ' ἱζῶν ὕβριζεν, ἐκκαρπούμενος ἐπ' αὐτοῖς πάντας ἁπλῶς &c. πῶς ἂν τὶς σιωπήσειεν; Cum Torrentio autem & Burmanno post *starent* minorem posui distinctionem. vulgo *starent. Misit.* Sed post *senesque* contra distinxi plenius, quia pro *foenebri*, *adpositisque*, ut vulgo nunc edunt, nominativum *foenebris*, *adpositique* constantissime retinent MSS. O. & Edd. pleraeque, exceptis uno alteroque Torrentii, nisi fallat, contra MSS. O. etiam haud accurate cum aliis quibusdam edens *nomenclat.* V. ad Aug. C. 19.

4 *In libidinem.*] *ad lib.* S. GRON. *Ad* praebent Medicei tres, Polit. Cort. Cop. Exc. Voss. Edd. Rom. Beroaldi, aliaeque apud Burm. Inspice Pricaeum ad Appul. L. VII, p. 147. *feminas volutatas adversa Venere invitat ad nuptias:* ut legendum cum eo ex MSS. Sed Cap. 22. *invitabat lunam in amplexus atque concubitum*; & *in contubernium invitatus.* Mox *foenoris* Medic. sec. Cort. Exc. Cuj. Voss.

qui nomina palam ſubnotarent, quaſi adjuvantium Caeſaris reditus. Ac ne [1] ex luſu quidem aleae compendium ſpernens, plus mendacio atque etiam perjurio lucrabatur. Et quondam proximo conluſori demandata vice ſua, progreſſus in atrium domus, quum praetereuntes duos equites Romanos locupletes, ſine mora corripi, confiſcarique juſſiſſet, exſultans rediit, glorianſque, numquam ſe proſperiore alea uſum.

XLII. Filia vero nata, paupertatem, [2] nec jam imperatoria modo, ſed & patria conquerens onera, collationes in [3] alimoniam ac dotem puellae recepit. Edixit & ſtrenas ineunte anno ſe recepturum: ſtetitque in veſtibulo aedium [4] Kalendis Januariis ad captandas ſtipes, quas plenis ante eum manibus ac ſinu omnis generis turba fundebat. Noviſſime contrectandae pecuniae cupidine incenſus, [5] ſaepe ſuper inmenſos aureorum acervos, patentiſſimo diffuſos loco, & nudis pedibus ſpatiatus, & toto cor-

1 *Ex luſu.*] Praepoſitio deeſt Cort. *luxu* Periz. Edd. Sabell. Cald. Mediol. frequenti errore. *praetereuntis* Medic. tert. Polit. *ſe numquam* Vind. ſec.

2 *Nec jam.*] Edd. Rom. *& nec jam* &c. *ſed etiam p. Imperatoriam* Edd. Mediol. quoque & Cald. *&* exſulat a Vind. ſec. Cort. *conquirens* Politian.

3 *Alimoniam atque dotem.*] *Alimonium ac d.* S. GRON. *ac* repoſui fide Medicei pr. tert. Vindob. utriusque, Exc. Voſſ. Edd. Rom. *alimonium* etiam Exc. Voſſ. Adi gloſſas. Varro de R. R. L. 1, 8. *In partu & alimonio* & alibi. Frequentius tamen eſt femininum, licet hic illic Codd. quoque varient. ut vidi in MSS. Septimii de B. Troj. L. 11. C. 19. & Appul. L. v. p. 99. V. Burm.

4 *Kalendis.*] Edd. Rom. aliaeque cum nonnullis Torrent. *a Kal.* Sed Vind. ſec. Medic. ſec. Cort. *ad* ſive *a. d. Kal. Jan.* Periz. & Edd. aliquot *Januarii*, male. *capiendas* autem exaratur in Medic. tert. Polit.

5 *Saepe ſuper inmenſos* &c.] Lipſius & Torrentius ex aliquot exemplaribus & Burmannus ex Periz. Harl. & Edd. Beroaldo prioribus, ac voce *noviſſime* exiſtimant, delendam eſſe vocem *ſaepe*, ſicut & contextu ejecit ultimus: ac ſane itidem non comparet in Vindob. utroque, duobus Pulm. Cort. Sed agnoſcunt eam meliores codices reliqui, item Palatini, ita tamen, ut *ſuper* deſit in uno Palat. & Polit.; unde adparet, alteram ab altera excluſam eſſe. Intelligit auctor aurum & argentum congeſtum exactionibus, quas hoc & praecedenti capite narravit, licet Dio, qui docet, *ſaepe* eſſe retinendum, eos acervos ex ſolis lupanaris per illum in Palatio conſtituti reditibus collectos narret loco citato, cui ſubdit; ἐς γέ τοι τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον, τὸ συλλεγόμενον ἀπ' αὐτῶν, ἐμβάλλων ἑκάστοτε ἑαυτὸν ἐκαλινδεῖτο.

1 Ve-

corpore aliquamdiu [1] volutatus eſt.

XLIII. Militiam reſque bellicas ſemel adtigit, neque ex deſtinato, ſed quum ad viſendum nemus flumenque [2] Clitumni Mevaniam proceſſiſſet: admonitus de ſubplendo numero Batavorum, quos circa ſe habebat, expeditionis Germanicae [3] impetum cepit: neque diſtulit, ſed legionibus & auxiliis undique excitis, [4] dilectibus ubique acerbiſſime actis, contracto & omnis generis [5] commeatu, quanto numquam antea, iter ingreſſus eſt: confecitque modo tam feſtinanter & rapide, ut praetorianae cohortes contra morem ſigna jumentis inponere,

1 *Volutatus.*] *voluptatus* S. GRON. creberrimo errore: de quo latius agam ad Appul. L. IX. Met. p. 180. *cum ſuis adulteris volutatur.* ut cum Pricaeo legendum ex MSS. optimis: quamquam alii *voluptatur* malunt. V. & Burm. & Heinſ. in Adverſ. p. 350. 706.

2 *Clitumni Mevaniam.*] Exc. Voſſ. *Clitunni.* Vind. ſec. Cort. *Clitinium.* Polit. *elatum.* Harl. Edd. Ven. pr. Mediol. *dirum.* Tum *in Mev.* Medic. ſec. Vind. pr. Harl. Periz. Exc. Voſſ.

3 *Impetum cepit.*] Cum Torrentianis Mediceus ſec. a m. pr. Palat. tert. Pulm. duo, Vindob. ſec. Cort. Edd. Rom. *fecit.* Al. *coepit.* Utrumque vitioſe. Adi Comm. hic & in Aug. C. 42.

4 *Delectibus.*] *dilectibus* S. GRON. Per *i* etiam in Medic. tribus & Torrentianis: uti jam Graevius aliique edidere. *undique* autem pro *ubique* male eſt in Periz. a m. pr. & Edd. a Ven. ad Caſaub. praeterquam in Ed. Beroaldi, qui legit *ubique*: ut reſtituendum dixit Torrentius.

5 *Commeatu, quantum nunquam alius iter ingreſſus eſt.*] Locus corruptus. Salmaſ. codex: *quantos nunquam aut alter ingreſſus eſt.* Rob. Steph. edit. *quanto nunquam ante, iter ingreſſus eſt.* lege: *quanto nunquam ante alius, iter ingreſſus eſt.* GRAEV. *quantos nunquam ante alter ingreſſus* S. Hinc facile ſcribas, *quanto nunquam antea, iter ing.* GRON. Medicei, Vindobonenſes, Nonn. *quanto numquam ante alter ingr.* Corſendonc. Periz. Harl. Edd. Ven. Mediol. *quantos nunquam ante alter ingr.* Exc. Cuj. *quanto numquam ante aliter ing.* Voſſ. *quantos n. aliter ingr.* Copeſ. & Edd. Rom. *quantum numquam ante alter ing.* Hinc alii alia excogitarunt. V. Comm. in Ed. Burmanni, qui *alias* ſine *τῷ ante*, ut Caſaub. &c. *alius* ediderunt. MSStis igitur proxima eſt lectio Gronoviana, quam repoſui, ab Heinſio etiam comprobatam: licet accedere malim lectioni Graevianae *ante alius* vel *ante alter, iter.* De uſu pronominis relativi, eodem caſu, quo praecedens ſubſtantivum, more Attico a Latinis poſiti, vide quos laudat Burm. item Drakenb. ad Liv. L. XXII, C. 10. §. 5. & paſſim Grammaticos. Quamquam & per ellipſin conſtrui poſſit *tanto commeatu iter ingreſſus eſt, quanto numquam ante* vel *ipſe* vel potius *alius quispiam.* Nam de Caligula hoc monuiſſe ſupervacuum hic videtur: quum numquam ante res bellicas adtigiſſe illum jam dixerit auctor: quamquam & multum commeatus contraxerat Cajus ad inſtituendam equitationem in ponte Puteolano. Mox *imponerent* Vind. pr. Dein *ſeguiter delic.* Medic. Cort. Polit.

nere, & ita ſubſequi cogerentur: interdum adeo ſegniter & delicate, ut [1] octophoro veheretur, [2] atque a propinquarum urbium plebe verri ſibi vias, & conſpergi propter pulverem exigeret.

XLIV. Poſtquam caſtra adtigit, ut ſe acrem & ſeverum ducem oſtenderet, legatos, qui auxilia ſerius ex diverſis locis adduxerant, [3] cum ignominia dimiſit. At in exercitu recenſendo, pleriſque centurionum [4] maturis jam, & nonnullis ante pauciſſimos, quam conſummaturi eſſent, dies, primos pilos ademit, cauſſatus ſenium cujuſque & inbecillitatem: ceterorum increpita cupiditate, commoda emeritae militiae [5] ad ſex milium ſummam recidit. Nihil autem amplius, quam [6] Adminio,

1 *Octophoro.*] *Octaphoro* Memm. Medic. tert. Vindob. uterque, Cort. Hulſ. Exc. Cuj. & Edd. Rom. ſec. Ven. pr. Torrent. Caſaub. ut paſſim in MSS. aliorum auctorum. Eadem confuſio in *Octogonus* & *Octagonus*, *Octolophus* & *Octalophus*. Sed praeſero τὸ ὀ. In marg. Vind. ſec. *Octhippo*, quae inepti correctoris eſt conjectura.

2 *Atque a.*] *Aque* S. GRON. *atque per p. u. plebem* Medic. pr. tert. De conſperſione viarum vide ad S. Empiricum L. VIII. p. 494. *χάνας τὰς ὁδούς*. Mox *ac ſeverum* Medic. tert. Polit. *atque ſev.* Edd. Rom. *legatum* Vind. pr. *e div.* Med. pr. tert. *advexerant* Vind. ſec.

3 *Cum ignom.*] *cum* abeſt a MS. S. GRON. Item a Polit. Sed v. Caeſ. C. 69. Aug. 24. & crebro. *in ignom.* Vind. pr. Dein *ac in* male Cort. Edd. Rom.

4 *Maturis.*] *maturos* & mox *e-ſſis* S. GRON. *maturos* etiam Medic. tert. Polit. At, qui ſint *maturi primi pili*, non intelligo. Sed *maturi* centuriores ſunt, qui tantum quod ſtipendia conſummarunt, & explerunt, *ſenes*, ut auctor ſubdit; & paſſim *ſenio* & *aevo maturus* occurrit. Apud Ovid. L. X. Met. 36. *quum juſtos matura peregerit annos.*

5 *Ad ſex milium ſummam reſcidit.*] Codex Salmaſ. Palatini tres, Robert. Stephanus, ut alios taceam: *ad ſexcentorum milium ſ. recidit.* quod verum puto. GRAEV. *Seſcentorum milium ſ. recidit.* Ita MS. S. vulgo *reſcidit.* GRON. *ſeſcent.* Medic. pr. Exc. Voſſ. *ſexentum* Vindob. pr. Scriptum videtur *ſenum* pro *ſenorum*, ut conjecit Caſaubonus. In reliquis MSS. & Edd. Vett. *ſexcentorum m.* quod merito damnarunt Interpretes. Nam loco XII. M. emeritis militibus dari modo juſſit VI. *milia. Summam* nullius MS. libri aut Ed. Vet. auctoritate exſulat ab Edd. Burm. & Erneſt. ejusque nota. De verbo *recidit*, quod habent quoque Medicei aliique cum Pulm. Torrent. vide ad Tib. C. 34. Horat. I. S. 10, 69.

Detereret ſibi multa: recideret omne, quod ultra
Perfectum traheretur.

De locutione *nihil amplius* ſc. fecit *quam* praeter Burm. vide Drakenb. ad Liv. L. XXXI. C. 23.

6 *Adminio.*] Quam varie hoc nomen exhibeatur & a doctis citetur vide in Comment. doctorum virorum tam hic, quam in citatis locis. Ex meis *Admuno* dat Vind. pr. *Admimo* Edd. pp. in quibus ſunt iidem

nio, [1] Cynobellini Britannorum regis filio, qui pulsus a patre, cum exigua manu transfugerat, in deditionem recepto; quasi universa tradita insula, magnificas Romam litteras misit: [2] monitis speculatoribus, ut vehiculo ad Forum usque & Curiam pertenderent, nec nisi in aede Martis, ac frequente senatu, consulibus traderent.

XLV. Mox deficiente belli materia, paucos de custodia Germanos trajici, occulique trans Rhenum jussit: ac sibi post prandium quam [3] tumultuosissime adesse hostem nunciari. Quo facto, proripuit se cum amicis & parte equitum praetorianorum in proximam silvam, truncatisque arboribus, & in modum tropaeorum adornatis, [4] ad lumina re-

iidem ductus τῷ *Adminio:* quod servant reliqui. Nihil igitur mutandum.

1 *Cinobellini.*] *Cynobellini* S. GRON. Neque aliter Medic. pr. Exc. Voss. & litteram *y* praebent quoque exemplaria Orosii L. VII. Advers. C. 5. & ex eo Beroaldus aliique, veramque cum Turnebo L. XXVII. Advers. C. 20. judico ex Dionis p. 678. ubi Κυνοβελλίνου παῖδας vocat Καταράτακον καὶ Τογόδουμνον. *Britannorum* contra Beroaldi & aliorum lectionem *Batavorum*, cui repugnant omnes MSS., bene defendit Torrenr. ex Dione & Oros. Adde J. Sarisb. Polycr. L. VIII. C. 18. apud Cl. Cannegiet. Dissert. de Brittenb. p. 85. Huc pertinet etiam Tacitus de V. Agric. C. 13. *Agitasse C. Caesarem de intranda Britannia satis constat, ni velox ingenio, mobilis poenitentia, & ingentes adversus Germaniam conatus frustra fuissent.* V. & Dion. p. 656. 659.

2 *Monitis speculatoribus.*] Hoc militum genus in legionibus, cohortibus praetorianis, & classibus adhibitum fuisse custodiae loco & ad nuncios ferendos, nec non supplicia a damnatis exigenda, saepius docuerunt viri docti. Adi modo Cas. & Torr. hic & ad C. 52. Aug. C. 27. Claud. C. 35. Lips. ad Tac. Ann. IV, 41. Turn. L. XXVII. Adv. C. 20. Cujac. L. VI. Obs. C. 33. Gothofr. ad L. VI. Dig. de bonis damnatorum. Triller. L. III. Obs. C. 20. Creberrime occurrunt in Inscript. Grut. Reines. Gudii, Donii, Gorii &c. Hoc loco praeter aliorum Codd. sic habent Medic. pr. sec. Vind. pr. Exc. Voss. Edd. Rom. Sed in MSS. & Edd. ceteris ad Casaub. usque *saepe latoribus:* nisi quod in Lisl. & Cuj. libris sit *saepeculatoribus.* Ex qua scribarum aberratione ortum videtur *saepe lat.* nisi malis *saepe specul.* cum Cl. Burmanno, cui vox *saepe* videtur Caji ineptias aggravare, non contenti semel nuncios monuisse. Ut verum tamen fatear, friget mihi illud *saepe:* Mox *ad curiam* Medic. sec. Ed. Rom. pr. & *fr.* Medic. pr.

3 *Tumultuosissime.*] *Tumultosissime* S. GRON. V. ad Tib. C. 43. Mox *se* deest Edd. Rom. V. Adi C. 35. Dein *tr. nemoribus* in marg. Gryph.

4 *Ad lumina.*] Vind. sec. Cort. cum duobus Burm. *limina.* Sed recte ille lectorem ablegavit ad Caes. C. 37. *adscendit Capitolium ad lumina.*

reverſus, eorum quidem, qui ſecuti non eſſent, timiditatem & ignaviam corripuit: comites autem & participes victoriae, novo genere ac nomine coronarum donavit: quas, diſtinctas Solis ac Lunae ſiderumque ſpecie, *exploratorias* adpellavit. Rurſus obſides quoſdam, abductos [1] e litterario ludo, clamque praemiſſos, deſerto repente convivio cum equitatu inſecutus, veluti profugos ac reprehenſos in catenis reduxit: in hoc quoque [2] mimo praeter modum intemperans. Repetita coena renuncientes coactum agmen, ſicut erant, loricatos ad diſcumbendum adhortatus eſt. Monuit etiam notiſſimo Virgilii verſu, *Durarent, ſecundiſque ſe rebus ſervarent.* Atque inter haec abſentem ſenatum populumque graviſſimo objurgavit edicto, quod, *Caeſare proeliante, & [3] tantis diſcriminibus objecto, [4] tempeſtiva convivia, circum & theatra & amoenos ſeceſſus celebrarent.*

XLVI. Poſtremo, quaſi perpetraturus bellum, [5] directa acie in litore Oceani, ac balliſtis machiniſ-

1 *E litterario ludo.*] Quem fuiſſe in caſtris credit Cel. Periz. ad Aelian. L. III. C. 21. Utinam hoc exemplis probaſſet! Sed vide Cl. Duker. Miſc. Obſ. V. III. p. 89. & hic Cel. Erneſti. In Caninefatum regione putat apertum Doctiſſ. Cannegiet. de Brittenburgo p. 133.

2 *Mimo.*] Praeter aliorum codices veriſſimam hanc lectionem confirmant Medicei tres. *minio* dant Exc. Cuj. Voſſ. *minimo* Vind. ſec. Cort. Edd. Mediol. Cald. *convivio* Vind. pr ut reſpiciatur ad Cap. 37. al. *vino, nimio. uno.* Sed *mimo* a Suetonio profectum credo. Adi ad Aug. C. 99. Tib. C. 27. Oth. C. 3. Plin. L. VII. C. 12. Supra *permiſſos* Cort. Tum *pronunciantes* Medic. pr. a m. pr. *renunciantis* Med ſec. *ſe* exſulat a Vind. pr. Tandem in marg. Torr. *graviſſime.*

3 *Tantis diſcriminibus.*] Ita quum ediderit Caſaubonus, nec quidquam notaverit Salmaſius, patet, in MS. fuiſſe *diſcriminibus*, non *criminibus*: prout tamen eſt in nonnullis editis, ut, licet illud receperim quoque, forſan tamen auctor ſcripſerit *Caeſare proeliante, etiam diſcriminibus objecto.* quippe quum in poſtremo plus ſit. GRON. In ſolo Medic. pr. & Edd. Baſ. Gryph. Plant. eſt vitioſum *criminibus*; neque & *tantis* eſſe mutandum, docet Cel. Burm.

4 *Tempeſtiva.*] Ita MS. S. vulgo *intempeſtiva.* GRON. *tempeſtiva* exhibent quoque Medic. pr. tert. Politian. Vindob. ſec. Cort. de qua lectione neminem eruditum hodie dubitare, vere pronunciat Burm.

5 *Directa.*] *decreta* S. GRON. prave, uti & in plerisque MSS. & Edd. pp. *baliſtis* contra vocis originem.

1 *Gna-*

niſque diſpoſitis, nemine [1] gnaro, aut opinante, quidnam coepturus eſſet, repente, ut conchas legerent, galeaſque & ſinus replerent, imperavit, *ſpolia Oceani* vocans, *Capitolio Palatioque debita.* Et in indicium victoriae altiſſimam turrem excitavit: ex qua, ut [2] ex Pharo, noctibus ad regendos navium curſus, ignes emicarent: pronunciatoque militi donativo, centenis viritim denariis, quaſi omne exemplum liberalitatis ſupergreſſus, *Abite*, inquit, *laeti, abite locupletes.*

XLVII. Converſus hinc ad curam triumphi, praeter captivos ac transfugas barbaros, Galliarum quoque proceriſſimum quemque, & ut ipſe dicebat, [3] ἀξιοθριάμβευτον, ac nonnullos ex principibus legit, ac ſepoſuit ad pompam: coëgitque non tantum rutilare, & ſubmittere comam, ſed & ſermonem Germanicum addiſcere, & nomina barbarica ferre. Praecepit etiam, triremes, quibus introierat Oceanum, magna ex parte itinere terreſtri Romam devehi. Scripſit & procuratoribus, *Triumphum adpararent quam* [4] *minima ſumma, ſed quantus numquam*

1 *Gnaro ac opinante.*] *Ignaro aut op.* S. GRON. Et ſic Exc. Voſſ. Contra Caſauboni voluntatem manſit in ipſius Ed. vitioſum *ac.* Sed bene mutavit ex Torr. & Palatinis libris Gruterus. Accedunt Medicei, Polit. Exc. Cuj. Copeſ. & Edd. aliquot cum Burm. V. ad Caeſ. C. 26. & *conchas* ac *judicium victi.* Vind. pr.

2 *Ex Pharo.*] Abeſt praepoſitio a MS. S. GRON. Addidit eam Sabellicus, bene, ſi e Codd. ſuis. Amari enim ab optimis praepoſitionum repetitionem, ſaepius monitum eſt. Sed non agnoſcunt Torr. Grut. Burm. libri, ſicut nec mei, niſi forſan excipias Politian. & Vind. ſec. Ex iis enim nulla varietas adnotata eſt. *turrim* Vind. pr. *regendum* Medic. pr. Dein *ac transf.* pro & reſcripſi fide MSS. IX. & Edd. Vett. uſque ad Baſil.

3 Ἀξιοθριάμβητον.] Ἀξιοτριαμβευτον MS. Lege ἀξιοθριάμβευτον. SALM. Quod monuit etiam Caſaubonus & reſtituerunt jam alii: ut exſtat in Viterb. Palat. tert. Copeſ. Vind. ſec. Cort. Edd. Sabell. *βυ* Medic. pr. ſec. Exc. Voſſ. *βι* Medic. tert. Polit. *βα* Ed. Rom. pr. & aliae. Deeſt vox Vind. pr. Periz. a m. pr. Edd. Med. Cald. &c.

4 *Minima.*] De ſuo ſcilicet. At de privatorum bonis, quot & quanta poſſent mutua vel gratuita quaſi per vim metumque acquirere: quando in omnium hominum bona jus haberent, ut ajebat nebulo. Prave igitur in Medic. pr. tert. Polit. Cop. Ed. Mediol. *nimia.* In Vind. ſec. Cort. *non quam minima.* Deeſt *alius* Edd. Ven. Mediol. *alias* malle Burm. *hominum omnium* Vind. pr. ha-

quam alius fuiſſet: quando in omnium hominum bona jus haberent.

XLVIII. Priusquam provincia decederet, conſilium iniit nefandae atrocitatis, legiones, quae poſt exceſſum Auguſti ſeditionem olim moverant, contrucidandi, quod & patrem ſuum Germanicum ducem, & ſe, infantem tunc, obſediſſent. Vixque a tam praecipiti cogitatione revocatus, inhiberi [1] nullo potuit modo, quin decimare velle perſeveraret. [2] Vocatas itaque ad concionem inermes, atque etiam gladiis [3] depoſitis, equitatu armato circumdedit. Sed quum videret, ſuſpecta re, plerosque dilabi ad reſumenda, ſi qua vis fieret, arma, [4] profugit concionem: confeſtimque [5] urbem petiit, deflexa omni acerbitate in

haberet Cort. Sed vide Torrent.

1 *Nullo potuit modo.*] *Ullo* Vind. ſec. Cort. *nullo modo pot.* tres Medic. Vind. pr. duo Pulm. unus Torr. Exc. Voſſ. cum Ed. Steph.

2 *Vocatas.*] Retinui cum Caſaubono & ſeqq. *vocatas*; non dubitans, quin ita quoque in ejus MSS. optimis, ut in Torrentianis, exaratum ſit: ſicuti & in Pulm. Memm. Mediceis omnibus, Polit. Exc. Cuj. ac Voſſ. licet ſciam ſaepe ita in hisce genus per ſyntheſin mutari, (Vid. ad Claud. C. 25.) & *vocatos* quoque in reliquis MSS. & Edd. cum Rom. pr. haberi: ut repoſuit Cl. Burmannus. Verum femininum genus praetulit Suetonius: quia *totas legiones* diſtinxit a *plerisque* ſc. militibus, qui ſequuntur.

3 *Depoſitis.*] Veriſſime ſic pro *diſpoſ.* cum aliis MStorum auctoritate correxit Turneb. L. XXVII. Adv. C. 20. Quomodo etiam Pulm. Codd. Medic. tert. Vindob. Cort. exhibent. Intelligit auctor, illos non tantum *tunicatos*, ſine ſcuto & galea, &c. ſed & *diſcinctos* ſtare debuiſſe: ut bene explicuit Faber in Sem. I, 18. Apprime convenit huc Front. L. IV. C. 1. §. 43. *Seditioſam legionem* inermem *procedere*, diſcinctamque *in conſpectu armati exercitus* &c. V. & in Aug. C. 24. Mox cum multis Edd. & Burm. praetuli *circumdedit*: ut eſt in Medic. ſec. tert. Vind. utroque, Cort. Exc. Cuj. Voſſ. Pulm. Burmannique Codd. ac paſſim Livio, Caeſare, Hirtio, non *circumſedit*. A Vind. pr. abeſt *etiam*.

4 *Profugit concionem.*] Si excipias Edd. Baſ. Steph. Gryph. Plant. & ſeqq. in quibus eſt *concione*, Accuſativum expreſſerunt editores, & conſentiunt MSS. Pulm. Burm. & omnes mei praeter Memmianum: Ex eo enim nulla varietas in Caſauboni editione a Salmaſio eſt notata. Cum Burmanno itaque, qui conſulatur hic & in Add. recepi *concionem*. Adde Muncker. ad Hyg. F. 277. *fratrem profugit*.

5 *Urbem.*] *Urbem omnem* S. GRON. *omnem* vel potius, ut in excerptis eſſe videtur, *ocunem urbem petit* in Medic. pr. & tert. Quid lateat, indagent acutiores, collato Dionis loco p. 660. *Romam* vel *amens* conjecit Cl. Burm.

in ſenatum, cui [1] ad avertendos tantorum dedecorum rumores palam minabatur: querens inter cetera, fraudatum ſe juſto triumpho, quum ipſe paullo ante, ne quid de honoribus ſuis ageretur, etiam ſub mortis poena denunciaſſet.

XLIX. Aditus ergo in itinere a legatis ampliſſimi ordinis, ut maturaret, orantibus, quam maxima voce, *Veniam*, inquit, *veniam*, *& hic mecum*, capulum gladii crebro verberans, quo cinctus erat: [2] Edixit &, *reverti ſe*, *ſed iis tantum*, *qui optarent*, *equeſtri ordini & populo*: *nam ſe neque civem neque principem ſenatui amplius fore.* Vetuit etiam, quemquam ſenatorum ſibi occurrere: atque omiſſo, vel dilato triumpho ovans urbem natali ſuo ingreſſus eſt. Intraque [3] quartum menſem

1 *Animadvertendos tantorum dedecorum rumores palam minabatur.*] Haec maculata ſunt foediſſime. Nemo enim, qui animum modo advertit, & paulo eſt humanior, intelligit, quid ſit *animadvertendos rumores minari ſenatui.* Codex Salmaſianus: *ad vertendos.* In quo una littera deſideratur ad veram lectionem, quam vidit Sabellicus, qui ſcribendum cenſuit: *cui ad avertendos.* hunc ſequutus eſt Rob. Steph. & vidit etiam ſic legendum eſſe Dominicus Baudius. Nihil eſt liquidius & verius. ut a ſe amoliretur invidioſos rumores de decimatione legionum illarum, minabatur ſenatui, quaſi is fuiſſet auctor hujus conſilii. Itaque veram & huic loco reſtituimus lectionem expuncta illa foeda, quae vulgatas plerasque omnes tenet editiones. GRAEV. *Ad vertendos.* Ita MS. S. quod & in duobus MSS. vidit Torrentius, exſtatque in pluribus, imo opinor eſſe in omnibus antiquis, ac propterea admiſi ut veram Suetonii manum Nam quod vel Sabellicus *ad avertendos*, vel Erasmus *ad evertendos*, vel vulgus *animadvertendos* ſupponunt, id eſt eorum, qui Suetonio volunt eſſe politiores in Latina lingua. Tacitus II Hiſt. 93. *Et ſiniſtrum lenti itineris rumorem proſpero proelio verterat.* GRON. Vulgo jungunt *cui animadvertendos*, ſive a quo puniendos falſos de decimatione rumores. Sed hinc nulla patet ejus acerbitas in ſenatum, mox latius deſcripta. Quare cum etiam Medic. pr. tert. Politian. Nonn. & Copeſ. dent *advertendos*, viris doctis *ad avertendos* emendantibus accedo. Saepius excidit *a* in hac locutione. Adi Drakenb. ad Liv. L. III. C. 1. *Invidiam rei a tribunis in conſulem averterant.* Taciti locus huc nihil facit. In fine Cap. *pronunciaſſet* Exc. Voſſ.

2 *Edixit & reverti ſe.*] *Edixiſſe reverti ſe* S. GRON. *Edixit & reverti ſeſe his* Vind. pr. Med. ſec. cum aliis. *his* de more eſt in multis. Mox *nunquam civem* Vind. pr. & male in Medic. pr. ſec. Edd. Rom. pr. Ven. Mediol. aliisque, etiam poſterioribus Graevii, *quemque.*

3 *Quartum.*] Immo *quintum.* Quomodo, invitis MSS. omnibus, eſt legendum; ni perperam creda s,

ſem periit, ingentia facinora auſus, & aliquanto majora moliens. Siquidem propoſuerat, Antium, deinde Alexandriam, commigrare, interemto prius utriusque ordinis electiſſimo quoque. Quod ne cui dubium videatur, [1] in ſecretis ejus reperti ſunt duo libelli, diverſo titulo: alteri GLADIUS, alteri PUGIO index erat. Ambo [2] nomina & notas continebant morti deſtinatorum. Inventa & arca ingens, variorum venenorum plena: quibus mox a Claudio demerſis, infecta maria traduntur, non ſine piſcium exitio, quos enectos aeſtus in proxima litora ejecit.

L. Sta-

credas, ipſum auctorem ſibi eſſe oblocutum. Natalis ejus erat pridie Kal. Septemb. & periit IX Kal. Februar. Confer C. 8. & 58. ut Ryckius & alii bene monuerunt.

1 *In ſecretis ejus.*] Sive arcanis *ſcriniis:* ut conjecit Cl. Burm. & ſacrario. V. ad Tib. C. 51. *Secretiora quaedam proponere* in Aug. C. 93. *Mandata ſecreta* Tib. C. 52. *Secretorum omnium arbiter* Curt. L. III. C. 12. *Secretas notas* pro arcanis dixit & Liv. L. XXXIV. C. 61. *Secreta imperii pignora* Flor. L. 1. C. 2. *Secreta arcana* vel *tacita ſecreta* paſſim jungit Appulejus.

2 *Notas & nomina.*] Ita ex poëtis, qui *notas & nomina* hoc ordine jungere ſolent; exhibuerunt librarii MSS. quorumdam; uti & vulgo Editores. Verum Oroſ. L. VII. C. 5. tres Palatini, & cum iis Gruterus, item omnes Medicei, Politian. Copeſ. Exc. Cuj. Voſſ. dant *nomina & notas:* uti idcirco exprimi curavi. *Notas* vero non intelligo cum Clar. Erneſtio ſuppliciorum genera: ſed crimina eorum nominibus adpoſita, & ψόγους: ut in gloſſis: qualesque Cenſorum adpoſitae erant nominibus ignominia notatorum; ut in Claud. C. 16. Vitell. C. 8. & paſſim. Ceterum in Oroſio e MSS. ſimpliciter legendum eſt *arca ingens variorum venenorum.* Gloſſae illic ſunt *pocula continens* vel *plena. Arca venenorum* dicitur, ut *ſaccus numorum* Horat. II. S. 3, 149. *Medimnum tritici* Cic. v. in Verr. C. 47. *Modius tritici, annulorum* Phaed. L. 1. F. 16. Flor. II, 6, 18. Suet. in Rhet. C. 1. *Sporta auri obſuta.* quae locutio Graecis eſt tritiſſima: quare miror, Politianum in Herodiano L. v. C. 4. §. 5. βαλάντιά τε χρημάτων, μέγα δέλεαρ προδοσίας. vertere *plena*, μεστά: ac Stephano credi, eam vocem excidiſſe. Paſſim Xenophonti Μάρσιπποι ἱματίων, ἅμαξαι σίτου, καὶ χρημάτων. &c. V. p. 59. 188. 329. 337. 372. Ed. Leuncl. Poll. L. x. §. 138. Suid. Polyb. L. II. C. 15. τῶν πυρῶν καὶ τῶν κριθῶν μέδιμνοι. Theophraſto Char. C. 16. θύλακος ἀλφίτων. Aeliano L. XVI. de anim. C. 14. Χωρηγοῦν μεδίμνους δέκα ὀστρείων, *praebens decem teſtarum medimnos.* ut legendum puto. vulgo ὀσπρίων: unde emendant χωροῦν. Herodiano ſimillimus Longus L. III. Paſt. p. 94. Ed. Moll. βαλάντιον τρισχιλίων δραχμῶν. Sed haec ἐν παρόδῳ. Deinde *nec ſine p.* & *evectos* male Politiani MSS. V. Comm. Oroſio *enecatos.*

1 Ex-

L. Statura fuit eminenti, colore [1] expallido, corpore enormi, gracilitate maxima cervicis & crurum, [2] oculis & temporibus concavis, fronte lata & torva, capillo raro, [3] ac circa verticem nullo, hirſutus cetera. Quare, tranſeunte eo, proſpicere ex ſuperiore parte, aut omnino quacumque de cauſſa *capram* nominare, criminoſum & exitiale habebatur. Vultum vero natura horridum ac tetrum etiam ex induſtria [4] efferabat, componens ad ſpeculum in omnem terrorem ac formidinem. Valetudo ei neque [5] corporis neque ani-

1 *Expallido.*] Ita MS. S. quod praetuli. Vulgo *pallido col.* GRON. In Memm. deerat *colore.* Sed optime Medic. tert. Polit. cum Cujac. Pith. & Regiis exemplaribus *colore expallido*, quo faciunt illi Codd. in quibus *colore pall.* ut Medic. ſec. Exc. Voſſ. *expallido* alii quoque in ſuis invenerunt; quare inverſo ordine admiſi. V. Comm. *crurium* Vind. pr. Cort. cum duobus Burm. & Ed. Rom. pr. Adi ad C. 3.

2 *Oculis.*] Sic ſcribendum eſſe, evincunt reliqua hujus loci aſyndeta, & firmat auctoritas omnium Mediceorum, Polit. Copeſ. Harl. vulgo *& oculis.*

3 *Ac.*] *Ad* S. GRON. pro *at.* Mox *cauſa quacumque* Vind. pr. & *exitiabile* praeter aliorum Codd. Medic. ſec. & Edd. usque ad Baſil. ut conſtanter exhibetur in Aug. C. 23. *Varianam cladem paene exitiabilem.* & in Claud. C. 25. *ob exitiabiles diſcordias*, & paſſim alibi. Ac malim cum Gebh. ad Liv. L. XXVII, 22. *Exitiabilis eventus.* Sil. VI, 151. & XIV, 306. *monſtrum* ac *telum exitiabile.*

4 *Efferabat.*] MSS. Burm. & mei cum multis Edd. *efferebat.* Vind. pr. *inferebat.* Sed bene Politianus ſive e Cod. ſive e conjectura adſcripſit vulgatum: ut eſt in Edd. Rom. & Ven. pr. Pariſ. Baſ. &c. ac Sabellicus quoque legit in notis, exponens *exquiſita feritate deformabat*, ſive, ut Boxhorn. explicat, ad feritatem terroremque componebat. Liv. II. C. 23. *promiſſa barba & capilli efferaverant ſpeciem oris.* Saepiſſime vero haec verba conmutantur: ut apud Plin. L. X. C. 63. in f. *feminas in tantum efferari, ut hominem lacerent:* ubi in MS. inveni *efferri, ut h. lancinent.* Adi Drak. ad Liv. L. V. C. 33. Comm. ad Appul. L. VI. p. 117. *truci rabie ſolent efferari.* ubi MSS. tantum non omnes *efferri.* Conſule & Barth. L. XXXV. Adverſ. C. 14. Waſſ. ad Sall. B. Jug. C. 94. Heinſ. ad Val. Flacc. L. II, 660.

Utinam ſic ira Pelasgos
Efferet.

ut legit. (Et ſic Liv. L. V, 27. *efferati odio iraque.*) Sed in MSS. *efferat.* quod non temere damnem. Vide me ad Hirt. B. G. L. VIII. C. 19. *elatos iracundia victoris.* & Bunem. ad Lactant. L. I. Inſt. C. 21. *Deſtrictos* (Sic Bon. Cod.) *gladios exſerentes currunt, efferuntur, inſaniunt.* Cic. pro Coel. C. 9. *irati efferuntur.* & *elatus odio* pro Sext. C. 52. Ac paſſim illi, noſtro, aliisque *efferri ſtudio, voluptate* &c.

5 *Corp. n. animi.*] Hunc ordinem cum Burmanno reſtitui, quia etiam in Mediceis, Polit. Vind. ſec. ſic exhibetur. *animi* tamen ne-

animi conſtitit. Puer comitiali morbo vexatus: in adoleſcentia ita patiens laborum erat, ut tamen nonnumquam ſubita defectione [1] ingredi, ſtare, colligere ſemet, ac ſufferre vix poſſet. Mentis valetudinem & ipſe ſenſerat: ac ſubinde de ſeceſſu deque purgando cerebro cogitavit. Creditur [2] potionatus a Caeſonia uxore, amatorio quidem medicamento, ſed quod in furorem verterit. Incitabatur [3] inſomnia maxime: neque enim plus, quam tribus nocturnis horis quieſcebat: ac ne his quidem placida quiete, ſed pavida miris rerum imaginibus: ut qui inter ceteras, [4] Pelagi quon-

neque corp. qui ordo ex ſuis MSS. placuit Torrentio, Caſaubono &c. eſt in Vind. pr. Cort. Memm. Mox *impatiens* Cort. *tamen* deeſt Vind. ſec. Cort.

1 *Ingredi.*] *Gredi* S. GRON. *Gradi* Med. ſec. Vind. uterque, Cort. Exc. Voſſ. & Edd. ante Sabellicum cum aliis. V. Comm. In reliquis nihil mei mutant: niſi quod *vix* deſit Medic. pr. male. De *ſufferre* vide etiam Burm. ad Virg. Aen. II, 491.

2 *Potionatus.*] Numquam credam, hoc verbo uſum fuiſſe Suetonium de eo, qui *potione* ſeu poculo venenato corruptus ſit. Medii aevi ſcriptores adhibuerunt de illo, qui veneno interceptus eſt: ut docet Doctiſſ. du Cangius in Gloſſario: vel de eo, cui poculum eſt praebitum: unde & in Onomaſtico ποτίζω *potione*; ſive propino. An ſcripſit auctor *potione tentatus?* ut in Ner. C. 35. *cum veneno ter tentaſſet.* Prop. II, 9, 19.

Intactos iſte ſatius tentare veneno.

Sabin. Ep. I, 37. *Circe tentaverit herbis.* Plin. L. XXIII. C. 1. §. 24. *Helvenaco nimio caput tentari.* Heinſius *invitatus* conjecit: quocum non opus eſt, reſcribas *amatorii medicamenti.* Poteſt enim eſſe ἐπῳδήγησις. *amatoria* Medic. tert. *vertit* Ed. Burm. typothetarum, ut opinor, errore.

3 *Inſomnia.*] *Inſomnio* S. GRON. Et ſic Palatini tres, aeque ut aliorum membranae. GRAEV. Torrentii ſcilicet, item Burm. & mei omnes habent *inſomnio*, vel diviſim *in ſomnio* cum pleriſque Edd. Sed *in ſomno* Medic. pr. & Ed. Rom. ſec. *inſomnia* Ed. Rom. pr. ut cum Frobenio ac Stephano Lipſius voluit, & Caſaubonus ac ſeqq. retinuerunt, ac probat magis Bentlejus ad citatum hic Terentii locum in Eun. II, I, 13. Neque ego *inſomnio* admittere queo; ac dubito, num in ſingulari apud idoneum auctorem occurrat ea vox. In plurali vero cum, ſi non ſemper, plerumque ſaltem, ſignificet gravia & terrorem incutientia ſomnia: ut paſſim apud Plinium quoque: & hic auctor agat de difficili ejus dormitione & vigilia, clarius omnino ſcripſerit in ſem. genere *inſomnia.* De *inſomniis* ſequitur: cum ſubdit *ac ne his quidem placida quiete* &c. *iis* Edd. Rom.

4 *Pelagi.*] Sive Oceani; ſi vera eſt lectio, de qua dubitabat ſc. Burm. Ejus effigiem videre eſt in monumentis apud J. Gron. ad Pomp. Mel. L. III. C. 1. Montf. in Antiq. Exam. & Explic. T. 1. p. 21. Is autem queri cum Caligula potuiſſe videtur, quod ſe ſubigere & ex arbitrio regere, quaſi alter Neptunus, inſolenter auſus ſit; unde & tri-

den-

quondam ſpeciem colloquentem ſecum videre viſus ſit. Ideoque magna parte noctis vigiliae [1] cubandique taedio, nunc toro reſidens, nunc per longiſſimas porticus vagus, invocare idemtidem atque exſpectare lucem conſuerat.

LI Non inmerito mentis valetudini adtribuerim diverſiſſima in eodem vitia, ſummam confidentiam, & contra nimium metum. Nam qui deos [2] tanto opere contemneret, ad minima tonitrua & [3] fulgura connivere, caput obvolvere, [4] ad vero majora proripere ſe e ſtrato, ſub lectumque [5] condere ſolebat. Peregrinatione quidem Sicilienſi, inriſis [6] multorum locorum miraculis, repente a Meſſana noctu profugit, AEtnaei

dentem nonnumquam gerebat. V. ſupra C. 46. inf. C. 52. Dion. p. 659. 660. *quamdam* fruſtra conjecit Boxhorn. *viſus eſt* Vindob. uterque. Cort. perperam, V. ad Aug. C. 30.

1 *Cubandique.*] *Cubandi quoque* Medic. pr. tert. Polit. Copeſ. non male. Tum *conſueraf* rurſus cum Gronovio exhibui auctoritate Medic. pr. Polit. Copeſ. & Harl. *atque innotare* Vind. pr.

2 *Tanto opere.*] Ita MS. S. vulgo *tantopere.* GRON. V. ad Caeſ. C. 1. *dum* Vind. pr.

3 *Fulgura connivere.*] *Fulgera* in Memm. V. ad Aug. C. 29. Pro *connivere*, quod omnino recte ſe habet, utpote naturali hominum conveniens pavori, de quo in Aug. C. 90. Tib. C. 69. in multis eſt *conivere* de more. *commiſere* Vind. pr. *communire* Vind. ſec. a m. pr. Ed. Rom. pr. In uno Pulm. *communire caput & obv.* alii aliter. V. Comm.

4 *Ad vero majora.*] NON ita ſcripſiſſe Suetonium opinor. *Vero* abeſt ab uno Torrentii. Beroaldus & alii *ad maj. vero.* Edd. Rom. *ad vero memoria.* Sed Medic. tert. cum Ed. Junk. *at vero majore* ſcil. tonitru & fulgure. Sed tum *majoribus* praeſtaret. Placet Heinſii correctio *at vero ad majora*; niſi maris τὸ *vero* delere, quod & alibi inculcatum memini.

5 *Condere.*] *Concedere* S. GRON. Alterum eſt efficacius. Auguſtus ſe in abditum & concameratum locum recipiebat. Eadem confuſio in Ner. C. 48. *ex ſtrato* Vind. ſec.

6 *Multorum.*] *Multum* S. GRON. Id ex compendio ſcripturae natum credit Cel. Burmannus. Nec refragor, quamquam etiam *inriſis multum*, ſive ſaepe, & valde conjungi poſſit: praeſertim cum ita legatur quoque in tribus Mediceis, Politian. Cort. Exc. Voſſ. ac ſane magis arridet. *e Meſſana* Vind. pr. Mox *Aetnaei crateris*, quod in vetuſto codice ſe reperiſſe teſtatur Turneb. L. XXVII. Adverſ. C. 20. aliquantum confirmatur a corrupta lectione Ed. Rom. pr. *Ethenei aetheris.* Nec enim Graeci tantum hiatum ſeu fauces & ora Aetnae χασμῶδες dixerunt; ſed & Latini. Plin. L. III. C. 8. *Aetnae crater patet ambitu ſtadiorum viginti.* e quo ſcilicet evomitur ignis, ut e fontis cratere aqua. Sed adi Joh. Fr. Gronov.

tnaei verticis fumo ac murmure pavefactus. Adverſus Barbaros quoque minaciſſimus, quum trans Rhenum inter anguſtias denſumque agmen iter eſſedo faceret, dicente quodam, *Non mediocrem fore conſternationem, ſicunde hoſtis adpareat*, equum illico conſcendit: ac [1] propere verſus ad pontes, ut eos calonibus & [2] inpedimentis ſtipatos reperit, inpatiens morae, per manus ac ſuper capita hominum translatus eſt. Mox etiam audita rebellione Germaniae, fugam & ſubſidia fugae claſſes adparabat: uno ſolatio adquieſcens, transmarinas [3] certe ſibi ſuperfuturas provincias, ſi victores Alpium juga, ut Cimbri, vel etiam urbem, ut Senones quondam, occuparent: unde credo, percuſſoribus ejus poſtea conſilium natum, apud tumultuantes [4] milites ementiendi, ipſum ſibi ma-

1 *Propere verſus ad pontes.*] Nullus codex addicit probabili Cl. Cannegieteri in Brittenb. p. 89. conjecturae *reverſus*. V. tamen Drak. ad Liv. L. IX. C. 2. *milites ad praeterium verſi*. Prave autem exaratur *fontes* in Medic. ſec. a m. pr. Vindob. ſec. Exc. Voſſ. ac ſupra *depreſſum* pro *denſum* in Edd. Rom. pr. Ven. Mediol.

2 *Impedimentis ſtipatos reperit.*] Male qui malunt legi *jumentis*. Nam *impedimenta* ſaepe ſunt *jumenta*. Tacitus I. ann. 47. *Caeterum ut jam jamque iturus legit comites, conquiſivit impedimenta, adornavit naves.* pro quo Sueton. in Tiberio c. 38. de eadem re: *vehiculis comprehenſis*. Sic & apud Caeſarem VII. bell. Gall. 45. *Prima luce magnum numerum impedimentorum ex caſtris multorumque produci.* ubi itidem Ciacconius perperam corrigendum cenſet *jumentorum*. GRAEV. in Add. V. Comm. ad Front. L. II, I, 11. *interfectis inpedimentis*.

3 *Certe.*] Haec vox, quum in Caſauboni editione exſtet, nec Salmaſius quidquam annotarit, inde colligas quoque exſtitiſſe in MS. Memmiano, quod & teſtatur Caſaubonus palam, etiam de aliis, & de ſuis Torrentius, ut non intelligam, cur ea vox fluctuet, ita ut tres poſtremae Batavicae editiones negligant. GRON. Hanc vocem inſerunt etiam cum omnibus Gruteri, Pulmannique MSS. Medicei tres, uterque Vindobon. Polit. Exc. Cuj. Voſſ. Edd. Mediol. Bonon. Steph. quare audenter admiſi quoque. *ut Cimbri* recte Sabellicus ex pluribus MSS. edidit cum ſeqq. Exſulabat *ut* ab Edd. prioribus, item Medic. ſec. ac duobus Burm. Dein *caperent* Medic. pr. tert. ac duo Burm. cum Ed. Steph.

4 *Milites.*] Deſiderari hanc vocem in melioribus Codd. ſcribit, & abeſſe mavult Torrentius. Sed neminem vidi, qui ſuis Codd. abeſſe dixerit. Forſan intellexit Torrentius, ut ſaepe eum feciſſe, magna mihi eſt ſuſpicio, Edd. Rom. a quibus, uti & Mediol. exſulat. Sed perperam. Nulli tumultuati ſunt, niſi milites. V. in f. hujus vitae, & in Claud. C. 10. Dion. L. LIX. in f. & L. LX. aliosque. *praeterritum* Vind. pr.

manus intulisse, nuncio malae pugnae perterritum.

LII. Vestitu, [1] calciatuque, & cetero habitu, neque patrio, neque civili, ac ne virili quidem, ac denique humano, semper usus est. Saepe [2] depictas gemmatasque indutus paenulas, manuleatus & armillatus in publicum processit: aliquando sericatus, & cycladatus: ac modo in crepidis vel cothurnis, modo in speculatoria caliga, nonnumquam socco muliebri; plerumque vero aurea barba, fulmen tenens [3] aut fuscinam, aut caduceum, deorum insignia, atque etiam Veneris cultu conspectus est. Triumphalem quidem ornatum etiam ante expeditionem adsidue gestavit: interdum & Ma-

1 *Calceatuque.*] *Calciatuque* S. GRON. Ita MSS. O. & Edd. Vett. excepta una alteraque. Quare ita, ut in Aug. C. 73. edidi. Mox vero recte Casaubonus cum seqq. delevit voculam *non* ante *humano*, auctoribus MSS. & Edd. Vett. ante Beroaldum, qui otiose eam intrusit. De variatione vestitus ejus vide Dionem p. 660. subjicientem καὶ πάντα μᾶλλον δοκεῖν, ἢ ἄνθρωπος εἶναι, ἤθελεν. Suetonius tamen per ne *humanum* quidem (nam hae particulae ἀπὸ κοινοῦ repetendae sunt; vel *nec der.* cum Ernest. legendum) *vestitum* intellexit *divinum* & *caelestem*: ut patet e seqq. de quo sensu adi Juretum ad Symm. L. I. Ep. 26. Toll. ad Auson. p. 639. Comm. ad Appul. L. V. Met. *Inhumanae mensae lautitiis*. Burm. ad Petron. C. 9. *non humane loqui*. Ab Ed. Camp. abest verbum substantivum.

2 *Depictas.*] Vindob. sec. Cort. *etiam pictas*. Gujet. *acu pictas*. frustra. Intelliguntur paenulae ab omni parte variis figuris, sive valde & omnino pictae; ac *de* auget hic significationem, ut saepe in compositis: & C. 55. de Gramm. C. XI. Ac ne Cl. Ernesti quaerat amplius exempla *depictae vestis* pro *pictae*; ecce ipsi. Valer. Flacc. VI, 226. *Non auro depicta chlamys*. Appul. L. VIII. Met. p. 172. *Tunicas albas in modum lanceolarum quoquoversum fluente purpura depictas*. L. X. p. 225. *Terrestre nobis cubitum praestruunt*; (sic MSS.) *sed & stragula veste, auro ac murice Tyrio depicta consternunt*. L. XI. p. 256. *Floride depicta veste conspicuus*. Adde Flor. N. 22. *Navem extrinsecus eleganter depictam*. Sic & sensu metaphorico *nimium depictam orationem* argutam & versiculorum similem dixit Cic. in Orat. C. 12. In Med. pr. *gemmatas* sine *que*. Mox *spiculatoria* Vind. pr. Adi Comm.

3 *Ac fuscinam.*] *aut f.* S. GRON. Verissime: ut jam e suis MSS. & Edd. Vett. alii monuerunt. Nec secus in tribus Mediceis, Polit. Vind. utroque. Non simul *fulmen* & *fuscinam* tenuit, sed diversis temporibus, nunc Jovem, nunc Neptunum, nunc Mercurium agens. Dio. p. 660. λειογένειος ὢν καὶ μετὰ τοῦτο πωγωνίας ἐφαντάζετο, τρίαιναν τε ἔστιν ὅτε ἐκράτει, καὶ κεραυνὸν αὖθις ἀνέτεινεν. &c.

Magni Alexandri thoracem, repetitum e conditorio ejus.

LIII. [1] Ex disciplinis liberalibus minimum eruditioni, eloquentiae plurimum adtendit, quantumvis facundus & promtus; utique si perorandum in aliquem esset. Irato & verba & sententiae subpetebant; pronunciatio quoque & vox, ut neque eodem loci prae ardore consisteret, & exaudiretur a procul stantibus. Peroraturus *strictûrum se lucubrationis suae telum* minabatur: lenius comtiusque scribendi genus adeo contemnens, ut Senecam tum maxime placentem, *commissiones meras* componere, & *arenam esse sine calce* diceret. Solebat etiam prosperis oratorum actionibus rescribere, & magnorum in senatu reorum accusationes defensionesque meditari: ac, prout stilus cesserat, vel onerare sententia sua quemque, vel sublevare; equestri quoque ordine ad audiendum invitato per edicta.

LIV. Sed & aliorum generum artes studiosissime [2] & diversissimas exercuit. Threx & auriga, idem cantor, atque saltator. [3] Battuebat pugnatoriis armis, aurigabat exstructo plurifariam circo. Canendi ac saltandi voluptate ita efferebatur,

1 *E discip.*] *ex d.* S. GRON. Sic MSS. mei omnes, uti & Pulm. & plerique Burm. cum Edd. Vett. praeter Bas. Gryph. Plant. &c. *nimium* male Ed. Camp. *vel in aliquem* Edd. ante Bonon. Pleniorem vero distinctionem posui post *esset*. non enim incepit periodum a voce *utique*. V. Tib. C. 47. Ner. 22. 28. Tit. 2. *loco* Vind. sec. Cort. minus eleganter, & pejus in iisdem *structurum*, ac dein *honorare* pro *oner*.

2 *Et diversissimas.*] *Adversissimas* Vind. pr. & *diversarias* Edd. Rom. vitiose. Mox *Threx* rescripsi: ut e suis Codd. jusserunt Torr. & Casaub. V. ad C. 35. Tum *id est cantator* Edd. usque ad Bonon. in qua aliisque male & *idem*. Nullus codex habet & praeter Vind. pr. qui caret τῷ *idem*. *cantator* etiam in Cort. *saltator* Medic. pr.

3 *Batuebat.*] *Battuebat* S. GRON. Item Medic. pr. tert. Polit. Vind. sec. Cort. & Edd. Rom. V. C. 32. *battuabat* Exc. Voss. *propugnat* Ed. Camp. quoque. Mox *carro* inepte pro *circo* Vind. sec. Cort. Dein *can.* & *psallendi* Vind. pr. Sed ut *cantui* respondent *tragoedo concineret*; sic *saltationi* τὸ *gestum histrionis effingeret*.

tur, ut ne publicis quidem ſpectaculis temperaret, quo minus & tragoedo pronuncianti concineret: & geſtum hiſtrionis quaſi laudans vel corrigens palam effingeret. Nec alia de cauſſa [1] videtur eo die, quo periit, pervigilium indixiſſe, quam ut initium in ſcenam prodeundi licentia temporis auſpicaretur. Saltabat autem nonnumquam etiam noctu: & quondam tres conſulares ſecunda vigilia in palatium adcitos, multaque & extrema metuentes ſuper pulpitum collocavit: [2] deinde repente magno tibiarum & [3] ſcabellorum crepitu, cum palla tunicaque talari proſiluit, ac deſaltato cantico abiit. Atque hic tam docilis ad cetera, natare neſciit.

LV. Quorum vero ſtudio teneretur, omnibus ad inſaniam favit. [4] Mneſterem pantomimum etiam inter ſpectacula oſculabatur: ac [5] ſi qui, ſaltante eo, vel leviter obſtreperet, detrahi juſſum manu

1 *Videtur.*] Minore diſtinctione *effingeret, nec a. d. c. videretur*, exhibent Vindob. ſec. Cort. Periz. Harl. Pulm. unus, & Edd. Vett. praeter Bonon. Pariſ. Ald. Steph. Torrent. &c. Mox *in ſcena* Medic. pr. tert. *auſpicarent* Med. tert. *auſpicarentur* Cort. Periz. a m. pr. *autem* abeſt a Cort. pro qua voce *etiam* editur in Edd. Rom. quarum prima pro *etiam* dat &. Dein *accinctos* Vind. pr.

2 *Deinde.*] Medicei & Polit. *dein:* ut ſaepe ſupra.

3 *Scabellorum crepitu.*] Conſtant MSS. in ſecunda vocali *e*. at Lapides tertiam *i* oſtentant. Sed Vindob. pr. carens τῷ & praebet *ſtrepitu*. Hoc conveniret ſcabillis ligneis, qualia & habuerunt; ſed plerumque aenea vel ferrea: quare *crepitu* praefero. Adi praeter citatos in Comm. Abramum ad Cic. pro Coelio C. 27. *Scabilla concrepant*. Gorium ad Don. Inſc. Cl. VIII. N. 12. DECURIAE IIII. SCABILLAR. Fabr. Inſc. p. 603. Saepiſſime vero voces *crepitus* & *ſtrepitus* confunduntur. Adi ad Auct. B. Hiſp. C. 31. Ampl. Bouhier. ad Petron. de B. Civ. vſ. 134.

Armorum ſtrepitu coelum furit. Cl. Drakenb. ad Liv. L. XXXVIII. 17. *horrendus armorum crepitus.*

4 *Mneſterem.*] Plerique MSS. rurſus *M. Neſtorem*: ut in Edd. Vett. vel *Mneſtorem*: ut C. 36. Sed diſerte Memm. Politian. exhibent *Mneſterem. inter cetera ſpect.* Edd. ſec. XV. cum Periz. Cod.

5 *Si quis.*] *Si qui* S. GRON. Et ſic Medicei tres, bene: V. ad Caeſ. C. 56. Mox *vel* abeſt ab Ed. Burm. operarum, ut puto, negligentia. *leniter* Memm. Vind. ſec. Cort. Hulſ. & Edd. Pulm. Caſaub. Graev. Gron. Dein *ut abiret* prave Medic. tert. Polit. Vind. ſec. Cort. cum aliis & Edd. ante Caſ. V. ad C. 27. *praeferretque* Cott. *codicellos* Medic. tres, Exc. Voſſ. ut creberrime.

manu ſua flagellabat. Equiti Romano tumultuanti per centurionem denunciavit, abiret ſine mora Oſtiam, perferretque ad Ptolemaeum regem in Mauritaniam codicillos ſuos. Quorum exemplum erat: *Ei, quem* [1] *iſtuc miſi, neque boni quidquam neque mali feceris.* [2] Threces quosdam Germanis corporis cuſtodibus praepoſuit. Mirmillonum armaturas [3] recidit. Columbo victori, leviter tamen ſaucio, venenum in plagam addidit, quod ex eo *Columbinum* adpellavit. Sic certe inter alia venena ſcriptum ab eo repertum eſt. Praſinae factioni ita addictus & deditus, ut coenaret in ſtabulo adſidue, & maneret. [4] Agitatori Eutycho [5] comiſſatione quadam in apophoretis vicies ſeſtertium contulit. Incitato equo, cujus cauſſa pridie Circenſes, ne inquietaretur, viciniae ſilen-

1 *Iſtuc.*] *Iſtoc* S. GRON. *Iſthae* Ed. Rom. pr. *iſtac* ſec. cum Hulſ. Sed *iſtoc* Medic. tres, Vindob. pr. Copeſ. Exc. Voſſ. ſive *ab Oſtia*. An *iſto?* ſive eo, in iſtas oras. Adi ad Ovid. Ep. XVIII, 205. ad Caeſ. L. VI. B. G. C. 13.

2 *Thraces.*] *Threces* S. GRON. Et ſic cum aliorum libris tres Medic. ut reſcripſi rurſus, niſi malis cum Liſl. & Cuj. Exc. *Threcas*, ut C. 57. *Aethiopas*. Tum *Germani* Medic. tert. Polit. cum aliis & Edd. Mediol. Cald. & *ſui quidem c.* Vind. ſec. Cort. vitioſe: uti & *propoſuit* Vind. pr. *Myrmill.* Med. tert. Exc. Voſſ. V. C. 32.

3 *Recidit.*] Ita MS. S. vulgo *reſcidit*. GRON. *Recidit* legendum eſſe, viderunt jam Steph. & Torrent. atque ita in Medic. tribus, Exc. Voſſ. aliisque. V. ad Tib. C. 34. Mox *ex* deeſt Medic. tert.

4 *Agitatori Eutycho.*] Sic Rob. Stephani editio, ſuffragante Salmaſiano, in quo *Euticho*. GRAEV. *Eutycho.*] Ita legere jubebat Salmaſius, quum in MS. vidiſſet *Euthico*, vulgo *Cythico*. GRON. *Cythico* eſt in Medic. tert. Edd. Mediol. Cald. aliisque. *Scythico* Edd. Rom. *Eſthico* Vind. pr. *esthico* ſec. Cort. *Eythico* Exc. Voſſ. *eithyco* Medic. pr. ſec. *Eutycho*, quod veriſſimum videtur, Sabellicus & Caſaubonus jam legere: eſtque frequens tum alibi, tum in Inſcriptionibus nomen. Poſſet & *Stycho* legi.

5 *Comiſſatione.*] *Comiſatione* S. GRON. MSS. & Edd. Vett. praeter Steph. Plant. *comeſſat.* vel *comeſat.* V. ad C. 32. Vit. C. 13. *ampophoretis* Medic. pr. tert. Vind. pr. *amphoretis* Edd. Rom. Dein *Inc. cujus equi c.* cum aliis Edd. Mediol. Cald. quia neſciebant, *Incitatum* equi nomen fuiſſe: ut docuerunt viri docti ex Dione p. 650. Adde Zonar. L. IX. C. 5. Ex eodem errore librarii pro *equile* exararunt *equum*: ut eſt in Medic. pr. tert. Polit. Vind. pr. & ſec. in marg. Periz. a m. pr. Edd. Rom. &c. in Corſiano *praeterque ſedile*: quod ſubſtantivum legas etiam in Vindob. ſec. a m. pr. Dein *ebureum* Med. tert. a m. pr.

1 *Ale-*

ſilentium per milites indicere ſolebat, praeter equile marmoreum, & praeſepe eburneum, praeterque purpurea tegimenta, ac [1] monilia e gemmis, domum etiam, & familiam, & ſupellectilem dedit, quo lautius nomine ejus invitati acciperentur: conſulatum quoque traditur deſtinaſſe.

LVI. Ita bacchantem atque graſſantem non defuit plerisque animus adoriri. Sed [2] una alteraque conſpiratione [3] detecta, aliis per inopiam occaſionis cunctantibus, [4] duo conſilium communicaverunt, perfeceruntque: non ſine conſcientia potentiſſimorum libertorum, praefectorumque praetorii; quod ipſi quoque, etſi falſo, in quadam con-

1 *Monilia e gemmis.*] Ita MS. Salm. Vulgo *monile.* GRAEV. GRON. *monilia, gemmas* habent Medic. pr. tert. Polit. Cop. Hulſ. Exc. Voſſ. Confer Pitiſc. *monile, gemas* Vindob. pr. Poſſet legi quoque *monilia gemmata.* Ovid. L. x. Met. 113.

Demiſſaque in armos
Pendebant tereti gemmata monilia collo.

Bulla ſuper frontem &c.

ubi vide omnino Burmannum, minus tamen bene obloquentem Sciopio & Wouwerio ad Appul. L. vi. p. 128. Ed. Pric. *Jam primum juba iſtam iuam probe pectinatam meis virginalibus manibus adornabo: frontem vero criſpatam prius decoriter diſcriminabo, caudacque ſetas incuria lavacri congeſtas & horridas comta diligentia perpolibo, monilibusque te bullisque multis aureis inoculatum* &c. uti hic locus e MSS. eſt legendus. Vulgo pro *manibus* eſt *monilibus.* At *juba* numquam ornatur *monilibus*; & τῷ *virginalibus* melius convenit *manibus.* Dein abeſt *lavacri*, & editur *euncta*, exſulatque *monilibusque.* Sed plura alias. Supra ſcripſi *tegimenta* e Medic. pr. tert. pro *u.* V. ad Caeſ. L. II. B. G. C. 21. Porro *domum etiam, fam.* Vind. ſec. Cort. Harl. Edd. Ven. Mediol. *ac fam.* Vind. pr.

2 *Una alteraque.*] *Una altera* S. GRON. Ut Caſaubonus & ſeqq. ediderunt, praeter MSS. Torrentii exhibent Medic. pr. tert. Polit. Cort. & Exc. Voſſ. In reliquis *una & alt.*

3 *Detecta.*] In Cod. Politiani ſcribitur *decreta*, egregio ſenſu. Cum quaedam conjurationes, quarum capita & conſcii diverſa conſilia agitabant, eſſent decretae, ſed eas exſequi cunctarentur alii prae occaſionis inopia, vel ſegnitiè, tandem duo duarum conſpirationum capita conſilium communicarunt, Chaerea ſcilicet & Sabinus vel Minucianus. V. Dion. p. 662. & omnino Joſeph. L. XIX. Ant. C. I. §. 12. Et licet auctor ſubdat *in quadam conjuratione quaſi particeps nominati*, illa poſſet intelligi prioris anni; qualis erat Lepidi & Gaetulici: de qua vide ad Cap. 24. & Claud. C. 9. Veſp. C. 2. Non vero capi deberet de ultimis hiſce conſpirationum decretarum conſiliis.

4 *Duo.*] *Duae* S. GRON. *due* Medic. tert. *communicarunt* Vind. ſec. nec male. Dein *quia non ſine* Vind. pr. Mox *& etiam inv.* Vind. ſec. Cort. Contra, & deeſt Vind. pr.

conjuratione quaſi participes nominati, ſuſpectos tamen ſe & inviſos ſentiebant. Nam & ſtatim ſeductis magnam fecit invidiam, [1] deſtricto gladio adfirmans, *ſponte ſe periturum, ſi & illis morte dignus videretur:* nec ceſſavit ex eo criminari alterum alteri, atque inter ſe omnes committere. Quum placuiſſet [2] Palatinis ludis ſpectaculo egreſſum meridie adgredi, primas ſibi partes Caſſius Chaerea, tribunus cohortis praetoriae, depoposcit: quem Cajus ſeniorem jam, [3] ut mollem & effeminatum denotare omni probro conſuerat: & modo, ſignum petenti, PRIAPUM aut VENEREM dare: modo, ex aliqua cauſſa agenti gratias, oſculandam manum obferre, formatam commotamque in obſcoenum modum.

LVII. Futurae caedis multa prodigia exſtiterunt. [4] Olympiae ſimulacrum Jovis, quod diſſolvi transferrique Romam placuerat, tantum cachinnum repente [5] edidit, ut machinis labefactis opifices diffugerint. Supervenitque illico quidam Caſſius quo-

1 *Deſtricto.*] Sic cum MSS. Burm. & plerisque Edd. Vett. item Gron. dant Med. ſec. tert. Polit. Vind. ſec. Cort. Exc. Voſſ. Adi ad Caeſ. L. 1. B. G. C. 25. In aliis *diſ.* Dein *ſtatim* pro *ſponte* Vind. ſec. a m. pr. *etſi illis* Exc. Voſſ. *ſi & in illis* Medic. tert.

2 *Palatinis ludis.*] *Palatini ludi* Polit. Edd. Rom. *Palatinis ludi* Med. pr. tert. Nonn. & alii cum Ed. Ven. pr. quod bene in *ludis* emendavit Sabellicus, i. e. tempore ludorum Palatinorum ſive Auguſtalium. *cumque* Edd. Gryph. Plant. *Chereas* Vind. ſec. Cort. *praetorianae* Exc. Voſſ.

3 *Ut mollem.*] *Et* MS. GRON. *Ut* optime ſervant Edd. Rom. repetitum a Baſ. poſt. &c. In MSS. & ceteris Edd. &c. In Vind. pr. quoque *ſegniorem.* Vind. ſec. Cort. male *conſueverat.* Tandem *formam* vitioſe Edd. Sab. Cald. Mediol.

4 *Olympiae.*] *Olympii* Cort. fruſtra. Supra *exſtitere* Polit. Mox *quod deferri tranſf.* prave Edd. Rom.

5 *Edidit.*] *Dedit* S. GRON. Scio, id probari poſſe. Sed cum reliqui libri *edidit* ſervent, & auctor *edere vocem, gemitus, hinnitus* dixerit Caeſ. C. 77. 82. Ner. 46. Tit. C. 8. nihil innovare ſatius eſt: ſicut nec reponendum contra MSS. *diffugerent* cum Cl. Erneſtio, licet exquiſitae Latinitatis ratio poſtularet. Saepiſſime enim Grammaticorum canonibus non adſtringit ſe auctor noſter in verborum temporibus, & praeteritum pro imperfecto uſurpavit. Sic in Aug. C. 14. 27. *tantis perterruit minis, ut is ſe praecipitaverit:* ubi conſule ipſum Erneſtium. Vide etiam C. 60.

[1] quoque nomine, juſſum ſe ſomnio adfirmans immolare taurum Jovi. Capitolium Capuae [2] Idibus Martiis de caelo tactum eſt: item Romae cella [3] Palatini atrienſis. Nec defuerunt, qui conjectarent, altero oſtento periculum a cuſtodibus domino portendi: altero, caedem rurſus inſignem, qualis [4] eodem die facta quondam fuiſſet. Conſulenti quoque de genitura ſua, Sulla mathematicus *certiſſimam necem adpropinquare* adfirmavit. Monuerunt & [5] Fortunae Antiatinae, *ut a Caſſio caveret*. Qua cauſſa ille Caſſium Longinum, Aſiae tum proconſulem, occidendum delegaverat, inmemor, Chaeream Caſſium nominari. Pridie quam periret, ſomniavit, conſiſtere ſe in caelo juxta ſolium Jovis: inpulſumque ab eo dextri pedis pollice, & [6] in terras praecipitatum. Prodigiorum loco habita ſunt etiam, quae forte illo ipſo die paullo prius acciderant. Sacrificans reſperſus eſt phoenicopteri ſanguine. Et pantomimus [7] Mneſter tragoediam ſaltavit, quam olim Neo-

1 *Quoque.*] Abeſt a MS. S. GRON. Item ab tribus Mediceis, utroque Pulm. Copeſ. & Exc. Cuj. cum Edd. Beroald. nec eſt vox neceſſaria, ſine qua vel patet reſpici ad omen in nomine Caſſii. *quidem* Med. pr. tert. *viſum ſe* Pulm. Codd. cum Periz. & Edd. usque ad Bonon. pluresque. *ſomno* Vind. ſec. Edd. Mediol. Cald. De *Capitolio Capuae* vide Caſaub. & Drakenb. ad Sil. L. XI, 267. Sic *Beneventi in Capitolio* in Gramm. C. 9.

2 *Idibus Martiis.*] *Circa Idus Martii* Cort.

3 *Palatini atr.*] Uti pro *Palatina* Turnebus L. XXII. Adverſ. C. 31. ſe emendaſſe jactat, ita jam ediderat Beroaldus, & e Nonn. Pulm. e ſuo Torrent. e Viterb. ac Memm. Caſaub. & ſeqq. quibus accedunt Medicei, Vind. ſec. Cort. aliique. Nec tamen *Palatina* adeo ſpernenda videtur lectio. Cella erat Palatii, atrienſi deſtinata. Nam vel ſic *atrienſis* erit Genitivi caſus. V. Comm.

4 *Eodem die.*] Medic. pr. tert. Polit. cum duobus Burm. *eadem*. nec diſplicet. *die* exſulat a Vind. ſec. Cort. Exc. Voſſ.

5 *Fortunae Ant.*] Aliorum permultis Codd. & Edd. Vett. adſtipulantur Medicei tres, Polit. Vindob. pr. Exc. Voſſ. quare ita pro *ſortes* cum Pitiſco, Burmanno (quem vide,) aliisque reſtitui. Adi quoque Tacit. L. XV. Ann. C. 23.

6 *In terras.*] *In terris* Medic. ſec. Periz. Edd. Rom. in quibus *dexteri*. Dein *etiam* exſulat a Vind. pr.

7 *Mneſter.*] Ita hoc loco exaratur cum in aliorum libris, tum in Medic. tribus, Polit. Exc. Voſſ. *miniſter* Edd. Vett. usque ad Bonon. *Tri-*

Neoptolemus tragoedus ludis, quibus rex Macedonum Philippus occiſus eſt, egerat. [1] Et quum in Laureolo mimo, in quo [2] actor, [3] proripiens ſe ruina, ſanguinem [4] vomit, plures ſecundarum certatim experimentum artis darent, cruore ſcena

meſter Vind. ſec. Cort. Hulſ. *M. Meſtor* Vind. pr. In aliis *M. Neſtor.* V. ad C. 36.

1 *Et quum in Laureolo.*] Recte *Laureolo* emendarunt pro *laureato*, quod erat in Edd. prioribus & aliquot MSS. Operarum enim error eſt in nota Burmanni. Sed *Laureolo* praebent Medicei 2 Polit. Vindob. Hulſ. *in* abeſt ab Ed. Rom. ſec. immo τὰ *quum in* non comparent in Vindob. pr. ac *quum* delevit Beroaldus in Ed. Bonon. de quo ſtatim videbimus.

2 *Actor.*] *Auctor* S. GRON. Praeter MSS. & Edd. exemplaria a Burmanno memorata habent *auctor* quoque Medicei tres, Polit. Vindob. uterque, Cort. Edd. Rom. Mediol. Cald. *actor* correxit jam Beroaldus.

3 *Proripiens ſe ruina.*] Quam varie haec corrigere tentent viri docti, patet ex illorum comment. & Cel. Weſſelingio ad Petiti Leg. Att. p. 332. Nihil mutant libri: ac vulgo intelligunt, illum prorepſiſſe, aut ſubito ſe proripuiſſe e procidente ruina, quae in ſcena repraeſentabatur, & qua tantum non elidebatur: male. Ipſe ruit, ſive lapſus eſt, ut bene explicat Erneſti. *Ruina* poſſet alias ſignificare lapſum illorum, qui illum fugientem quaſi latronem capere volebant. Adi Burm. ad Luc. 1, 150.

Gaudensque viam feciſſe ruina. & quae citavi ad Hirt. B. Alex. C. 31. ac ſaepiſſime ſtrages comparatur ruinae. Verum tunc ratio non adparet, cur ille ſanguinem vomuerit. Mirifice in Vindob. ſec. a m. pr. legas *in L. mimus nauſea ſubita motus & ſtupidus ſ. vomuit.*

4 *Vomit, plures.*] *Vomitu plures* §. Et ſic alii quoque libri, ut vulgo recepta vocula *ut* non venerit ab Suetonio, & hinc delevi. GRON. Primo *vomit* exaratur in duobus Palat. tribus Torrent. Med. ſec. tert. Polit. Vind. pr. Periz. Edd. Rom. Steph. quod etiam praetulerunt Torrent. ac Burm. & idcirco reſtitui. Videtur ad hunc mimum pertinuiſſe non ſolum, ut primarius actor Laureolus latro in crucem ageretur, & ab urſo laceraretur in ſpeciem; ut Martialis, Juvenalis, &c. docent: ſed etiam, ut ante, dum quaſi e manu capientium conarerur aufugere, labereturque, & hinc ſanguinem fictum vomeret, ſive αἷμα τεχνητὸν, ut ait Joſeph. L. XIX. Ant. 1, 13. Si *vomuit* legas, intelligi non poteſt, niſi de illo actore, qui tunc in hoc mimo iſtud egiſſet primus. Dein recte Lipſius & Torrent. e MSS. Cujac. ſuisque cum Gron. Pitiſco, Burm. *ut* deleverunt: uti edidit olim Steph. & exhibet Medic. ſec. a m. pr. Non enim ille ſanguinem *vomit*, *ut*, vel *vomuit*, *ut* ſecundarum partium actores idem agerent, ſed cum ille ſanguinem vomebat, alii nunc primum ſuae artis quoque experimentum in fictum ſanguinem vomendo dabant. Immo niſi *ut*, vel paullo ante *quum* deleas, non conſtat ſibi conſtructio: quare ſine dubio induxit τὸ *quum* Beroaldus. At multo veriſimilior & ſano ſenſui convenientior eſt recepta a Burmanno, Erneſtio, meque lectio, quam ſic dudum citavit J. F. Gronov. Obſ. in Script. Eccleſ. C. 25. p. 286. Dein *nocte* Vind. pr. Edd. Graevii & Burm. ſed operarum vitio, quod vix monendum ducas. Mox *Aethiopas* edidi pro *-es*, auctoritate Medic. pr. ſec. Vindob. utriusque, Copeſ. Cort. Exc. Voſſ.

1 *Quaſi*

na abundavit. Parabatur & in noctem ſpectaculum, quo argumenta inferorum per Aegyptios & Aethiopas explicarentur.

LVIII. Nono Kalendas Febr. hora [1] quaſi ſeptima, cunctatus, an ad prandium ſurgeret, marcente adhuc ſtomacho pridiani cibi onere, tandem ſuadentibus amicis [2] egreſſus eſt. Quum in crypta, per quam tranſeundum erat, pueri nobiles ex Aſia ad edendas in ſcena operas evocati praepararentur; ut eos inſpiceret [3] hortareturque, reſtitit. Ac niſi princeps gregis algere ſe diceret, redire ac repraeſentare ſpectaculum voluit. Duplex dehinc fama eſt: alii tradunt, adloquenti pueros a tergo Chaeream cervicem gladio caeſim graviter percuſſiſſe, praemiſſa voce: *Hoc age.* Dehinc Cornelium Sabinum, alterum e conjuratis tribunum, ex adverſo trajeciſſe pectus: alii, Sabinum, ſubmota per conſcios centuriones turba, ſignum more militiae [4] petiſſe, & Cajo *Jovem* dante, Chaeream exclamaſſe, [5] *Accipe iratum*, re-

1 *Quaſi ſeptima.*] Ὡσεὶ Graecis. At duo Torrent. & omnes Caſaub. cum tribus Mediceis, Polit. utroque Vindob. Cort. Copeſ. Exc. Voſſ. dant *fere ſ.* Elegantius tamen videtur vulgatum, & alterum gloſſatoris eſſe: ut monuit Burmann. V. Cort. ad Salluſt. Jug. C. 50. *praeſidio quaſi duſtm milium.* Drak. ad Liv. L. XXVII, 11, 16. Sic in vetuſtiſſimis Codd. Vegetii L. III. C. 14. *quaſi ad inſtar onagri dirigit ſaxa.* ubi vulgo *prope ad* &c. Dein *marceſcente* Vind. pr. Periz. Harl. cum Edd. ante Caſaub.

2 *Egreſſus eſt.*] Scilicet theatro. *in cryptam* Medic. pr. tert.

3 *Hortaretur.*] Suſpectum hoc. Nequaquam vero diſplicet elegantiſſima doctiſſimi mihique amiciſſimi viri Nic. Hopſii conjectura *ſortireturque*, ſive ſorte diſponeret & ordinaret: quo pertinet locus in Ner. C. 21. *ſe albo citharoedorum juſſit adſcribi: ſorticulaque in urnam cum ceteris demiſſa intravit ordine ſuo.* Nec obſtant verba *adloquenti pueros:* quin potius juvant conjecturam: ne bis idem Suetonius dicat. Mox *dein f.* Med. pr. & *Caſſium* bis pro *Chaeream* Vind. ſec. Cort. in quibus etiam *C. Sabinum Rufum:* ubi male duo cognomina in *Corneliis* nota conjunguntur.

4 *Petiſſe.*] Vind. ſec. Periz. *petiiſſe.* Sed V. ad Caeſ. C. 30. Mox *Jovem orante* Medic. pr. Joſephus vero non *Jovem* dediſſe ſignum; ſed τὸ εἰς χλαῖναν ἀναπεμφθὲν τι ſcribit L. XIX, 1, 14.

5 *Accipe iratum.*] Sc. Jovem. Sic enim auſus ſum ex certiſſima doctorum conjectura reponere pro vul-

reſpicientique maxillam ictu diſcidiſſe. Jacentem, contractisque membris clamitantem ſe vivere, ceteri vulneribus triginta confecerunt. Nam ſignum erat omnium, *Repete*. Quidam etiam per obſcoena ferrum adegerunt. Ad primum tumultum lecticarii cum aſſeribus in auxilium [1] adcucurrerunt: mox Germani corporis cuſtodes; ac nonnullos ex percuſſoribus, quosdam etiam ſenatores innoxios, intereme-runt.

LIX. Vixit annis [2] XXIX. imperavit triennio & x. menſibus, diebusque VIII. Cadaver ejus clam in hortos Lamianos aſportatum, & tumultuario rogo ſemiambuſtum levi ceſpite obrutum eſt: poſtea per ſorores ab exſilio reverſas erutum, & [3] crematum, ſepultumque. Satis conſtat, prius quam id fieret, hortorum cuſtodes umbris inquietatos: in ea quoque domo, in qua

vulgari *ratum*: quod fruſtra alii, uti & Briſſon. de Form. L. 1. p. 121. Ed. Mog. explicare conantur. V. Comment. *iratum* plane exaratur pro var. lect. in marg. Vind. ſec. *reatum* dat Medic. tert. & Pal. ſec. *ratum ictum* Cort. *recipientique* idem & Vind. ſec. Tum *deſcid.* Edd. ante Bonon. & *jacentemque* Edd. Sabell. Cald. Mediol. cum Periz. An legendum *jacentemque contractis membris, clamitantemque.* Quid ſit *contractis membris clamitare* me vix ſcire, fateor. Vitii quid ſubeſſe videtur. an *indicantem?* Joſephus certe, ſed alio modo rem narrans, eum non clamitaſſe teſtatur. Dein *omnibus* elegantius in Edd. Rom. *repente* inepte in Polit. Vind. pr. Edd. Rom. V. Joſeph. d. l.

1 *Accucurrerunt.*] Ita MS. S. vulgo *accurrerunt.* GRON. *accucurrerunt* etiam Medic. pr. de qua ſyllabae repetitione ſupra ſaepius. Nec male Vindob. uterque, Medic. ſec. Cort. Edd. Rom. *occurrerunt.* Adi ad C. 26. Porro *mox* & Vind. ſec. Cort. in quibus, uti & Polit. Medic. pr. Copeſ. deeſt *ac.* Sed poſt *cuſtodes* ſubaudiendum *adcucurrerunt.* Tandem Polit. *interemere.*

2 XXIX.] XXVIII. Vind. uterque & Cort. Recte Eutrop. L. VII, 12. *Anno aetatis* XXIX. ut eſt in optimo Cod. Leid. nam vixit annos XXVIII, & paullo minus 5 menſes, natus prid. Kal. Sept. A. DCCLXV. mortuus A. DCCXCIV. nono Kal. Feb. *clam* exſulat a Vind. ſec. Cort.

3 *Crematum.*] *Et crem.* S. GRON. Sic habent Medic. ſec. tert. Polit. Exc. Voſſ. Harl. & Edd. aliquot: nec male. Vindob. Cort. Ed. Bonon. *crematumque & ſep.* Alii cum Edd. Vett. *& ſep. crematumque.* Certe MSS. omnes praeter Medic. pr. cum Edd. plerisque addunt *et.* Supra *poſt* Medic. pr. Dein *perit.* Medic. tert.

1 *Exi-*

qua occubuerit, nullam noctem ſine aliquo terrore transactam, donec ipſa domus incendio conſumta ſit. Periit una & uxor Caeſonia, gladio a centurione confoſſa: & filia parieti inliſa.

LX. Conditionem temporum illorum etiam per haec [1] exiſtimare quivis poſſit. Nam neque caede vulgata ſtatim creditum eſt. Fuitque ſuſpicio, ab ipſo Cajo famam caedis ſimulatam & emiſſam: ut eo pacto hominum erga ſe mentes deprehenderet. Neque conjurati cuiquam imperium deſtinaverunt. Et ſenatus in adſerenda libertate adeo conſenſit, ut COSS. primo non in curiam, quia Julia vocabatur, ſed in Capitolium [2] convocarent. Quidam vero ſententiae loco, abolendam Caeſarum memoriam ac diruenda templa, cenſuerunt. Obſervatum autem notatumque eſt in primis, Caeſares omnes, quibus Caji praenomen [3] fuerit, ferro periſſe, jam inde ab eo, qui Cinnanis temporibus ſit occiſus.

1 *Exiſtimare.*] Sic tacitus, at vere, edidit Caſaubonus & ſeqq. Priores cum MSS. plerisque exhibuerunt *aeſtimare* vel *extimare*. Sed *exiſtimare* exſtat in Memm. Polit. ac Cort. Adi ad Aug. C. 3. & alibi ſaepiſſime; item ad Caeſ. B. Civ. L. III. C. 102. Ita e MSS. reſcribendum in Appulejo de Deo Socratis in f. *Noli illa aliena exiſtimare. Sed ipſum hominem potius conſidera.* vulgo *aeſtim.* Ante *per hoc* Cort. Tum *quibus* Ed. Rom. pr. Dein ſecutus ſum vocum ordinem, qui conſpicitur in duobus Mediceis, Exc. Cuj. & Voſſ. vulgo *erga ſe hominum.* In Medic. pr. non comparet *hominum.* Vind. pr. *deprehenderent.*

2 *Convocarent.*] Hinc non tam patet conſenſus Senatus in adſerenda libertate, quam e ſequenti periodo, quae adeoque neceſſario pendet quoque a verbo *conſenſit*: unde pro *cenſuerunt* cum Erneſtio legendum *cenſirent*: vel potius minima mutatione *convocarint*, & *cenſuerint*. V. ad C. 57. *tantum cachinnum edidit, ut opifices diffugerint.*

3 *Fuerit*, *f. periſſe.*] Ita edidi ſecutus auctoritatem Medicei tert. Polit. Vind. ſec. Cort. & Edd. Bonon. Pariſ. vulgo *fuit.* Confer Cl. Erneſti, nimis hic circumſpectum. In Medic. ſec. *erat.* Dein *periſſe* praetuli ex Mediceis tribus, Polit. Exc. Voſſ. Edd. Rom. Mediol. ut ſupra ſaepius, non *periiſſe.* Supra *autem* exſulat a Vind. pr. in quo *quia Cin.*